amantiſsima

Imdmdmb

uſx nomaga

ccymoprraſ

myxxooques

ugallmauſa

bmamamſsZ

mi uimnuumn

mnuumnuumn

mnuumnuimn

Le 2 Oup.t

mnuumnuumn

mnuumnuumn

mnuumnuumn

mnuumnuumn

Digitized by Google

Amantissimo

Imdmdmbi

ufmgmagge

ccymoprrasu

myxxooques

uaalmaiusa.

bmamamsZ

11a 9318. 100-4 no 334.8

Digitized by Google

20564

❧ LIBRI DECEM HYPOTYPOSEON THEOLOGICARVM, SIVE REGVLARVM

ad intelligendum ſcripturas diuinas, in duas partes diſtributi. Quarum prior, quæ octo libros complectitur, locos aliquot communes ad ſcripturarum exactam intelligentiam ſpectantes ſatis enucleatè tractat.

Poſterior, quæ duobus voluminibus clauditur, duas Regularum Quinquagenas continet: quas non inutiles fore illis Theologis, qui ſacris Bibliorum myſterijs initiantur, re ipſa cognoſces.

HAC SECVNDA EDITIONE SVMMA CVRA AC DILIGENTIA elaborati, & multorum locorum noua interpretatione, qui nonnullos hactenus fefellerant, inſigniti, A MARTINO MARTINI Cantapetrenſi, ſacræ Theologiæ Magiſtro, ac primo poſt. C C C annos à Salmanticenſi Academia condita, ſacrorum Bibliorum in tribus linguis Primario ac perpetuo interprete, A IOANNE BRACAMONTIO Auilenſi viro admodum Illuſtri Academiæ præfecto, ad id munus obeundum cooptato, elucubrati.



SALMANTICÆ,

Ex officina Ildefonſi à Terranoua, & Neyla.

M D L X X X I I.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Eſta taſſado en   marauedis el pliego.

BIBLIOTECA

Digitized by Google



Digitized by Google

F LL
70.564

Cenſura.

ESTE Libro eſta corregido conforme a la Cenſura que del dieron por orden y mandamiento del Conſejo de la Sancta General Inquiſicion, los Señores Doctor Caño Canonigo de la Magiſtral de Salamanca, Fray Gaſpar de Vzeda Guardian de Sant Franciſco de Salamanca, El Maeſtro fray Iuan de Gueuara Cathedratico de Viſperas de Theologia, El Maeſtro fray Domingo Bañez Cathedratico de Durando, Y el Padre Ribera de la Compañia. Y hauiendo yo viſto y conferido la Cenſura, con los lugares que en el libro van borrados traſtados, y emendados, por orden aſsi meſmo de los Señores del Conſejo de la Sancta general Inquiſicion, hallo que eſtan conformes, y por verdad lo firme de mi nombre, en Madrid, ſeys de Nouiembre, de Mil y Quinientos y ochenta años.

Fr. Hernando
del Caſtillo.

¶ 2

Digitized by Google

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Guardian, Frayles y Conuento del Monaſterio de Sant Franciſco de la ciudad de Salamanca, nos ha ſido fecha relacion, que el Maeſtro Martinez Cathedratico de Hebreo, en la Vniuerſidad de la dicha ciudad defunto, hauia dexado al dicho Conuento por ſu teſtamento, el priuilegio y licencia que de nos tenia para imprimir vn libro que hauia compueſto, llamado Hypothypoſis, el qual ſiendo detenido por el Sancto officio, ſe hauia pueſto diligencia, para que corregido y emendado, ſe pudieſſe tornar a imprimir, la qual emienda y correction hauia ſido cometida a ſeys Theologos de la dicha Vniuerſidad, por el dicho Sancto officio de la general Inquiſicion, por cuyo mandado ſe os hauia entregado el cuerpo del dicho libro, de que haziades preſentacion, corregido y emendado ſupplicando nos vos mandaſſemos conceder licencia y priuilegio por veynte años, para le poder imprimir y vender, para que el dicho Conuento pueda tener algun aprouechamiento, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por os hazer bien y merced, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula, para vos en la dicha razon, e yo tuue lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que vos, o la perſona que vueſtro poder huuiere, y no otra perſona alguna podays hazer imprimir el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mencion en eſtos nueſtros Reynos de Caſtilla, por tiempo y eſpacio de diez años, primeros ſiguientes, que corren y ſe cuentan deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante, ſo pena que qualquier perſona, o perſonas, que ſin para ello tener vueſtro poder lo imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, o vender, pierda toda la impreſsion que hiziere, con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo denunciare, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara y fiſco, con tanto que todas las vezes que huuieredes de hazer imprimir el dicho libro, durante el dicho tiempo de los dichos diez años, le traygays al nueſtro Conſejo, juntamente con el dicho cuerpo de libro emendado, de que arriba ſe haze mencion que en el fue viſto que va rubricado y firmado en el fin del, de Miguel de Ondarça Çauala nueſtro eſcriuano de camara, de los que reſiden en el nueſtro Conſejo, para que ſe vea, ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, y ſe os taſſe el precio como ſe huuiere de vender, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha Pragmatica. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, y a otras qualeſquier juſticias, deſtos nueſtros Reynos, que guarden, cumplan y executen eſta nueſtra cedula, y todo lo en ella contenido. Fecha en Badajoz, a diez y ſiete dias del mes de Nouiembre, de Mil y Quinientos y ochenta años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Antonio de Eraſſo.

Digitized by Google

De Chriſti redemptoris noſtri nominibus, ſiue de illis quæ ſpectant ad diuinam naturam, ſiue de illis quæ ſpectant ad humanam naturam, & de multiplici genere Chriſtorum. capit. 3. columna. 167.

Nomina quæ ex humanis rebus, & ex affectionibus noſtris ſunt deſumpta, cum de deo dicuntur quid ſignificent, & in his tribus cap. tota Theologia Symbolica & Allegorica, id eſt, quæ ex ſenſibilibus rebus deo nomina tribuit, explicatur. ca. 4. columna. 197.

LIBRI III. CAP.

DE multiplici dei aduentu. capit. 1. columna. 215.

De Antichriſto. cap. 2. columna. 233.

De varijs ſignificationibus huius nominis, Generatio. capit. 3. columna. 239.

De duplici Chriſti redemptoris noſtri generatione, temporali & æterna. capite. 4. columna. 248.

LIBRI IIII. CAP.

DE prophetis tam bonis quam malis, & in genere de prophetia. capite primo. columna. 288.

De titulis prophetarum. capite ſecundo. columna. 315.

De titulis Pſalmorum. capite tertio. columna. 327.

LIBRI V. CAP.

DE ordine narrationis ſcripturæ, complurima ſcitu digniſſima. capit. primo. columna. 340.

Quòd crebræ ſint mutationes perſonarum in ſcripturis. capit. 2. columna. 369.

Quod vnum tempus in ſcripturis pro alio ponatur, vt Præteritum pro Futuro, & vice verſa. capite tertio. columna. 372.

De varijs ſignificationibus Imperatiui modi, & multiplici eius forma. capite quarto. columna. 376.

De imprecationibus propheticis. capit. quinto. columna. 381.

De multiplici vſu Interrogationum & Dubitationum, quem diuinæ ſcripturæ admittunt. capite ſexto. columna. 384.

Regulæ quarundam repetitionum, tum verborum, tum etiam ſententiarum quas crebrò admittunt ſcripturæ. capit. ſeptimo. columna. 395.

LIBRI VI. CAP.

DE citationibus noui teſtamenti ex veteri deſumptis, & quæ deprompta ſint in vtroque ex libris gentilium. capit. primo. columna. 414.

De Pronominibus ac illorum emphaſi. capite ſecundo. columna. 453.

De ſignis vniuerſalibus, & illorum vſu multiplici. capi. tertio. columna. 457.

De numeralibus nominibus in genere, & de numeris nominum. capi. 4. colum. 464.

Summa Capitum.

In cenſu & enumeratione populi Dei, quid obſeruari præſcriptum ſit à domino, quando recenſebatur.cap.5.col.474.

Aliquot Species numerorum quid myſtice, & iuxta literam in ſcripturis ſignificent, oſtenditur.cap.6.colum. 477.

LIBRI VII. CAP.

DE ſenſibus ſcripturarum latiſſimè diſſeritur.capi.1.col.500.

Sylua quorundam nominum, quæ in bonam, aut in malam, aut in vtranque partem accipiuntur.cap.2.col.539.

Quod ex animantibus trahantur variæ ſimilitudines, quibus ſignificantur virtutes aut vitia hominibus ineſſe, iuxta literam & Tropologiam.cap.3.col.556.

De comparationibus illis, quas ſcriptura admittit.cap.4.col.558.

LIBRI VIII. CAP.

OBſeruationes nonnullæ Paulo peculiares.capit.1.columna.570.

De præceptis & conſilijs.capit.2.columna.586.

Quod deus homines pollicitationibus, aut terroribus & minis, ad præceptorum alliciat obſeruationem.capit.3.columna.593.

De permiſſionibus.capit.4. columna.599.

De traditionibus eccleſiaſticis, tam de illis quæ ἄγραφοι quam quæ ἔγγραφοι dicuntur, & illarum vtilitate ad interpretandum ſcripturas.capit.5.columna. 605.

Obſeruationes & conſuetudines aliquot ſcripturarum.cap.6.columna.618.

De articulo & eius emphaſi, & interiectionibus, Væ. Euge.capi.7.columna. 630.

De aduerbijs, & varijs illorum vſibus in ſcripturis.capite.8.columna.632.

Aduerbia quæ explicantur ſunt, hæc. Vt. Cras. Heri, & Nudius tertius. Forſitan. Si. Niſi.Tunc. Amen. Sicut. Tanquam. ὡς. Quam. Propterea.Veruntamen. Quia. Donec. Vſque. Ante. Antequam. Priuſquam. Mane.Hodie. Non. & de hac vltima particula lege quæ ſcripſi.lib.6.cap.3.columna. 462. & de Aduerbio Forſitan.libro.5.capit.6.

De coniunctione, &. varijsq́ eius ſignificationibus.capi.9. colum. 645.

De vario vſu præpoſitionum.capit.10.columna.651.

Præpoſitiones ſunt hæ. In. Super. Per. Ad. Poſt. Secundum. Pro. De. Ab. Apud. Ex. de hac præpoſitione, Poſt lib.9. Regu 7.

¶ Finis ſummæ Capitum.

INDEX AVTHORVM TAMSACRORVM QVAM PROPHANORVM, QVI IN HIS LIBRIS CITANTVR.

AMBROſius.
Auguſtinus.
Athanaſius.
Arnobius.
Apollinarius Laodicenus.
Athenagoras.
Amphilochius Iconij epiſcopus.
Africanus Chronographus.
Albinus.
Aretha.
Anſelmus.
Ælianus.
Ammonius interpres Ariſtotelis.
Ariſtoteles.
Biblia ſacra in tribus linguis.
Baſilius.
Beda.
Bernardus.
Boetius.
Chryſoſtomus.
Cyrillus Alexan.
Cyprianus.
Clemens Alexandri.
Clemens Papa.
Concilia Græca & Latina.
Chriſtianus Druthmarus.
Cantacuzenus.
Caſsianus.
Caſsiodorus.
Chromatius.
Cicero.
Decretum Gratiani.
Decretales epiſtolæ.
Damaſcenus.
Dorotheus Tyri epiſcopus.
Dionyſius Areopagita.
Didymus Hieronymi magiſter.
Euſebius Cæſarienſis.
Epiphanius.
Eucherius.
Egeſippus.
Euthymius.
Euſtratius.
Euripides.
Epigrammata Græca.
Eraſmus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Grego Niſſænus.
Galenus.
Gelaſius Papa.
Hieronymus.
Hippolytus martyr.
Hilarius.
Homerus.
Heſiodus.
Heſychius Lexicographus.
Horatius.
Hebræorum Rabbini.
Ignatius.
Irenæus.
Iuſtinus martyr.
Iuſtinus Hiſtori.
Ioſephus.
Iſychius in Leui.
Iſidorus.
Iuuenalis.
Iſocrates.
Lactantius.
Laurentius Valla.
Leo primus.
Lyſias orator.
Marcellus Papa.
Martialis poeta.
Maximus Taurinenſis.
Maximus monachus.
Macrobius.
Nicephorus.
Numenius.
Origenes.
Occumenius.
Oroſius.
Orpheus.
Philo Iudæus.
Philo Carpathius.
Philippus presbyter.
Plinius vterque.
Phocylides.
Pindarus.
Plato.
Plutarchus.
Pauſanias.
Plotinus.
Politianus.
Quintilianus.
Sophocles.
Seneca vterque.
Suidas.
Seruius Gramma.
Socrates Hiſtori.
Sozomenius.
Theodoretus.
Theophylus Alexandrinus.
Theophylactus.
Theodoretus Abbacura.
Theodorus Baalſamon.
Patriarcha Antiochenus.
Tertullianus.
Theocritus.
Terentius.
Virgilius.
Victorinus.
Xenophon.
Zonaras.
Zezes.

SVMMA CAPITVM horum octo librorum Hypotypoſeon.

LIBRI PRIMI CAPITA.

QVAS ob cauſas diuinæ ſcripturæ obſcuræ ac inuolutæ ſint. capi. 1.columna.11.
Cur deus per ænigmata & parabolas locutus ſit.cap.2.col.19.
An parabolæ & ſimilitudines quæ crebro inculcantur in ſcripturis, ſint ficta necne, et ſi ficta num mendaces.capit.3.colum.24.
Quot linguis & qua ætate vetus inſtrumentum tranſlatum ſit. capit.4.colum.28.
Quid, Theologis vtilitatis obueniat ex tranſlationum multitudine.capi.5.col.39.
Quid vtilitatis linguarum cognitio, ipſarum ſectatoribus afferat.capi.6.col.41.
Catalogus librorum vtriuſque inſtrumenti.cap.7.columna.46.
Quibus in rebus tractandis ac cognoſcendis, ſacri ſcriptores ſtudium ac diligentiam ſuam collocarint.cap.8.columna.51.
Summa illorum quæ in vtroque inſtrumento continentur. cap.9.columna.55.
De vtilitate, quæ nobis obuenit ex cognitione Regularum ſcripturæ, & de eius forma loquendi & charactere.capit.10.columna.56.
Quæ ſint optimi interpretis diuinarum ſcripturarum partes.cap.11.columna.58.
De Geographia.capit.12.columna.60.
Cognitio Hiſtoriæ quid adiumenti afferat ad intelligendum ſcripturas.capit.13.columna.60.
Literæ humanitatis quid vtilitatis afferant ad intelligentiam ſcripturarum. capite 14.columna.71.
Quod adiumentum afferat Dialectice ad intelligendum ſcripturas, capite.15.columna.75.
Probatis ſcriptoribus quantum authoritatis deferendum ſit.capit.16.col.77.
Qui futuri ſint idonei Theologiæ auditores.cap.17.columna.79.

LIBRI SECVNDI. CAP.

NOmina propria cum alicui tribuuntur in ſcripturis diuinis, quid obſeruatum fuerit in eorum recta impoſitione.capit.1.columna.84.
De deo ac nominibus diuinis.capit.2.columna.112.

Digitized by Google

QVAESTIONVM QVARVNDAM INſIGNIORVM, quæ in hoc libro, varijs in locis fuſè ſunt à nobis explicatæ, Index.

1 LOcus Matthæi.ca.2.ſicut ſcriptũ eſt in prophetis, Quoniam Nazareus vocabitur, germana expoſitione illuſtratus, multis alijs tam antiquorum quam recentiorum improbatis.li. 6.ca.1.col.420.

2. Quæ ſit vera illius loci Paulini ad Philip. 3.interpretatio. Quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, oſtenditur.lib.10. Reg.25.

3. Quod baptiſmate in nomine Chriſti nullo tempore eccleſia vſa ſit, aduerſus multos illuſtres authores, qui ob ignorantiam ſcripturarum hac in re hallucinantur, exponitur.lib.8. cap.5.

4. Vter fuerit excellentior propheta, Moyſes, an Dauid.lib.4.cap. 1.col.311.

5. Locus ille Sapientiæ 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, egregie exponitur.libr.2.cap.2.col.119.

6. Quod profitentes voluntariam mendicitatem non ſint futuri iudices cum Chriſto in die poſtremi iudicij, multis teſtimonijs hinc indè è priſcis patribus collectis, adſtruitur.lib. 7.cap.4.

7. Quod ſit mandatum primum in repromiſsione apud Paulum ad Epheſios. 6.ca. exploſa Auguſtini & Ambroſ. & aliorũ, præcipuè ſcholaſticorum ſententia, commonſtratur.lib.8.ca.3.

8. An Apoſtoli & prophetæ aliquid ſcriptis mandauerint, è ſpiritu ſuo & non à dei ſpiritu profectum, in his libris ſacris.libro.8. capite.4.

9. Error memoriæ quem μνημονικὸν ἁμάρτημα vocant, an tribui abſque ſcelere poſsit euangeliſtis, vt putauerunt Euthy. & Theophylactus & Eraſmus.libro.6.capit.1.colum.435.& deinceps.

10 Deinde an ſcripturæ ſacræ fuerint tantum inſpiratæ à deo, an dictatæ & inſpiratæ ſimul.lib.8.cap.4.

11. Vtrum Matthæus Hebraicè Euangelium ſuum ſcripſerit, necne. libro primo. capit.6.

12. Epiſtola ad Hebræos num Hebraicè conſcripta, an Græcè.in additionibus ad cap. 6.libri primi.

14. Paulus num inter cælibes, an inter vxoratos ſit recenſendus.lib.8.capi.1. in fine.

15 Paulus an cum beſtijs pugnauerit Epheſi, vt ipſe de ſe non obſcure prædicare videtur.1.Corinth.15. necne. libro.5. ca.1. in fine.

16. Paulus an Euangelij prædicationi incubuerit in Hiſpanijs, vt ipſe promittere videtur Romanis ſcribens, an verò ipſos fefellerit id non præſtando.libro.1.cap.13. & in addit.eius.

17. Moyſes & Paulus an Deum conſpexerint, cum in iſto corpore morti obnoxio viuebant.lib.a.ca 2.col.139.

18. An ſudor ille, quem Chriſtus fudit in oratione, cum iam iam immolandus erat, fuerit vere ſanguis, necne.libro 8.capit.8. columna.641.

19. Quandiu domini corpus iacuerit in ſepulchro, diſſeritur.li.9.Reg.7.

20. Qua hora Chriſtus fuerit crucifixus. libro.9. Regula. 36. Quo in loco agitur de horis & annis Iudæorum, tam ſacris quã profanis.

21. An Herodes viuente fratre Philippo, illi vxorem abſtulerit.libro.9. Regula. 40. & in addit.eius.

22. Quoto ætatis anno Chriſtus mortẽ obierit, ac vitam cum morte commutauerit. li. 1.ca.13.& in addit.eius.

23. An Ioannes euangeliſta diem ſuum obierit.an nunc etiam in viuis ſit.libr,3. ca. 1.colum.229.

24. Illius dicti Matthæi. Veſpere autem ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, quæ ſit vera interpretatio. aperitur.libr. nono. Regula.7.

25. Deinde illius, eiuſdem Matthæi, cap. 17. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis,

dicetis

dicetis monti huic tranſi & tranſibit. Regula. 12.

26. Item alius locus capit. 2. eiuſdem Euangelij. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, &c. Diligenter exponitur. libro. 6. capi. 1. colum. 223.

27. An terræmotus ac tenebræ quæ in Chriſti paſsione acciderunt, totum orbem occupauerint. libr 6. capi. 3.

28. Locus ille Marci. cap. 1. Initium euangelij Ieſu Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta, accurate expenditur, & lectio vetus vt fidelior defenditur. libr. 6. capi. 1. colum. 428.

29. Item alius locus Marci. 2. Nunquam legiſtis quod fecit Dauid, quando eſurijt ipſe, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, &c. qui videtur eſſe contrarius Hiſtoriæ quæ narratur in libris Regum in concordiam redigitur. libr. eodem. colum. 435.

30. An qui abſque ſcelere vllo, de hoc migrant ſeculo, ſtatim deum videant, an vero vſque ad diem iudicij eorum fœlicitas protrahatur & differatur. libro. 2. capit. 2. colum. 143.

31. An diei iudicij momentum & temporis articulus poſsit à nobis aliqua ratione veroſimili inueſtigari, & quæ ſit de hac re traditio diſcipulorum Eliæ. Ac deniq; cur tam diligenter dominus cauit vt dies ille perpetuo eſſet nobis ignotus. lib. 3. capit. 1. circa finem.

32. An Moyſes ſcripſerit aliquid de creatione angelorum, an vero maioribus creaturis tranſilitis, noſtrarum tantum rerum meminerit. lib. 5. cap. 1. col. 348.

33. Adæ corpus vbi ſepultum fuerit, multorum ſanctorum teſtimonijs vndiq; conquiſitis, diſputatur. libro. 6. capit. 1. columna. 437.

34. An Adam & Eua egerint pœnitentiam ſceleris admiſsi, & ex quo loco diuinę ſcripturæ & ſanctorum, id liquere poſsit. lib. 5. colum. 349.

35. De filij Dei & Spiritus ſancti diuinitate latiſsimè diſſeritur cōtra Arianos & Pneumatomachos, detecta illorum erroris origine. lib. 2. ca. 2. col. 147.

36. An illi qui cum Chriſto reſurrexerunt, nunc in carne viuant, an vero iterū mortem obierint, poſtquam dominum reſurgentem aſſectati ſunt. libro. 2. capit. 3. columna. 192.

37. Maria Magdalene vtrum fuerit vna tantum in Euangelio, an tres illi cognomines. in addit. ad ca. 1. libri. 2.

38. Fratres Domini & ſorores in Euangelio, qui ſint, & quare hoc nomen illis tributum fuerit, exponitur, tam iuxta Græcos, quam iuxta Latinos Doctores. ibidē.

39. Diſcipuli Domini vtrum fuerint ſeptuaginta an. 72. libro ſexto. capit. 6. prope finem.

40. An ſicut maritus poteſt diuortium facere cum vxore ob fornicationem patratam, ita vxor poſsit à marito ſeiungi, rupto matrimonio, eadē intercedente cauſa. lib. 10. Regu. 15.

41. Quot & quæ res fuerint conditæ ac collocatæ in arca teſtamenti. libro. 9. Regula. 36.

42. Locus ille Pauli ad Epheſios 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, expenditur accurate. lib. 5. capi. 4.

43. Locus Matth. cap. 16. ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: multis ſanctorum ſententijs adhibitis exacta diligentia exponitur. Ac exquiritur an Petrus ſit eccleſiæ fundamentum. in additio. ad cap. 2. libri ſexti.

44. Locus ille. 1. Petri. 3. Mortificatus quidem in carne, viuificatus in ſpiritu, in quo his qui in carcere erant ſpiritibus prædicauit, exponitur in addit ad Regul. 10. libri 9. & multa è ſanctorum monumentis afferuntur.

45. Quæritur quo conſilio Lucas euangeliſta Actuum 7. numerauerit. 75. animas è fœmore Iacob egreſſas, cum tamen iuxta hiſtoriæ veritatem. 70. tantum ſupputentur à Moyſe. lib. 6. capi. 1. col. 435.

46. Deinde locus ille difficillimus, ex eodem libro & capit. Deſcendit, inquit Lucas, Iacob in Ægyptum, & defunctus eſt ipſe & patres noſtri, & tranſlati ſunt in Sychem, & poſiti ſunt in Sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti, à filijs Emor filij Sychem. Diligentiſsimè exponitur, eodem in loco. col. 439.

47. An Adam non peccante, dei filius naturam hanc noſtram aſſumpſiſſet. libr. 3. capite primo.

48. An

48. An aliquo modo quàm per incarnationem filij Dei, poſſet nobis aditus ad ſalutem & fœlicitatem æternam patere. ibid.

49. An purus homo gratia Dei prędit⁹ poſſet pro vniuerſis hominibus ſatisfacere. ibidem.

50. Chriſti ſatisfactio num fuerit adeo exacta & omnibus numeris abſoluta, vt nihil amplius exoptari potuerit aut debuerit. ibidem.

51. Samuel an vere fuerit à Phytoniſſa ſuſcitatus, necne. lib. 9. Reg. 21.

52. Senes illi qui nomen Suſannæ detulerũt qui fuerint, atque huic hiſtoriæ quantum authoritatis deferendum ſit, cum Hieronymi improbatione. lib. 9. Regul. 29.

53. Salomon num inter improbos ſit computandus, an in numerum ſanctorum aſciſcendus. lib. 10. Regu. 25.

54. An malorum omnium cauſa Deus cenſendus ſit. lib. eod. Regu. 5.

55. Quatuor patriarchæ priores, & duodecim poſteriores, hoc eſt filij Iacob cum Ioſeph eorum fratre germano, vbi mauſeolum aut buſtum nacti ſint. libro. 6. capi. 1. col. 437. & 438.

56. Aliquot Hierarchiæ angelorum ex quibus locis veteris inſtrumenti à Paulo collectæ & depromptæ ſint. ibidem. columna. 443.

57. De immortali animorum vita, & mortuorum reſurrectione, an aliquid ex Moyſe cognoſci aut intelligi poſsit. libr. 8. ca. 6.

58. De Idolorum origine, & quo tempore colere illa homines cœperint, quid ex ſcripturis ſubodorari aut percipi poſsit. lib. 8. capit. 6.

59. In ſupplicijs inferẽdis, vtrum vtatur deus miniſterio ſanctorum angelorum, an dæmonum tantum. in additione ad Regu. 5. libri. 10.

60. Numerus quadringentorum annorum afflictionis Iudæorum in Ægypto initur. lib. 6. capi. 4. in prin.

61. Sara num Abrahæ ſoror, & ſi non erat, an mentitus ſit aſſeuerando quod falſum erat: & an Iacob mentitus ſit, dicendo ſe eſſe Eſau, in additionibus ad Regu. 20. libri. 10.

62. Quis ſit verus ſenſus illius Moyſis loci: erunt dies illorum centum viginti anni. libr. 10. Reg. 43.

63. Locus ille Pſalm. 2. Ego hodie genui te, de qua generatione veniat, intelligendus. lib. 10. Regu. 1.

64. Locus ille Threnorum. 1. Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinẽ ſeruitutis, multiplici expoſitione illuſtratus. in addi. ad Reg. 36. libri. 9.

65. Item ille alter locus Threnorum capi. 2. Sederunt in terra ſenes filiæ Sion, tacuerunt, optima interpretatione illuſtratus, in addit. ad Reg. 12. lib. 10.

¶ FINIS.



MARTINVS MARTINI

CANTAPETRENSIS, SACRAE THEOLOGIÆ MAGISTER, AC DIVINArum ſcripturarum in tribus linguis Salmanticæ Primarius profeſſor, Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo D. Petro Pontio Legionenſi, Epiſcopo Placentino. S.

INSTITVTIONES THEOlogicas, quibus viam & rationem quandam ad intelligendas ſcripturas aperui, quas ſuperioribus diebus abſolueram, premere ex animi mei ſententia exoptabam, Illuſtriſsime ac Reuerendiſsime præſul. Partim, quòd maieſtas & nouitas rei, quæ vel hominem eruditiſsimum remorari, & ab inſtituto longè lateq; arcere poſſet, me deterrebat. Partim, quòd materiæ difficultas, & ingenij mei imbecillitas, quam probè noueram, me à publicando cohiberet & retardaret. Nam, per Deum immortalem, quis poterit, his, qui è portu ſoluunt, prædicere, Syrtium, rupium, tempeſtatum, locorum rationem, niſi eadem pericula, à quibus ipſe præmonet eſſe cauendum, ſæpe adierit, & ſapienter, naui incolumi, euaſerit? At verò doctorum hominum ac mihi familiaritate coniunctiſsimorum authoritas, quorum voluntati ac iudicio non obtemperare, mihi vehementer inhumanum ac nepharium videbatur, me parére coëgit, effecitq; vt ſub tuis auſpicijs communi vtilitati donentur. Exiſtimo tamen ſi aſſecutus non fuero id, ad quod deſtinaueram omnia mea ſtudia, omnem operam, curam atque cogitationem meam, fore induſtria mea ac labore iam confectum, vt ad hæc perficienda, quæ horridiora & incultiora cum à me tractantur viſa ſunt, præſtantiſsimus & abſolutiſsimus artifex inueniatur, qui extremam manum addere poſsit. Quando

quidem nō ſtatim quādo artes repertæ, & ad præcepta reuocatæ ſunt, ad perfectionem perduci potuerūt, ſed per quoſdam veluti gradus, ab imo vſque ad ſummū peruentū fuit. Nam in picturæ, vt ita dicam, infantia ac incunabulis, adeò rudes & impoliti erant pingendi artifices, authore Æliano, vt niſi literis ſignificaſſent, quid eſſet illud quod depictum fuerat, bos videlicet, aut equus, aut arbor, ex ipſa pictura percipi aut diſcerni nullo modo poſſet. Deinde Polygnotus & Aglaophon, aliquam illi arti acceſsionem fecerunt. Pòſt Zeuxis atque Parraſius amplius venuſtatis & decoris addiderunt. Ac poſtremò Protogenes & Melanthius, Antiphilus & Apelles tantum elegantia artis valuerunt, vt nihil politius aut perfectius exoptari à quoquam, ab humano ingenio poſſet. Ad eundem modum in cæteris artibus ac facultatibus incrementa facta fuiſſe video. Vnde non tam de augendis diuitijs, quàm de acceſsionibus, quæ in artibus in dies fiunt, intelligendum eſſe carmen illud Heſiodium arbitror. εἰ γάρ κεν ϗ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο, hoc eſt, paruum paruo adde. Et hæc eſt vna ex cauſis, quare antiquis tam longa ætas tributa fuit, videlicet, vt longa experientia & multis perceptionibus edocti, artes inuenirent, quæ ad ſubſidium poſteritatis excogitandæ erant. atque ideo dicitur de Noë. hic conſolabitur nos, id eſt, noſtros alleuabit labores excogitando artem colendorum agrorum. Igitur hæ noſtræ lucubratiunculæ qualeſcumque ſunt, ni fallor, aut nonnullis, dantibus operam Theologiæ, erunt adiumento, ſi modò aliquid dignum doctorum auribus è tot voluminum lectione, quorum teſtimonijs hoc in libro locupletando vſi ſumus, elicere potuimus. Aut ſin minus, excitabuntur aliqui ad aggrediendum hoc opus, tanto præditi ingenio ac eruditione, ac materia ipſa poſtulat & efflagitat. Profectò ſi aliquis hoc beneficio poſteros deuinxiſſet, non dubitarem quin in arce Athenarū eius ſimulacrum poni poſſet, quemadmodum Minerua Phidiæ, aut in Elide, ſicut ille Iupiter Olym-

Olympius. Sperarémque fore, vt illa, quæ à paucis Theologis adamata & cognita diuina ſcriptura, plures deinceps habeat riuales, & ad multos dimanet, & ſpargatur eius vtilitas. Hoc ſi meis vigilijs effectum fuiſſe conſpexero, abundè præmium magnum mihi perſolutum arbitrabor. Nunquid cùm in his ſtudijs laboremus, quibus ſine noſtro malo carere poſſumus, ab illis capeſſendis quæ vitam præſtant ſempiternam abſtinebimus? Nam quid obſecro piaculi erit Chriſtiano, ſi ignoret quis fuerit Alexander, aut Cæſar? Quid docuerit Solon & Lycurgus? Quid Homerus aut Virgilius cecinerint? &

Scire quid Arſacia Pacorus deliberet aula,
Rhenanam numeres Sarmaticamq́ manum.

At qui ignorat patrem & filium & Spiritum ſanctum, & quomodo colendi ſint, & quid pro ſalute generis humani geſſerit Dei filius, & quid docuerit, tum ipſe, tum eius Apoſtoli, is vitare non poterit quin à ſodalitate piorum cum virginibus ſtultis excludatur, & à gaudijs vitæ cæleſtis ſequeſtratus, cum impijs, quos Dominus ignorat, gehennæ ſupplitijs addicatur. Ac præterea ſi quicquam eſt, quod in hac vita ſapientem virum teneat, & non exoptet vita defungi, & inter preſſuras & turbines mundi, æquo animo manere perſuadeat, id eſſe vel primum arbitror meditationem & ſcientiam ſcripturarum. Quandoquidem cùm à cæteris animantibus hoc vel maximè differamus, quod rationale animal ſumus & fari poſſumus, ratio autem omnis & ſermo, diuinis libris contineatur, per quos & Deum ſcimus, & quare creati ſumus non ignoramus, miror quoſdam magnates extitiſſe apud nos, qui cùm ipſi alteri cuidam facultati longè inferiori fuerint addicti, aulœdi videlicet, quid citharœdi eſſe non potuerunt, aut fortè non valuerunt, quæ præclara ſunt diſcere, cæteros, qui id, quod ipſi nanciſci

b 2 non

non potuerunt, ſuo labore acquiſierunt, contemnendos, & ab omnibus Reipubli. muneribus explodendos, eſſe voluerunt. Vnam tantùm ob cauſam, quia ſcrutantur ſcripturas, quæ ſolæ probos homines & bene moratos facere poſſunt, & teſtimonium perhibent de illo. Nimirum, quia nolunt viros integros & ſpectatos ad obeunda Reipublic. munera admitti, nec qui plus in eruditione profecerint, ſed illos quorum obſequijs ſunt deliniti; aut pro quibus aliquis illorum, qui præſtant authoritate eos orauerit, aut qui ex eodem ouo, vt Caſtor & Pollux, prognati ſunt. Cùm tamen ad gubernandum populum Iſraëliticum à Moyſe aſcitus fuerit Ioſue, qui ex alia familia & cognatione genus ducebat. Et in Actis Apoſtolorum, hanc ob cauſam ſuffragio Spiritus ſancti aiunt electum Mathiam ad Apoſtolicam functionem obeundam, Iacobo iuſto dimiſſo, ne videretur non tam delata functio homini quàm ſanguini. Plato quoque quantumuis ethnicus inquit. Tunc denique fore beatas Reſpublicas putauit, ſi aut docti, aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina, ac ſapientia collocaſſent. Vt veluti probati trapezitæ ſcire poſſent quis numus probus, quisve adulterinus ſit: ne iuxta prophetam audiant. Væ qui dicunt malum bonũ, & bonũ malũ, ponentes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras. Quapropter non poſſum non vehementer te ſuſpicere, ac venerari, Præſul Illuſtriſsime, & ſtudioſorum nomine gratias agere, quôd inter tot proceres aulæ regiæ, & primates Epiſcopos, quos tam benignè, ac largiter alit noſtra Hiſpania, tu ſolus, aut cum paucis inuentus ſis, qui doctos complectaris, benignè tractes & foueas, & ſtudia bonarum literarum, ac diuinarum ſcripturarum prouehere, ac illuſtrare cures. Proinde ſicut bonus architectus, fabros quoque ad hanc prouinciam & laborem gnauiter ſubeundum vndique perquiris, quorum opera vtaris, tum ad ſcribendum aliquid dignum poſteritate, & futurorum ſeculorum memoria.

veſtra diuiſa eſt. Prima eſt Marchionis Priegenſis, quæ Aquilarij domus vocatur. Secunda eſt Comitis Alcaudete, quæ cognominatur Montis maioris. Tertia Marchionis Comarez, qui olim dux & anteſignanus familiæ iuuenilis Regum, hoc eſt, Alcalde de los donzeles, nuncupabatur. Quarta Vaenæ domus, quæ hoc tempore Sueſana nuncupatur, quæ magni Gonſali, noſtri ſeculi decus, alumna eſt. Hæ omnes familiæ ſtrenuam operam nauauerunt, Mauros profligando, & ab Hiſpaniæ finibus depellendo. Ex Aquilarij domo natus eſt Didacus Ferdinandi Corduba ſtirpis tuæ è patre origo, qui ob ſingularem prudentiam & egregia in bello facta, adeò gratus fuit Henrico ſecundo & Ioanni primo Hiſpaniarum regibus, vt ab ipſis muneribus ampliſsimis & honorificentiſsimis donatus ſit, ac deinde ab Henrico tertio, cui cognomen Valetudinario fuit, Mariſchalcus (quod eſt nomen dignitatis apud Hiſpanos) & Vaenæ dominus appellatus ſit. Ac deniq; tantum ſibi nominis conciliauerat apud omnes, vt à Ioanne ſecundo illi præfectura exercitus, tam ad compeſcendos Mauros Bæticæ inquilinos, quàm ad ciues ſeditioſos & rebelles in officio continendos, vltro delata ſit. Huic duo nati ſunt filij, ex quibus Ioannes Roderici Rojas maior natu Poçæ dominus fuit. ſequens verò, cui Petro Fernandi Corduba nomen erat, Vaenæ domus dominus fuit. Hic ſæpe cum rege Granatæ adeò glorioſè conflixit, vt vires eius fregerit atque debilitauerit. Vnde cùm oppidum Alcala la real, cui præerat Petrus, ab illo rege, multis vndique coactis auxiliaribus copijs eſſet obſeſſum, idque renunciatum fuiſſet regi Caſtellæ, reſpondiſſe ferunt, quod Alexander Magnus antè dixerat, Se in vtramque aurem poſſe dormire, cùm Petrus Ferdinandi vigilaret, ac pro ſe excubias ageret. Nec in bello ſolùm, ſed etiam in pace clarus fuit. Huic quippe Hērici quarti regis ad huc pueri inſtituendi ac mores efformandi cura demandata fuit, cùm à bellicis laboribus per tempus feriari licuit.

Sed obijt cùm eſſet in florenti ætate, non ſine graui Reipubli cæ iactura, relicto hærede Didaco Ferdinandi Corduba. Qui tamen cum eiſdem artibus quas à patre acceperat cumulatè eſſet ornatus, ab Henrico Quarto, primus Comes Ægabrenſis creatus fuit, additis ad nominis prærogatiuam multis oppidis, ſub eius ditione, quæ poſteris iure hæreditario cederet. Huic duo nati ſunt filij, ex quibus iunior, auus tuus fuit: nempe Martinus Corduba, qui tanta rei militaris ſcientia præditus fuit, vt duæ prærogatiuæ ordinis (quas cōmendas vocant) à Magiſtro S. Iacobi, extra ordinem ipſi demandatæ ſint, ob trophæa & crebras victorias è Sarracenis partas: qui tamen tandiu hac lege ſolutus fuit, quouſq; præpinguem illam Stepæ, ipſi elargitus eſt. Hic duxit vxorem, Mariam Poncem Legionenſem, Roderici Ponce, Marchionis Gaditani ſororem, quem Ducem Archos nunc vocant. Cumq; Marchio exercitum duceret aduerſus vrbem Alhambram, ipſum ob affinitatem ſecutus eſt, fortiſsimeq; in illius expugnatione dimicās, hoſtiū impetus repreſsit ac ſuperauit. Ac deinde cùm ex illo loco exercitus noſter recta progrederetur ad oppugnandam vrbem Granatā, in qua ſedem imperij Arabes collocarant, ex præcepto Ferdinandi & Eliſabeth Regum Catholicorum, Alhambræ cura ipſi Martino cōmiſſa eſt, ob ſpectatam eius fortitudinem ac fidem & probitatem. Erat quippe aditus opportuniſsimus apertus ad conficiēdum totum illud bellum, illius vrbis certa poſſeſsio. Ac ſtatim cùm cataphractorum militum, ſub eorundem regum auſpicijs, dux eſſet, cùm Malacha & Baça cum multis oppidis & villis ſub ditionem noſtram veniſſent, victoria illa maxima ex parte huius fortitudini ac aſsiduitati tributa eſt. Deinde cùm inter Ferdinandum & Eliſabem reges Catholicos, & Alphōſum Luſitaniæ regem & Ioannam Hiſpaniæ Pſeudoreginam bellum exarſiſſet, Pacis Iuliæ, quæ in collimitio vtriuſque regni ſita eſt, cuſtodia, illi cōmiſſa eſt, vt ex illo loco hoſtium irruptiones, & impetus à tanta virtute frangerentur ac propulſarentur.

Teſtis

moria. Tum etiam vt antiquos libros, qui cum blattis & tineis luctabantur, ab obliuionis iniuria vindices, induſtrios librarios quæris: ac adeò conatus tuos omnes in his corrogandis & conquirendis codicibus impendis, vt ſtudium Ptolemæi Philadelphi, Attali & Eumenis regum, ac Apelliconis Teij, & vt ad noſtros veniam, Pamphili Cæſarienſis presbyteri, & Alexandri Hieroſolymitani Epiſcopi & Origenis, ſuperaſſe videaris. Non ad inanem oſtentationem, aut auram popularem captandam, ſed vt prælo committantur, ad ædificationem eccleſiæ quæ eſt corpus Chriſti, vt ſimus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, & vt poſsis tantum gregem tibi ad paſcendum commiſſum pabulo alere ſpiritali, ac vegetum & robuſtum in Chriſto reddere. Ac proſpicere ne poſsit dæmon, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, ad vaſtandum gregem Chriſti aſpirare, aut incautum eum opprimere. Vigilat enim ille ſemper, vt Chriſti oues diſcerpat ac dilaniet. Vigilas tu perpetuò, vt ad Chriſti ouile incolumes & ſaluæ in humeris tuis ad caulam reducantur. Ille aciem contra eccleſiam inſtruit, & quotidie militum agit delectum. Tu tuos inſtituis, & ſubinde nectar diuinorum eloquiorum inculcas. Ille innumeras copias parat ad profligandum tuos. Tu cum propheta, iubes illos bono eſſe animo, inquiens. Plures nobiſcum ſunt quàm cum illis. Crebrò voluens animo, quod Ezechieli Dominus de malis paſtoribus dixerat. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis. Lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum fuit non conſolidaſtis, &c. Ex his facilè intelligi poteſt, non omnino apud Hiſpanos bonarum literarum patronos eſſe extinctos, ſed adhuc ſupereſſe aliquos Camillos, qui eruditis opem ferre, & animos facere non deſiſtant. Quare ſi dux aliquis ſtrenuus, ſummo genere, ac ſumma prudentia ac ſcientia præditus eſ-

ſet à nobis exoptandus, quem tecum conferre poſſem non facilè ſtatuerem. At quibus initijs ac fundamentis tanta virtus excitata ſit, paucis aperiam.

Natus ex Hiſpali & oriundus à Corduba vrbe percelebri, ac nobili Hiſpaniæ Bæticæ, quæ ſiue ad agri vbertatem & ſoli fœcunditatem ſpectes, ſiue ad procreationem virorum ad belli & pacis munus obeundum, ſtrenuorum, atque ad diſciplinas & facultates omnes animo complectendum, vniuerſæ Hiſpaniæ caput eſt: & quæ eo ſydere iſto in loco colonia hæc à Romanis ex ordine patritio deducta fuiſſe videtur, vt ſemper, ſiue ſub populi Rom. Imperio, ſiue ſub Gottorum & Arabum regno, alijs populis imperare & iura dare, nunquam verò leges accipere, aut alijs parêre didicerit. Quapropter ex hac vrbe innumerabiles duces, tam noſtra quam patrum noſtrorum memoria prodiere, qui rem Hiſpanicam tam longè lateque propagauerunt, vt nulla gens cum noſtra poſthac conferenda ſit. Sed inter vniuerſas illuſtres familias, ſi quàm longiſsimè vetera recolas monumenta, ab illo primo ſtirpis veſtræ propagatore & principe Dominico Nunnio, cui cognomen Colodrio fuit, domus veſtra Corduba, tam in pace quàm in bello, eminere ac longo interuallo cæteras ſuperare viſa eſt. Hic enim, vt animos poſterorum ad gloriam inflammaret, illuſtri ſuo exemplo, cum trecentis ſocijs clàm ſe Cordubæ recipiens, tutiſsimum illum locum, quem Xerqueriam nunc vocant, occupauit, effecitque vt potentiſsima, ac florentiſsima vrbs à tyrannide Arabum in libertatem aſſereretur. Ferente ſtatim ſuppetias illis Ferdinando Rege, cui cognomen ſancto fuit, qui tunc fortè Veneuenti degebat. Quo ex tempore Hiſpania noſtra ſe efferre, ac in dies priſtinas vires & auitum robur exerere cœpit, quouſque Barbaros vertere ſolum & è finibus noſtris exire coëgit. Hoc Dominico nuptui tradente filiam, cuidam cognato Comitis à Caſtro, qui tunc Hiſpanico exercitui præerat, in tres primarias familias, hæc veſtra

Teſtis quoque huius fortitudinis eſt, bellum illud maximi laboris ac diſcriminis quod ad Albuyeram, aduerſus exercitũ Luſitanorum ab Alphonſo Cardenas Magiſtro S. Iacobi geſtum eſt. quo Luſitanorũ internecione, Martini virtus & induſtria ſpectata ac probata eſt. Vulnere tamen ſecundùm faciem accepto. In ſedandis quoq; ſeditionibus inteſtinis, tam populariũ quã magnatũ, aduerſus Henricum quartũ, obortis, regiarum partiũ patrocinio ſuſcepto, fortiſsimè eas tutatus eſt. Deniq; nullum bellum eo tempore obortum eſt, quin ab illo ſedatũ ac reſtinctum fuerit. At verò in huius fratris germani iunioris Didaci Ferdinandi Cordubæ Ægrabenſi comite, geſtis, quid opus eſt me velle excurrere aut ſpaciari, cũ notiora ſint apud nos eius geſta, quàm vt poſsint ab hominum mentibus, quandiu Hiſpaniæ ſteterint, aboleri. Eſt quippe ab eo parua manu ſuperatus & fuſus, ac ſub graue ſeruitutis iugum immiſſus rex Granatæ, qui tandiu manus noſtrorum ducum effugerat. Ac ab eo occiſus eſt eximius autoritate & potentia vir, Aliatar, qui bellorũ omniũ, quæ nobis inferebantur autor & adminiſtrator erat. Poſſem hoc in loco ſeptem illos epiſcopos, literis, religione & ſanctitate eximios, qui ex hac veſtra familia prodierunt, qui non tam illã quàm eccleſiã dei illuſtrarunt, referre, verùm ne longa oratione vti cogar, omitto. Porrò D. Maria Pontia Legionẽſis auia tua, ex regibus Legionis & Aragoniæ traxit originẽ. qua ex familia multi quoque duces præſtantiſsimi orti ſunt. Inter quos primas omniũ conſenſu tenet Petrus Põtius ille qui aduerſus Mauros Hiſpalis incolas fœliciſsimè pugnauit, quãdo vrbs illa, pulſis & diſſipatis hoſtibus Barbaris, ſub ditionem noſtrã venit. Ac deinceps alius eiuſdẽ nominis & nõ diſsimilis virtute, venit recẽſendus, qui Marchenæ dñs fuit. Hic ſtipatus ala militũ cuius erat præfectus, primus hoſtibus obuiã prodijt, & fortiſsimè dimicauit, in inſigni illo bello quod geſtũ eſt ab Alphonſo huius nominis vndecimo, aduerſus Albohacenum Bellamarini regem, qui innumerabilem exercitum ex Africa in Bæticam

 traiece-

traiecerat, qua in pugna omnes ferè Barbari interempti à noſtris ſunt. Hic genuit eiuſdem ſimiliter nominis filium, qui ingentem virtutem in propugnatione Hiſpalis ab incurſionibus Maurorum oſtendit. Hunc ſecutus eſt alius eiuſdem nominis, Medellini Comes, ſtrenuus Dux & fortis miles. Hic fato conceſsit relicto Ioanne Ponce filio, ſuperſtite, qui Comes Archos fuit, pugnauitque proſperè cùm Arabibus, tum alibi ſæpe, ſed præcipuè ad Madronium. Huius filia fuit, præſtantiſsima illa fœmina. D. Maria Ponce, auia tua. Poſtremò e materno genere Ducis originem ab Stunicis, Ortizijs, Roëlis & Melgaregijs, familijs antiquiſsimis & ampliſsimis, quæ in Hiſpalis expugnatione præcipuam operam præſtiterunt, & qui primi ex noſtris Hiſpanis illam vrbem poſt eiectos Arabes incoluerunt. Porrò multis alijs omiſsis, quæ hoc loco poteram recenſere, ſub ſilentio non omittam, quod vni ex Melgaregijs, cui nomen vt opinor erat Petrus, accidit, regnante Ioanne Primo, cui ipſe erat à conſilijs. Cùm inquam in conſilio tractaretur, an cruces & calices & alia aurea & argentea inſtrumenta eccleſiarum vendi aut diſtrahi oporteret, ad congerēdum pecunias, ad ſubminiſtrandum ſumptus, ad bellum contra Mauros initum, conficiendum, poſtquam regia vectigalia fuerant abſumpta, hunc obſtitiſſe huic rei vehementer ferunt. Quam ob cauſam (cùm nomen eius apud regem, à Iudæis illis publicanis, qui pecunias regias exigebant, & vectigalia exercebant, delatum fuiſſet, quod hoſtibus Granatenſibus bellum deprecantibus, ingentibus pecuniarū fiſcis ipſi miſsis, fuiſſet ſuffragatus) vir iuſtiſsimus & innocentiſsimus pœnas capite luit. Cumque poſtmodum rex intellexiſſet hominem ſanctiſsimum & innocentiſsimum à ſe fuiſſe occiſum, magna liberalitate & munificentia erga eius filios vſus eſt. Et ideo hæc familia in ſchemate generis præfert crucem. Nec minus fœcunda fuit in procreandis ducibus hæc quàm ſuperiores familiæ. Dedit quoque inſignes mulieres innumeras;

quæ tam

quæ tam in matrimonio & monogamia, quàm in cælibatu caſtè & ſanctè vitam egerunt. At verò hæ laudes quæ à natura & fortuna proficiſcuntur, quæ hucuſque tibi à nobis ſunt tributæ, vt generis, pecuniæ, propinquorum, amicorum, opũ valetudinis, formæ ac dignitatis corporis, non ſunt vſquequaque veræ & ſolidæ laudes, nec propriè illæ tuæ, quas omnes ſuſpiciunt ac venerantur. Sed ſimul has ſimul cum multis habes communes. Quandoquidem ſi Cordubæ natus es, quæ multis operibus & ædificijs antiquis eſt ornata, multi ęquè ac tu eadem in vrbe nati ſunt. Quin & ſi tu ex præſtantiſsimis maioribus ortum habuiſti, & ſummo loco natus es, illos pariter habes conſortes nobilitatis, qui ex eadem ſtirpe qua tu ſunt propagati ac in lucem editi. Denique ſi tu diuitijs abundas ac præpinguem epiſcopatum Placentinum aſſecutus es, ſunt alij item qui tecum opum multitudine & copia certare poſsint. Quapropter nunquam me hercle ex hac rerum abundantia aut penuria, aut ex imaginibus & trophæis, ego nobilem aut obſcurum hominem appellabo. Cùm fieri poſsit, vt his rebus abundent illi, qui ingenti laborant illorum inopia bonorum quæ verè bona ſunt, ſicut ecõtra accidere poteſt, vt illarum rerum ſint egentiſsimi nonnulli, qui tamen diuites ſunt in Chriſto. Nam plerunque in ſocietatem huius laudis externæ illi aſſumuntur, qui quo ad animi probitatem & vitæ ante actæ innocentiam ſpectat, virtutem reſpuunt ac aſpernantur. Quod igitur proprie in bonis tuis præſtantiſsime Præſul annumerandum eſt, hoc ego dignum admiratione cenſeo. Vt eſt incredibilis doctrina, tum in iure cæſareo & pontificio. tum etiam in diuinis ſcripturis, quam multis & aſsiduis laboribus acquiſiuiſti, ac cuius ſemina ac ſatus hæc Academia tua, cuius & Rector fuiſti non ſine magna laude, ſuppeditauit. Labor indefeſſus in exercendo functionem Epiſcopalem, tam regendo populum tibi commiſſum & in concionibus publicis docendo, quàm in elargiendo & ſubminiſtrando pauperibus, tam ad

victum

Digitized by Google

victum quàm ad veſtitum, neceſſaria. Ingens morum ſanctitas & integritas, quæ multos allicit ad ſui imitationem, alios à ſcelere patrando deterret. Zelus pro eccleſia Dei propaganda, & tuenda aduerſus hæreticos. Animus impenſiſsimè fauens ſtudioſis diuinarum ſcripturarum, ac promptus & paratus ad ſtudia omnia bonarum literarum, quæ apud nos iacebant, promouenda & euehenda. Age ergo, Præſul Illuſtriſsime, his rebus, vt ſoles incumbe, vt tibi æternam gloriam apud Deum & homines párere, & Hiſpaniæ noſtræ emolumentum ingens in literis inuehere poſsis. Vale. Ex Academia noſtra Salmant. 3. Idus Iu. an. 1563 à Virginis partu.

Digitized by Google

IN LIBROS HYPOTYPOSEON, HOC EST, EFFICTIONVM

Theologicarum, ab eodem Martino Martinez Cantapetrenſi, diuinarum ſcripturarum in tribus linguis Salmanticæ Primario profeſſore, ac Sacræ Theologiæ Magiſtro, editos, proœmium, Ad Illuſtriſsimum & Reuerendiſsimum Præſulem D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum.

CVM regularum ſcripturæ diuinæ, ſyluam, ex ſummorum eccleſiæ ac ſynagogæ authorum monumentis, tumultuaria ac confuſa lectione, decerperem, Præſul ampliſſime & eruditiſſime, contentus fore domeſtico vſu videbar. Nam in quiduis potius, quàm vt in vulgum prodirent, aut prælo mandarentur, congerebantur. Nunc verò mutata perſona, & ſententia variata, vt in publicum exeant Theologorum commodum, volo & ſtatuo. Victus me hercle, amicorum haud vulgarium, nec contemnēdæ eruditionis precibus, quas abſque immani piaculo & ſcelere, aſpernari non decet. Quod onus ſi ab ipſa ſtudiorum meorum infantia & incunabulis, quando eccleſiaſticos Doctores euoluere cœpi, vſque ad hanc ætatem meis humeris ſeſſurum fuiſſe reſciuiſſem, nō vererer promittere, non nihil bonæ frugis, quæ nunc nulla eſt, ex opella noſtra Theologis fuiſſe acceſſuram. Arbitrabar enim cuilibet ſacrarum literarum ſtudioſo fore in promptu, vberius & felicius in hoc argumenti genere verſari, ſi qua ex eius tractatione Chriſtianis lectoribus obuenire aut ſuboriri poſſet vtilitas. Cùm adeſſe poſſent, cuilibet vtcunque in literis verſato, ad manum, Hieronymi volumina, ex quibus ingens regularum colligitur aceruus, imò nil fere inuenitur in illo viro verè diuino quin inſtar regulæ habendum ſit. Quin & vnicuique non prorſus ſtupido rebar poſſe ſuppetere, Auguſtini, Ambroſij, vtriuſque Gregorij, Origenis, Chryſoſtomi & eius aſſeclæ Theophilacti lucubrationes, ac reliquorum eccleſiæ procerum, quorum libri ſolida & omnigena ſcatent eruditione. Quam ob rem hos penſi mei exactores, aut ad ipſos ſacros fontes epotandos amandabam,

aut deprecabar, vt tantæ molis opus, & viribus noſtris impar, diligentiori, & magis in diuinis literis verſato & inſtructo integrum reſeruarent. Nam ſi hæc prouincia eſſet demandata alicui duci, cui obtigiſſet, vis ingenij & perfecta eruditio, qualem materia exigit & efflagitat, non ambigerem quin pulcherrimum & vtiliſſimum opus, & à nullo vt argumenti magnitudo, & rei poſcebat dignitas editum, cuderetur. Nam quas quidam huius tempeſtatis noſtræ auctor, in lucem protulit claues ad interpretandum ſcripturas, quis non videt, non ſolùm non aſſecutas eſſe quod promiſerant: verum etiam aut rei obſcuræ denſiſſimas tenebras offudiſſe: aut de materia vberrima & quæ quàm latiſſimè pateret, ſatis ieiunè tenuiterque diſſeruiſſe. Iam verò libellus ille Regularum, qui vulgo circunfertur, diligentia cuiuſdam viri eruditiſſimi, conflatus, quid aliud obſecro habet, niſi tumultuariam quandam congeriem & cumulum ſententiarum, quarum bona maximaque pars, regulæ nomen, non ſolùm non agnoſcit, ſed omnino admittere reſpuit. Verùm quanuis non tàm me alliceret ad ſubeundum hanc prouinciam, fiducia præſtandi aut perficiendi quod imponebatur oneris, quàm renuendi rubor, iniunctum laborem non detrectaui. Fuſiore tamen ſe offerente materia pluſquàm à me exigebatur, laboris, ſponte ſubij. Quippe non ſolùm ex priſcorum ſanctorum, ſiue Græcorum, ſiue Latinorum lucubrationibus, ſed ex Hebræorum arcanis voluminibus & Chaldaicis, multa diligenter congeſſi & coaceruaui. Nec in hoc diligentiæ & induſtriæ noſtræ labor finitus eſt, ſed & innumera penè teſtimonia quæ non ſatis enucleatè ante hac fuerant explicata, exponere, & nonnihil lucis illis inuehere curaui. Simul vt pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei. Simul ne protritam viam ingreſſus vulgaribus ſolùm veſtigijs incederem. Spero equidem fore vt poſtquam impenderint ſtudioſi, tantam curam in hac poſtrema Theologiæ parte ſibi vindicanda, quantam primæ tribuendam eſſe cenſuerunt, tantum in diuinis literis profectum paruo tempore ſibi eſſe parituros, vt tunc denique cogantur fateri, cùm huiuſmodi exercitatio illi priori ad cumulum acceſſerit, ſe adeò fore inſtructos & paratos ad tractandum diuina oracula, vt abſque vlla offenſione liberè, per vniuerſum ſcripturarum pelagus ſecundo vento poſſint nauigare: ac rurſum abſque harum cognitione quanuis eximia polleant copia & vbertate dicendi, & acumine & ſubtilitate diſputandi præditi ſint, intelligent, nec dum adhuc cum Chriſto ad montis cacumen conſcendiſſe, vt illo in loco, ex ore eius, aut illorum, qui ab ipſo didicerant parabolarum abſtruſos ſenſus perciperent, ſed in imis montis radicibus cum turbis ignobilibus, & ratione expertibus, conſtitiſſe. Quapropter quod poeta ille de libris Philoſophorum dixerat, rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ: nos ad harum regularum cognitionem poſſumus non ineptè transferre: à quibus deſtitutus nulli Theologiæ parti feriò operam

nauare

nauare queas. Diſputandi quippe dexteritas & peritia, ſcientia ſcripturarum deſtituta in futilem vergit loquacitatem. A ſenſu præterea ſimplici & literali, ex quo tantummodò validum trahitur argumentum, non vis aberrare, nec aliò detorquere? nullibi melius poteris edoceri. Allegoriam aut quemlibet ſenſum myſticum non vis frigidè, nec ſtupidè tractare? nil plus adiumenti afferre, nec cum hac arte conferri poterit. Denique exoptas totius diuini eloquij artem peruestigare & mente complecti? hac arte cognita facilè aſſequeris. Cui nimirum ſi aſſidua meditatio, & crebra ſacrarum literarum acceſſerit exercitatio, proh Deum immortalem quantum vtilitatis & emolumenti, ſui ſectatoribus erit allatura! Nam vt medici & imperatores quanuis artis rationem, & præcepta tenuerint, nequeunt dextrè munus ſuum obire, ſi abſit diuturna exercitatio & vſus. Ita qui huius artis præcepta imbiberint, ſine frequenti mentis agitatione & vſu diuturno, prorſus abſque emolumento diſcedent, etiam ſi in illis ediſcendis ſe ipſos confecerint & macerauerint. Vt hanc autem ſcientiam aſſequi nitamur, Chriſtus nos adhortabatur cùm loquebatur cum Samaritana ſola, aut potius ſub eius perſona, cum vniuerſo populo Chriſtiano. Qui biberit, inquiens, ex hac aqua doctrinarum humanarum, quam tu hauris Samaritana, ſitiet iterum, nec aliquid dignum hominis dignitate & excellentia ſapiet. Qui autem ex perenni fonte diuinæ ſcripturæ toto ſe proluerit ore, & nectar diuinorum eloquiorum vbertim hauſerit, certam & expeditam ad ſalutem viam, & viuendi modum haud quaquam protritum & vulgarem, ſed diuinum & cæleſtem inueniet. Nolim tamen cùm hoc aſſeuerauerim, ita malignè ab aliquibus accipi, vt ſtudioſos iuuenes ab humanarum literarum ſtudio velim deterrere & dehortari, quarũ peritiam magnopere laudo & probo. Quippe vehementer conducunt ad intelligendum ſcripturas, illis qui ſeriò Theologiæ operam dare volunt. Quod pulcherrimo ſymbolo innuiſſe Daniel arbitror, cùm ait. Nabuchodonoſor regem Babylonis vaſorum domus Dei partem, ex templi Hieroſolymorum aditis rapuiſſe, ac Babylonem ſcelerum altricem vrbem, deportaſſe, ac in fano deorum ſuorum collocaſſe, volens innuere, in gentium libris aliquam ſen ſuum diuinorum minimè aſpernandam ſcintillam veritatis, mendacijs & nugis reſperſam, inueniri. Hinc apud Platonem, Deum mundi opificem & architectum legimus. Hinc Democriti Abderitæ de aſſeruandis corporibus mortuorum, & de loco ſepulturæ cooptando cura & ſolicitudo, propterea quod in poſtremo tempore, è monumentis & buſtis in quibus condita ſunt, eſſent reuictura. Hinc denique apud Platonem & Ciceronem de immortali animorum vita & origine tam crebra mentio, quam nunquam Ariſtoteles ſatis concoxit, ſi D. Theodoreto credimus, in 8. Sermone de cura Græcarum affectionum. Attamen vt patrocinium Ariſtotelis ſuſcipiamus, ſi rem accuratius expendamus, inueniemus duobus modis Ari-

Plin. lib. 7. cap. 55.

ſtotelem de anima agere inſtituiſſe. Primò vt eſt actus corporis phyſici: nam philoſophi naturalis munus eſt de anima diſſerere prout corpori coniuncta, & materiæ demerſa eſt, & quantum ad hoc ſic anima (quæ Græcè ψυχὴ appellatur) & ſic ab interitu & morte non eſt aliena, vt Iuſtinus in admonitorio ſcriptum reliquit. ψυχὴ, quippe teſte Origine & Chryſoſt. à refrigerando nomen inuenit: aut loquitur de ea, vt eſt quid cæleſte, & diuinum, atque à materia longè ſemotum: de hac anima Philo Iudæus lib. de nobilitate ait. νεὼς ἀξιοπρεπέστερος ἐπὶ γῆς οὐχ ἱδρυθεὶς λογισμοῦ κρείττω. *Hoc eſt, nullum templum auguſtius in terris Deus inuenit, quàm animam rationis participem. Et ſic anima à Græcis* νοῦς *vocatur, quæ cum Philoſophi naturalis munus excedat, eius naturam perſcrutari ad metaphyſici partes ſpectat. Atque ita anima hæc ſcripſit Ariſto. 12. metaphy. Cauſæ, inquit, efficientes priores ſunt tempore, cauſæ formales ſimul. Cùm enim homo eſt ſanus, tunc & ſanitas eſt: figura ænea pilæ & ipſa ænea pila ſunt ſimul. Si verò poſterius quippiam permaneat conſiderare oportet. In quibuſdam enim nil prohibere videtur: veluti ſi anima tale ſit non omnis ſed mens ipſa. Attamen, vt dixi, adeò mendacijs illa veritatis ſcintilla oppleta, aut potius extincta eſt, vt arduum ſit, perſpicuè id quod ſcitu erat digniſſimum percipi. Niſi Deus miſertus inſcitiæ noſtræ, porrexiſſet nobis ſermonum ſuorum facem, & extenta manu, iacentes in tenebris & in vmbra mortis, ad lumen cognitionis, per filij ſui prædicationem ſubleuaſſet. Intromiſiſſetque nos in cubiculum ſuum, vt ea quæ antè noſtris viribus freti aſſequi non poteramus, plano ſermone & aperto diſſereret. Nos tamen qui cæleſtium donorum aura frui non meruimus, nec ad ſacræ Theologiæ culmen, cum Petro, Ioanne & Iacobo conſcendimus. Indignos quippe nos reddimus verbi Dei. Nonnulla ſaltem, quæ ex ſanctorum munere & liberalitate, vnicuique ingenio quantumuis infimo prædæ expoſita ſunt, inſtar Ruth Moabitidos, quæ poſt meſſores vndique colligebat ſpicas, ad communem vtilitatem in medium afferemus. Alioqui niſi illi nobis porrexiſſent, quis animo verſari auſus eſſet, ſcripturarum diuinarum vaſtiſſimam molem, & immenſum pelagus, certis quibuſdam regulis, & præfinitis legibus poſſe adſtringi? Quanquam id fieri poſſe vehementer ſubodorabar: nam ſi mechanicorum artium opifices, regulis ſuis ſunt adſtricti: & Rhetores certam habent dicendi normam extra quam egredi non licet. Medici quoque curandorum morborum artem, ſe habere iactant: & viri prudentes inſtitutiones iuris ciuilis ediderunt quibus lites contentioneſque conſopirent. Cur deſperandum eſſet à nobis, idem conſequi diligentia & labore poſſe, in aperienda via ad intelligendum ſcripturas, non video. In quibus, non de aquis arcendis aut ſtillicidijs, ſed de ſpe & ſalute noſtra agitur. Abſit igitur à me vt putem ſermones diuinos certa loquendi norma carere, quorum author Deus opti. maxi. eſt, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis*

Chry. hom. 2 in epi. ad Hebr. Orige. 2. periā. cap. 8.

LIBER PRIMVS THEOLOGICARVM HYPOTYPOSEON, à Martino Martini Cantapetrenſi, Sacræ Theologiæ Magiſtro, ac diuinarum ſcripturarum in tribus linguis, Salmanticæ Primario profeſſore, editus, ad Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum.

Quas ob cauſas diuinæ ſcripturæ obſcuræ, ac inuolutæ ſint.

CAPVT PRIMVM.

SICVT IGNOtanti vim morbi medicinæ faciendæ non eſt locus, ita niſi noueris quas ob cauſas ſcripturæ perplexæ difficileſque ſint, earum obſcuritatem euincere & domare non valebis. Illarum nonnullas enumerans Euthymius, bonus author in primis, in præfatione Pſalmorum inquit. *Euthymius*

1. Cauſa. Quod tam multa in veteri ſcriptura obſcura inueniantur, in cauſa ſunt figuræ quæcunque Chriſtum illiuſque actiones, & nouam gratiam præfigurabant. Omnia quippe hęc quæ ad gentium vocationem pertinere videbantur, prophetæ de induſtria obſcurè admodum pertractarunt. Ne ſi inuidentiſsima illa Iudæorum gens, futuram primogeniti Iſraëlis ruinam, & gentium vocationem cognouiſſet, ſacros libros, vbi hæc prędicta ſunt, omnes igni tradere atq; eorum memoriam obliterare ſtuderet. Neque enim aliquando ſuſtinuiſſent tanta aduerſus ſe ferri teſtimonia. Vnde non mediocre damnum poſteris allatum fuiſſet. Quod Dei conſilium quodam loco vnus prophetarum nobis indicauit, dicens, ex perſona Dei ad Iudæorum gentem: *Iſaia. 48.* Neque credidiſti, neque à principio aperui tibi aures tuas, noueram enim, quod inobediens non pareres. *2. Cauſa.* Præterea obſcuritatis alia eſt ratio, idioma videlicet Hebraicæ linguæ diuerſum à Græca & Latina lingua. *3. Ratio.* Varijs etiam loquendi modis prophetæ ſæpenumero vſi ſunt, adumbratè etiam multa dixere, ob incredulitatem, & duritiem auditorum: quæ tamen paucioribus, ac ſanctis viris reuelata ſunt, quæ à ſolo rerum exitu & fine rectè indicantur. Poſtremò etiam illa addatur ratio, quod de prima & propria Hebraica lingua in aliam conuerſa, vt plurimum difficultatem generant. *4. Ratio.*

Inquit Euthy. in prima ratione: omnia quæ ad gentium vocationem pertinere videbantur, occultarunt. Nam de hoc myſterio tam altum erat ſilentium apud Iudæos, vt non dubitaret Paulus Coloſſenſibus ſcribere. *Myſterium de vocatiõe gentium.* Cuius ſcilicet, eccleſiæ, factus ſum ego miniſter, vt adimpleam verbum Dei, myſterium quod abſconditum fuit à ſeculis & generationibus, & nunc manifeſtatum eſt ſanctis eius. Quin & Petrus Actuum 10. id ignorabat, niſi à domino accepiſſet nodi ſolutionem in vaſe illo linteo è cælo demiſſo. Sed profectò mirum eſt Iudæos id non intellexiſſe, cum tam aperta & inconcuſſa reprobationis ipſorum inueniantur vbique in ſcripturis teſtimonia, vt à nullo niſi ſtupido planè poſsint ignorari. vt in Deutero. cap. 32. Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis, ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo eos. Et in Pſalm. 17. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, & auditu auris obediuit mihi. Et Iſaias, & relinquetur filia Sion ſicut tugurium in cucumerario, &c. Sunt innumera in ſcripturis ſub typo dicta, de quibus pauca ſubiungam. Sacra narrat ſcriptura, vt inquit Hierony. in comment. Ezechi. ca. 27. ſeniores filios plurimos à Deo eſſe reprobatos, & Iuniores electos in typum Synagogæ & ec-

Reprobatio nes primogenitorum quid ſignificent.

& eccleſiæ. Senior Cain abijcitur, & Habel iunior eligitur. Iſmael filius Abraham alienus à patre eſt, & Iſaac iunior hæreditatem accepit, filiorum quoque Iſaac ſenior Eſau venator eſt & vagatur in ſaltibus, Iunior Iacob ſimpliciter habitat domi. Vnde Malachias. Iacob dilexi, Eſau odio habui. Sed nunc hæc miſſa faciamus, latiorem de his ſermonem poſtea facturi.

Præterea inquit Euthy. in ratione tertia. Quæ à ſolo rerum exitu iudicantur, &c. Sæpe ſancti Apoſtoli ſermonem aut parabolam quam à Chriſto acceperant, non ſatis intelligebant, tamen tunc denique rem exacte tenebant, cum rei euentum cernebant. Vnde Ioann. 2. cum dixiſſet dominus. Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud, & ſubiungit Euangeliſta. Cum reſurrexiſſet ergo à mortuis recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt ſcripturæ & ſermoni quem dixit Ieſus, & iterum. cap. 12. & inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt. Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primum, ſed quando glorificatus eſt Ieſus tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta de eo, ob hanc cauſam multorum vaticiniorum explanationes antiquos fefellerunt, quia ea ætate nondum adimpletæ, nec ad finem ſuum peruenerant prophetiæ illæ, vt Ioannis Apocalypſis, & extremæ Danielis viſiones, in quibus Antichriſti tempora deſcribuntur, & apud eundem. capit. 7. quid quarta beſtia ſignificet, Hieronym. expoſuit. Verum alij, quartam beſtiam quæ typum ſuſtinet Romani imperij, aiunt decem cornua habere, quia plurima regna ſubiecit, at ſub hoc imperio exortum eſt cornu exiguum, hoc eſt Turcarum imperium, quod primo quidem tempore ignobile, poſt vero clarum ac nobile euaſit. Hoc Turcarum imperium labefactauit tria beſtiæ quartæ cornua; nempe duo Græcorum & Aegyptiorum clara regna. At nunc ſupereſt tertium cornu, tamen quod demum futurum ſit, venturis ſeculis manifeſtabitur. Hoc animaduertens Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes Valentini. capit. 43. ait. Omnis prophetia prius quàm habeat efficaciam, ænigmata & ambiguitas ſunt in hominibus. Cum autem venerit tempus, & euenit quod prophetatũ eſt, tunc prophetiæ habent liquidam & certam expoſitionem, & propter hoc à Daniele dicebatur. Muni ſermones & ſigna librum vſque ad tempus conſummationis, quoad vſque diſcant multi, & impleatur cognitio, & Ieremias, in nouiſſimis diebus intelligent ea. Et ideo cum à Iudæis legitur lex in hoc tempore, fabulæ ſimilis eſt. Non enim habent expoſitionem omnium rerum pertinentium ad aduentum filij Dei, qui eſt ſecundum hominem. Chriſtianis vero cum legitur, theſaurus eſt abſconditus in agro, cruce vero Chriſti reuelatus eſt, & explanatus, ditans ſenſum hominum, & oſtendens ſapientiam Dei, & eas quæ ſunt erga hominem, diſpoſitiones eius manifeſtans.

Quartæ rationis Euthymij exemplum Hierony. ſuppeditabit, in commenta. Epiſtolæ ad Epheſios. cap. 4. cum exponit hæc verba. Donec occurramus.

Quinta ratio.

Quintam cauſam addit Irenæus. libro. 3. aduerſus hæreſes. cap. 7. cur Paulus obſcurus ſit, ſed nos de vniuerſa ſcriptura dictum eſſe intelligamus, ipſius hæc ſunt verba. Ideo Paulus obſcurus eſt, quoniam Hyperbatis frequenter vtitur, propter velocitatem ſermonum ſuorum, & propter impetum qui in ipſo eſt ſpiritus, vt ex multis locis eſt inuenire. Veluti ad Galat. 3. Quid ergo? lex factorum poſita eſt, vſquequo veniat ſemen, cui promiſſum eſt, diſpoſitum per angelos in manu mediatoris. Ordinatio ſic eſt. Quid ergo lex factorum? diſpoſita per angelos in manu mediatoris poſita eſt, vſque dum veniat ſemen cui promiſſum eſt. Vt ſit homo interrogans, & ſpiritus reſpondens, & iterum in ſecunda ad Theſſaloni. epiſtola de Antichriſto ait. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui, illum cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ in omni virtute & ſignis & portentis mendacij. Ordinatio hæc eſt. Tunc reuelabitur iniquus, cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ, in omni virtute & ſignis & portentis mendacij, quem dominus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui. Non enim aduentum domini dicit ſecundum operationem ſatanæ fieri, ſed aduentum iniqui, quem & Antichriſtum dicimus. Si ergo non attendat quis lectioni & internalla aſpirationis manifeſtet quod dicitur, erunt non tantum incongruentia, ſed blaſphema. Denique in ſecunda ad Corinth. ait. In quibus

Locus Pauli.

Deus

tudinis obumbratio. Omnem hunc ſermonem detulimus, non quibuſuis hominibus ignobilibus & obſcuris, ſed præſtantiſsimis & clariſsimis viris, Hieronymo, Origeni, Chryſoſtomo, Damaſceno, Theodoreto, aut alicuieiuſdem claſsis, aut ordinis viro, quo maiorem authoritatem haberet oratio. Nam ſi Peryſatis, Cyri & Artaxerxis mater, iubebat eum qui apud regem ſermonem eſſet habiturus, byſsinis, hoc eſt magnificis & ſplendidis verbis vti: quantò magis res diuinæ monumentis mandari aut committi debuiſſent, non comico ſocco, ſed tragico cothurno. Si Alexander ab Apelle pingi, à Lyſippo fingi tantum expetebat, ne quid natiuæ formæ, artificis imperitia detraheret. Cur igitur ego committam vt ſcripturarum diuinarum explanationibus, nænias meas, aut obſcurorum hominum inſomnia, ſtudioſis obtrudi & illorum manibus obteri, obliteratis & ſuppreſsis illorum Heroum nominibus, qui hanc tantam lucem, qua fruimur, nobis reliquerunt? Interdum ſanè non ſine rubore, nomen meum inter hos tam præclaros viros, cum res efflagitabant, inſerui (cum nullus de illa re quam tractabam aliquid memoriæ mandaſſe compereram) ne prorſus κωφὸν πρόσωπον ego eſſem: totam quippe fabulam, vſque ad plaudite, ſuſtinere ſolus qui poſſem? Inſcriptionem inſolentem, & quæ montes aureos in fronte promittere videretur, cooptare huic volumini neglexi, ne poſtea naſceretur ridiculus mus, vt illi fecerunt, qui pupillam oculi, ſcintillas ſcripturæ, clypeum, lac, libros à ſe editos inſcripſerunt. Sed id nomen quod ab eccleſiaſticis viris, Dionyſio Areopagita, Clemente Alexandrino vſurpatum eſt ſequi maluimus, nempe libri Hypotypoſeon, id eſt informationum, aut efficti onum. Authorem ordinem, ita digeſsi, vt qui primum locum occupauerit, ſcribat illa quæ retulimus verba, totidem verbis nonnunquam, nonnunquam paucis, aut mutatis, aut detractis, aut additis verbis, quo res tota fieret dilucidior & planior. Qui ſecundum, aut deinceps locum tenuerint, ſi eadem, aut ſimilia ſuperioribus verba protulerint, authoris tantùm nomen inſerui. Verùm ſi quid noui afferunt, aut aptius exemplum adducunt, id quod addidit tantùm decerpſi. Quanuis non diffitear opus fuiſſe, vt nonnunquam centies eandem cantilenam, non abſque tædio, replicarem, cùm res poſtulare videretur. Multa præterea quæ legentibus nobis, non infrequenter occurrere ſolebant, quæ ſub nomine Regulæ, colligi poſſe videbantur, & illarum albo adſcribi, in hunc ordinem redigere, vt par erat veriti ſumus, tum ne voluminis creſceret magnitudo, quæ ſatis magna & iuſta eſt, ſi ſatisfactum fuerit argumento. Tum etiam ne Midæ ſimilis viderer, qui vniuerſa quæ attrectabat, in aurum vertebat. Nos non quæ pulchrè, aut ſapienter dicta ſunt recenſuimus, & in hoc libro coniecimus, ſed quæ nomine regulæ inſignita eſſe videbantur, aut manifeſtarium aliud ſymbolum præ ſe ferebant, ſelegimus. Solent enim diuini ſcriptores his, aut ſimilibus nominibus, has regulas appellare. Regula

Digitized by Google

ſcripturarum eſt, Canon eſt apoſtolicus, conſueuit ſcriptura, conſuetudo eſt prophetiæ, in ſacro eloquio hoc fit, mos ſcripturarum eſt. Quod ſupereſt, vos ſtudioſos iuuenes adhortari monereq́ non deſiſtam, vt hos ſanctorum amplectamini labores, ſi ab Spiritus ſancti ſcopo aberrare non vultis, & à germano & ſyncero eccleſiæ dogmate deflecti. Alioqui, vt hæretici faciunt, vaſa aurea & argentea domus domini conflabitis, vt in varias veritatis effigies quas adoretis in Bethel & in Samaria. Quoties enim eloquia diuina aliter intelligimus, quàm Spiritus ſanctus efflagitat, conuertimus vaſa cultus templi Domini, in vaſa ignominiæ, vt nobis faciamus ſimulacra & fornicemur cum eis, ſub qualibet quercu & ligno frondoſo. Quæ prudenter vitare poterimus, ſi Sanctorum patrum interpretationibus (hæreticorum iſtorum, qui è cauda aſpidis nuper oborti ſunt, commentis ſemotis, & nugis relegatis) toto animo adhæſerimus. Quippe, vt ait Cicero. 1. Tuſcu. in omni antiquitate, quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc melius ea fortaſſe, quæ erant vera cernebat. Porrò cùm res quam adorior ardua ac difficilis ſit, captumq́ue noſtrum longo interuallo ſuperans, meo iure poſtulare poſſe videor, ſi me & mea omnia limæ & correctioni eccleſiæ ſubiecero. Quapropter ſi quid dictum, aut literis commiſſum à nobis ſit, in quo labi aut titubare videamur, tum contra eccleſiæ Romanæ ſcita & decreta: tum etiam contra priſcorum patrum dogmata, indictum & obliteratum eſſe à mentibus hominum exopto.

Porrò ad instituti noſtri tractationem acceſſuri, viſum eſt in primis iuxta Philoſophorum præcepta à definitione Regulæ exordiri. Regula eſt, quæ rem vt eſt, in genere breuiter exponit: & hæc in duas ſecatur partes, in regulam verborum, & regulam ſententiarum. De vtriſque ſigillatim acturus ſum, ſi nonnulla prius in hoc priori volumine, quæ ad illarum potiſſimùm conferunt intelligentiam, præmiſero.

FINIS.

Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, ex quo loco hæretici, alterum quidem Deum eſſe ſeculi huius dicunt, alterum vero qui ſit ſupra omnem principatum. Sed hi nelégere quidem Paulũ ſciunt. Nos ſic. In quibus Deus. Deinde ſubdiſtinguẽs in vnum reliqua lege. Seculi huius excęcauit mentes infideliũ. Vt ſit quod dicitur. Deus excæcauit mentes infidelium huius ſeculi. Hucuſq; Irenæus. Pręterea Origenes in præfatione epiſt. ad Rom. inquit, obſcurus eſt Paulus, quòd elocutionibus interdum confuſis & minus explicitis vtitur. Huius rei innumera exempla vel vnus Oecumenius ſuppeditabit. Nos vt rem planiorem faciamus, vno aut altero vtamur exẽplo, & in primis ſe offert locus Pauli ad Epheſ. 3. Huius, inquit, gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu pro vobis gentibus, ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratię Dei quæ data eſt mihi in vobis, quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factum eſt ſacramentum.

Locus Pauli expoſitus Quo in loco annotandum eſt iuxta idioma linguæ Hebrææ, nominatiuum pronominis primitiui nonnunquam pro quocunque caſu poni, vt ego Paulus vinctus pro mihi Paulo vincto, hoc veluti interpretans ſubiungit, notum factum eſt mihi, Deinde particula, quoniam, frequentiſsimè redundat. Pſalm. 36. quoniam benedicentes ei hæreditabunt terram. Præterea pronomen illud, mihi, ſuperfluit, cum iam ſupra poſitum ſit, cum ait, mihi Paulo. aut emphaſin habet, mihi inquam notum factum eſt, ordo igitur hic erit. Huius rei gratia mihi Paulo vincto pro vobis gentibus (audiſtis ſiquidem diſpenſationem gratiæ Dei quæ data eſt mihi in vobis. i. ſcitis me eſſe Apoſtolum veſtrum, hoc eſt gentium.) Secundum, ideſt, per reuelationem notum factum eſt ſacramentum, nam nõ accepit illud, vt ipſe ait, ab hominibus, nec per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, ſit ſecundum exemplum ex Pſalm. 30. Obliuioni datus ſum (tanquam mortuus) à corde, & ad Hebræ. 1. & cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, pro. Et iterum, cum introducit, &c.

Sexta cauſa. Sextam cauſam affert Tertuli. li. 3. aduerſus Marcionem, parum poſt principium. Ideo, inquit. obſcuræ ſunt ſcripturæ, quia pleraque figuratè portenduntur, per ænigmata & allegorias & parabolas, aliter intelligenda quàm ſcripta ſunt. Nam terram lacte & melle manantem legimus, & montes ſtillabunt dulcedinem, & de gentibus, benedicent me beſtiæ agri. Item Hiero: Iſaiæ. 8. inquit. Scripturæ proprius character eſt per tranſlationẽ loqui. vt apud Iſaiã. ca. 8. Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio. i. noluerũt decem tribus parere domui Dauid. & aſſumpſit magis Raſin & filium Romeliæ. Propter hoc ecce dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum. & de vocatione gentium loquens idem propheta, inquit. *Iſaia. 60.* Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ. Et in cõmẽt. Marci falſo Hieronymo inſcriptis. Eſt, inquit, conſuetudo ſcripturæ diuinę allegoricè loqui, & cum aliud dicat, aliud velit intelligi; quod in Euangelijs poſitum frequenter inuenies. De parabola, allegoria, ænigmate, quomodo aliud contineant in medulla, aliud in ſuperficie polliceantur, alibi à nobis fuſius explicabitur.

Septima cauſa. Septimam obſcuritatis cauſam nobis ſuppeditabit Philippus presbyter. lib. 2. cõment. in Iob. c. 21. Scripturæ, inquit, diuinæ hinc obſcuræ ſunt; quia ſolent ſuperioris intellectus conſequentiam non tenere. Hierony. quoq; Nahum. cap. 2. inquit. Hinc vel maximè prophetæ obſcuri ſunt, quod dum repente aliud agitur, ad alios perſona mutatur. Vnde apud Nahum. Celebra Iuda feſtiuitates tuas & redde vota tua, quia non adijciet vltra vt pertranſeat in te Belial. &c. & ſermonem conuertens ait. Aſcendit qui diſpergat in facie tua cuſtodiens obſidionem. Et in Pſalmi. 80. cõmentario titulo Hieronymi, dicitur. Prophetæ & pſalmi ideo obſcuri ſunt, quoniam ſubitò cum neſcis perſona mutatur, vt Pſalmi. 80. cũ dicat ꝓpheta, Exultate Deo adiutori noſtro. Sumite pſalmum, & buccinate in neomenia tuba. Deniq; ſubitò inducitur perſona domini loquens ad populum. In tribulatione inuocaſti me & liberaui te. Hæc ille. Huius rei ſumi poteſt optimum exemplum ex Pſal. 2. Dirumpamus vincula eorum. Quæ verba iuxta Hiero. manſione. 27. ad Fabiolam. & Origenẽ tract. 35. in Matth. & Euthy. ſub perſona Dei accipienda ſunt, attamen ſub perſona inimicorum Chriſti prolata videri poſſunt. Præterea cum mitteret diſcipulos ad prædicãdum, reuerſi dicunt. Domine in nomine tuo etiam dęmonia ſubijciuntur nobis, ait illis dominus. *Luc. 10.* Videbam ſatanan quaſi fulgur de cælo cadentem, hoc eſt, quamuis miracula edatis

Digitized by Google

tis multa, cauete ab inſolentia: ne ſicut Lucifer à ſede cæli depellamini. Alij ſic: non mirum eſt dæmones ſubijci vobis, nam quando ego vos miſi, iam fractas & debilitatas vires Satanæ cernebam, ſciebamque veſtra præſentia ruituras. Denique Pſalm. 119. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. Euthy. arbitratur hoc teſtimonium conſtare ex interrogatione & reſponſione, ad hunc ſenſum. Quænam vindicta ſceleratæ imminet linguæ? Reſpondet propheta nitens populum conſolari, & ſuadere nullam eſſe cauſam cur animo ægro ſit, cùm iam ſagittæ Dei, cum carbonibus omnia vaſtantibus, paratæ ſint vt hoſtes eorum interimant. Nec diſſentit Augu. Alij ſic. Quid tibi emolumenti obtigit ex lingua tua peſsima, quæ adeo nocens eſt, vt ſagitta à robuſto homine miſſa, videri poſsit, aut igni omnia comburenti & conflagranti ſimilis ſit.

Locus ex Pſal. 119. interpretatus.

Octaua ratio.

Octauò loco, ea ſe offert ratio, quòd nonnulli diuinarum ſcripturarum authores, vt myſteria prophanis hominibus contegant, quædam perturbato & confuſo ordine enarrarunt. Et hanc ob rem eorum libri ſcatent, Hyperbatis, Anantapodotis & alijs figuris, quæ orationi ſolent tenebras offundere, & ſtudioſorum animos retardare. Porrò ne ex meo capite hæc finxiſſe videar, teſtimonijs ſanctorum confirmare & munire oportet. In primis Hiero. quæſt. 10. ad Algaſiam, de Paulo ait. Illud quod crebro diximus, etſi imperitus ſermone non tamen ſcientia, nequaquam Paulum de humilitate, ſed de conſcientiæ veritate dixiſſe, etiam nunc approbamus. Profundos enim ſenſus lingua non explicat. Et cùm ipſe ſentiat quid loquatur, in alienas aures, puro non poteſt transferre ſermone. Quẽ cùm in vernacula lingua habeat diſertiſsimũ, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis, ſe ipſum interpretari cupiens inuoluitur. Si autem in Græca lingua hoc ei accidit, quam, nutritus in Tharſo Ciliciæ in parua ætate, imbiberat, quid de Latinis interpretibus dicendum eſt, qui verbum de verbo exprimere conantes, obſcuriores faciunt Pauli ſententias, & veluti herbis creſcentibus frugum ſtrangulant vbertatem? & quæſtio. 11. ad Hedibiam ait. Cùm Paulus haberet ſcientiam ſcripturarum, & diuerſarum linguarum gratiam poſsideret. Vnde ipſe gloriatur in Dño, & dicit. Gratias ago Deo quod omnium veſtrum linguis magis loquor, diuinorum ſenſuum maieſtatem digno non poterat Græci eloquij explicare ſermone. Habebat ergo Titum interpretem, ſicut & B. Petrus Marcum. Et iterum Orige. lib. 6. epiſtolæ ad Rom. Superfluum eſt in Paulo ornamenta quærere ſermonis; quippe id non illi curæ ſit. Vnde inquit. Non in ſublimibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus. Et Hiero. in cõment. Epiſto. ad Titum cap. 1. circa principium ait. Non iuxta humilitatẽ Paulus, ſed verè dixerat, & ſi imperitus ſermone non tamen ſcientia, Hebręus ex Hebræis, iuxta legem Phariſæus, profundos ſenſus Græco ſermone non explicat, & quod cogitat, in verba vix promit. Et iterum in ipſo limine ſecundi lib. comment. epiſtolæ ad Epheſios, hæc inculcat totidem verbis. Vt tamen rem planiorem faciamus, pauca ex Paulo addamus exẽpla. ad Epheſ. 1. inquit. Vt ſimus in laudẽ gloriæ eius qui ante ſperauim⁹ in Chriſto, in quo & vos audito verbo veritatis euangelij ſalutis veſtræ in quo credentes ſignati eſtis. In quo, quod ſecundo loco poſitum eſt redundat. & ad Galat. 6. Vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis conſiderans teipſum: pro conſiderantes vos ipſos. & ad Epheſ. 3. propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis quæ eſt gloria veſtra, pro quæ ſunt. & c. 1. Memoriam veſtri faciẽs in orationibus meis, vt Deus (domini noſtri Ieſu Chriſti pater) gloriæ. Hyperbaton ſic ordinabis: vt Deus gloriæ, Domini noſtri pater. &c. Attamen vt ſtylum aut phraſin cuiuſcunque prophetæ aut Apoſtoli valeas cognoſcere, & qua quiſq; polleat facultate dicendi peruestigare Hieronymi verba Amos. 1. oportet memoriæ mandare. Naturale eſt, inquit, vt omnes artifices artis ſuæ loquantur exemplis, & vnuſquiſq; in quo ſtudio triuit ætatẽ, illius ſimilitudinẽ proferat. V. g. qui nauta eſt, triſtitiã ſuam, comparat tempeſtati, damnum, naufragium vocat, inimicos ſuos, ventos contrarios appellat. Rurſus proſperitatem & lætitiam, auram placidiſsimam & ſecundos nominat ventos. E regione miles quicquid dixerit, ſcutum, gladium, loricam, victoriam ſonat: & in ore philoſophorum, ſemper eſt Socrates & Plato. Similiter in prophetis dicendum eſt. Sic Amos qui paſtor de paſtoribus fuit, & paſtor non in locis cultis, & arboribus & vineis conſitis, aut certè inter Syluas & prata virentia, ſed in lata eremi vaſtitate in

Lege Theodore. ſermone. 8. de cura. Græc. affecti: & Hiero. ad Paulinum.

te in

Digitized by Google

te in qua verſatur leonum feritas, & interfectio pecorum, artis ſuæ vtitur ſermonibus, vt vocem domini terribilem & metuendam, rugitum leonum & fremitum nominat. Euerſionem Iſraeliticarum vrbium, paſtorum ſolitudini & ariditati montiũ comparat. & ca. 3. ait. Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, ſic eruentur filij Iſrael. & iterum. Dominus de Sion rugiet. Hactenus Hieronym. è contrario Iſaias fuit è ſtirpe regia, & vrbanæ eloquentiæ præditus. Vide Auguſt. 4. de doctr. Chriſt. cap. 6.

Nona & vltima ratio.

Deniq; perdifficiles & obſcuræ ſunt ſcripturæ diuinæ, ob quæſtiones maximas quæ in illis crebrò inuoluuntur, tum ob alias, tum præcipuè propter illas quę de deo in dubium ac in diſceptationem vocantur. Nam vt ait Diony. 2. cap. cæleſtis Hierar. Deus à nobis per negationes aptius cognoſcitur, quàm per affirmationes, veluti ſi dicas, Deus eſt incomprehenſibilis, melius cognoſcitur, quàm ſi dicas, Deus eſt iuſtus, & ideo cùm Deum per negationem cognoſcamus, non tam quid ſit, quam quid non ſit de ipſo aſſequimur. Vnde præclarè Cicero. 1. de Natura deorum ait. *Simonides.* Quum à Simonide quæſiuiſſet Tyrannus Hiero, quid aut quale eſſet Deus, deliberandi ſibi vnum diem poſtulauit. Quum idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petijt, cùm ſępius multiplicaret numerum dierum, admiranſque Hiero requireret cur ita faceret, quia quanto, *Hiero tyrãnus.* inquit, diutius conſydero, tanto mihi res videtur obſcurior. Hinc Iſaias. cap. 40. irridens hominum inſcitiam. cui ſimilem feciſtis Deum aut quam imaginem ponetis ei. & Salomon. *Ecclesia. 5.* Ne feſtinet os tuum, vt de Deo loquaris, quia tu es in terra Deus in cælis. Nec tamen ideo ab hac inueſtigatione & labore ferias *Re arbitror* agere aut deſperare oportet. Nam ſi aſsidua meditatione diuina volumina triuerimus, aut ex eo quod res cunctas condidit, conſeruat & moderatur, Deum exquirere conati fuerimus, multò venuſtiorem & diuiniorem imaginem, hinc inde collectam, ei poſſumus effingere, quam illam Phidiæ, ex Homericis verſibus *Phidia ſimulacrũ.* depromptam. De qua Valerius Max. lib. 3. c. 7. inquit. Phidias ſimulacro Iouis Olympij perfecto, quo nullum præſtantius aut admirabilius humanæ fabricatæ ſunt manus, interrogatus ab amico, quo nam mentẽ ſuam dirigens, vultum Iouis propemodũ ex ipſo cęlo petitum eboris lineamentis eſſet amplexus? illis ſe verſibus quaſi magiſtro vſum reſpondit.

ἦ καὶ κυανέῃσι ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων ἀμβρόσιαι
δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος.
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Home. 1. Iliados.

Hæc de Iouis ſimulacro: at qua nos arte Dei effigiem efformare poſsimus, docet *Dionyſ.* Dionyſ. 2. c. myſticæ theologiæ. Ad perlucidam, inquit, lucidiſsimamq; caliginem admitti oramus, vt per viſus ſcientiæq; priuationem, videre ac ſcire eum qui aſpectum omnem ſcientiã que tranſcendit, (& hoc ipſum non videre ac non ſcire, eſt veraciter videre & ſcire) & eum etiam qui ſubſtantia ſuperior eſt, ſuperſubſtãtialiter ex omnium quæ ſunt ablatione celebrare. Veluti qui natiuam effigiem ex quauis materia faciunt, omnia tollentes quæ impedire poſsint liquidum latentis decoris intuitũ, ipſamque in ſeipſa pulchritudinem occultam ſola ſublatione pandentes. Hoc eſt, Deo triplicia nomina ſolent tribuere ſcripturę. Affirmatiua, vt bonus, iuſtus, ſapiens. Negatiua nonnunquam, vt incomprehenſibilis, ineffabilis, infinitus, incircunſcriptus. Deniq; ſolent imponere Deo nomina negatiua excellentis negationis, vt ſi dicas Deus eſt ſupra bonus, ſupra ſapiens. Et primum genus nominum, poſitionem ſignificat, duo vltima genera ablationem, & quemadmodum ſtatua efformatur addendo & ſubtrahendo. Sic Deum effingimus his negationibus ac poſitionibus.

De tota hac materia lege Clementem Alexan. Stromate. 6. ſol. 16. & Hiero. in prologis ſuis quos in prophetas ſcripſit. Ac tũc deniq; adhibebis fidem Petro, Lutheri hæreſi dimiſſa, dicenti non tam de Paulo quàm de tota diuina ſcriptura, in cuius Epiſtolis ſunt multa difficilia.

¶Cur Deus per ænigmata & parabolas locutus ſit.

Cap. II.

Quum inuidia ſit prorſus à Deo optimo max. relegganda, non temerè in quæſtionem vertitur, quas ob cauſas ſcripturam ſacram tot verborum inuolucris & labyrinthis perplexam nobis dominus tradiderit, ne tamen longo ſermone Dei patrocinium contexere, opus ſit, ex multis probatiſsimis & ſanctiſsimis viris,

rationes

Digitized by Google

rationes nonnullas corrogare conabor, quibus & conſilium Dei aperiam, & improborum ora obturem. & in primis ſeſe offert Hierony. ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. qui in libro. 7. Commenta. in Iſaiam capit. 18. ait. Ideo omnis ſcriptura & prophetæ ſpecialiter futurorum myſterijs inuoluti ſunt, vt prouocent nos ad intelligentiam. & Matth. 7. ad illud quod in Euangelio dicitur. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. & Theophy. Matth. 13. ait. Videntes diſcipuli magnam in his quę à Chriſto dicebantur obſcuritatem, vt communes multitudinis precatores accedunt, rogantes. Quare in parabolis loqueris illis? at ille dixit. Vobis datum eſt ſcire myſteria, hoc eſt, quia habetis alacritatem & ſtudium, datum eſt vobis. Illis autem non adhibentibus ſtudium, non eſt datum. Ille enim accipit qui quærit. Quærite enim & dabitur vobis. Vide item quomodo hoc loco parabolam dixit Ieſus, & diſcipuli ſoli quæ interrogauerant acceperũt. Vnde adhibenti ſtudium, datum eſt ſcientia abundatiorem fieri, quia adhibet ſtudium & mentem dignam. Ab eo autem qui non habet ſtudium nec mentem, vt par eſt, adhibet, etiam tolli quod habere videtur. Hoc eſt etiã ſi paruam quandam boni ſcintillam habeat, & eam non excitet & accendat per ſpiritum & ſpiritualia opera extingui. Hæc ille. Hoc non ignorabant ſacri illi Doctores, qui cum apoſtolis à domino petebant, Domine doce nos orare, orant tamen, vt ab eis amoueat velamen illud quod contẽgebat faciem Moyſis, vt poſsint ſcripturas intelligere. & apoſtoli dominum obſecrantur vt edilſerat ipſis pa-
Matth. 13. rabolam zizaniorum agri. & eunuchus regi-
Acto. 8. næ Æthyopum, qui venerat adorare in Ieruſalem, & reuertebatur ſedens ſupra currum ſuum legens Iſaiam prophetam. Tunc dixit ſpiritus Philippo. accede ad currum iſtum. accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Iſaiam, & dixit. Putas ne intelligis quæ legis? Qui ait, quomodo poſſum niſi aliquis oſtenderit mihi? Tunc Philippus docuit ipſum. & in prophetis, præcipue in Daniele & Zacharia, angeli inferiores inſtruuntur à ſuperioribus, & diuina oracula prophetis ipſi manifeſtant. Vnde Hierony. in Commenta. Ezech. capi. 4. ab hac conſuetudine non diſcedens, cum expoſuiſſet inſomnium prophetæ illius. 390 annorum, ſupra latus ſiniſtrum, & ſupra dextrum. 40. annorum, ait. Difficillimam quæſtionem & à nullo explanatam, nõ tam noſtri ſcientia, quàm Domini gratia expoſuiſſe nos credimus, impleto illo quod ipſe pollicitus eſt. Quærite & inuenietis, petite & Matth. 7.
accipietis. Lege homil. 7. Orige. in Ezech. prope finem. Nec hoc ſolum à nobis exigitur (quamuis ſciamus. S. Antonium & ſeruum S. Antonius
quendam barbarum nullo docente, literas plenè nouiſſe, teſte Auguſt. in procœmio lib. 1. de doctri. Chriſti.) Sed doctiſsimorum virorum diu terenda ſunt limina, vt immenſam ſcripturarum difficultatem poſsimus emollire, vt feciſſe nouimus Hierony. Baſilium & reliquos illuſtres viros. Hoc dixi ad ſophiſtarum inſolentiam coërcendam, qui hæc ceu minima contemnunt, aſſeuerantes in ſuis ſpeculationibus, Theologiæ culmen ſitum eſſe, & ſcripturam diuinam, noſtris, hoc eſt exiguis ingenijs, prædæ eſſe expoſitam. Quorum inſcitiam refutans Hierony. Danie. 11. ait. Scripturæ ſanctæ difficultas maxima eſt, cuius intelligentiam, abſque Dei gratia, & doctrina maiorum ſibi imperitiſsimi vel maximè vendicant. Et Ammo. in præfatio. prædi. ait. ἀκροατὴν ὀφείλει ὑπάρχειν δίκαιος, εὐφυὴς τὴν διάνοιαν, σπουδαῖος περὶ τοὺς λόγους, τὸ ἦθος μέτριος, ἐν πᾶσι κεκοσμημένος.

Præterea Theophy. Lucæ. 8. ait. Loquitur per parabolas Dominus, vt attentiores reddat auditores, & excitet illorum mentem ad inquirendum de his quæ dicta ſunt. Solent enim homines curioſius inueſtigare de his quę dicta ſunt obſcurius, manifeſta autem negligere. & vt indigni non intelligant quæ abſtruſius ſunt dicta. Ammo. quoque in præfa. prædica. inquit. Sæpe compreſſum atque obſcurè diſſertum amat. Ariſtote. non ex ſcribentis natura, ſed data opera id egit, vt legentes ingenioſiores magiſque idoneos redderet, & ignauos auditores ex primordijs arceret. Si quidem legitimi auditores, quo ſunt obſcurius dicta, eo magis certando euincere ea contendunt, & ad intima myſteria penetrare. Verum & propter prophanos, rerum inuoluens dignitatem, obſcuritate perinde ac velamine vſus eſt. Hæc ille. & Pythagoras illis Symbolis voluit arcana philoſophiæ contegere, & à promiſcua plebe arcere. quorum nonnulla recenſet Plutar. in lib. de inſtit. puerorum.

Tertiò inquit Grego. homil. 10. in Ezechi. Ideo plerũque in ſacro eloquio aliquid obſcurè dicitur, vt diſpenſante mirabiliter Deo; multipliciter exponatur. Vnde Hierony. in

epiſto.

Digitized by Google

epiſto. de virgi. ad Euſtochium, ait Margaritum eſt ſermo Dei, ex omni parte perforari poteſt. Præterea Auguſt. epiſt. 59. in poſtremis verbis ait. Vtile eſt, vt de obſcuritatibus diuinarum ſcripturarum, quas exercitationis noſtræ cauſa Deus eſſe voluit, multæ inueniã tur ſententiæ, cùm aliud alij videtur, quæ tamen omnes ſanæ fidei doctrinæq; cõcordãt. Iterum hæc inculcat in præfat. 2. Pſalm. 18.

Quarta ratio. Auguſt. quoque in præfat. Pſalm. 140. ait. Sunt in ſcripturis ſanctis profunda myſteria, quæ ad hoc abſconduntur, ne vileſcant, ad hoc quæruntur, vt exerceant, ad hoc aperiuntur vt paſcant.

Quinta ratio. Quintam obſcuritatis cauſam, affert Aug. 2. lib. de doctri. Chriſti. cap. 6. obſcurè, inquit, ſcriptura loquitur, quod prouiſum eſt diuinitus, ad edomandam labore ſuperbiam, & intellectum à faſtidio reuocandum, cui facilè inueſtigata plerunque vileſcunt. & poſt parum ſubdit. In locis apertioribus Spiritus ſanctus fami occurrit, in obſcurioribus faſtidia detergit. Lege Theodor. ſermo. 10. de proui. circa principium in expoſitione illius loci. 1. Corinth. 8. ſcientia inflat.

Sexta ratio. Sexta cauſa deprompta eſt ex Hiero. Matthæ. 18. Familiare eſt, inquit, Hebræis ad omnem ſermonem ſuum parabolas adiungere, vt quod per ſimplex præceptum teneri non poteſt, per ſimilitudinem exemplaque teneatur. Et Chryſo. homil. 45. in Matth. Vtitur, inquit, Chriſtus parabolis, vt tenacius memoriæ quæ dicuntur commendari poſſint, & expreſſior propter ſimilitudines, ſermo, res ipſas ante oculos apponat. Qui dicendi modus prophetis tritus eſt. Hæc ille. Hanc ob cauſam dicitur. Pſalm. 68. Poſui veſtimentũ meũ ſaccum, & factus ſum illis in parabolam. &. 3. Regum. 9. Erit Iſrael in prouerbium. & ex hac conſuetudine trahitur hoc nomen ad ſignificandum ſimplicem ſermonem, abſque vlla comparatione.

Septima ratio. Septima, ni fallor, deſumpta eſt ex Hiero. Perſpicua, inquit, miſcet Dominus obſcuris, vt per ea quæ intelliguntur, prouocentur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt. Ideo Dominus locutus eſt multa in parabolis, non omnia. Si enim dixiſſet omnia in parabolis, abſque emolumento populi receſſiſſent. Et Theophy. Ioan. 4. ſuper illa verba. Interea rogabant eum diſcipuli, &c. inquit. Dominus ſæpe loquitur obſcurius, vt attentiores faciat auditores, & excitet eos ad interrogandum, & diſcendum quod obſcurè dicebatur. Non ab re tamen erit perſcrutari, quibus in locis parabolis, & quibus ſimplici ſermone vtatur. qua de re antiquiſſimus & doctiſſimus vir Tertulli. in libr. de reſurrect. carnis. fol. 8. hæc definit. Dicit, inquit, Euangeliſta hæc omnia loquebatur Ieſus in parabolis, & ſine parabolis non loquebatur ad illos, ſcilicet Iudæos. Nam & diſcipuli aiunt. Quare in parabolis loqueris? & Dominus: propterea in parabolis loquor ad eos, vt videntes non videant. Quòd ſi ad Iudæos in parabolis iam non ad omnes. Si non ad omnes in parabolis, iam non ſemper nec omnia parabolæ, ſed quædam cum ad quoſdam, ad quoſdam autem dum ad Iudæos: nonnunquam planè ad diſcipulos. & Theophi. Matthæ. 13. circa principium, illi ſuffragatur: ſimplicibus, inquit, turbis abſque parabola in monte loquutus eſt, doloſis autem vt Phariſæis in parabola, vt ſi non intelligunt, quærant & diſcant.

Octaua ratio. Octauò in loco, ea cauſa occurrit, quam literis mandauit Auguſt. in præfat. Pſalm. 140. Ideo, inquit, multis ac varijs figuris aliquid in ſcriptura exprimitur, vt varietas locutionis, faſtidium tolleret veritatis: & propterea, teſte Hiero. in epiſto. ad Damaſum de filio prodigo, Deus in vna parabola vocatur paſtor, in alia paterfamilias, in alia locat vineam, in alia inuitat ad nuptias diuerſis ſimilitudinibus rem eandem ſignificans. Theodor. ſermo. 2. de prouident. φιλεῖ τὰ μονοειδῆ ταχὺν ἐπάγειν τὸν κόρον. id eſt. Vniformia ſatietatem pariũt. Hæc ille. nam ſi cantilena eadem totidem verbis ſæpe inculcetur, ferre quis poterit? Huius rei optimum affert exemplum Hiero. in epiſto. ad Galat. cap. 6. ſuper hunc locum: ergo dum tempus, &c. B. Ioan. euangeliſta cum Epheſi moraretur vſque ad extremam ſenectutem, & vix inter diſcipulorum manus ad eccleſiam deferretur, nec poſſet in plura vocem verba cõtexere, nihil aliud per ſingulas ſolebat proferre collectas, niſi hoc. Filioli diligite alterutrum. Tandem diſcipuli qui aderãt, tædio affecti quòd eadem ſemper audirent, dixerunt. Magiſter quare ſemper hoc loqueris? Qui reſpondit, dignam Ioanne ſentẽtiam. Quia præceptum Domini eſt, & ſi ſolum fiat, ſufficit. Quod vero mendacium magis homines alliciat, quam veritas, docet Plutar, in lib. quomodo legendi ſint poëtæ, circa principium.

S. Ioã. Euãgeliſta parenſis.

Ioã. 21. in tertia interrogatione.

Nona ratio. Deinde dicit Hierony. Nahum. 3. ſcito ideo ſcripturam ſanctã tot difficultatibus eſſe contextam,

textam, & maximè prophetas, qui ænigmatis pleni ſunt, vt difficultatem ſenſuum, difficultas quoque ſermonis inuoluat, vt non facilè pateat ſanctum canibus, & margaritæ porcis, & prophanis ſancta ſanctorum. Item Diony. cap. 2. cæleſtis Hierar. in poſtremis verbis, inquit. Scripturæ à prophana multitudine inuiolatæ ſunt cuſtodiendæ, nephas eſt enim (vt ſacra teſtantur eloquia) ſpiritualium margaritarum, puriſſimum illum, ac permixtionis ignarum pellucidumque decorem, in porcos abijcere. Totidem verbis hæc eadem inculcat circa principium eccleſi. Hierarchiæ. & iterum cap. 2, eiuſdem libri.

Deci mara tio. Vltimò vtitur Deus parabolis, vt ſe imbecillitati humanæ attemperet & demittat, quę huiuſcemodi ſimilitudinibus ex rebus cognatis, facilè ad maiora, veluti per gradus, erigitur. Hoc intelligens Chryſoſto. homil. 48. in Matth. ait, Ad fragilitatem audientium ſermo ſcripturæ accommodatur, ideo non tanquam vilem & tenuem eum deſpiciamus. Sic Ezechiel multis ſimilitudinibus, quæ Iudæis conueniebant, vtitur, quamuis non ignoraret à diuina maieſtate alienas fuiſſe. Id maximè dignum atque gratum Deo eſt, quod imbecillitati humanæ accommodatum, ad ſalutem noſtram pertinet. Lege Cyrill. libr. 1. contra Iulianum Auguſtum.

¶ An parabolæ & ſimilitudines, quæ crebrò inculcantur in ſcripturis, ſint fictæ, necne, & ſi fictæ, num mēdaces.

CAP. III.

QVÆSTIO eſt multum diuq; apud ſummos Theologos euentilata & diſputata, An ſermones illi, qui in modum parabolæ contexti ſunt, quibuſque ſcriptura referta eſt, veri ſint, ita vt res illæ de quibus parabola conflatur, aliquando geſtæ fuerint. V.g. quòd fuerit certus paterfamilias qui diluculò, aut hora tertia prodierit in forum vt conduceret operarios ad colendum vineam ſuam: & quædam mulier quæ abſcondiderit fermentum in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſſet totum. Denique quòd iudex quidam nefarius, qui nec Deum timebat, nec homines verebatur, precibus tamen viduæ orantis, ceſsit. Huiuſce nodi pleniorem ſolutionem afferre, tantiſper differemus, donec de allegorijs & reliquis myſticis ſenſibus diſſeramus: nunc breuiter Auguſt. audiamus de hac re hunc in modum loquentē. lib. 2. Q. Euangelij. Q. 51. Non omne, inquit, quod fingimus mendacium tūc eſt, ſed quando id fingimus quod nihil ſignificat, eſt mendacium. Cum autem fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis: alioquin omnia quæ à ſapientibus & ſanctis viris, vel etiam ab ipſo Domino figuratè dicta ſunt, mendacia deputabuntur, quia ſecundū vſitatum intellectum non ſubſiſtit veritas in talibus dictis. Non enim homo, qui habuit duos filios, quorum minor accepta parte patrimonij ſui, profectus eſt in regionem longinquā, & cætera quæ in illa narratione contexuntur, ita dicuntur tanquam verè fuerit quiſquam homo, qui hoc in filijs ſuis duobus, aut paſſus ſit, aut fecerit. Ficta ſunt ergo iſta ad rem aliquam ſignificandam, tam longè lateque maiorem, & tam incomparabiliter differentē, vt per illum factum hominem Deus verus intelligatur. Sicut autem dicta ita etiam facta finguntur ſine mendacio, ad aliquam rem ſignificandam. Vnde etiam illud Domini quod in fici arbore quæſiuit fructū eo tempore quo illa poma nōdum eſſent. Non enim dubium eſt illam inquiſitionem non fuiſſe veram, quiuis enim hominum ſciret, ſi non diuinitate, vel tempore, poma illam arborem non habere. Fictio igitur quæ ad aliquam veritatē refertur, figura eſt, quæ non refertur, mendacium eſt. Sic & Chriſtus finxit ſe longius ire, apud Lucam capi. 24. Ecce ergo ex ſententia Auguſti. parabolæ fictæ ſunt. Diuinus tamen Damaſcenus in ſermone, de his qui in fide obierunt, eius ſententiam labefactare, & contrariam adſtruere videtur. Scito, inquit, diuinas Saluatoris noſtri parabolas rerū eſſe exiſtentium, ſicut in eis contentæ ſunt & demonſtratæ, vt parabola pauperis & Lazari, & diuitis epulonis & Abrahæ. Hæc ille. Nam non eſt dubium quin fuerit Lazarus, & Abraham & diues ille epulo, cuius nomen prodidit Euthy. Lucæ 59. capi. inquiens. Diuitis quidem nomen non addidit Euangeliſta, vtpote odio digni, ſcriptum eſt enim non ſumam nomina eorum in labijs meis. Mendici verò nomen addidit tanquam amore digni. Aiunt autem quidam

Luca. 15.

Pſalm. 15.

Digitized by Google

quidam ex traditione Hebræorum, ꝙ iuxta illa tempora diues ille fuerit Nineuſis appellatus, & mendicus iſte Lazarus. Verum, ni fallor, quãuis præceptum quod nobis tradit Damaſce. falſum ſit, vtitur tamen exemplis veriſsimis, & ab omni controuerſia ſemotis, ſcilicet, de Lazaro & diuite.

Theophylacti error exploſus.

Si vnum Theophylactum excipias, qui negare auſus eſt, non abſque piaculo, parabolam diuitis eſſe fictam, in comment. Lucæ cap. 16. cum inquit. Parabola eſt hæc diuitis & Lazari, & non (vt quidam opinati ſunt) hiſtoria. At nos catholicam ſequentes veritatem, amplectamur Chryſoſtomi definitionem, quam nobis ſcriptam reliquit in homil. in Lucam de patre & duobus filijs.

Locus Chryſoſto. egregius.

In parabola, inquit, non ſunt dicẽda nomina. Parabolæ enim illæ ſunt vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina. & Orige. ca. 1. in libr. Iob Perionio interprete, Neceſſariò, inquit, nominis Iob mentionem fecit Moyſes qui libri author eſt, ne ſi hominem ſolummodo diceret, argumentum aliquod fingere exiſtimaretur. Ecce ergo quomodo in hiſtoria nomina propria inſeri ſolent, in parabolis minimè: qua ex re conſtat vehementer erraſſe Theophylactum affirmando hiſtoriam diuitis eſſe fictam: & nonnullos ſimiliter ignobiles authores ex Iudæis, qui aſſeuerarũt librum Iob eſſe fictum, ad hoc, vt ſpecimen quoddam patientiæ & tolerantiæ homines haberent in calamitatibꝰ ſuis. Sed quæres, an miracula Chriſti poſsint aliquam fictionem, id eſt, oculorũ illuſionem admittere: minimè, quia vt ſcribit Grego. homil. 2. in Euang. Miracula Domini & Saluatoris ſic accipienda ſunt, vt & in veritate credantur facta, & tum per ſignificationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius, & per potentiam aliud oſtendunt, & per myſterium aliud loquuntur.

Cùm hæc quæ à nobis diſputata ſunt, certa & explorata ſint, ſciſcitabitur aliquis in exquirendo curioſus, an de propoſita in ſcripturis parabola, verum ſit hoc ἀξίωμα.

An parabola fabula vocari poſſit.

V.g. Chriſtus propoſuit Apoſtolis fabulam ſeminantis, angelus expoſuit Danieli fabulã quatuor beſtiarum. Quandoquidem quidam, vt à patribus, veluti per manus accepimus, qui auſus eſt hoc pronunciatum aſſeuerare, coactus eſt à ſententia recedere.

Compluti hoc accidit.

Annotandum, vt hanc quæſtionem decidamus, ex Quintil. lib. 8. ca. 3. eſſe vitium quod vocatur κακόφατον, cum mala cõſuetudine in obſcœnum intellectum ſermo detortus eſt: vt ductare exercitum, patrare bellum. Ad eundem modum fabula ſi exactè vocabulo hoc vti volueris, ſignificat rem vulgatam & veram, à fando dictam, & hac ſignificatione eo nomine vſus eſt Hierony. in comment. epiſtolæ ad Phile. Longum eſt, inquit, ſi velim diuerſa Iudicum geſta percurrere, & totam Samſonis fabulam, ad veri ſolis (hoc quippe nomen eius ſonat) trahere ſacramentum. & Orige. homil. 5. in Geñ. loquens de Loth, ait. Poſt hæc iam refertur illa famoſiſsima fabula, in qua ſcribitur filias eius arte furatas concubitum patris. Euſeb. quoq; Cæſarienſis lib. 3. eccleſ. Hiſto. cap. 23. citat hanc periodum ex Clemente Alexandrino ex ſermone. Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος. ἄκουσον, inquit, μῦθον οὐ μῦθον, ἀλλὰ ὄντα λόγον περὶ ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου λεγόμενον, καὶ ἡμῖν παραδεδομένον, καὶ μνήμῃ πεφυλαγμένον. Hoc eſt. Audi fabulã non fabulam, ſed rem geſtam, quæ adhuc in memoria hominum viget. Denique Hiero. Caſtrutio ſcribens, inquit. Ne excedam menſuram epiſtolæ, breuiter tibi fabulam referam, quæ infantiæ meæ temporibus accidit.

S. Antoniꝰ.

S. Antonius cùm in vrbem Alexandriam eſſet accitus, & iſſet ad eum Didymus cæcus, cùm eius admiraretur ingenium, ſciſcitans ait.

Didymus.

Num triſtis es quòd oculis carnis careas? conſenſit, cui Antonius: miror ait prudentem virum eius rei dolere damno quam muſcæ habent, & nõ lætari eius poſſeſsione, quam angeli meruerunt. Attamen nunc hoc nomen fabula ex vſu communi & protrito, à propria ſignificatione deſciuit, & rem mendacem ſignificat, atque confictam, ideo poſt hac ab hoc verbo, tanquam ab ſcopulo, fugiamus, ne offendiculo fratribus ſimus. Nam ſi frater meus, verbo aliquo à me prolato offenditur, me reprimã & continebo, ne illud in æternum vſurpem. Quod ſæpe alias à præſtantiſsimis viris factũ legimus. Nam Baſilius, Cyrillus, alijq́ue complures, negant, Chriſto tribuendam eſſe creaturæ nuncupationem, ne Arrianis fauere viderentur.

Chriſtus an creatura poſſit appellari.

At Hierony. ad Epheſ. 2. cap. cùm diſputatio illa aduerſus Arrianos inſtituta, ac ſuſcepta non eſſet, inquit. Nos liberè proclamamus non eſſe periculum Chriſtum dicere creaturam, quem vermem & hominem & crucifixum & maledictionem, tota ſpei fiducia confitemur. Atque illi ſuffragatur Augu. epiſto. 57. & Cyril. libr. 10. ſuper Ioannem capit. 15. & Damaſce. lib. 4. cap. 15.

Chriſtus an homo Dominicus.

Poſtremò ſcholaſtici Auguſt. ſequẽtes negant Chriſtum appellãdum fore, Homo Domini-

Digitized by Google

minicus, cum tamen nullibi non inculcent hoc nomen doctores præſtantiſsimi, vt Chryſoſt. homil. quadam de cruce Domini, verſus finem. Et Didym. lib. 3. de Spiritu ſancto, frequenter illi hanc tribuit nomenclaturam, & Auguſti. qui tamen poſtea rem altius expendens, ſententiam reuocauit.

Chriſtus aſſumpſit hominē an verum ſit.

Denique Auguſti. in expoſitione regulæ, vſus eſt hac forma loquendi, Chriſtus aſſumpſit hominem (non Chriſtus aſſumpſit humanitatem) quia tam corpus quàm animam aſſumpſit. Et eundem vſurpant ſermonem omnes priſci patres. Orige. Matth. 13. Hierony. ad Galatas. 1. Notum vobis, &c. Et Irenæus, quem citauimus iam, cap. 1. huius libri. & Boëtius in lib. de duabus naturis. Et Grego. Niſſe. in ſermone natalis Domini. & Ambro. lib. 5. de Fide cap. 5. Et Hilar. 9. de Trinitate. Et Auguſti. lib. 83. q. q. 59. & de Fide & Symbolo. capi. 4. & libr. 9. de ciuita. Dei. capit. 17. Ab iſtorum ſententia & iudicio diſcedunt ſcholaſtici omnes, ſed pro omnibus vnus loquatur S. Thomas, qui. 3. parte. quæſt. 14. artic. 4. ad primum argum. ait, Huiuſmodi locutio non eſt extendenda tanquam propria, ſed piè eſt exponenda, vbicunque à ſacris doctoribus ponitur. Vt dicamus, hominem aſſumptũ, quia eius natura eſt aſſumpta, & quia aſſumptio terminatur ad hoc vt filius Dei ſit homo. Ad hunc, & ſimiles caſus oportet illud Sophocleum in Electra, in promptu habere. καιρὸς γάρ, ὅσπερ ἀνδράσι μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης. Hoc eſt tempus omnes hominum actiones regit ac moderatur.

¶ Quot linguis, & qua ætate vetus inſtrumentum tranſlatum ſit.

CAP. IIII.

TANDIV diuina ſcriptura in Hebræi ſermonis fonte ſe continuit, nec in aliam linguam transfuſa eſt, donec Hebræi à captiuitate Babylonica ſoluti, in patriam reuerſi ſunt. Tunce enim cùm viderent illorum ſapiētes, qui vtranq; linguam nempe Hebraicam, & Chaldaicam exactè nouerant, vulgum, ob diuturnũ ſeptuaginta annorum exilium patrũ & maiorum literas obliuioni mandaſſe (quia canticũ Domino in terra aliena non cecinerant) coacti ſunt, in gratiã populi rudis, hunc laborem, aut ſponte ſubire aut à maioribus iniunctum non recuſare. Videlicet, vt in Chaldaicum Syriacumq́; ſermonem, quo iam ſolo Hebræi vulgo vtebantur, ſcripturam diuinam transferrẽt. Hoc munus, vt accepimus, tres viri vtriuſq; linguæ gnari, ſubiere. Quorum nomina prodidit Elias Leuita præfat. 3. lib. Moçoreth: nempe Onkelos, qui legem, Ionathas, qui prophetas, tam priores quam poſteriores, verterũt. Rabbi Ioſeph, qui Pſalmos, prouerbia, Iob & reliqua veteris inſtrumenti volumina, quæ ab Hebræis Chethubim à Græcis, ἁγιόγραφα vocantur, tranſtulit. Iſtorum tranſlatio tanta apud Hebræos pollet authoritate, vt ab illa, veluti ab Sphynge, omnium locorum difficilium quærant ſolutionem. Nonnulli hac in re nobis refragantur, aſſeuerantq́ue parum ante Chriſti ſeruatoris noſtri tempora, Syriacam trãſlationem in lucem prodijſſe.

Quanuis de veterum Latinorum interpretationibus, quæ iam obliteratæ ſunt, locus diſſerendi accommodatior, tunc ſe offerebat, cùm de Hieronymi tranſlatiōe acturus ſum, tamen quia deinceps illarum mentionē non ſum facturus. Dicam nunc hoc vnum, nullam ferè Latinorum trãſlationem apud antiquos ante Hierony. certam & firmã inueniri. Nam vt quiſque linguæ Græcæ aſſequebatur peritiam, ita ſibi nouam, è Græco codice tranſlationem condebat. Hanc ob cauſam videmus, aliter Tertullianũ, aliter Hilarium, aliter Ambroſium eundem locum citaſſe. Quod Auguſtinum non fugit, in lib. 2. de doctr. Chriſt. ca. 11. inquit enim. Qui ſcripturas ex Hebrea lingua in Græcã verterunt linguã, numerari poſſunt, Latini autem interpretes nullo modo. Vt enim cuique, primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus & aliquantulum facultatis ſibimet vtriuſque linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari. Quod Auguſt. offendit in veteribus interpretibus, hoc nos in his recentioribus deteſtamur: tot quippe quotidie prodeunt in publicum trãſlationes, quot ſunt homines linguarum illarum periti. Sed pfectò à magno labore ſe exoneraſſent, & ſtudioſorum magis vtilitati & pecuniæ cõſuluiſſent, ſi annotationibus nõnullis locum negligenter verſum illuſtraſſent, & quid interpreti impoſuiſſet apperuiſſent. Alioqui vel ſe integram tranſlationem denuò conficere, ob paucorum diſſonantiam locorum, quid aliud

Digitized by Google

negligentiam carpit.interdum affirmans literarum ſimilitudine fuiſſe deceptos, interdum non ſatis intellexiſſe quod transferebant, velutiin comment. Zacha.c.5.& Iſaiæ.19. Denique nullibi nõ adimit illis Spiritum ſanctum, nec immeritò profectò. Quare, ſi me iudice, tranſlatio Græca cum noſtra de primatu certare auderet, non dubitarem primas noſtræ trãſlationi deferre,& fateri longo interuallo illã à noſtra fuiſſe ſuperatam. Nec adduci poſſum vt credam vllum tam ſtupidum, (dummodo illas inter ſe & cum Hebraico contulerit,) qui de hac re dubitare poſsit,& nobis refragari.

Tranſlatio Aquilæ. Quæ deinceps tranſlationes editæ fuerint, breui ſermone complexus eſt Euthy.in loco à nobis ſupra citato. Secunda, inquit, Aquilæ Synopenſis. Hic Græcus fuit,atq; è Ponto, & Ieroſolymis baptizatus. Deinde cũ offenſus, inimicuſq; effectus eſſet quibuſdam Chriſtia-*Tranſlatio.*nis,ſpreto baptiſmate, Iudæis ſe adiunxit, & ſcripturam tranſtulit,ſub Adriano imperatore,eo qui lepram paſſus eſt,trecentis &.30.annis poſt tranſlationem ſeptuaginta, atque hic *Symmachi.* iratus Chriſtianis multa peruertit. Tertiã fecit Symmachus patria Samaritanus, qui cum apud ſuos quãtum honoris optabat non aſſequeretur, Iudæos adijt, & rurſum circunciſus in Samaritanorum offenſam ſacram interpretatus eſt ſcripturam ſub Seuero Imperatore, qui etiam vt Iudæis placeret, quæcunque ad Chriſtum pertinebant,non ſane tranſtulit, an-*Theodotionis trãſlatio.*nis ſex & quinquaginta poſt editionem Aquilę. Quarta fuit Theodotionis Epheſij,qui cum ex Marcionis hęreſi eſſet, aliquando offenſus ſuis cohæreticis propriam Interpretationem edidit,ſub imperatore Commodo. *5.Editio.* Quinta certum non habet authorem, inuenta eſt autem *6.Editio.* in Iericho dolio operta, ſub Caracalla imperatore. Sexta ſine authoris nomine reperta eſt Nicopoli apud Actium oppidum Epyri,& promontorium,ſub Alexandro Mammęa im-*7. Luciani martyris.*peratore. Septima prodijt à Luciano martyre & eremita,qui omnibus his editionibus viſis, & cum Hebraica veritate diligentiſsimè, & magno cum labore collatis, propriam editionem,nihil mancum,& nihil habentem ſuperfluum,Chriſtianis tradidit,quę apud Nicomediam,manu eius conſcripta,reperta eſt,in turre quadam apud Iudæos calce illita, poſt ipſius Luciani certamen & poſt perſecutionem quæ à Diocletiano & Maximino facta eſt,ſub magno Imperatore Conſtantino. Hæc cum 70.interpretum editione conſentit,& quæ ab alijs deprauata fuerant,reprobauit. Hæc quæ ex Euthy. retulimus de ſex prioribus editionibus,deſumpta ſunt ex Epipha.qui latiſsimè totam hiſtoriam tractat, in poſtrema parte epitomes, cum de ponderibus & menſuris agit,quem legendum cenſeo. Addit tamen nonnulla quæ à nullo probato hiſtoriographo prodita ſunt,videlicet. Philadelphum ędificaſſe in Pharo inſula, quæ eſt è regione Ale-*Epiphanij hiſtoria à nullo alio prodita.*xandriæ.36.domos,ita vt duo pariter cum totidem famulis in vnaquaque domo habitarent, & in eodem lecto decumberent, vt facilius illius libri, V.g. Geneſeos, qui illis ſorte obtigerat ad transferendum, tranſlationi incumberent, pariterque cum emendarent, erantque illi in domibus clauſi, à ſummo mane vſque ad veſperum, nam tunc opere ſoluti. 36.Scaphis in domum regiam ad capiendum cibum remeabant.

Origenis diligentia in corrigẽdis & digerendis omnibus editionibus Vniuerſas has tranſlationes, (dempta ſeptima,aut illarum parte, ita congeſsit Origenes Adamantius) teſte Epipha. lib.3. contra hæreſes,in hæreſi Orig. Adamantij, circa principium, & iterum in loco modo à nobis citato, vt ſingulæ inter ſe & cum Hebraico conferri poſſent. Hos libros à numero columnarum,quatuor,ſex,aut octo, τετραπλᾶ· ἑξαπλᾶ & ὀκταπλᾶ appellauit. In octaplis quidem hũc illis ordinem aſsignauit. Primus locus tributus eſt contextui Hebraico, Hebraicis literis exarato. Secundum tenebat locum contextus Hebraicus literis Græcis conſcriptus, In illorum gratiam qui linguæ Hebraicæ cognitione carebant. Deinde ſex ſequebantur tranſlationes hac ſerie digeſtæ, Aquilæ,Symmachi,ſeptuaginta, Theodotionis,cum quinta & ſexta editione. Septuaginta editio ſemper medium tenebat locum, vt adaperto libro cum reliquis interpretationibus, qui ex vtraque parte illi circunſtabant, conferri poſſet,& emendari ſi res eflagitaret. Liber verò quem τετραπλᾶ vocabat, ſic digeſtus erat, Symmachus primas,Aquila ſecundas, ſeptuaginta tertias, Theodotio poſtremas partes ſibi vendicabant. Quibus ſi pręcedant duæ illæ Hebraicæ columnæ conſtituent ἑξαπλᾶ.ſicut ſi rurſum his ἑξαπλοῖς ſubnectantur quinta & ſexta editio ὀκταπλᾶ efficient. At quinta & ſexta editio libros tantum propheticos, ſeptima verò, vniuerſa Hebræa volumina complectebatur. Hoc ſignificare voluit Hieron.in comment.epi.ad Tit.cap.3. Vnde,inquit, nobis curæ fuit oẽs veteris legis libros,

quos vir doctus Adamantius in exempla digeſſerat, de Cæſarienſi bibliotheca deſcriptos ex ipſis authenticis emendare. In quibus & ipſa Hebræa proprijs ſunt characteribus verba deſcripta, & Græcis literis tramite expreſſa vicino. Aquila etiam & Symmachus, ſeptuaginta quoque, & Theodotio ſuum ordinem tenent. Nonnulli verò libri, maximè qui apud Hebræos verſu compoſiti ſunt, tres alias editiones additas habent, quam quintam & ſextam & ſeptimam tranſlationem vocant, authoritate ſine nominibus interpretum conſecutas. Lege Euſeb. lib. 6. hiſto. eccle. cap. 17.

Videtur tamen ex ſerie columnarum quæ eſt in octaplis, ſeptimam editionem in illis non contineri, quod Hierony. ſignificaſſe videtur Suniæ & Fretelæ ſcribens. Illud, inquit, breuiter admoneo, vt ſciatis aliam eſſe editionem, quam Origenes & Cæſarienſis Euſebius omneſque Græciæ tractatores κοινὴν, id eſt communem appellant, atque vulgatam & à pleriſque nunc Λουκιανὸς dicitur, alia 70. interpretum quæ & in ἐξαπλοῖς codicibus reperitur, & Hieroſolymis & in orientis eccleſijs decantatur.

De aſteriſcis & obelis.

Nec Origenis indefeſſus labor in corrogandis & conquirendis tranſlationibus tantum conquieuit, ſed ex illis omnibus & Hebraico, tranſlationem 70. voluit cōformare, & in priſtinum nitorem redigere. Nam ſi quid illi deerat, addidit, ſi quid redundabat, amputauit & ſubtraxit. Porrò qua arte id effecerit, Hieronym. Suniæ & Fretelæ ſcribens, aperuit. Vbi quid minus, inquit, habebatur in Græco 70. ab Hebraica veritate, Origenes de tranſlatione Theodotionis addidit, & ſignum poſuit aſteriſcum, id eſt ſtellam, quæ quod prius videbatur abſconditum illuminet, & in medium proferat. Vbi autem quod in Hebræo non eſt, in Græcis codicibus inuenitur, ὀβελὸν, id eſt iugulantem præpoſuit virgulam, quam nos Latinè veru poſſumus dicere, quo oſtenditur iugulandum eſſe, & confodiendū quod in authenticis libris non inuenitur. Quæ ſigna in Latinorum Græcorumq; poëmatibus inueniuntur. Baſil. homil. 4. exaemeron. De obeliſco ait. ὁ δὲ ὀβελὸς ἀθετήσεως σύμβολον. Lege Epipha. in epitome. Vniuerſæ ſupradictæ trāſlationes, cum ſuis aſteriſcis, & obelis prorſus periere, & tantummodo veſtigia illarum permanſerunt, in monumentis antiquorum patrum, vt in commēt. D. Theodoreti & Hierony. in prophetas tam maiores quàm minores, quos domi habemus. Præterea nec authorem huius Græcæ tranſlationis certò cognoſcimus: nec an ſit vna ex ſupradictis, aut ex omnibus illis ſit iſta conflata, vt illa Luciani fuit, compertum habemus.

De Biblijs Græcis quæ nunc vulgo circunferūtur.

Hier. labor in Biblijs emendandis intercidit.

Quod Hierony. inquit Origenem feciſſe apud Græcos, præſtitit ipſe apud Latinos, vt vbique ipſe teſtatur in prooemijs bibliorum; ſed labor eius prorſus perijt, niſi paucis in locis, vbi in commentarijs ſuis admonet, quid obliterādum, quidve addendum ſit. Has Hieronymi vigilias multi docti viri noſtræ tempeſtatis, à mortuis excitare, & aſteriſcis & obelis additis, illuſtrare & ad limam reuocare conati ſunt. Quorum labor ſibi multum gloriæ peperit, & ſtudioſis qui linguarum deſtituuntur peritia, magnum adiumentum afferet ad intelligendum ſcripturas.

Illis ſeptem tranſlationibus Græcis, Latinæ duæ, à Hieronymo elaboratæ, vna ex Hebræo, altera ex Græco, ſucceſſerunt, quæ ſicut cæteris poſteriores, ita limatiores, & exactiores fuere, quæ tamen ſi integræ (vt ab ipſo eximiæ literaturæ viro proditæ ſunt) ad noſtra vſque tempora perueniſſent, nihil erat quod amplius requireremus. Nam illa quæ nunc paſsim circunfertur & legitur, à doctis illius eſſe negatur. Aiuntque aut eſſe illam quæ olim ante Hieronymi ætatem extabat, ſaltem in Pſalm. & Eccleſiaſten, aut aliam ab illa diuerſam, ex illa & recentioribus Hieronymianis conflatam. Attamen quærere, quem, hæc vulgata agnoſcat authorem, non laboramus, nec de eius authoritate hæſitamus, quippe ob verborum pondus & proprietatem, meritò ab exordijs naſcentis eccleſiæ, tam à viris doctis, quam à concilijs œcumenicis, delata ſit illi authoritas, & vt illi daretur meruit. Eſſe tamen Hieronymo noui inſtrumenti tranſlatio adſcribenda, illa eius teſtimonia refellunt, quæ hanc quam nos amplectimur tranſlationem arguunt nomine negligentiæ. Vt in comment. epiſto. ad Gala. cum dicit Apoſtolus, κατηργήθητε ἀπὸ χριστοῦ, inquit ipſe, non vt in Latino malè interpretatum eſt, euacuati eſtis à Chriſto, ſed in Chriſti opere ceſſaſtis: & rurſum in eodem cap. Malè, inquit, in noſtris codicibus habetur, Modicū fermentū totā maſſam corrūpit, pro quo emēdauimus. Modicū fermentū totā cōſperſionē fermētat. Et iterum eodē in loco, inquit. In Latinis codicibus Pauli cū carnis opera numerātur, adulteriū, impudicitia, &

Vulgata editio an Hieronym. tribuenda.

Minerua Phidia. aliud eſt quàm Mineruam Phidiæ de integro effingere velle, vt calcei eius ligulam venuſtiorem & pedi aptiorem efficiat.

Inter omnes tranſlationes quæ ex Hebręo fonte in linguam Græcam prodierunt, nulla purior nec luculentior 70. interpretum tranſlatione illa ætate extitit. De qua hæc tradidit Euthy. in præfat. Pſalm. Prima, inquit, tranſlatio à 70. viris facta (tempore quo Ptolemæus *Philadelphus.* Philadelphus regnum Ægypti adminiſtrabat) qui Hebræi erant, & electi fuerunt, iuxta *Nume. 11.* numerum 70. ſeniorum, quos elegit Moyſes. Et Hilarius Pſalm. 2. huic ſubſcribit numero, & eadem nititur figura ex Numer. deſumpta. Irenæus quoque libr. 3. aduerſus hæreſes. cap. 25. inquit. Priuſquam Romani poſsiderent regnum Aſiæ, adhuc Macedonibus Aſiam *Ptol. Lagi.* poſsidentibus, Ptolemæus Lagi filius cupiens eam bibliothecam quæ à ſe fabricata eſſet in Alexandria, omnium hominum dignis conſcriptionibus inſtruere, petijt ab Hieroſolymis in Græcum ſermonem interpretatas habere ſcripturas eorum. Illi verò qui tunc obaudiebant Macedonibus, eos quos habebant perfectiores ſcripturarũ intellectores, vtriuſque loquelæ. 70. ſeniores miſerũt Ptolemæo, hoc quod ipſe voluiſſet. Ille autem experimẽtum eorum ſumere volens, & metuens ne fortè conſentientes eam veritatem, quæ eſſet in *70. Cellulæ* ſcripturis, abſconderent per interpretationem, ſeparans eos ab inuicem, iuſsit omnes eandem interpretari ſcripturam, & hoc in omnibus libris fecit. Conuenientibus autem ipſis in vnum apud Ptolemæum, & comparantibus ſuam interpretationem, Deus glorificatus eſt, & ſcripturæ verè diuinæ creditæ ſunt, omnibus eiſdem verbis recitantibus, ab initio vſque ad finem: vti gentes cognoſcerent, quoniam per inſpirationẽ Dei interpretatæ ſunt ſcripturæ. Hæc eadem ad verbum tranſcripſit ex eodem Irenæo, Euſebius libr. 5. eccleſiaſti. hiſto. cap. 8.

Quot fuerint interpretes. Ex his colligo, iuxta Euthy. & Irenæum hos interpretes ſeptuagenarium numerum non excedere. Ab illorum iudicio multi diſcedunt, Tertulli. in Apologetico aduerſus gentes. cap. 19. inquiens. Igitur literæ Hebrææ & eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoq; Ptolemæo à Iudæis ſcriptum eſt, ſeptuaginta & duobus interpretibus indultis. Et Ioſephus libr. 12. antiquit. capi. 2. ait. 72. fuiſſe: nempe tot quot petiuerat Ptolemæus ab Eleazaro ſummo pontifice. Sex videlicet ex qualibet tribu. Et Epipha. in Epitome centies eundem numerum inculcat. Quorum etiam nomina prodit Ariſteas in lib. de 72. interpretibus.

Attamen ſi voluerimus tantorum virorum diſsidium conſopire, & ad concordiam reuocare, facile aſſequemur, dummodo D. Ephiphanium. libr. 3, aduerſus hære. cap. vlti. circa principium, loquentem audierimus. *Quomodo hi ſancti ad cõcordiam allici poſſint.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ἑβδομήκοντα δύο στελέχων φοινίκων ὑπαρχόντων, ἑβδομήκοντα ἡ γραφὴ ὠνόμασε καὶ εἰς τὸ ὄρος προσκεκλημένων ἑβδομήκοντα, ἑβδομήκοντα δύο εὑρίσκονται σὺν τῷ ἐλδὰδ καὶ μωδάδ. καὶ ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνεύσαντες ἐπὶ πτολεμαίου. διὰ δὲ τὴν συντομίαν, εἰώθαμεν λέγειν τῶν ἑβδομήκοντα τὴν ἑρμηνείαν. Hoc eſt, in deſerto. 72. erant palmæ, & ſcriptura 70. vocat. & 70. ſenes vocantur, vt in mõtem conſcendant, cum eſſent, 72. cum Elad, & Modad, & Ptolemæi tempore ſeptuaginta duo diuinas ſcripturas interpretati ſunt, & ob breuitatem 70. ſolent vocari. Qua de re Regula eſt Auguſti. lib. 2. quæſt. in Exod. quæſt. 47. ſcriptura, inquit, ſolet ita tempora nuncupare, vt quod de ſumma perfectionis numeri paululum excreſcit, aut infra eſt non computetur. & lib. 18. de ciui. Dei. cap. 42. inquit. Dati ſunt Ptolemæo. 72. interpretes, de ſingulis. 12. tribubus ſeni homines Hebræi, ac Græcæ linguæ doctiſsimi. quorum interpretatio, vt. 70. vocetur iam obtinuit vſus.

Vt ſupra retulimus ex Irenæi ſententia 70. aſciti fuerunt à Ptolemæo Lagi filio. At iuxta Ioſephum, libr. 12. & Euthy. & Epipha. vocati fuere à Ptolemæo Philadelpho, qui regnum Ægypti, vt ferunt gubernabat, centeſimo. 50. ante Chriſti natalem anno. Sed Clemenſ. Stro. 1. non ſatis cõſtitutum habet ſub quo horum fuerit. Aduerte etiam ex eiuſdem Irenæi ſententia. 70. à ſe inuicem fuiſſe diſiunctos, & tamen non ſolùm ſententijs, ſed verbis concordes fuiſſe: nec diſſentit Euthy. loco citato. Hi igitur, inquit, commemorati regis hortatu ad hanc prouinciam deſignati, in vnam per omnia interpretationem conuenere. Denique Iuſtinus in Admonitorio, inquit. Ex aotiquis hiſtorijs docemur Ptolæmæum Ægypti regem cum bibliothecam illam in Alexandria præparauiſſet, atque, vt eam conſummaret vndecunque libros conduxiſſet, certiorem deinde factum antiquam hiſtoriam Hebraicis conſcriptam characteribus, ſumma diligentia adſeruari, cognoſcendorum voluminum cupiditate adductum, vitis, 70. ſapientibus, Hebræam ſimul & Græ-

Digitized by Google

cam linguam edoctis ab Hieroſolymis accerſitis, volumina illa, vt interpretarentur mandaſſe. Vt autem ab omni perturbatione ſemoti, citius rem abſoluerent, iuſsiſſe illis, non in vrbe, ſed ab ea procul ſeptem ſtadijs intra Pharum paruas exædificari domunculas, interpretum numero pares, vt eorum vnuſquiſque priuatim munus exequeretur. Adſtantibus verò miniſtris præcepit prohibere, ne inuicem inter ſe conferrent tranſlationem, vt interpretatio exactior foret. Poſtquam cognouit rex. 70. viros non ſolùm eadem ſententia, ſed eiſdem etiã dictionibus vſos, ſtupefactus credidit interpretationẽ diuina virtute factã. Et ſtatim ſubdidit. Quin & in Alexandria cũ eſſemus, caſularum veſtigia in Pharo, veluti reliquias cuſtodiri conſpeximus. Nec ab illo diſsidet Aug. lib. 2. de doctri. chriſti. ca. 15. & lib. 18. de ciuita. Dei. ca. 42. & 43. Nihilominus Hiero. non ſolum has caſulas non admittit, ſed conſtanter totam narrationem eſſe fictam aſſeuerat, in Procemio in Pentateuchũ, inquiens. Neſcio quis primus author 70. cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diuiſi, eadem ſcriptitarint, cùm Ariſteus eiuſdem Ptolemæi ὑπασπιστὴς, & non multo poſt tempore Ioſephus nil tale retulerint. Sed in vna baſilica congregatos contuliſſe, ſcribant, nõ prophetaſſe. Aliud enim eſt vatem, aliud eſſe interpretem. Ibi ſpiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert. Non dubito quin Hieronymi authoritas hac in re magni ponderis futura ſit apud eruditos, qui veluti teſtis oculatus omnes næuos 70. vidit, ac prodidit. Hęc ex oraculo edita putato te, nihil poteſt eſſe verius, hic nanq; eſt oculatus teſtis, illi tantùm quæ ab alijs acceperunt, referunt.

70 Interpretes 70. Cellulas diſtributi ſunt.

Hierony.

An totũ inſtrumentũ vetus fuerit à 70. tranſlatum.

Non modica cõcertatio inter priſcos Theologos fuit, An totum vetus inſtrumẽtum fuerit à 72. interpretibus ex Hebræa in Græcam linguam tranſlatum, nec ne. Hilario tamen, circa principium Pſalm. 2. viſum eſt legis & prophetarum tranſlationem illis tribuere: cui ſuccinit Auguſt. lib. 2. de doctri. chriſti. ca. 15. cùm ait, In latinis quibuſlibet emendandis, Græci adhibeantur, in quibus. 70. interpretũ, quod ad vetus teſtamentum attinet, authoritas excellit. Denique Irenæus libr. 3. aduerſus hæreſes capi. 25. idem affirmat. Hierony. tamen negat, tum alibi ſæpe. Tum etiam in cõment. Michææ. capi. 2. inquiens. Interpretatio. 70. (Si tamen 70. eſt, Ioſephus enim ſcribit, & Hebræi tradunt, quinq; tantùm libros legis ab eis tranſlatos & Ptolemæo Regi traditos, in multis ab Hebraica diſsident veritate. Et iterum repetit Ezechie. capi. 5. & libr. 4. in Ezechielem cap. 16. ait, Hoc ni fallor magis accedit ad hiſtoriæ veritatem. Siquidem per 70. dies tranſlationem totam abſoluerũt, teſte Ioſepho loco citato, & Ariſteo in lib. de 70. interpretibus circa finem: & Iſidoro libr. 1. offic. cap. 12.

Lib. 12. antiqu. c. 12. & lib. 1. capi. 1.

Horum 70. virorum authoritas apud antiquos adeò ſacroſancta viſa eſt, vt non ſolum cæteris tranſlationibus, tam Græcis, quam Latinis eam prætulerint, ſed etiã aſſeuerarint interpretes illos, diuino numine afflatos, ac percitos ipſam edidiſſe. Vnde Auguſt. libr. 2. de doctrina chriſti. cap. 15. inquit 70. per omnes periti ores eccleſias, tanta præſentia Spiritus ſancti interpretati eſſe dicuntur, vt os vnum omnium fuerit. Et lib. 18. de ciui. Dei. ca. 43. ſpiritus, inquit, qui in prophetis erat, quãdo illa dixerunt, idem ipſe erat in 70. viris, quando illa interpretati ſunt. Qui profectò authoritate diuina, & aliud dicere potuit, tanquam propheta ille vtrunq; dixiſſet, quia vtrunque idem ſpiritus diceret, & hoc ipſum aliter, vt ſi non eadem verba, idem tamen ſenſus bene intelligentibus diluceſceret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere etiam, vt oſtenderetur, non humanam fuiſſe in illo opere ſeruitutem, quam verbis debebat interpres. Sed diuinam potius poteſtatem, quæ mentem replebat & regebat interpretis. Præterea in eadem ſunt opinione, Hilar. Pſalm. 2. Et Auguſti. Pſalm. 87. & in quæſt. in Geñ. in fine. & Iuſtinus in admonitorio, & Irenæus libr. 3. capit. 25. Denique Hierony. maximus contrariæ opinionis patronus, in procemio librorum Paralip. ſuperiorem ſequitur ſententiam. Hic, inquit, liber in Græcis & Latinis codicibus vitioſus eſt. Nec hoc 70. interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerant tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpæ adſcribendum. Verùm hoc arbitror dixiſſe, nõ ex animi ſui ſententia, ſed ſubſeruiens affectibus illorum ad quos ſcribebat. Alioqui tamẽ conſtantiſsimè ipſe Hiero. qui horum tranſlationem cum cæteris tranſlatiõibus tam Symmachi, quam Aquilæ & cum Hebraica veritate contulit, hoc contẽnit & reijcit Nam quanuis laudet librorum Moyſis tranſlationem vt diximus: in prophetis (qui iuxta Auguſti. & reliquos, à 70. ſunt tranſlati) crebrò illorum negli-

An Spiritu ſancto afflati verterint 70. diuinã ſcripturã.

Digitized by Google

tia, & homicidia in illo catalogo ſcripta referuntur. Sed ſciendum non plus quam. 15. carnis opera à Paulo numerata. Adhuc ad Galat. 1. cum ait. Continuo non acquieui carni & ſanguini, ſiue vt in Græco melius habetur. Non contuli cum carne & ſanguine. Præterea ad Eph. 2. Vt reconciliaret vtrunq; Deo per crucem interficiens inimicitiam in ea. ſ. cruce, nõ vt in codicibus Latinis habetur, in ſemetipſo, & ad Galat. 6. c. Inſtruite, ſiue vt melius in Gręco habetur, perficite in ſpiritu lenitatis, & ſtatim, ex hac arrogantia nihil fit, ſed ipſe ſe decipit, quod melius in Græco dicitur, φρεναπατᾶ, hoc eſt, mentem ſuam decipit, pro quo Latinus poſuit interpres, ipſe ſe ſeducit. Deniq; ad Ephe. 1. ait. Pignus Latinus interpres, pro arrabone poſuit, cum non idem pignus quod arrabo ſonet, nobis fas non eſt vti hoc ſermone poſt concilium Tridentinum.

De veteris inſtrumenti tranſlatione, vt autumo libros prophetarum illi tribuendos fore (licèt à natiuo nitore temporum iniuria degeneraſſe videantur) ita nego reliqua volumina ex ipſius officina exijſſe. Vt. v. g. Q. in Gene. ait. Pro eo quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt, ferebatur ſuper aquas, in Hebræo habet Merachephet quod nos appellare poſſumus, incubabat, ſiue fouebat in ſimilitudinem volucris, oua calore animantis. Et iterum in eodem libro. Dixit Cain ad Habel fratrem ſuum. Subauditur, ea quæ locutus eſt dominus, ſuperfluum ergo eſt quod in noſtris codicibus reperitur, tranſeamus in campum. Et illud Gen. c. 49. Non auferetur ſceptrũ de Iuda, nec dux de fœmore eius donec veniat qui mittendus eſt. Hier. Iſaiæ. 2. c. ad hunc modum tranſtulit. Nõ auferetur princeps ex Iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repoſitũ eſt. Hæc paucis monuiſſe ſufficiant, nam huiuſcemodi infinita ex ipſius lucubrationibus facile à quouis aceruari poſſunt ſtudioſo. At dices, Romæ viſitur bibliorum volumen articulis Hieronymi exaratum. Huic obiectioni Laurẽtius ſatisfaciens in declamatione de donatione Conſtantini ait. Romæ ex authoritate papę oſtenditur codex bibliæ tanquam reliquiæ ſanctorum luminibus ſemper accenſis, quod dicunt ſcriptum chirographo Hieronymi. Quia multum ibi, inquit Virgilius, pictai veſtis & auri. Reſq; magis indicat Hieronymi manu ſcriptum non eſſe. Illum ego diligẽtius inſpectũ, cõperi ſcriptũ eſſe, iuſſu regis, vt opinor, Roberti, Chirographo hominis imperiti.

Volumẽ bibliorũ manu Hieron. ſcriptũ Romæ viſitur.

Expendendum eſt diligenter cur in Pſal. & eccleſiaſte, eccleſia amplexata ſit tranſlationem. 70. in reliquis libris prętermiſſa fuerit, ac Hebraica admiſſa.

¶ Quid Theologis vtilitatis obueniat, ex tranſlationum multitudine.

CAP. V.

QVASI præuidens & præſagiens Aug. quorundã ſocordiam, in ſtudio linguarum capeſſendo, voluit illorum cõmodis & vtilitati conſulere, & ignorantiæ mederi. Vt ſi propter ignauiam noſtram nanciſci non poſſumus vt è fonte proprio germanũ ſenſum hauriamus, ſaltem alieno ſubſidio & ope innitentes aſſequamur. Nec tamen inficias ibo, multum bonæ frugis & emolumenti, etiam illis, qui linguarum eximia cognitione præditi ſunt Auguſtini admonitionem afferre poſſe. De vtriſque igitur dictum intelligamus. Illius hæc ſunt verba. libr. 2. de doctri. Chriſtia. cap. 12. Plures tranſlationes plus adiuuant intelligentiam, quam impediunt, ſi modò legentes negligentes non ſint. Nam nonnullas obſcuriores ſententias, plurium codicum ſæpe manifeſtauit inſpectio. Sicut illud Iſaiæ, & carnem tuam ne deſpexeris. Alius, & domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris. Vterque ſibimet inuicem atteſtatur. Namque alter ex altero exponitur. Quia & caro poſſet accipi propriè, vt corpus ſuum quiſque ne deſpiceret, ſe putaret admonitum. Et domeſtici ſeminis tranſlatè Chriſtiani poſſent intelligi, ex eodem verbi ſemine nobiſcum ſpiritualiter nati. Nunc autem collato interpretum ſenſu probabilior accurrit ſententia propriè de conſanguineis non deſpiciendis eſſe præceptum, quoniam domeſticos ſeminis, cum ad carnem retuleris, conſanguinei potiſſimum occurrunt. Vnde eſſe arbitror illud Apoſtoli quod ait. Si modò ad æmulationem adducere potero carnem meam, vt ſaluos faciã aliquos ex illis. i. vt æmulando eos qui crediderant, & ipſi crederent. Carnem autem ſuam dixit Iudęos propter cõſanguinitatem. Item illud eiuſdẽ Iſaiæ prophe-

Locus Iſaiæ 58. enodatus.

Rom. 11.

tæ. Niſi

Digitized by Google

Alter locus Iſa.7.eluci datus. tæ. Niſi credideritis non intelligetis. Alius interpretatus eſt. Niſi credideritis non permanebitis. Quis horum vera ſecutus ſit, niſi exẽplaria linguæ præcedẽtis legantur, incertum eſt. Sed tamen ex vtroque magnum aliquid inſinuatur, ſcienter legentibus. Difficile eſt enim ita diuerſos à ſe interpretes fieri, vt non ſe aliqua vicinitate contingant. Ergo quoniã intellectus in ſpecie ſempiterna eſt, fides verò in rerum temporalium quibuſdam cunabulis quaſi lacte alit paruulos. Nunc autem per fidem ambulamus, non per ſpeciem: niſi autem per fidem ambulauerimus, ad ſpeciem peruenire non poterimus, quæ non tranſit, ſed permanet per intellectum purgatum, nobis cohærentibus veritati: propterea ille ait. Niſi credideritis non permanebitis. Ille verò. Niſi credideritis non intelligetis. Et ex ambiguo linguę præcedentis plerunque interpres fallitur, cui nõ benè nota ſententia eſt, & eam ſignificationem transfert, quæ à ſenſu ſcriptoris penitus aliena eſt. Sicut quidam codices habent. Acuti pedes eorum ad effundendum *Pſalm. 13.* ſanguinem: ὀξὺς enim apud Græcos & acutum & velocem ſignificat. Ille ergo vidit ſententiam qui tranſtulit. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Ille autem alius ancipiti ſigno in aliam partem raptus errauit. Non enim intelligendos, ſed emendandos tales codices potius præcipiendum eſt. Hinc etiam illud, quoniam μόσχος Græcè vitulus dicitur, μοσχεύματα quidam non intellexerunt eſſe plantationes, & vitulamina interpretati ſunt. Qui error tam multos codices præoccu*Sapien.4.*pauit, vt vix inueniatur aliter ſcriptum, & tamen ſententia manifeſtiſsima eſt, quia clareſcit conſequentibus verbis. Nanque adulterinæ plantationes nõ dabunt radices altas: conuenientius dicitur quàm vitulamina, quæ veluti pedibus per terram gradiũtur & non hærent radicibus. Huc vſque ille. Multa exempla his ſimilia ex commentarijs Hierony. in Prophetas coaceruari poterant, in illis præcipuè locis vbi interpretationes. 70. Symmachi & Aquilæ & cæterorum interpretum inter ſe conferuntur. Nos tamen cum illius fontes ſint in promptu, ex noſtris riuulis vnum & alterum adhibebimus exemplum, quo res fiat dilucidior rudibus. In Pſalm. 124. vbi in *Locus Pſal.* 70. legitur. Declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: transfert Hiero. qui declinant ad prauitates ſuas, deducet eos Dominus cum his qui operantur iniquitatem. Legendum igitur, declinantes in obliquationes. Nam nomen στραγγαλίαι, id eſt, obligationes, quo vtuntur 70. ſi interpreteris, ſignificat iuxta Heſychiũ. συστροφὰς, διαστροφὰς, παγίδας, ἐπλοκὰς, id eſt, arcana, fœdera, & laqueos ſiue nexus. Item Pſalm. 15. vbi 70. legunt. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. At Hierony. hunc in modum interpretatus *Alius locus* eſt. Multiplicabuntur idola eorum, poſt ter *Pſalm. 15.* gum ſequentium. Ecce ſi verba expendas diuerſæ ſunt tranſlationes, ſed ſenſus idem: nam idola, quæ iuxta Hebræos vocantur Açabim, à mœrore deductum habent nomen, quia eodem ſtatu & habitu ſemper permanẽt: quod verò deinceps ſequitur. 70. clarius tranſtulerunt, poſtea accelerauerunt, ſcilicet, ad colendum ea. Denique Pſalm. 108. iuxta 70. ſic habet: caro mea immutata eſt propter oleum. Sed quis ſapiens intelliget hæc? niſi conſulat Hierony. ad hunc modum hunc locum inter- *Locus Pſal.* pretantem: caro mea immutata eſt abſque *108. expo-* oleo: id eſt, caro mea ad extremam maciem *ſitus.* redacta eſt, ob ieiunium. Nam nomine olei, pinguedo aut humor ſucculentus intelligitur, aut bona corporis habitudo, qua deſtitutus erat Dauid ob crebra ieiunia.

Quid vtilitatis linguarum cognitio, ipſarum ſectatoribus afferat.

CAP. VI.

QVOD præcipit Auguſti. non ex animo, ſed quaſi noſtræ inertiæ conniuens & patrocinans, ſuperiori capite vidiſtis, attamen quid ipſe ſenſerit alijs in libris à ſe editis, teſtatum reliquit. (Quanuis in hac parte, tam Hebraicæ linguæ, vt conſtat, quàm Græcæ, vt ipſe contra Creſconium ſcribens ingenuè fatetur, laude caruerit.) tum alibi, tum etiam lib. 1. de doctr. Chriſt. ca. 11. Contra ignota, inquit, ſigna, magnum remedium eſt linguarum cognitio. Et Latinæ linguæ homines duabꝰ alijs ad ſcripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebraica ſcilicet & Græca, vt ad exemplaria pręcedentia recurratur, ſi quã dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas. & Hiero. in epiſtola ad Vitalem,

lem,inquit. Quando in ſcriptura dubium ortum fuerit,ſi aliter habent.70.interpretes, aliter vulgata editio,confugiendum eſt ad ſolita præſidia, & arcem linguæ tenere vernaculæ.

Noīa propria in ſcripturis corrupta.

Nonnihil etiam adiumenti ad exactam ſcripturarum intelligentiam affert linguarum cognitio propter nominum propriorum corruptionem,quæ ob noſtrorum ſocordiam inoleuit. Nam pauci à Hiero. ætate vſq; ad hæc noſtra tempora inuenti ſunt,qui huic rei incubuerint.Ideo Hiero.Ezechi.40.cap.inquit.Diligentem & ſtudioſum admonendum puto, ſi tamen ſcientia ſcripturarum ducitur,vt ſciat omnia propè verba Hebraica & nomina,quæ in Græca & Latina tranſlatione ſunt poſita; nimia vetuſtate corrupta, ſcriptorumq; vitio deprauata, & dum de inemendatis ſcribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta eſſe Sarmatica, imò nullius gentis, dum Hebraica eſſe deſierunt, & aliena eſſe non cœperint.

Adhuc cum literæ noſtræ,Hebræis non ex æquo reſpondeant,contingit non infrequenter Latinis, aut Græcis literis verba Hebræa ſcripta ita à ſe ipſa fuiſſe abalienata, vt aliam quoque induiſſe formam videantur. Vnde Hiero.in comment.epiſt.ad Titum.cap.3.ait, ſolent nos irridere Hebræi in pronuntiatione quorundam nominum, maximè in aſpirationibus, & in quibuſdam cum raſura gutturis proferendis. Hoc autem euenit, quod.70.interpretes,per quos in Græcum ſermonem lex diuina tranſlata eſt, ſperialiter in Cheth literam & Ain,& cæteras huiuſmodi, quia cum duplici aſpiratione in Græcam linguam transferre non potuerant, alijs literis additis expreſſerunt. Verbi cauſa.vt Rahel,Rachel dicerent. & Ieriho,Iericho,& Hebron, & Chebron, & Seor,Segor. In alijs verò conatus iſte defecit. Nam nos & Græci vnam tantum literam S habemus, illi verò tres. Samech, Sadde, Sin, quæ diuerſos ſonos poſsident. Iſaac & Sion per Sadde ſcribunt. Iſrael per, Sin, & tamen non ſonat hoc quod ſcribitur. Si igitur à nobis hæc nominum & linguæ idiomata, vt videlicet barbara,non ita fuerint expreſſa,vt exprimuntur ab Hebræis,ſolent cachinnum attollere,& iurare ſe penitus neſcire quod dicimus. Vnde & nobis curæ fuit omnes veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digeſſerat de Cæſarienſi bibliotheca deſcriptos ex ipſis authenticis emendare.

Denique cùm eccleſia Romana ex Iudæis pariter ac Græcis cõſlata ſit,oportuit vt vtriuſque gentis memoria apud nos perpetuò duraret, atque ideo ipſorum vocabula crebro in eccleſijs inculcantur, abſque vllis interpretationibus. Vnde Aug.in epiſt.178.ait. Non licet hoc nomen Amen in aliam linguam transferre.&.2.li.de doct. Chriſt.cap. 11. Hebræa, inquit,verba non interpretata ſæpe inueniuntur in ſcripturis,ſicut Amen, Haleluia, Racca & Hoſanna,& ſi quæ ſunt alia. Quorum partem propter ſanctiorem authoritatem, quamuis interpretari potuiſſent, ſeruata eſt antiquitas, ſicut in Amen & Haleluia. Partim verò in aliam linguam transferri non potuiſſe dicuntur. Sicut alia duo,quæ poſuimus. Hæc ille;nomen Racca vanum ſonat, eſt nomen conuitij quod irrogatur alieni; cùm volumus ipſum ſtultum,& cerebro vacuum appellare. Hoſanna,Salua obſecro, ſignificat, vt apud Matt.c.21.Hoſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis.Hoc eſt.Fer opem ò Deus filio tuo qui è Dauid ducit originem, tùm ſit illi adeũda hæreditas regni paterni. fœlix fauſtuſque ſit,vtinam,talis regis aduentus,atq; ideo te obſecramus vt tu Deus, qui habitas in excelſis opem feras illi.

De hoc lib. 2.c.1.

Aug. de nominibus peregrinis quibus vtitur eccleſia.

Racca.

Hoſanna.

Quanuis nonnulli exiſtiment in libris noui inſtrumenti in rebus dubijs ad Græci ſermonis fontem eſſe confugiendum. At Orige. tract.8.in Matth.non cenſet illis tribuendam eſſe fidem indubitatam. Multam,inquit,differentiam inter exemplaria inuenimus,ſiue propter negligentiam ſcribarum,ſiue ex temeritate quorundam, ſiue propter eos qui emendare negligũt ſcripturas, ſiue propter eos qui quod ipſis videtur in emẽdationibus,vel adijciunt vel ſubducunt.

Libris etiam Hebræorum, non deſunt qui fidem alicubi velint eleuare, vt Hieron. libr. 2.epiſtol. ad Galatas circa principium, & in comment.Michæ.capit.5.& Iuſtinus in Tryphone.

Porrò aduerte cùm mendum aliquod viſum fuerit occurrere,ne ſenſum noſtrũ ac cõiecturam ſequentes,à recta aberremus via,tanquam Ariadnes filum Auguſtini verba ſequamur.lib.11.contra Fauſtum. cap. 2. dicentis. Sacrarum literarum ſtudioſis, notiſsimæ ſententiarum varietates, vel ex aliarũ regionum codicibus vnde ipſa doctrina noſtra emanauit,dubitatio dijudicanda eſt,vel ſi ibi quoq; codices

codices variant plures paucioribus, aut vetuſtiores recentioribus præferantur, etſi adhuc eſſet incerta veritas, præcedens lingua, vnde illud interpretatum eſt, conſulatur. Alioqui ſi his auxilijs deſtituti, noſtro marte aliquid emendare voluerimus, nullibi non labemur & offendemus. Quandoquidem, teſte Augu. Pſalm. 105. Multoties putaremus librarij eſſe errorem, niſi haberemus beneficium Dei quo ſcripturas ſuas in multis linguis voluit eſſe transfuſas. vt in Pſalm. 105. interfecta eſt terra in ſanguinibus, arbitraremur legendum eſſe, infecta. Hactenus Auguſti. Nos vtamur aptioribus exemplis. Pſalm. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuum: quo in loco multi legunt, fontem viuum. Et Iſaiæ 40. cap. Quoniam completa eſt malitia eius: pro militia eius. Iob quoque. 5. Virum ſtultum, pro verè ſtultum. & cap. 18. de vrbe, pro de orbe. & 28. ſicut impius, pro ſic vt impius. Et Michææ. 6. voluptatibus, pro voluntatibus. Et Pſalm. 34. qui maligna, pro qui magna. & 71. & erit firmamẽtum, pro & erit frumentũ. Et in Iſaia, filiæ tuæ de latere ſurgent, pro ſugent. Et Pſalm. 26. vt videam voluntatem domini, pro voluptatem. Denique. 3. Reg. capi. 2. vbi in codicibus Latinis legitur, poſt Salomonem non ambulauit, in Hebræo legitur, poſt Abſalom.

Error Cantacuzeni de euangelio Marci.

Cæterum multi viri in primis illuſtres, primùm Ioãnes Cantacuzenus imperator Conſtanti Apolog. 4. aſſeuerat euangelium Marci Latinè fuiſſe ſcriptum, inquiens, ὁ δὲ ἱερὸς μάρκος, λατινοῖς δὲ εἰς τὴν ἀχαΐαν, καὶ ἐδόθη εἰς τε τὴν ἰταλίαν καὶ τὴν ῥώμην ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τὰ κατὰ τὰ ἑσπέρια πάντα ἔθνη. id eſt. Secundus euangeliſta Marcus Latinè publicauit euangelium in Achaia, Italia, Romæ, adhuc in omnes gentes occidentales. Ego arbitror fuiſſe deceptum ex carminibus illis Grego. Nazianzeni in catalogo diuinæ ſcripturæ.

Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν ἑβραίοις θαύματα χριστοῦ
Μάρκος δ' ἰταλίῃ, λουκᾶς ἀχαιάδι.

Qui non dicit in Italica lingua fuiſſe ſcriptũ, ſed Italiæ: nam Romæ, iuxta Hierony. rogatus à fratribus breue ſcripſit euangeliũ. Deinde Hierony. Hoſeæ. 11. cap. & Iſaiæ. 6. & Euſebius lib. 3. hiſto. cap. vlti. & Nazianze. & Irenæus, & innumeri alij autumant Matthæi euangelium Hebraicè fuiſſe ſcriptum: epiſtolam quoque ad Hebræos Hebraico idiomate in lucem prodijſſe, multi viri ingenij præſtantis affirmant. Ab vtrorumque iudicio libenter diſcedere non verebor. Primum euangelium Matth. nullus teſtatur ſe eum vidiſſe Hebraicè exaratum, ſed ab alijs accepiſſe. Dempto Hierony. qui in catalogo ſcript. de Matthæo loquens, ſic inquit. Porrò ipſum Hebraicum habetur vſque hodie in Cæſarienſi bibliotheca. Mihi quoque à Nazaræis qui in Berrea vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, deſcribendi facultas fuit. Sed non loquitur de Euangelio Matthæi (nam ſi hoc eſſet aliquando illius teſtimonio vſus eſſet) ſed de Euangelio Nazarenorum apocrypho, quo Hebionitæ hæretici vtuntur: & huius teſtimonio vtitur Hierony. nonnunquam, vt Matth. 6. inquiens. Vbi legitur in Matthæo. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem. In euangelio ſecundùm Hebræos pro ſuperſubſtantiali pane, repperi Machar, quod dicitur craſtinum, id eſt, futurum, da nobis hodie. Et in epiſtola ad Epheſ. cap. 5. in expoſitione illius loci. Eſtote ergo, &c. cum de vrbanitate loquitur, ait, Verum hæc à ſanctis viris penitus propellenda, quibus magis conuenit flere, vt in Hebraico quoque euangelio legimus, Dominum ad diſcipulos loquentem: nunquam, inquit, læti ſitis, niſi eum fratrem veſtrum videritis in charitate. Et Matth. 12. cap. inquit, in euangelio quo vtuntur Nazareni & Hebionitæ, quod nuper de Hebræo in Græcum ſermonem trãſtulimus, & quod vocatur à pleriſque Matthæi authenticum, homo iſte qui aridam habens manum in ſabbato ſanatur, cementarius ſcribitur, iſtius modi vocibus auxilium precans. Cemẽtarius eram, manibus victum quæritans, precor te Ieſu, vt mihi reſtituas ſanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Et in procemio lib. 18. comment. in Iſaiam, ait, Apoſtoli in reſurrectione Chriſtum putarũt ſpiritum, vel iuxta euangelium, quod Hebræorum lectitant Nazaræi, incorporale dæmonium. Et in lib. de viris ecclesi. in vita Iacobi. Denique lib. 3. contra Pelagi. circa principium, inquit, in euangelio iuxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque ſermone, ſed Hebraicis literis ſcriptum eſt, quo vtuntur vſque hodie Nazareni, ſecundum apoſtolos, ſiue vt pleríque autumant iuxta Matthæum, quod & in Cæſarienſi habetur bibliotheca: narrat hiſtoria illa, Ecce mater Domini & fratres eius dicebant ei. Ioannes baptiſta baptizat in remiſsionem peccatorum, eamus & baptizemur ab eo. Dixit aut eis, Quid peccaui vt vadam & baptizer ab eo? niſi fortè hoc ipſum quod

Mattheus Græcè ſcripſit euangelium.

Vide Q. 4. ad Hedibiã

Matth. 12. Cementarius manũ habens aridam ſanatur.

Euangeliũ apoſtolorũ ſiue Mat. citatũ à Hierony.

quod dixi ignorantia eſt. Et in eodem volumine. Si peccauerit, inquit, frater tuus in verbo, & ſatis tibi fecerit, ſepties in die ſuſcipe ipſum. Dixit illi Simon diſcipulus eius. Septies in die? Reſpondit Dominus & dixit ei. Etiam ego dico tibi, vſque ſeptuagies ſepties. Clem. Stro. 4. ex eo citat: qui admiratus fuerit, regnabit. Idem poteram multis rationibus probare de epiſto. ad Hebræos, ſed gratia breuitatis miſſas faciam.

¶ Catalogus librorum vtriuſque inſtrumenti.

CAP. VII.

DECRETVM DE CAnonicis ſcripturis.

Seſsio. 4. celebrata die viij. Menſis 1546.

SACROSANCTA OECVmenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdē tribus Apoſtolicæ Sedis legatis, hoc ſibi perpetuo ante oculos proponēs, vt, ſublatis erroribus, puritas ipſa Euangelij in Eccleſia conſeruetur: quod promiſſum ante per Prophetas in Scripturis ſanctis Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei filius, proprio ore primum promulgauit, deinde per ſuos Apoſto- *Marc. vlti.* los, tanquam fontem omnis, & ſalutaris veritatis, & morũ diſciplinæ, omni creaturæ prædicari iuſsit: perſpicienſque hanc veritatem, & diſciplinam contineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus, quæ ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu ſancto dictante, quaſi per manus traditæ. ad nos vſque peruenerunt, orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes libros tam veteris, quàm noui Teſtamēti, cum vtriuſque vnus Deus ſit auctor, necnon traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus à Chriſto vel à Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit, & veneratur. Sacrorum verò librorũ † Indicem huic decreto adſcribendum cenſuit, ne cui dubitatio ſuboriri poſsit, quinam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur. Sunt verò infraſcripti, Teſtamenti veteris quinque Moyſi, id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, Rut, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Neemias, Tobias, Iudith, Heſther, Iob, Pſalteriũ Dauidicum centum quinquaginta pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel duodecim Prophetæ minores, id eſt, Oſea Ioel, Amos, Abdias; Ionas, Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & ſecundus. Teſtamenti noui, quatuor Euangelia, ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apoſtolorum à Luca Euangeliſta conſcripti: quatuordecim Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, Ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, Iudæ Apoſtoli vna, & Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris, & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit. Omnes itaque intelligant, quo ordine, & via ipſa Synodus, poſt iactum fidei confeſsionis fundamētum, ſit progreſſura, & quibus potiſsimum teſtimonijs, ac præſidijs in confirmandis dogmatibus, & inſtaurandis in Eccleſiæ moribus, ſit vſura.

† In can. Apoſt. c. 48. Gelaſius in con. 11. 70 epiſc. cõcil. Laodic. ca. 59. concil. Carthag. 3. can. 47. ca. ſancta Romana, diſt. 15. & ſi. epiſto. Eug. in conci. Floren. ad Armenos.

ANTEQVAM libros vtriuſque teſtamenti ad numerum reuocemus, oportet exponere quid hoc nomen, Berith, hoc eſt teſtamentum, ſignificet: & quidem ſi verbum Hebraicum exactè expendas, fœdus ſignificat Inter viuentes: clarè & purè deciſum & trāſactum, à verbo Barar mundauit. ſic Laban cum Iacob teſtamentum fecerunt. & Gen. 21. Accepit Abraham oues & boues & dedit Abimelech & percuſſerũt fœdus. & cap. 17. circuncidetis carnem præputij veſtri & erit ſignum fœderis. Poſtea Paulus in eam ſignificationem vſus eſt hoc nomine, vt ſignificet teſtamentum quod ratum non eſt niſi mors teſtatoris interueniat In hac ſignificatione accipitur quando ſignificat nouum teſtamentũ. Nam niſi teſtator noſter Chriſtus mortuus fuiſſet,

Hebr. 9. *Hoc ignorans Caiet. negat Paulum eſſe authorem epiſtolæ ad Hebræos.*

fuiſſet, nec ſtabile nec firmum teſtamentum permanebat, nec ſciri quæ myſteria in eo ſcripta erant: vtiq; clauſum & obſignatum erat. Vetus teſtamentum nomen traxit à priori ſignificatu, nempe vt ſignificat fœdus inter viuentes initum. Et hæc eſt cauſa quare abrogatum & antiquatum ſit, quia morte filij Dei non conſecratum fuit: nec ſciri poterant quę in eo concluſa erant myſteria, quia nondum venerat ille qui habebat clauem Dauid. Igitur diuina ſcriptura omnis, in duo hæc teſtamenta diuiſa eſt. Illud quod aduentui Domini, paſsioniq; anteceſsit, id eſt lex & prophetæ, vetus dicuntur. Ea verò quæ poſt reſurrectionem ſcripta ſunt, nouum Teſtamentum nominantur. Iudæi veteri vtuntur, nos nouo. Sed tamen diuerſa non ſunt, quia nouum veteris adimpletio eſt, & in vtroque idem teſtator eſt Chriſtus, qui pro nobis morte ſuſcepta, nos hæredes regni æterni fecit, abdicato

Ierem. 32. † Vulgata dicit, Ecce dies veniẽt dicit Dñs, & feriã domui Iſrael, & domui Iuda fœdꝰ nouum nõ ſecundũ pactum quod pepigi cum patribus veſtris.

& exhæredato populo Iudæorum, ſicut Ieremias propheta teſtatur. † Ecce, inquit, dies veniunt, dicit Dominus & cõſummabo domui Iſrael, & domui Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod diſpoſui patribus illorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamẽto meo, & ego neglexi eos dicit Dominus. Et alio loco ſimiliter ait. † Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam in manus inimicorum eius. Quod ſuperius ait conſummaturum ſe domui Iuda teſtamentum nouum, oſtendit vetus illud, quod per Moyſen datum eſt, non fuiſſe perfectum, id autẽ quod per Chriſtum dari haberet, cõſummatum fore. Domum autem Iuda & Iſrael non vtiq; Iudæos ſignificat, quos abdicauit, ſed nos, qui ab eo conuocati ex gentibus, in illorum locum, adoptione ſucceſsimus.

† Vulgata reliqui domũ meã, dimiſi hereditatẽ meam, dedi dilectã meã in manũ inimicorũ eius:

Vetus teſtamentum à nouo ĩ quo diſtinguitur.

Differt vetus teſtamentũ à nouo, Primum iuxta Theophil. ad Hebræ. 7. Quia in veteri locutus eſt Dominus per prophetas, in nouo per filium. Hinc Paulus ait, Multifariam multiſq; modis olim Deus loquens patribus, nouiſsimè locutus eſt nobis in filio. Secundò Auguſti. lib. 4. contra Fauſtum ca. 2. ait, Temporalium rerum promiſsiones teſtamento veteri contineri, nemo ambigit, nec quod æternæ vitæ promiſsio regnumq́ue cælorum ad nouum pertinent teſtamentum. Sed in illis temporalibus figuras fuiſſe futurorum quæ implentur in nobis, in quos fines ſeculorum obuenerunt, Paulus teſtatur dicens. Hæc omnia in figura contingebant illis. Hæc iterum repetit. lib. 18. de ciui. dei. c. 11. Tertiam differentiam aſsignat. in li. de ſpiritu & litera capi. 20. inquiens. Propter veteris hominis noxã, quæ per literam iubentem & minantem minimè ſanabatur, diciturillud teſtamentum vetus. Hoc autem nouum propter nouitatem ſpiritus, qui hominem nouum ſanat à vitio vetuſtatis. Poſtremò Dionyſ. in eccleſ. Hierar cap. 4. par. 3. conſtituit differentiam inter vtrunq; teſtamentum, eius verba ex antiquiſſimo codice deprompta, nõ grauabor afferre ἡ μὲν ἔφη τὰς ἐσομένας θεουργίας, ἡ δὲ ἐτέλεσεν. καὶ ὡς ἐκείνη μὲν ἐν τύποις τὴν ἀλήθειαν ἔγραφεν, αὕτη δὲ παροῦσαν ὑπέδειξεν, τὰ γὰρ ἐκείνης προαναρρήσεων ἡ κατὰ ταύτην τελεσιουργία, τὴν ἀλήθειαν ἐπιστώσατο. καὶ ἔστι τῆς θεολογίας, ἡ δὲ θεουργίας συγκεφαλαίωσις. Hoc eſt. Vetus quidem inſtrumentum futura & diuina Dei opera dicit. Nouũ verò iam effecta præcinit. Atque vetus quidem ſimulacris & imaginibus deſcripſit veritatem. Nouum verò præſentem rem oſtendit & demonſtrat. Item veteris quidem prædictiones ſunt, in nouo efficiendo homines perfectos, veritatem præfiguratam confirmauit. Denique, vt ſummatim dicam. Vetus inſtrumentum de myſticis & theologicis rebus diſſerit, nouum efficit homines deiformes.

Sacrorum librorum catalogum hoc In loco recenſere ſuperuacaneum mihi viſum eſt. Cùm præter Hierony. in prologo Galeato, qui Ioſephum ſecutus eſt. Innumeri alij de hac re diſſeruerInt, Auguſti. lib. 2. de doctrina chriſtia. cap. 8. Euſebius lib. 4. hiſto. cap. 26. & lib. 6. cap. 18. Et Damaſce. lib. 4. cap. 18. & Nazianze. in poëmate, & Epipha. in epitome. Denique in multis concilijs antiquis & recentioribus de horum librorum numero cautũ fuit, & nos de illorum diuiſione nonnihil attigimus cùm de prophetia agebamus. Afferam tamen, ne prorſus tacuiſſe videar, duo epigrammata Nicephori Calixti, In quibus vtriuſque inſtrumenti libros breuiter colligit ex Nazianze. deſumpta.

Ioſephꝰ lib. 1. cõtra Apionem.

Τῆς παλαιᾶς διαθήκης αἱ βίβλοι.

Θείας γραφῆς μάνθανε νῦν τὰ βιβλία.
Τῆς μὲν παλαιᾶς εἰσὶν εἴκοσι δύο.
Πρώτη γένεσις, ἔξοδος δευτέρα,
Τὸ λευιτικόν, ἀριθμῶν τὸ βιβλίον
Τὸ δευτερονόμιον. Ἰησοῦς πάλιν.

Οἱ κρι-

Οἱ κριταί, καὶ Ῥούθ, ὀκτάβιβλον ἐνθάδε.
Τῶν βασιλειῶν ἡ μία, καὶ δευτέρα,
Τῶν βασιλειῶν ἡ τρίτη, καὶ τετάρτη.
τὰ παραλειπόμενα βίβλους τὰς δύο.
Εσδρας τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον πάλιν.
Ἱστορικὰ τὰ γνήσια τῆς γραφῆς τάδε.
Ηδη δέ τινες ἐγκρίνουσι καὶ τάδε,
Εσθήρ, Ἰουδίθ, καὶ Τωβὴτ, ὧν ἄλλο ξ' ἱστορῶν.
Ταῦθ' ἱστορικά. τὰ στιχηρὰ δὲ πάλιν.
Ἰὼβ, ὁ Δαυὶδ καὶ Σολομῶντος τρία.
Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα καὶ Παροιμίαι.
Καὶ τῶν προφητῶν πέντε βιβλία λέγω.
Οἱ δώδεκα μὲν ἐν ἑνὶ τῷ βιβλίῳ
Ἀμὼς, Ὠσηέ, Μιχαίας, Ἰωὴλ τε,
Ἰωνᾶς, Ἀβδίας, Ναοὺμ, Ἀββακοὺμ τε
Ὁ Σοφονίας, καὶ δέκατος Ἀγγαῖος.
Εἶτα Ζαχαρίας τε, καὶ Μαλαχίας.
Πρώτη μὲν αὕτη. δευτέρα δὲ Ἡσαίας,
Ἔπειτα λαμπρὸν Ἱερεμίαν ἔχεις.
Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ ὁ πέμπτος.
Γραφῆς παλαιᾶς αἳ δέ σοι βίβλοι φίλος.

DIVINÆ ſcripturæ ſcito hos eſſe libros. Veteris quidem inſtrumenti ſunt viginti duo. Quorum primus Geneſis. Secūdus Exodus. Tertius Leuiticus. Quartus Numeri. Ac deinde Deuteronomiū, hoc eſt ſecunda lex. Deinde Ieſus Filius Nun. Iudices quoq; & Ruth. Hi omnes vocantur octabiblos, quia octo hi libri in vno volumine coarctantur. Poſtea ſequūtur libri quatuor regū. Poſt quos ſtatim cōſequūtur duo Paralipomenon, in quibus prætermiſſæ in libris regū tanguntur hiſtoriæ. Vltimo loco ponuntur duo Eſdræ libri. Atq; hi ſunt germani hiſtoriarum libri. His adduntur Eſther, Iudith, ac tertius Tobias. Hucuſq; libros hiſtoricos omnes retulimus. Porrò libri carmine cōſcripti, hi ſunt, Iob, Dauid, & Salomonis tria volumina, Eccleſiaſtes, Cantica canticorū & Prouerbia. Dehinc accipe quinq; prophetarū libros. Ex quibus primus duodecim prophetas cōplectitur: atq; hi ſunt. Amos, Hoſeas, Michæas, Ioel, Ionas, Abdias, Nahum, Abbacuc, Sophonias, decimus deinde Aggæur, deinde Zacharias ac Malachias. Hucuſq; liber primus, Secundus Iſaias, Tertius præclarus Ieremias, Quartus Ezechiel, Quintus & vltimus Daniel. Hi ſunt amice libri veteris inſtrumenti. Intellige quos Nicephori ætate eccleſia authoritatem tribuebat.

Τῆς δ' ἐνέας διαθήκης αἱ βίβλοι.
Ἤδη δέ μοι μάνθανε καὶ γραφῆς νέας.
Εὐαγγέλιον Ματθαίου τε, καὶ Μάρκου.
Τρίτον τοῦ Λουκᾶ, τέταρτον Ἰωάννου,
Λουκᾶ τε πράξεις τῶν σοφῶν ἀποστόλων.
Ἐπιστολαὶ Παύλου δὲ τοῦ θεηγόρου,
Πρὸς ταῖς δέκα τέσσαρες ἠκριβωμένος.
Ἑπτὰ δὲ πάλιν καθ' ὅλης οἰκουμένης
Τούτων μία μὲν ἣν Ἰάκωβος ἔγραψε
Δύο δὲ Πέτρος, τρεῖς δ' Ἰωάννης πάλιν
Ἡ δ' ὑστέρα πέφυκεν Ἰούδα μόνου.
Ἔπειτ' Ἀποκάλυψις ἡ θεολόγου
Ἐκτὸς δὲ τούτων τῆς γραφῆς ἅπαν νόθον.

¶ Noui verò inſtrumenti hi ſunt libri qui ſequuntur.

DISCE iam numerum librorum nouæ ſcripturæ, ex quibus Matthæi euāgelium primum, Marci ſecūdum, Lucæ tertium, ac poſtremò Ioannis euangeliū quartum tenet locum. Ac deinde adijce Acta apoſtolorum Sapientum, authore diuo Luca. Præterea amplectere diuini Pauli & eloquentiſsimi quatuordecim epiſtolas exactè conſcriptas. Ac rurſum ſeptem ad vniuerſos mortales miſſas. Ex quibus vnam ſcripſit Iacobus: duas Petrus, tres Ioannes, vltimam ſcripſit ac ſolam Iudas. Deniq; poſtremum poſsidet locum Apocalypſis Theologi. His libris demptis quicquid in uetum fuerit Nothum ac ſuppoſititium eſt. Hoc nomine intelligit ſcripturas Apocryphas. Hoc eſt abſconditas & ſecretas à κρύπτω abſcondo ſiue recondo. Erant ea ſcripta, quibus publicè eccleſia non vtebatur, ſed priuatim habebat legebatque qui vellet. Vt Apocalypſis, & Acta Petri, & liber Enoch, & euangelium Thomæ & Barnabæ.

¶ Quibus in rebus tractandis ac cognoſcendis: ſacri ſcriptores ſtudium ſuum poſuerint.

CAP. XVIII.

IVXTA veteres philoſophos, & maximè Peripateticos, tota philoſophia in tres partes diuiſa eſt, in Phyſica, Ethicam & Theologiam. Ex qua partitione licēt colligere, ab illarum trium partium numero, Dialecticam

fore ſeiunctam, atque ideo potius philoſophiæ inſtrumentum, quàm partem eſſe vocandam. Hanc ſententiam ſecuti ſunt illi eccleſiæ tractatores, qui à me modò citandi ſunt. At Boetius in procemio Porphyrij à ſe tranſlati, putat & inſtrumentum & partem ſimul eſſe appellandam, à qua ſententia non videtur diſſentire Philo Iudæus in libr. περὶ γεωργίας, cùm inquit, τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον, τρίδυμον ὄντα, τοὺς παλαιοὺς ἀγρῷ φασὶν ἀπεικάσαι. τὸ μὲν φυσικὸν αὐτοῦ δένδροις καὶ φυτοῖς παραβαλόντας. τὸ δ' ἠθικὸν καρποῖς, ὧν ἕνεκα καὶ τὰ φυτά. τὸ δ' αὖ λογικὸν φραγμῷ καὶ περιβόλῳ. καθάπερ γὰρ τὸ περικείμενον τεῖχος ὀπώρας καὶ φυτῶν τῶν κατὰ τὸν ἀγρόν ἐστι φυλακτήριον, τοὺς σίνεσθαι καὶ παρεισφθείρεσθαι βουλομένους ἀνεῖργον. τὸν αὐτὸν τρόπον, τὸ λογικὸν μέρος φιλοσοφίας, φρουρά τις ἐστὶν ὀχυρωτάτη τῶν δυοῖν ἐκείνων ἠθικοῦ τε καὶ φυσικοῦ. Hoc eſt, antiqui, philoſophiam, quam in tres partes diduxerant, agro ſimilem faciebant: quæ ad naturã ſpectabat: plãtis & arboribus comparabant: quæ verò ad mores, fructibus conferebant, quorum cauſa arbores conſitæ ſunt. Denique diſſerendi artem maceriæ ſimilem aiebant, quæ ſepit & munit arbores, ne à quopiam lædi poſsint. Alij moly herbæ logicam comparant, quæ efficiebat ne à Circe, ſocij Vlyſsis deciperentur. Et Cicero in 1. libr. Academi. ait, Philoſophandi ratio eſt triplex, vna de vita & moribus. Altera, de natura & rebus occultis. Tertia de diſſerendo, & quid verum & quid falſum, quid rectũ in oratione, quid prauum, quid conſentiens, quid repugnet iudicando. & 1. de oratore. Philoſophia in tres partes eſt diſtributa, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores.

His præmiſsis ad eccleſiaſticos noſtros viros deueniamus. Et in primo ſe offert loco Clemens Alexand. presbyter; circa finem lib. 1. Stromateon hæc inquiẽs. Moſaica philoſophia quadripartitò diuiditur. In partem hiſtoricã, & eam quæ vocatur legitima, quæ quidem propriè fuerit morum tractationis. Tertiam autem eam, quæ pertinet ad ſacrificia, quæ quidem eſt naturæ contemplationis. Et poſtremò quartam ſpeciem Theologicam, quæ eſt ſuprema cõtemplatio, quam dicit Plato eſſe magnorum myſteriorũ. Hãc ſpeciem vocat Ariſtoteles, μετὰ τὰ φυσικά. Præterea Ambro. Pſalm. 36. in eius præfa. inquit. Omnis ſcriptura diuina, vel naturalis, vel myſtica, vel moralis eſt. Naturalis in Geneſi, in qua exprimitur quomodo facta ſunt cælum, mare, terra, & quemadmodum iſte mundus ſit conſtitutus. Myſtica in Leuitico, in quo comprehenditur ſacerdotale myſterium. Moralis in Deute. in quo ſecundùm legis præceptum vita humana formatur. Vnde Salomonis tres libri ex plurimis videtur electi, Eccleſiaſtes de naturalibus, Cantica Canticorũ de myſticis, Prouerbia de moralibus. In Pſalterio mixtim de his omnibus tractatur. Nanq; naturalem euidentiſsimè comprehendit, docendo de Angelis, ac virtutibus, Sole, Luna, & Stellis, & lumine cæli cælorum. & aqua quæ ſuper cælos eſt, quia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt, ſtatuit ea in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit & non præteribit. *Pſalm. 32.* De myſticis locutus eſt, cùm de occultis, & ſacræ vnctionis vnguento & de cõſummatione ſcripſerit tabernaculi. *Pſalm. 33.* Nam & venturũ præfatus eſt Dei filium principem ſacerdotũ, & paſſurum eſſe pro nobis, & ſanguine ſuo mundaturum noſtra peccata, tituli pro torcularibus declararunt. Et reſurrecturum Pſalmus reſurrectiõis *Pſalm. 8.* expreſsit: & de Moralibus multa contexuit, diuerſaq; virtutum genera demonſtrauit, & dedit præcepta viuẽdi, quibus vlcera noſtrorum ſanauit errorum, moreſq; renouauit humanos, atq; intimos mutauit affectus, vt docet Pſalm. 33. quem etiam S. Petrus in epiſt. ſua tanquam medicamentum noſtris pectoribus affixit. & Pſalm. 36. nam iſti præ cæteris ethici reperiuntur, ſed diffuſior hic vltimus. Nam etſi ille prædulcis & lucidus eſt, iſte tamen dulcior. Quoniam ille me docuit cohibere linguam à malo; iſte deſinere ab ira, indignationem relinquere. Ille præcepit ſine dolo loqui, iſte inſtituit eſſe manſuetũ, qui præmia manſuetudinis demõſtrauit. Ad hæc igitur medicamenta manum mittamus, & vulnera noſtra curemus, ne ſi velimus dicere, quòd alios curare poſsimus, dicatur nobis. Medice cura te ipſum. De hac re iterum diſputat in præfat. lib. 1. in Lucam fuſiſsimè: & deſumpſit ex Baſilio, in ſermone, quo præfatur in prouerbia Salomonis. Denique Hiero. in epiſt. ad Paulam vrbicam breuiter hæc omnia cõplexus eſt. Quo modo, inquit, philoſophi diſputatiões in phyſicam, ethicam* logicamq; partiuntur, ita eloquia diuina, aut de natura diſputant, vt in Geneſi, & Eccleſiaſte. Aut de moribus, vt in ꝓuerbijs & in omnibus ſparſim libris, Aut *logica, ꝓqua theoricen **Legotheologiam.* **Legotheologiam.*

Eccleſ. 11. cit Salomon. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua: & parum poſt adiungit. Adoleſcentia & voluptas vanæ ſunt. Hæc veritatis intelligentia, cùm per cordis humilitatem quæritur, aſsiduitate legendi penetratur. Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus & corda neſcimus. Sed ſi familiari eis locutione coniungamur, vſu colloquij eorum etiam cogitationes indagamus. Ita cum in ſacro eloquio ſola hiſtoria aſpicitur, nihil aliud quã facies videtur. Sed ſi huic aſsiduo vſu coniungimur, eius nimirum mentem, quaſi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dũ enim alia ex alijs colligimus, facilè in verbis agnoſcimus, aliud eſſe quod intimant, aliud quod ſonant. Lege Chryſoſt. ho. 35. in Ioannem.

Locus citatus à Grego. ex Eccleſiaſte. Lætare iuuenis, &c. per modum irriſionis & cum geſtu proferendus eſt, ideſt, ſi oblecteris in iuuentute, punieris, nam eſt imperatiuus cõminationis, vt illud Ierem. in threnis. Lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus. Qua de re in procœmio lib. 10. harum Hypotyp. fuſe à nobis diſſertum eſt.

¶Quæ ſint optimi interpretis diuinarum ſcripturarum partes.

CAP. XI.

NOn ab re fore arbitror, leges quaſdam ferre & ſancire, quibus interpretum noſtri temporis nimiam libertatem coerceam, & in officio contineam. Qui putant idem ſibi licere in verſionibus ſcripturarum, quod in trãſlatione authorũ ſeculariũ ſibi permiſerant, quippe cùm in his nephas ſit vel vnguem latum à diuinis verbis diſcedere. oportet igitur iuxta prouerbiũ, Τὴν κάρδοπον κάρδοπον, τὴν σκάφην σκάφην, ideſt, mortarium mortarium, & ſcapham ſcapham appellare. Nam ſi Hebraicæ Phraſes Latino ſermoni fuerint donatæ, illud neſcio quid, quod proprium eſt linguæ illius, exuunt. Ac ideo Boetius in procœmio Porphyrij à ſe trãſlati, inquit. Verbum è verbo expreſſum reddidi, quod in his ſcriptis in quibus rerum cognitio quæritur, non luculẽtæ orationis lepoi, ſed incorrupta veritas exprimenda eſt. Orige. quoq; ho. 3. in cant. ait. Melius eſt in interpretatione ſcripturarũ grãmaticos offendamus, quam ſcrupulum in veritatis explanatione ponamus. Et Augu. tracta. 2. in Ioann. Non timeamus, inquit, ferulas grammaticorum, dum tamen ad veritatem ſolidam & certiorem perueniamus. Sic dixit rectè interpres. Qui non ex ſanguinibus, & Libera me de ſanguinibus, cum ſanguina non ſit nomen Latinum. Sed quia Græcè poſitum eſt pluraliter, maluit ille qui interpretabatur, ſic ponere, & quaſi minus Latinè loqui ſecundum grammaticos, tamen explanare veritatem ſecundum auditum infirmorum. Hiero. quoq; de opti. gene. interpre. ait. In interpretatione Græcorum, demptis ſcripturis ſanctis, vbi & in verborum ordine myſterium eſt, non verbum è verbo, ſed ſenſum exprimendum è ſenſu. Et hanc ob cauſam, dicit Auguſti. libro. 3. de doctrin. Chriſtiana. capit. 3. & libr. 4. capi. 10. oſſum pro oſſe ſolere legi in eccleſijs, ad vitandum amphibologiam, in Pſalm. 138. Non eſt abſconditum à te oſſum meum pro os meum. Denique Gregori. in epiſtola, ad Leandrum. cap. vltimo. & eſt in Decret. d. 38. ſub nomine Auguſt. in epiſto. ad Alexandrinum, ſed falſo, nam pro Leandro, dixit Alexandrinum. Indignum, inquit, vehementer exiſtimo, vt verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. Porrò Hieronym. in libr. de opti. genere interpretandi probat multis teſtimonijs ex ſcripturis collectis, licere non nunquam interpretibus, omiſsis verbis, ſenſum appendere, & Latinis auribus repræſentare, quod non reijcimus. Nam ſi ſemper verba Hebraica ad verbum Latinæ reddantur linguę, non ſolum horridam & aſperam, ſed difficilem intellectu verſionem efficient. Quia iuxta Hierony. in Epiſt. ad Suniam & Fretelam. Hanc eſſe regulam boni interpretis ſcimus, vt idiomata alterius linguæ, ſuæ linguæ exprimat proprietate, quod quidem Tullium in Protagora Platonis feciſſe conuincimus.

Locus ex Decretis Gratiani emendatus ex procem. moralium Gregor.

Denique annotare oportet ex Hieron. in epiſtola modò citata in annotatione Pſalm. 21. dicenti. Nos emendantes ſcripturam, vbicunque ſenſus idem, veterum interpretum conſuetudinem mutare noluimus, ne nimia nouitate, lectoris ſtudium terreremus, & ſtatim. Non, ſi quid ſcriptorum errore mutatum eſt, ſtulta debemus contentione defendere.

¶ De Geographia.

CAP. XII.

TANTO adminiſtrorum ſatellitio, ac comitatu Theologia noſtra ſtipata ac comitata eſt, vt vix inueniri poſsit aliquis, qui dignus hoc nomine cẽſendus ſit. Niſi Prometheus noſter, ignorantiæ hominũ miſertus, de integro hominẽ effingere & formare moliatur. Verùm ne longo ſtudioſos teneam ſermone, non commemorabo in præſentia illas diſciplinas, quę ita Theologiæ adhærent, ac coniunctæ ſunt, vt ab illa diuelli ſeiungique minimè poſsint, vt philoſophia & ſcholaſtica Theologia. Sed illarum tantùm artium recordabor & memoriam refricabo, quæ, cùm in Theologorum priſcorum poſſeſsione & peculio fuerint numeratæ, negligentia, ac ſocordia noſtra ab illarum hæreditate depulſi, in paruo & eo litigioſo prædiolo relicti ſumus. Et in primis occurrit Geographia, de qua Hiero. in prolog. lib. Paralip. hæc ſcribit. Quomodo Græcorũ hiſtorias, magis intelligunt, qui Athenas viderint, & tertiũ Virgilij lib. qui à Troade per Leucatem & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad oſtia Tyberis nauigauerint. Ita ſanctam ſcripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus ſit, & antiquarũ vrbium memorias, locorumque, vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vt autem topographia terræ ſanctæ aſpici cognoſciq; poſsit, multum lucis afferent lucubrationes Hierony. qui regionẽ illam non ſolùm peragrauit, ſed incoluit. Sed in primis duo libri, vnus de locis Hebraicis. Alter vero epiſtola de morte Paulæ, inter reliquos eminere videntur. Sunt & aliqui è recentiorum numero qui hac in re diligenter verſati ſunt.

Prometheus.

Theologia qua exciderint hæreditate.

¶ Cognitio Hiſtoriæ quid adiumenti afferat ad intelligẽdum ſcripturas.

CAP. XIII.

QVAM multa ſcripturarũ myſteria in obliuionis tenebris obruta ac ſepulta deliteſcerent (niſi Hiſtoriæ lumine illuſtratæ, & ab interitu & temporum iniurijs vindicatæ, à viris eruditiſsimis fuiſſent) nullus eſt qui ignoret. Quæ nimirum ſi negligẽda & ſilentio occultanda eſſe putauiſſent, nunquã tantam curam ac ſolertiam tribuẽdam huic rei cenſuiſſent, vt illa quę veluti per manus à patribus acceperant, ſempiternæ ſeculorũ memorię tranſmitterent. Quis obſecro tam inſenſus eſt nomini chriſtiano, qui noſſe negligat, quis fuerit ille cui apud Matthæum Dominus dixit. Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos: quod perpetuò nobis latuiſſet, niſi Clemens Alexand. 3. Stromate prodidiſſet, fuiſſe Philippum Apoſtolũ. Aut Matthæũ iuxta Tertulli. lib. de baptiſ. fol. 3. Deinde ꝙ Lazarus annum agens trigeſimũ à Domino ſuſcitatus ſit, & poſt totidem annos vixerit, quis noſſet, niſi Epipha. lib. 2. in hære. Manichæorum fol. 7. aperuiſſet, his verbis. ἐν παραδόσεσιν εὕρομεν, ὅτι τριάκοντα ἐτῶν ἦν τότε ὁ Λάζαρος, ὅτε ἐγήγερται, μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆσαι αὐτὸν, ἄλλα τριάκοντα ἔτη ἔζησε. καὶ οὕτω πρὸς ἣν ἐξεδήμησε κοιμηθείς. Item cùm Hiero. aduerſus Heluidi. autumet Ioſe. virginitatem ſeruaſſe, quis ſubodorari poſſet in extrema ſenectute, hoc eſt annũ agens 80. duxiſſe vxorem, nempe Mariam, niſi id frequenter inculcauiſſet Epipha. primũ lib. 2. in hære. illorum qui negabãt euãgeliũ Ioan. cùm inquit. οὐκ ἦν ὁ Ἰωσὴφ πατὴρ ὁ μὴ πρὸς τὴν Μαριὰμ ἐσχηκὼς συνάφειαν, οὐ μόνον ὅτι ἀνὴρ ἐκλήθη, διὰ μέμνησθαι πρεσβύτης ἐτῶν ὀγδοήκοντα τυγχάνων πλείω ἢ ἐλάσσω. Et iterum libr. 3. in hære. Antidicomarianorũ. Adhuc quod Ioſeph faber lignarius fuerit, non ferrarius, vt fingunt nonnulli imperiti, docet Iuſtinus in Triphone fol. 34. Præterea quandiu Dominus Ægyptum incoluerit, Aretha in cõmenta. Apocal. cap. 35. tradidit. Tẽpus, inquit, & tempora & dimidiũ temporis, continere dicunt moram, qua fuit in deſerto Chriſtus, hoc eſt in Ægypto, quæ tres annos & dimidium comprehendit temporis vitæ Herodis. Quãuis Epipha. lib. 3. in hęre. Antidicomarianorũ circa principium. aliquid ex hac ſupputatione ſubtrahere videatur, inquiens. ποιήσας ἔτη δύο λαμβάνεται ὑπὸ τοῦ Ἰωσὴφ εἰς αἴγυπτον, διὰ τὰ ὑπὸ τῶν μάγων τῷ Ἡρώδῃ εἰρημένα. τοῦ Ἡρώδου ζητοῦντος τὸν παῖδα, κάτεισι δὲ εἰς αἴγυπτον, καὶ τελεῖ ἐκεῖσε ἄλλα δύο ἔτη. Hoc eſt. Duorum erat annorũ Ieſus cũ in Ægyptum delatus eſt, & totidem annis illic diuerſatus eſt. Et iterum repetit hæc lib. 1. tom. 1. ca. vlti. At iuxta Nicepho. lib. 1. c. 14. Ioſeph triennij exilium apud Ægyptios tolerat.

Matth. 8.

Quis fuit ille cui dñs dixit. Relinque mortuos, ſepelire, &c.

Lazarus qua ætate ſuſcitatus fuerit, & quãdiu poſt vixerit.

Ioſeph anno 80. duxit vxorẽ.

Ioſeph faber lignarius non ferrarius.

Quandiu fuerit dominus in Ægypto.

Digitized by Google

ricen noſtri ſibi vendicant. vt in Cantico cãticorum:& in euangelijs. Licet apoſtolus ſæpe proponat, aſſumat, confirmet atque concludat, quæ propriè artis dialecticæ ſunt.

Hieronymi locum modò à nobis citatum arbitror duobus in locis eſſe deprauatũ, nec ab Eraſmo animaduerſum, nec à Chriſtiano Druthmari in prooemio ſuper Matth. quod è D.Hiero. tranſcripſit. Fortè legendum, ethicam Theologiamq; : & iterum ſtatim. Theologia pro qua theoricen noſtri, ex ipſomet Hiero. circa principium comment. in Eccleſiaſten: quo in loco iterum hæc eadem penè verba inculcat: & iterum ex hoc eodem loco ad Paulam. Nam poſtea quam de Theologia locutus eſt. Subdit de dialectica. Licèt apoſtolus ſæpè, &c. Miror equidem hoc feciſſe Eraſmum, cùm alioqui in libris corrigendis ſoleat eſſe oculatior, ac diligentior quàm par eſt, & nodũ in ſcirpo perſæpe quærat. Vt in epiſt. ad Paulinum. Quæ (nempe literæ) à principio amicitiarũ fidem iam probatæ fidei, & veteris amicitiæ, præferebant. In huius loci Scholijs inquit. Hunc locũ eſſe deprauatum, vel ex hoc liquet, quòd exemplaria nulla inter ſe conſentiũt. Fortè ſic eſt legendum. Quæ à principio probatæ iam fidei, fidem, & veteris amicitiæ noua præferebant argumenta. Apparet Paulinum in initio ſuæ epiſtolæ locutum fuiſſe de neceſsitudine ſua quam habebat cum Hier. ea cum vetus eſſet nouis argumentis renouauit. Hæc ille. Ego credo veterem lectionem eſſe retinẽdam. Nam Hiero. nunquam Paulinum viderat: vt in fine epiſtolæ ipſe oſtendit, Inquiẽs. Habes hic amantiſsimũ tui fratrẽ Euſebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honeſtatem morum, cõtemptũ ſeculi fidẽ amicitiæ, ſcilicet, quã alijs ſeruare ſoles. Ideo munera quæ Hieronymo trãſmiſerat, erant adeò magna, vt oſtenderent nouam amicitiã, iam fuiſſe inueteratã Nam μετὰ τὴν δόσιν, vt inquit poëta, τάχιστα γηράσκει χάρις. Deinde in epiſt. ad Euſto. de virgi. cum alluſiſſet Hiero. ad carmen illud Perſianum. Per humeros hyacinthina læna eſt. Ipſe id ignorans, legendũ cenſet: per humeros læna fortè volitans. Deniq; in epiſt. Paulæ & Euſtochij ad Marcellam vt cõmigret in Bethlehem ait Hiero. Certè ſi præclarus orator reprehendendum neſcio quem putat, ꝙ literas Græcas non Athenis, ſed Lilibæi, Latinas non Romæ, ſed in Sicilia didicerat, &c. Totus hic locus decerptus eſt ex diuinatione Ciceronis in Verrem, vbi irridens Q. Cecilium, inquit, nunquam in loco celebri ipſum operam dediſſe literis, vt aliquid eloquentiæ aſſequi poſſet, ſed in loco ignobili & obſcuro. At Eraſmus id neſciens, inquit. Quædam exemplaria ſcriptum habebant. Libyæ, alia Lilybæi, neutrum admodum quadrat, fortè legendum Lileæ, quæ ciuitas eſt in Phocide, Athenæ ſunt in meditullio Græciæ, Phocenſes ita Græci ſunt, vt abſint ab Athenis, quẽadmodum Roma, germana eſt Italia, Sicilia, Italia eſt veluti Græciſſans.

Annotationes aliquot aduerſus Eraſmum.

Id eſt, Si munera adhibeãs, citò ſeneſcit amicitia.

¶Summa illorũ quæ in vtroque inſtrumẽto continentˀ.

CAP. IX.

SICVT qui iter deuium, ac multis ambagibus impeditum facturi ſunt, indigent duce aliquo & præmonitore, greſſus dirigente & commõſtrante, ita nos, ſi ad ſcripturarum arcana admitti volumus, prius omnia quæ per latiſsimos illarum campos peragranda ſunt, exiguo verborum circulo, ab aliquo Ierophanta ſtrenuo, percipiamus oportet: ac tanquã vngues digitoſq; teneamus. Sed quis melius poterit nos ad adyta ſcripturarũ deducere, atque ne à vero aberremus tramite, efficere, quàm Diony. Areopagita qui toties viam hanc confecit. Is ergo in Eccleſi. hierar. ca. περὶ συνάξεως ἤτ' οὖν κοινωνίας, ait, Omnis ſcripturæ ſanctæ cõtextus, aut rerum ſubſiſtentiã ac diſtinctionẽ à Deo conditã prædicat, vt liber Geneſeos. Aut legale ſacerdotiũ viuẽdiq; eius enuntiat modũ, vt cæteri libri legis. Aut ſortes Dei populo diſtributas, ac poſſeſsiones narrat. vt Ioſue liber. Aut Iudicum ſanctorũ, aut ſapientũ regum ac piorũ ſacerdotũ ſenſum ac prudẽtiam celebrat, vt libri Regum, Iudicum, Paralip. aut veterum hominum inter varios & multiplices triſtiũ caſus, mirabilem conſtantiã, immobilemq; philoſophiam loquitur. vt liber Iob, Iudith, Eſther, & Machabæorum libri. Siue agendæ vitæ, ſapientia monita, vt liber Prouerbiorũ, Eccleſiaſtes, Eccleſiaſticus, & liber Sapiẽtiæ. Siue diuinorũ amorũ dulcia carmina & effigies diuinas, præfert, vt Salomonis cantica. Siue futurorũ plenas doctrina ſalutari prædictiones enuntiat: vt in reliquis veteris inſtrumenti libris, Siue diuina Domini Ieſu in hu-

Digitized by Google

mano corpore opera loquitur,vt in quatuor
euangeliorũ voluminibus. Siue diſcipulorũ
eius mores atq; inſtituta diuinitus tradita,&
ad Dei ſimilitudinem imitãdo ducentia, ſan
ctiſsimaſq; doctrinas,vt in actis apoſtolorũ,
& in epiſtolis Pauli & cæterorum apoſtolo-
rum. Siue arcanam illam ac myſticam omni
no viſionẽ dilecti diſcipuli diuinamq; Domi
ni Ieſu & altiſsimam theologiam, eis qui dij
fieri merentur, exponit, eoſq; per myſteria
ſacra & diuina ſuſtollit & confirmat.

¶De vtilitate quæ nobis obuenit ex cognitione Regularum ſcripturæ,& de eius forma loquendi & charactere.

CAP. X.

MVLTAS res ſępe videmus,quę
quãuis arduæ & ſuperatu diffici-
les videri poſsint, modico tamen
conficiunt labore, dũmodo ratio
ne & arte,cũm aggrederis,præditus ſis.Hinc
ſæpe videre contigit,à paucis militibus,dolis
& arte Sinonis inſtructis, citra puluerem &
laborem,exercitum validum & numeroſum
fuiſſe fugatum ac profligatum. Ac ſimiliter
vſu venire ſolet,vt pondera nimis grauia,qui
buſdam machinis adhibitis in altum ædifi-
cij locum ſubleuentur, quæ aliàs nullis viri-
bus ſubuehi poterant. Quapropter ſi quis di
uinas ſcripturas via quadam, ac præceptis
inſtructus & munitus, tractare didicerit, à
multo, ac magno ſe eximet labore. Atque
ideo hæ noſtræ vigiliæ, ſi præſtitero quod
pollicitus ſum, nõ video quare ſint contem-
nendæ, ſed modis omnibus amplectendæ.
Audi igitur quid de hac re ſcribat Chryſ.ho.
39.in Ioã.Sicut qui metalla fodere aggredit̃,
artis ignarus,auri venas nõ inuenit,ſed con-
fundit,& laborẽ ſubit incaſſum, ita qui diui-
narũ ſcripturarũ ordinẽ non intelligũt. Qui
earum ꝓprietates, & leges nõ diſquirũt.Sed
omnia ad verborũ ſonum accipiunt,aurũ ter
ræ cõfundentes, nunquã in his reconditum
Ioan. 5. theſaurũ aſſequent.vt apud Ioan.ſi ego teſti
moniũ perhibeo de me ipſo,teſtimoniũ meũ
Ioan. 8. nõ eſt verũ:& iterum idẽ Ioã. Si ego teſtimo
niũ perhibeo de me,teſtimoniũ meũ verum
Locus Ioã. expoſitus. eſt.Hęc ille. Locus primò citatus intelligitur
iuxta iniquam opinionem quam Iudæi de
Chriſto conceperant.vt apud Matth.ca.11.
Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ,
quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus & pru-
dentibus, & reuelaſti ea paruulis. Sapientes
vocat ſcribas & prudentes, quia populus ſa-
piẽtes eſſe arbitrabatur,paruulos apoſtolos,
quia inſcij & rudes illis eſſe videbantur. &
Matth. 14. Contriſtatus eſt Herodes pro-
pter mortem Ioannis Baptiſtæ, id eſt, finxit
ſe eſſe triſtem,cùm tamen lætus eſſet. Secun
dus locus intelligitur iuxta id quod res habe
bat. Nam cũ Chriſtus Deus eſſet,mentiri nõ
poterat,iuxta Paulũ. Præterea Grego.in prę
fat.20.lib. moral.ait. Quanuis omnẽ ſcientiã
ſcriptura ſacra ſine aliqua cõparatione tran-
ſcendat,vt taceam ꝙ vera prædicat, ꝙ ad cæ
leſtem patriã vocat, ꝙ æternis deſiderijs ad
ſuperna cõplectẽda cor legentis inuitat,ꝙ di
ctis obſcurioribus exercet fortes,& paruulis
humili ſermone blanditur, ꝙ nec ſic clauſa
eſt vt paueſci debeat,nec ſic patet vt vileſcat
quòd vſu faſtidium tollit, & tantò amplius
diligitur, quantò amplius meditatur, quòd
legentis animum humilibus verbis adiuuat,
ſublimibus ſenſibus leuat, quòd aliquo mo-
do cum legentibus creſcit,quòd à rudibus le
ctoribus quaſi recognoſcitur, & tamen do-
ctis ſemper noua reperitur. Vt ergo de re-
rum pondere taceam,ſcientias omnes atque
doctrinas ipſo ſuo locutionis more tranſcen
dit, quia vno eodemque ſermone dum nar-
rat geſtum.prodit myſterium. Et ſic ſcit præ
terita dicere, vt eo ipſo nouerit futura prædi
care:& immutato dicendi ordine,eiſdem ip-
ſis ſermonibus, nouit & ante acta deſcribe-
re,& agenda nunciare. Sic Iob dum ſua nar-
rat, noſtra prædicit, dumque lamenta pro-
pria indicat, Eccleſiæ hæreſes & calamitates
deplorat:& rurſum in præfa.4.lib. mora.in-
quit. Qui textum ſcripturarum conſiderat,
& ſenſum locutionis ignorat,non tam ſe eru
ditione inſtruit,quam ambiguitate confun-
dit: quia nonnunquam ſibi literæ verba con
tradicunt, ſed dum à ſemetipſis per contra-
rietatem differunt, lectorem ad intelligen-
tiam veritatis mittunt. Vnde Salomon ait,
Melius eſt comedere & bibere: & parũ poſt *Eccleſ. 7.*
ſubijcit. Melius eſt ire ad domum luctus,
quàm ad domum conuiuij. Cur luctum con
uiuio prætulit, qui prius eſum,potumq; lau-
dauit? Si enim per electionem bonum eſt co
medere & bibere, proculdubio melius eſſe
debet ad domum gaudij, quam ad domum
lamenti properare. Hinc eſt quod iterum di
cit Sa-

Digitized by Google

lerat. Sed Gratianus.23.quæſt.3.circa principium, vſque ad integrum ſeptennium dominum relegat in Ægyptum. Item illud Actu.21.cum tribunus alloquitur Paulum his verbis. Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum cōcitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum ſicariorū. Quis poſſet intelligere niſi euoluerit Euſeb. lib. 2. hiſto.c.21.& Ioſephū lib. 20. τῆς ἀρχαιολογίας. ca.6.vbi totam hanc hiſtoriam fuſè narrant.

Ægyptij Pſeudo. Hiſtoria.

De Galilæis quorū ſanguinem miſcuit Pilat⁹ ĩ ſacrificijs. Turris Siloë ruina ſupra 18. homines.

Vellem equidem poſſe aliquid certum & exploratum in medium afferre de Galilæis illis quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum, & de illis decem & octo ſupra quos cecidit Turris Siloe, apud Lucam cap.13. Sed hucuſque nihil quod planè probari poſsit legi. Nam illa quæ Theophyl. & Euthy. ſuper Lucam & Oecume. Actu. 6. de Galilæis ſcribunt, quis nō videt, non tam ex animi ſententia id protuliſſe, quàm ne prorſus ſalebram hanc ſubterfugiſſe viderentur. Theophy. namq; inquit. Iudas Galilæus cuius & in Actis euangeliſta Lucas meminit, cùm aliquantum doctus eſſet in lege, perſuaſit alios multos Galilæos ſuo dogmati adhærere. Docebat enim nullum hominem ferendum, dici dominum, nec honorare vel modeſtiæ gratia, etiam regem ipſum. Vnde multi Iudæorum grauiter affligebantur, quia nolebant Cæſarem dominum appellare. Hi etiam docebant nulla ſacrificia eſſe offerenda, niſi quæ à Moyſe erant conſtituta. Atq; ideo prohibebant fieri ſacrificia, quæ pro Cęſare & Romanorum gente immolari ſolebant Veriſimile eſt ob hæc indignè ferentem Pilatum, iuſsiſſe occidi Galilæos illos ſuper ſacrificia, quæ ab eis prohibebantur fieri pro Romanorum gente, atq; ita commiſceri ſanguinem eorum, ſacrificiorum ſanguini. Euthy. Lucæ.47.ſic. Galilæi cùm partes tuerentur Iudæ Galilæi, accuſati ſunt tanquam à Cæſare defeciſſent. Cùm ergo ſimul ſacrificaſſent, audiuit Pilatus, miſsis militibus eos iugulauit, & ſic ſanguinem illorum miſcuit ſacrificijs. Oecum. non differt à Theophy. Porrò Suidas ex his quos hucuſque viderim, in verbo, Pilatus, proximè ad hiſtoriæ veritatem videtur accedere. Cùm Iudæos, inquit, odio proſequeretur Pilatus, & theſaurum, quem ipſi Corbonam appellant, expilare eſſet aggreſſus, multarum cædium & ſeditionum cauſa fuit. Atq; ideo cùm id facere tentaret, tumultus excitandos fore timens, iuxta eius tribunal milites collocandos curauit, qui ſub ſpecie pacatorum intus arma gererent, vt omni ſuſpicione carerent. Cùm ergo ſeditio concitari cœpta eſſet, obuiam prodeunt illis milites, & milites quidem, gladijs, illi vero, lapidibus ſe inuicem percutientes, multos trucidarunt & vulnerarunt. Aç ex Iudæis multi, cùm inter ſeſe colliſi eſſent, interempti ſunt, & ſanguis eorum cum ſacrificijs mixtus eſt. Vide an ex lib.18. Antiqui. Ioſephi. cap.1. aliquid ad huius rei intelligentiam colligi poſsit. Quin quòd primum Chriſtus matri apparuerit ex euangelio non liquet. At Nicepho. lib.1. hiſto. cap.32.&.33. ait. Maria Magdalena (quæ iuxta nonnullos eſt filia Cananęæ) & alia Maria (Dei vero genitricem hanc eſſe ſacri nobis prodidere libri) vt reliquis feruidiores, vnguenta ritè pręparata habentes adueniebant, de Iudæorum conſuetudine Ieſum vncturæ accedunt. Atque ita dicit Ambroſ. in lib.3. de virginibus.

Quòd primū Chriſtus apparuit matri.

Item aliqui arbitrantur Samuel fuiſſe ſacerdotem. Quamuis id negat Hiero. lib.1. contra Ioui. inquiens, ſciendum quod Samuel Leuita, non ſacerdos, non pontifex fuit. Vnde faciebat illi mater ſua Ephod Bad, ſuperhumerale videlicet lineum, qui habitus propriè Leuitarum & minoris eſt ordinis. Vnde & in Pſalm. non nominatur inter ſacerdotes ſed inter eos qui inuocant nomen domini. Moyſes, inquit, & Aarō in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, & in epiſto. ad Principiam, quæ eſt explanatio Pſalm.44. Anna, inquit, prophetiſſa generat filium Leuitam, prophetam, iudicem, ſacro crine venerabilem, & offert eum in tabernaculum Dei, & contra Vigilantium. Nazian. tamen in Apolo. dicit fuiſſe ſacerdotem.

Samuel Leuita tantū.

Pſalm. 98.

Præterea quid dominus digito ſcribebat in terra, in Euangelio Ioannis, docet Hiero. libr.2. contra Pelagi. inquiens. In Euangelio ſecundum Ioannem in nonnullis Græcis ac Latinis codicibus inuenit de adultera quæ accuſata eſt apud dominum. Accuſabāt autem ſcribæ & Phariſæi, iuxta legem eam lapidare cupientes. At Ieſus inclinans digito ſcribebat in terra, eorum videlicet qui accuſabant & omnium peccata mortalium, ſecundum quod ſcriptum eſt in propheta. Relinquentes te in terra ſcribentur. Tandem caput eleuans dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus mittat ſuper eam lapidē. Iam vero de turri Siloë, vt dixi, nil vnquā apud aliquem

Euāgelium adultera.

Quid dñs inclinatus ſcribebat in terra.

quem probatum authorem ſcriptum reperi. Huiuſcemodi infinita quæ ex ſanctorũ diuturna & indefeſſa lectione collegi, poſſem in medium afferre ad ſtudioſorum vtilitatem. Verùm nobis in animo eſt, nõ opes noſtras, ſi quas habemus, oſtentare, ſed tantùm viam quãdam aperire, & ſummatim exempla paucula coaceruare, quò res fiat lucidior, deinceps ſolertis Theologi erunt partes Heſiodium præceptum ſeruare.

Εἰ γαρ κὲν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο
Καὶ θαμὰ τοῦθ' ἔρδοις, τάχα κὲν μέγα κ᾽ τὸ γένοιτο.

Hoc eſt, adde paruum paruo, paruo ſuperadde puſillum, fiet & totum magnum.

Cùm ab inſtituto curſu paulum noſtra ſe deflexerit oratio, rurſum ad vtilitatem hiſtoriæ commendandam, ex probatis authoribus ſermonem conuertamus. De qua hæc ſcribit Hierony. in præfat. cõmenta. Daniel. Ad intelligendũ, inquit ſcripturas, præcipuè extremas partes Danielis, multiplex Græcorum & Latinorũ Hiſtoria neceſſaria eſt, Suctorij videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polibij, Poſidonij, Ioſephi, noſtrique Liuij, & Pompeij Trogi, atque Iuſtini, qui omnem extremæ viſionis narrant Hiſtoriam. Et poſt Alexandrum, vſq; ad Cæſarem Auguſtum Syriæ & Ægypti, id eſt Seleuci, Antiochi & Ptolemæorum bella deſcribũt. Auguſtinus quoq; libr. 2. de doctrina chriſti. capi. 28. ait, Hiſtoria plurimum nos adiuuat ad ſanctos libros intelligendos, etiam ſi præter eccleſiam pueriliI eruditione diſcuntur. Nam & per olympiadas & cõſulum nomina multa ſæpe quæruntur à nobis, & ignorantia cõſulatus quo Dominus natus eſt, & quo paſſus eſt, multos coegit errare, vt putarent 46. annorum ætate paſſum eſſe Dominũ. Quia per tot annos ædificatum eſſe templum dictum eſt à Iudæis, quod imaginem Dominici corporis habebat. Et annorum quidem ferè 30. baptizatum eſſe retinemus authoritate euangelica. Sed poſtea quot annos in hac vita egerit, quamquam textu ipſo actionum eius animaduerti poſsit, tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de hiſtoria gentiũ collata cum euangelio certius colligitur. Vnde Ambroſius noſter ſoluit calumniam Platonicorum, qui dicere auſi ſunt, omnes dominiſentẽtias de Platonis libris eum didiciſſe,

Irenaus li. 2. cap. 39. hoc affirmauit

Ioan. 8.
Luc. 3.

Li. de ſacramentis ſiue de prophetia. qui incipit, ſunt

quoniam longe ante humanũ aduentum domini, Platonem fuiſſe negari nõ poteſt. Quibus Ambro. cõſiderata hiſtoria gentiũ cum Platonem reperiſſet Ieremiæ tẽporibus profectum fuiſſe in Ægyptum, vbi tunc ille propheta erat, probabilius eſſe oſtẽdit, quod Plato potius noſtris literis per Ieremiam fuerit imbutus, vt illa poſſet dicere vel ſcribere, quę iure laudantur. Ita cõſideratis temporibus, fit multò credibilius, iſtos potius de literis noſtris habuiſſe, quæcunq; bona & vera dixerũt, quàm de Platonis, Dominũ noſtrum Ieſum, quod dementiſsimum eſt credere.

præcepta. c. 28. ex Auguſt. lib. 2. Reg. cap. 4.

Lege Tacianum aduerſus Græcos.

Quàm crebro hoc præſidio antiqui Theologi vtantur, non fugiet illos, qui eorum lucubrationes nocturna verſarunt manu atque diurna. Nos vt planiorem rem faciamus, nõnulla adhibeamus exempla. Hiero. Iſaiæ 45. hunc locum enarrans. Sic dicit Dñs Chriſto meo Cyro. ait, Ex Xenophontis Cyripædia conſtare hanc prophetiam eſſe impletam. Item Zachariæ 11. cum interpretatur hunc locũ, ego non pareã. &c. inquit. Hiero. loquitũ ſuper habitatores terræ Iudeæ. De hac enim terra ſermo erat, non de orbe terrarum vt Iudæi malè interpretantes volunt. Poſt euerſionem quippe templi, quæ propterea eis accidit, quia per 42. annos poſtquam paſſus eſt Dominus, accepto ſpatio, pœnitentiam agere noluerunt. Dimittant, inquit, vnumquẽq; contra proximum ſuum, & ſe mutua cæde truncabunt, quando Hieruſalem Romanus exercitus cinget. Legamus Ioſephum, & 7. Iudaicæ captiuitatis libros & hanc prophetiam eſſe completam, hiſtoriæ veritate cernemus. Præterea deſcriptionem illam, quæ facta eſt præſide Syriæ Cyrenio, non poteris planè animo cõplecti, niſi Ioſephum lib. 18. antiqui. cap. 1. conſulas, qui totam hiſtoriam fuſe narrat.

Anni. 42. dati Iudæis poſt mortẽ Chriſti ad pœnitentiã Iudi. 7.

Luca 2. & Actu. 4.

Paulus ad Roma. ca. 15. dicit, per vos proficiſcar in Hiſpaniam. Vertitur hic in dubiũ, an Paulus ad nos, hoc eſt ad Hiſpanos venerit. Qua de re Gelaſius 22. q. 2. ca. beatus inquit, Beatus Paulus non ideo fefelliſſe credẽdus eſt, cùm ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum, diſpoſitione diuina maioribus occupatus implere non potuit quod promiſit. Quãtum enim ipſius voluntatis fuit, hoc pronuntiauit, quod re vera voluiſſet efficere. Atque ita dicunt ſcholaſtici cum agunt de mendacio non fuiſſe mentitum Paulum, cum Corinthijs ſimpliciter & abſq; fuco promiſit in

epiſto.

Paulus an prædicauit apud Hiſpanos euang.

Gelaſius Papa.

epiſt.priori ad Corinth.cap.16.&.2.cap.1.ſe ad ipſos fore rediturum quamuis non præſtiterit,quod pollicitus fuerat.Multi tamen affirmant,ad Hiſpanias illuſtrandas Paulum veniſſe, vt Hiero. Iſaiæ.11.PaulusPamphiliam & Aſiam & Macedoniam & Achaiam, & diuerſas inſulas & prouincias,ad Italiam quoq;, & vt ipſe ſcribit,ad Hiſpanias,alienigenarum portatus eſt nauibus, & Amos.5. Paulus, inquit,quaſi turbo violentus inundare volebat eccleſiam Dei.Qui vocatus à Domino, effuſus eſt ſuper faciem vniuerſæ terræ, vt prædicaret euangelium de Ieroſolymis vſq; ad Illyricum,& ædificaret non ſuper alterius fundamentum,ſed vſque ad Hiſpanias tenderet, & ab oceano vſque ad oceanũ curreret, & Theophy.& Chry. circa principium epiſt. ad Hebræ. & Epipha. libr. 1. contra hære. in hære. Arpocratis. & Chry. Matth.24.ho.76.&.1. Cor.4.ho.13.& hom.7. de laudibus Pauli. & Grego.libr.31.Mora.capit.37.& Anſelm. ad Roma.15.& OEcume.eodem loco, ait. Frequenter inculcat nomẽ Hiſpanorum Paulus, quia illos diligebat,ob ingentem prouentum quem ex illis ſperabat. Atq; ita dicit Theodulus eodem loco.Aliqui citant Sophronium dicentem receptum fuiſſe à Probo in domo ſua.At rurſum Hiero. ad Ephe. 3. & Sedulius in epiſt.ad Romanos relinquunt rem ſub dubio.Porro dicet aliquis, in Actis nihil de hac re ſcriptum legimus. Verum eſt, quia in illi bro tantum ſcripta ſunt ea quæ egit Paulus vſque ad quartum Neronis annum. Cũ enim Nero in tanta non prorupiſſet ſcelera,quanta poſtea de illo narrantur, dimiſit Paulum liberum,atq; hoc eſt quod dicit. Liberauit me dominus de ore leonis. Hic abſoluit Lucas librum ſuum. Ac tunc perrexit ad occidentis partes, ad prædicandum illic Euangelium, quo in negocio decem integros annos occupatus fuit, & de his decem annis nihil à Luca in Actis memoriæ proditum eſt. His finitis Romam redijt, vbi caput illi amputatum fuit.14.anno Imperij Neronis. Quia, vt dicit Theophyl.2.ad Timot.4. pincernam Neronis ipſius, ad fidem Chriſti conuerterat, æſtuanſque ira caput Pauli præcidi iuſsit.

¶Quoto ætatis anno Chriſtus diem ſuum obierit, vitæque huius curſum peregerit, à maioribus in quæſtionem trahi legimus.Ac quorundam fuiſſe ſententiam, qui arbitrabantur.46. annos vixiſſe, ex Auguſt. verbis ſupra citatis, accepimus, ex quorum numero fuit antiquiſsimus Irenæus lib. 2.aduerſus hære. Valentini.cap.40.Ipſi,inquit,qui diſputabant cum domino Iudæi apertiſsimè hoc ſignificarunt.Quando enim eis dixit dominus.Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum.Reſponderunt ei.Quinquaginta annos nondum habes,& Abraham vidiſti?Hoc conſequenter dicitur ei, qui iam.40. annos exceſsit, quinquageſimum autem annum nondum attigit, non tamen multùm à 50.anno abſtitit, ei autem qui ſit. 30. annorũ diceretur vtiq;.40.annorum nondum es. Non vtiq; multum extenderent annos vltra ætatem,quam eum habere conſpiciebat.Non ergo multum aberat à. 50.annis, & ideo dicebant ei,50.annorum nondum es, & Abrahã vidiſti.Et iterum. cap. 39. ait Chriſtus magiſter exiſtens, magiſtri quoque habebat ætatem.Ideo per omnem venit ætatem,& infantibus infans factus,ſanctificans infantes,iuuenibus,iuuenis,iuuenes, ſanctificans domino. Sic ſenior in ſenioribus vt ſit perfectus magiſter in omnibus.Non ſolum ſecundum expoſitionem veritatis,ſed ſecundum ætatem ſanctificans ſimul & ſenioris exẽplum ipſis quoque ſines.Aliqui autem vt ſigmentum ſuum, de eo quod ſcriptum eſt,vocare annum domini acceptum,affirment,dicunt anno vno eum prædicaſſe,&.12.menſe paſſum. Contra metipſos obliti ſunt,ſoluentes eius omne negocium, & magis neceſſariam & honorabilem ętatem eius auferentes,illam inquam prouectiorem, in qua docens præerat omnibus. Triginta enim annorum ætas primæ indolis eſt iuuenis, & extenditur vſque ad.40. annum, vt omnes confitentur, à.40.aut.50. anno declinat iam in ætatem ſeniorem,quam habens dominus docebat,ſicut euangelium, & omnes ſeniores teſtantur,qui in Aſia apud Ioannem diſcipulum domini conuenerunt, idipſum tradidiſſe eis Ioannem, permanſit autem cum eis vſque ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non ſolum Ioannem, ſed & alios apoſtolos viderunt,& hæc eadem ab ipſis audierunt, & teſtantur de huiuſmodi relatione.

Irenæus.

Irenæus.

Alij multo breuiorem vitæ dñi finem conſtituunt, videlicet vſq; ad trigeſimum annũ, aut parum vltra.Inter quos eſt Lactã. Firmi. de vera ſapientia.c.10.Herodes, inquit, q fuit ſub Imperio Tiberij Cæſaris,cuius anno. 15. id eſt duobus Geminis conſulibus,ante diem ſeptimam calendarum Aprilium Iudæi Chriſtum

C. Rufius Geminus et C. Fuſius

Geminus. ſtum cruci affixerunt. Et hoc antiquior Tertullia. tul. in lib. aduerſus Iudæos. Poſt Auguſtum, inquit, ſuperuixit poſt Natiuitatem Chriſti anni 15. efficiũtur: cui ſucceſsit Tiberius Cæſar, & imperium habuit annis 22. menſibus 7. diebus 28. huius 15. anno imperij paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi 30. cum pateretur. Eusebius. Nec ab horum diſsidet ſententia Euſebius in chroni. quanuis ſub aliorum perſona loqui videatur. Arbitrantur, inquit, eum poſtquam baptizatus eſt in trigeſimo anno, per tres menſes & dies decem prædicaſſe, quo uſque imminente die paſchatis, in die Iouis cœna celebrata, in die Veneris crucifixus eſt & dicũt 30. annorum eſſe cũm pateretur, vel aliquid amplius. Nam ad 31. non peruenit: Africanus. his ſubſcribit Africanus in 5. temporum volumine, quem citat Hierony. in commen. Danie. & Clemens Strom. 1. verſus finem.

Alij quorum iudicium omnes ſequuntur, affirmant, mortem Chriſtũ ſubijſſe anno 33. vitæ ſuæ. Hoc eſt 32. impleto. & alio per dies aliquot, ſcilicet à die Natiuitatis, vſque ad Paſcha inchoato: nempe circa annum 18. Tyberij. Ignatius. Hoc ſignificauit Ignatius in epiſtola ad Trallianos, inquiens. Triginta annos agens baptizatus eſt à Ioanne in veritate & non in phantaſmate, & tribus annis prædicauit euangelium, & fecit ſigna coram falſis Iudæis. Et Epiphaniꝰ. Epipha. libr. 3. in hære. Antidiomarianorum ait, ὁ ἰησοῦς σταυροῦται ἐν ἔτει τριακοστῷ τρίτῳ τῆς αὐτοῦ ἐνσάρκου παρουσίας, τοῦ δὲ ἡρώδου ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, υἱοῦ ἀρχελάου, ἔτος εἰκοστόν, ἐν γὰρ τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει τοῦ πρώτου, ἡρώδου, υἱοῦ ἀντιπάτρου γεννᾶται ὁ σωτὴρ ἐν βεθλεὲμ τῆς ἰουδαίας, ὅπερ ἦν τεσσαρακοστὸν δεύτερον αὐγούστου βασιλέως. καὶ ποιήσας ἔτη δύο λαμβάνεται ὑπὸ τοῦ ἰωσὴφ εἰς αἴγυπτον, διὰ τὰ ὑπὸ τῶν μάγων τῷ ἡρώδῃ εἰρημένα, τοῦ ἡρώδου ζητοῦντος τὸν παῖδα, κάτεισιν δὲ εἰς αἴγυπτον, καὶ τελεῖ ἐκεῖσε ἄλλα δύο ἔτη, καὶ τελευτᾷ ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ἔτει τριακοστῷ ἑβδόμῳ. διαδέχεται δὲ τοῦτον ἀρχέλαος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐπὶ ἔτεσιν ἐννέα. καὶ οὕτως ἡ πραγματεία τελειοῦται, καὶ παραδίδωται σταυρῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ μὲν ἔτει τιβερίου καίσαρος, τοῦ δὲ ἀγρίππα ἐπικληθέντος μεγάλου, ἡρώδου δὲ νεωτέρου, υἱοῦ δὲ ἀρχελάου, ἔτος ἦν εἰκοστόν. Hoc eſt Ieſus crucifixus eſt anno 33. ætatis ſuæ, id eſt anno vigeſimo regni Herodis, Archelai filij: anno enim trigeſimotertio regni Herodis primi, filij Antipatri naſcitur Saluator in Bethlehem. Hic erat annus 42. Imperij Auguſti Cæſaris. Deinde cũm Ieſus eſſet duorum annorum, & Herodes quæreret eum ad trucidandum, propter illa, quæ à Magis acceperat, Ioſeph abduxit illum in Ægyptum: atque ibi alijs duobus annis commoratus eſt. Obijtq́ne Herodes rex anno 37. regni ſui, relicto filio Archelao, qui patris regnum nouẽ annis gubernauit & ſic ſcelus Iudæorum patratum fuit 18. anno Tyberij, & Agrippæ cognomento magni, qui Herodes Iunior nuncupatur, filij autem Archelai, anno viceſimo. Et libro. 2. in hære. Manichæorum fol. 9. ait. Epiphaniꝰ. ἡ δὲ χριστοῦ μαρουσία ἐν τῷ πέντε καὶ δεκάτῳ ἔτει τιβερίου καίσαρος ἤρξατο τοῦ κηρύγματος, μετὰ τριακοστὸν ἔτος τῆς αὐτοῦ γεννήσεως, ὅπερ κατήντα εἰς πεντακισχιλιοστὸν ἕνατον ἔτος τῆς κοσμοποιίας, καὶ τριακοστὸν τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, τριακοστὸν δὲ τρίτον ἕως τοῦ σταυροῦ. Et iterum libr. 1. tom. 1. capi. vltimo. poſtquam dixiſſet natum fuiſſe in Bethlehẽ, & poſteaveniſſe in Ieruſa. deinde habitaſſe in Nazareth, &c. cũm loquitur de Bethlehem, ſubiungit. Secũdo natiuitatis eius anno poſt quàm eum illic magi adorauerunt, obtulerũt munera: & nocte illa, Angeli monitu Ioſeph in Ægyptum proficiſci parat. Ibique biennium commoratus eſt: ac Herode mortuo reuertitur, qui Archelao filio regnum tradidit. Naſcitur igitur in Bethlehem Saluator. 33. anno Herodis, & 42. Auguſti. Perrexit autẽ in Ægyptum 35. anno Herodis, atque illinc reuertitur poſt mortem Herodis. Atque ideo 37. annus Herodis, quatuor anni pueri ſunt. Quandoquidem Herodes è vita deceſsit 37. anno regni ſui. Archelaus verò regnum paternum nouem annis adminiſtrauit: in exordio regni eius deceſsit Ioſeph ex Ægypto cum puero & matre eius: & cũm audiſſet Ioſeph Archelaum patrium regnum adminiſtrare, ſeceſsit in Galilæam ac incoluit Nazareth. At Archelaus genuit Herodem iuniorem, qui regno functus eſt poſtquam Archelaus pater nouem annis illud adminiſtrauit. Hucuſque ſupputantur tredecim anni à Chriſti natiuitate. Deinde anno 18. Herodis cognomento Agrippæ, aut iunioris, cœpit Ieſus prædicare annum acceptabilem, & baptizatur à Ioanne. Nec illo tempore ab vllo, ſiue Iudæo ſiue Gentili illius doctrina refellitur. Sequenti anno prædicationis eius, multas iniquorum inſidias patitur. Hoc accidit anno 19. Herodis, & 32. Seruatoris. Denique 20. anno Herodis tetrarchæ Dominus patitur. Nicephor. etiam libro. 1. capi. vlti. inquit, Nicephor. Mortuus eſt Dominus anno 18. Tyberij. Et Oroſius lib. 7. cap. 4. inquit, anno 17. Tyberij Oroſius. cum

Digitized by Google

cùm Dominus voluntariè ſe tradidit paſſioni, ſed impiè à Iudæis patibulo ſuffixus eſt. Verum intellige circa annum. 17. iam completum, ſed circa principium. 18. anni.

Origenes Geneſ. 18.

Præterea Orige. homil. diuerſorum locorum, inquit, Abrahæ patri credentium tribus horis temporis, licet non per ipſam ineffabilē deitatis ſubſtantiam, ſed potiùs per angelicam ſpeciem, à meridie viſus eſt: nobis triginta tribus annis in terra apparuit, & cum hominibus conuerſari dignatus eſt.

Apollinarius.

Quin & Apollinarius Laodicenus, referente Hierony. in comment. Daniel. inquit, Triceſimo iuxta euangeliſtam Lucam, anno ætatis ſuæ cœpit in carne Dominus euangelium prædicare,

Io. 2. 11, 7.

& iuxta Ioan. euangeliſtam per tria paſchata duos poſtea impleuit annos.

Irenæus.

Quod fuſius explicans Irenæus lib. 2. capi. 39. ait. Scrutari oportet in euangelijs quoties ſecūdum tempus paſchale Dominus poſt baptiſma aſcenderit in Ieruſa. Secundum quod moris erat Iudæis, ex omni regione, omni anno conuenire Ieruſa. & illic diem paſchæ celebrare: & primùm quidem, vt fecit, vinum ex aqua in Cana Galilææ, aſcendit in diem feſtum paſchæ. Quoniam & ſcriptum eſt, quia multi crediderunt in eum, videntes ſigna quæ faciebat, vt Ioan. diſcipulus Domini meminit. Dehinc iterum ſubtrahens ſe inuenitur in Samaria, quando & cum Samaritana diſputat, & filium Centurionis abſens verbo curauit dicens. Vade filius tuus viuit: & poſt hæc iterum ſecunda vice aſcendit in diem feſtum paſchæ in Ieruſalem quando Paralyticum, qui iuxta natatoriam iacebat. 38. annos curauit, iubens vt ſurgeret; & auferret grabatum ſuum & iret. Deinde ſecedens trans mare Tyberiadis, vbi & cùm multa turba eum fuiſſet ſequuta, denique panibus ſatiauit omnem illam multitudinem, & ſuperauerunt. 12. cophini fragmentorum. Deinde cum Lazarum ſuſcitaſſet ex mortuis, & inſidiæ fierēt à Phariſæis, ſecedit in Ephraim ciuitatem, & inde ante ſex dies paſchæ veniens in Bethaniam ſcribitur, & de Bethania aſcendens Hieroſo. & manducās paſcha, ſequenti die paſſus eſt. Quoniam autem tria hæc paſchatis tempora non ſunt vnus annus, omnis confitebitur. Ipſum autem menſem in quo paſcha celebratur, & in quo paſſus eſt Dominus non duodecimum, ſed primum eſſe conſtat: nempe Martium à quo menſe Hebræi annum ſuum exordiuntur. Ego equidem affirmare auſim Epipha. Apollinarium & cęteros, quorum teſtimonijs vſus ſum, cùm dicunt, ter dominum in Ieruſa. ad diem illum ſolennem & legitimum paſchatis ſe contuliſſe, intellexiſſe, de Azymorum feſto, non de Tabernaculorum, Tubarum, & Expiationū feſto. Nam cùm hoc paſcha Azymorum alijs ſit notius, nomine paſchatis ſine addito videtur intelligi debere. Et ſic duo dies paſchatis, duos integros annos conſtituunt: ac deinde anno tertio inchoato, inſtante azymorum paſchate, Ieſus ſuffigitur. At vt hæc intelligi valeas, aduerte annum iuxta ſcripturas à Martio menſe exordium ducere:

Anni exordium.

huius primi menſis. 14. dies, vt in Exodo legimus, paſcha Domini eſt, ſeptem diebus azyma comedetis. Porrò Lactantius & Tertul. vltra triginta quos tribuunt Domino annos. 14. horum dierum acceſſionem admittere, vt opinor, non recuſabunt. Res poſtulare videbatur, vt Hebdomadarum Danielis interpretationem ſubnecteremus, ſed ne ab inſtituto breuitatis diſcedere videar, omittam.

¶Literæ humanitatis quid vtilitatis afferant ad intelligentiam ſcripturarum.

CAP. XIIII.

NVLLVM arbitror hominem tanta feritate & immanitate præditum inueniri poſſe, qui quamuis literas humanitatis ignoret, contemnendas eſſe ducat. Nam niſi prius ipſe humanitatem exuerit, nunquā illa adiumenta quæ illam alunt & fouent, à nobis extorquere tentabit. Atqui licèt in me conijci poſſit, id quod Antalcidas Laeon, cuidam Rhetori volenti accurata oratione Herculem laudare, dixiſſe ferunt. Quis, inquit, eum vituperat.

Antalcidas.

Tamen non omittam viam & rationem, qua fructus non contemnēdos, tum ad intelligendum diuinas ſcripturas, tum etiam ad conformandos & componēdos mores noſtros, ex illis decerpere poſſimus, demonſtrare. Qua de re Plutarchus in eo libro, qui inſcribitur, quomodo poëtas audire oporteat, ſatis luculenter diſputat. Nos tamen cùm turpe ſit incircunciſos in Eccleſia Dei intromittere, nulla cogente neceſſitate, ad

Incircuncisi.

eccleſiaſticorum virorum monumenta ocu-
Auguſtin⁹. los vertamus:& in primis Auguſti.libr. 2. de
doctri.chriſt.cap.40. hæc ad verbum ſcribit.
Philoſophi, inquit, ſi qua fortè vera & , fidei
noſtræ accommoda dixerunt;maximè Pla-
tonici,non ſolùm formidanda non ſunt , ſed
ab eis etiam,tanquam ab iniuſtis poſſeſſori-
Lege Aug. 8. de ciuit. cap. 11. bus in vſum noſtrum vendicanda. Sicut e-
nim Ægyptij non ſolùm idola habebant , &
onera grauia; quæ populus Iſrael deteſtare-
tur & fugeret , ſed etiam vaſa & ornamenta
de auro & argento,& veſtem,quæ ille popu-
lus exiens de Ægypto , ſibi potius tanquàm
ad vſum meliorem clanculo vendicauit, non
authoritate propria , ſed præcepto Dei ipſis
Ægyptijs neſcienter commodātibus ea qui-
bus non bene vtebantur. Sic doctrinæ om-
nes gentilium,non ſolùm ſimulata figmenta
graueſque ſarcinas ſuperuacanei laboris ha-
bent,quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chri-
ſto,de ſocietate gentilium exiens, debet abo
minari atque deuitare.Sed etiam liberales di
ſciplinas vſui veritatis aptiores, & quædam
morum præcepta vtiliſsima continent, deq;
vno Deo colendo,nonnulla vera inueniun-
tur apud eos, quod eorum tanquam aurum
& argentum,quod non ipſi inſtituerunt, ſed
de quibuſdam quaſi metallis diuinæ proui-
dentiæ , quæ vbique infuſa eſt , eruerunt : &
quo peruerſè atque iniurioſè ad obſequia dæ
monum abutuntur , debet eis auferre Chri-
ſtianus ad vſum prædicandi euangelij. Non-
ne aſpicimus quanto auro & argento & ve-
ſte ſuffarcinatus exierit Cyprianus doctor
ſuauiſsimus & martyr beatiſsimus , quan-
tò Lactantius, quanto Victorinus & Hila-
rius?Quod prior ipſe fideliſsimu s Dei famu-
lus Moyſes fecerat, de quo ſcriptũ eſt, quòd
eruditus fuerit in omni ſapientia Ægyptio-
OEcumenius. rum.Et OEcume. Actuum. ca.8. loquens de
Moyſe , qui fuit eruditus in ſcientijs Ægy-
ptiorum,ait.Ex hoc manifeſtum eſt non reij
ciendam eſſe omnem externæ ſcripturæ eru
ditionem . Siquidem encomij vice dictum
eſt, quòd Moyſes eruditus eſt in omni ſa-
pientia Ægyptiorum. De tribus quoq; pue-
ris à Daniele dicitur , quòd ſuper omnes e-
minebant , Chaldæorum ſapientia , cæteriſ-
que ſcientijs. Oportet autem ex parte illis
adhærere,eos qui ſcripturæ diuinitus inſpira
Origenes. tæ immorantur. Orige. quoque homil. 2. in
Exod.Eruditio,inquit, iſta communis ratio-
nabilis ſcientiæ , omnes inſtruit, omnes fo-

uet,ſi quis in ea virilis animi fuerit, & volue-
rit cæleſtia quærere , & diuina ſectari , veluti
medicatus & fotus per huiuſmodi eruditio-
nes , ad diuinorum intelligentiam paratior
venit.Præterea Hierony.ad Damaſce.in ex- *Hieronym.*
poſitione parabolæ de filio prodigo, ait, Sa-
pientiæ ſecularis typus in Deutero. ſub mu- *Deute. 21.*
lieris captiuæ figura deſcribitur,de qua diui-
na vox præcipit, vt ſi Iſraelites eam vxorem
habere voluerit , caluitium ei faciat, vngues
præſecet, & pilos auferat, & cùm munda fue
rit effecta , tunc tranſeat in victoris ample-
xus. Hæc ſi ſecundum literam intelligimus,
nonne ridicula ſunt ? Itaque & nos facere ſo
lemus quando philoſophos legimus , quan-
do in manus noſtras libri veniunt ſapientiæ
ſecularis.Si quid in eis vtile reperimus, ad no
ſtrum dogma conuertimus. Si quid ſuper-
fluum,de idolis , de amore , de cura ſeculariũ
rerum , hæc radimus, his caluitium induci-
mus, hæc in vnguium morem ferro acutiſsi-
mo ſecamus. Vnde & Apoſtolus prohibet, *1. ad Cor. cap. 8.*
ne in idolio quis recumbat. Baſilius in ho- *Baſilius.*
mil. ad adoleſcentes, copioſè docet quomo-
do ex libris gentium quis vtilitatem capere
poſsit. Vbi inter alia , hæc ſcribit , In libris
gentiliũ , veluti in vmbris quibuſdam & ſpe-
culis, oculos noſtros aliquandiu exercitabi-
mus, eos imitantes qui in Gymnaſijs ſe exer
cent, & manu pedeq; inſtructi, poſtmodum
vtilitatem , ex eius artis diſciplina , legitimo
certamine referunt:& nobis quoque propo-
ni certamen maximum arbitrari oportet , &
omnibus viribus ad huius præparationem
laborandum. Ideo omnibus ſcriptoribus v-
tendum , vnde nobis ad animæ ædificatio-
nem aliqua obuenerit vtilitas. Vt enim tin-
ctores, qui medicamentis quibuſdam rem
tingendam præparant,atque ita demum co-
lorem quem cupiunt,inducunt. Sic & nos ni
ſi prius purgati externis his , ſacras diſcipli-
nas non facilè attingemus. Quamobrem ſi
noſtrorum ſermonum , ac gentilium nulla
eſt conuenientia , nobis illorum notitia val-
de confert , ſin minus,eos ſaltem ſimul con-
ferendo,differentiam diſcernere licebit,cùm
ad melioris delectum non parum compara-
tio inferioris faciat : & inferiora ſæpe collata
potioribus ſint ornamento. Veluti plantis
quibus propria virtus eſt fructu ſcatere pul-
chro,folia nihilominus ramis cõiuncta quod
dam afferunt ornamentum. Sic & anima,
cui præcellens quidem veritas fructus eſt,nõ
ab re

Digitized by Google

ab re tamen exteriore ſapiētia circundatur, ſicut folijs quibuſdam, vmbram fructui, ac aſpectum non iniucundum præbentibus. Dicitur & Moyſes ille, cuius eſt in ſapientia nomen maximū, Ægyptiorum diſciplinis mentem exercitatus ad Dei contemplationem proceſsiſſe. Similiter Danielem Babylone Chaldæorum ſapientiam dicunt didiciſſe, tunc denique diuinas attigiſſe doctrinas. Hactenus docuimus prophanas diſciplinas nō eſſe inutiles. Nunc quomodo illis vtamur, dicendum. Primùm non omnibus, quæ dicunt poëtæ mentem adhibendam, ſed eis tantum, quæ bonorum hominum facta nobis enarrauerunt. Nam quando ad nepharios homines veniunt, hæc vitare, his aures obſtruere, non minus quam Vlyſſes ad cantus Syrenarum. Nam prauis aſſueſcere ſermonibus, via eſt ad rem ipſam. Deinde artem mentiendi oratorum, non imitabimur, ſed ea magis recipiamus, in quibus virtutem laudauerunt, vel vitium vituperauerunt. Veluti enim flores hominibus quidem vſque ad odorem vel colorem vſus eſt, apes autem ex ipſis mel excerpere nouerunt. Sic qui diligentes in legendo ſunt, non ſolùm quod dulce, iucundumque fuerit in eorum libris perſequuntur, ſed quandam ex eis vtilitatem animo referre contendunt. Veluti enim apes non omnibus floribus ſimiliter inſidunt, neque ex eis ad quos accedunt omnia auferre contendunt, ſed quantum eis ad mellificium neceſſarium fuerit comprehendentes, reliquum dimittunt. Nos etiam vt ſobrij, quantum congruum nobis veritati viſum fuerit, perſequamur, reliquum prætermittamus. Et ſicut legendis roſis ſentes vitamus, ſic in talibus ſermonibus, quicquid eſt vtile carpentes, noxium vitemus. Et quando per virtutem ad veram vitam aſcenditur, & illa à philoſophis præcipuè docetur, talibus ſermonibus maximè vacandum. Vtilis etiam labor eſt euoluendi gentium libros ad confirmandum noſtra, quia ex inimicis teſtimonia deſumpta digna ſunt, vt illis fides adhibeatur, vt inquit Baſilius in homil. de humana Chriſti generatione. *Basilius.* αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, inquit, μαρτυρίαι, ἀξιοπιστότεραι εἰσίν. Et homil. 5. exaēm. χρὴ πολλάκις ὑμᾶς καὶ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων τῆς πίστεως ὠφέλειάν τινα προσλαμβάνειν, εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξιν, id eſt, quemadmodum vites clauiculis ſuſtentantur, ita fides ex externis diſciplinis fulcitur. Nam quis non credat Plinio lib. 10. Epiſt. ad Traianum de nobis, hoc eſt chriſtianis ſcribenti. *Plinius Iunior.* Affirmabant hanc fuiſſe ſummam, vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo dicere ſecum inuicem, ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarēt, quibus peractis morem ſibi diſcedēdi fuiſſe, ruſumque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium. Et illud teſtimonium de Chriſto, quod attulit Ioſephus *Iosephus.* lib. 18. antiqui. cap. 4. quis non ſuſcipiat, niſi prorſus ſit infenſus nomini Chriſtiano. quod & apud Hierony. in libro de viris illuſt. legere poteris. De hac re lege Gratianum in Decretis. D. 37. & Hierony. in epiſtola ad Magnum oratorem, vbi multis teſtimonijs ex prophetis & Apoſtolis allatis, probat multa ipſos ex gentium libris decerpſiſſe, quorum exemplum ſecuti viri eccleſiaſtici idem poſt ea crebro factitarunt. Vt Theodoretus in 10. libris de cura Græcarum affectionum, & Euſebius, & Auguſt. in libris de ciuitate Dei. & nos nonnulla de hac re congeſsimus exēpla in cap. quodam de citationibus noui inſtrumenti ex veteri, in quo oſtendimus è libris gentilium multa fuiſſe deſumpta à prophetis & Apoſtolis.

¶ Quòd Dialectice emolumētum afferat, ad intelligendum ſcripturas.

CAP. XV.

CVM homines à cæteris animantibus, hoc vel maximè differamꝰ, quòd ſumus animal rationale, ac fari poſſumus. Ratio autem omnis & ſermo diuinis libris contineatur, per quos & Deum cognoſcimus, & quare creati ſumus non ignoramus, non ab re nec alienū ab inſtituto noſtro erit, nonnulla de Dialectices vtilitate hoc loco recenſere (vt de philoſophia ſupra cap. octauo fecimus) quo animis ſtudioſorum, ad hanc quoque artem capeſſendam, ſtimulos admoueam. Sed vt ſtudioſos ad hanc diſputandi ſcientiam ediſcendam, & hortor & moneo, ita vt à Sophiſtica

cauent, diſſuadere & deterrere non ſinam, ne eueniat quod de huiuſcemodi Bionem dixiſſe accepimus. Quemadmodum, inquit, proci, qui Penelopes congreſſum aſſequi nequibant, ſeſe pediſequis commiſcebant, ita illi quibus veræ philoſophiæ guſtum nanciſci non datur, animum ad minores & abiectiores diſciplinas adhibent. Horum ſtultitiam inceſſens Euſeb. libr. 5. Hiſto. cap. 28. inquit, γραφὰς μὲν θείας ἀφόβως ῥεραδιουργήκασιν, πίστεως δὲ ἀρχαίας κανόνα ἀθετήκασι. χριστὸν δὲ ἠγνοήκασιν· οὐ τί αἱ θεῖαι λέγουσιν γραφαὶ ζητοῦντες, ἀλλ' ὁποῖον σχῆμα συλλογισμοῦ εἰς τὴν τῆς ἀθεότητος εὑρεθῇ σύστασιν, φιλοπόνως ἀσκοῦντες. κἂν αὐτοῖς προτείνῃ τις ῥητὸν γραφῆς θείας, ἐξετάζουσι πότερον, συνημμένον, ἢ διεζευγμένον δύναται ποιῆσαι σχῆμα συλλογισμοῦ. καταλιπόντες δὲ τὰς ἁγίας τοῦ θεοῦ γραφάς, γεωμετρίαν ἐπιτηδεύουσιν, ὡς ἂν ἐκ τῆς γῆς ὄντες καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλοῦντες. καὶ τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον ἀγνοοῦντες. εὐκλείδης γοῦν παρὰ τισιν αὐτῶν φιλοπόνως γεωμετρεῖται. ἀριστοτέλης δὲ καὶ θεόφραστος θαυμάζονται. Hoc eſt, ſcripturas ſacras impudenter alio detorquent, ab antiquorum fide abhorrent: nec Chriſtum cognoſcunt, nec ſenſum ſcripturarum rimantur. Sed ſe macerant in conſtruendis Syllogiſmis, hoc conantes vt Deum non eſſe aſtruant. Et ſi aliquo teſtimonio ſcripturarum quis vſus fuerit, ſtatim diſquirunt, an ad copulatiuum vel diſiunctiuum Syllogiſmum poſſit reduci. Contemptis igitur ſcripturis, geometriæ dant operam. Quippe cũ ſint de terra, de terra ab illis ſermo inſtituitur, illo ſpreto qui de cælis deſcendit. At vero Ariſtoteles & Theophraſtus apud illos ſunt in maximo pretio. Et Baſil. homil. 7. in exaemero, inqt, ἐοίκασι τοῖς ὄμμασι τῆς γλαυκὸς οἱ περὶ τὴν ματαίαν σοφίαν ἐσχολακότες. ἡ γὰρ ἐκείνης ὄψις, νυκτὸς μὲν ἔρρωται, ἡλίου δὲ λάμψαντος ἀμαυροῦται. καὶ τούτων ἡ διάνοια, ὀξυτάτη μὲν ἐστὶ πρὸς τὴν τῆς ματαιότητος θεωρίαν, πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς κατανόησιν ἐξημαύρωται. Hoc eſt hi qui in vana ſapientia quaſi tabernaculum vitæ ſuæ collocarunt. Similes ſunt noctuis. Nam illarum viſus noctu quidem acutiſſimus, ſed ſole orto obtuſus fit: ſic ſophiſtarũ mens acutiſſima eſt ad inueſtigãdum res futiles & leues, at verò ad intelligẽdum veram lucem hebeſcit ac retundi tur. Hactenus de ſophiſtis, ad dialecticos calamum cõuertamus. De quibus Clemens Alexandr. Stromate, id eſt, ait, Quemadmodum liberales quæ in circulo ſtant diſciplinæ, conferunt ad philoſophiam, quæ eſt ipſarum domina, ita etiam ipſa philoſophia conducit ad cõparandã ſapientiã. Eſt enim philoſophia exercitatio, Sapientia vero, ſcientia rerum diuinarũ atq; humanarũ & cauſarũ ipſarũ. Eſt enim ſapientia domina philoſophię. Sicut ipſa philoſophia, eius quæ prius auditur, diſciplinæ: nempe Logicæ aut Rhetoricæ. Et Auguſt. lib. 2. de doctri. chriſt. c. 31. & 32. Diſputationis, inquit, diſciplina ad omnia genera quæſtionũ, quæ in literis ſanctis ſunt pertractanda ac diſſoluenda plurimũ valet, ſophiſtica tamen cauẽda eſt. Et Hiero. ad Paulinũ cũ loquitur de libro Iob inquit: omnes leges dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, cõfirmatione, cõcluſione, determinat: deniq; Auguſt. cõtra Creſconiũ Grãmaticũ. c. 14. & ſequẽtibus id probat multis teſtimonijs ex ſcriptura deſumptis. vt ex illo Actuũ. 17. cũ loquitur de Paulo. Diſputabat cum Iudæis in ſynagoga, & gentibus colentibus in foro: & poſt parum. Sedens verò quidam adoleſcens, nomine Eutychus in feneſtra deductus ſomno graui diſputante Paulo. & in Pſalmo, Suauis ſit illi diſputatio mea, & apud Iſaiam. Venite diſputemus dicit dominus. Hæc ille.

Bion. *Euſebius.* *Baſilius.* *Clemẽs presbyter, Alexandrinus.* *Auguſti.* *Auguſti.* *Actu. 20.* *Iſaie. 1.*

Poſſem hoc in loco cæterarũ omnium diſciplinarum clara & non leuiter preſſa veſtigia (niſi me ad ſe maiora, quæ molior vocarent) ex diuinis libris oſtendere, vt ex Homeri poëſi Strabonẽ feciſſe legimus: attamen id facere omitto, nam quis non videt quàm frequenter Geometrica inculcet, vt in diuiſiõe agrorum terræ promiſſionis, & in fabricatione arcæ, & in Ezechielis templo. Quin & Arithmetica identidem infarcire non ceſſat, vt in Numeris, & mixtim in tota ſcriptura. Nec ab Aſtronomia abhorret, veluti cum de figura cæli & de eius agitatione & vertigine & de quatuor cęli plagis, ſermo inſtituitur. Rhetorices autem ornamenta & figuras dicendi, numerare, relinquo, cùm dicat Auguſt. in lib. de doctri. Chriſt. ſe facilè poſſe oſtendere omnia ornamenta illius artis in ſcripturis inueniri. Iam verò de animantium, arborum, lapidum naturis, quid attinet dicere, cum nil magis legentibus obuium ſit.

¶Probatis ſcriptoribus quantum authoritatis deferendum ſit.

CAP. XVI.

LICET

dãnatur,ſi vtile ibi inuenitur.Et cùm ibi quiſ que inuenerit omnia, quæ vtiliter alibi didicit, multò abundantius ibi inueniet ea, quæ nuſquam omnino alibi,ſed in illarum tantũmodo ſcripturarum mirabili altitudine,&mirabili humilitate dignoſcitur.

Hucuſq; Theologię rudimenta accuratius & vt dicitur ab ouo incipiens, perſtrinxi, vt quibus inſtructos armis theologos oporteat eſſe commonſtrarem. Sperãs meis laboribus ab ſtudioſis geminam gratiam initurum, tũ quòd inertes & ſocordes, ſtatim à limine ipſo,rei difficultate oſtenſa,ſubmouerim, tum etiam quòd ſtudioſis calcar addiderim ad aggrediendum iter arduum & perdifficile, de quo poëta ait.

Hesiodus in Georgi. Μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ᾽ αὐτὴν, καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. Hoc eſt, longa ac difficilis & ardua via eſt quę ducit ad ipſam, ſcilicet, virtutem. Spero fore vt poſt quam alta & valida fundamẽta ieci, in poſterum omnia proſpere feliciterque fore caſura. Quandoquidem nouimus domum ſupra arenam conſtructam, ventis flantibus ac reflantibus, citò eſſe ruituram. Atq; ideo non temerè Demoſthenis vſi ſumus conſilio, Olynthia ca. 2. dicentis. ὥσπερ οἰκίας οἶμαι καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις, ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. Hoc eſt, quemadmodum domus & nauis & aliarum rerum ſimilium, infimas partes, firmiſsimas eſſe oportet, ita actionũ principia & fundamenta, vera & iuſta eſſe oportet. Faxit Deus, vt vigiliæ noſtræ ab exiguis excitatæ primordijs finem quem cupimus conſequantur, quod tũc fiet, cum noſtro hortatu & molimine, complures ad euoluẽdũ diuinas ſcripturas, incenſi ac inflãmati fuerint, cumq; creuerit indies magis ac magis numerus diſcipulorum Chriſti, qui cũ Petro confitêter dicere audeãt. quò ibimus domine verba vitæ æternæ habes, & cum propheta. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo, & cum ſapiente. Pretioſior eſt cunctis opibus ſapientia, & omnia, quæ deſiderantur huic non valent comparari. *Chriſti diſcipuli qui.*

Finis libri primi Hypotypoſeon Theologicarum.

LIBER SECVNDVS HYPOTYPOSEON THEOLOGICARVM AVthore Martino Martini Cantapetrenſi, Sacræ Theologiæ Magiſtro, ac diuinarum ſcripturarum, in tribus linguis, Salmanticæ Primario interprete: ad Illuſtriſsimum & Reuerendiſsimum virum D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum.

POSTEA QVAM ſuperiori volumine, Præſul ampliſsime diſputationis futurę vt potui elementa abſolui. Deinceps de ipſi⁹ operis ſubſtātia diſſerere oportet. Atq; vt ordine procedamus claro & expedito, librorum ſequentium pandam inſtitutū. Primùm, locos aliquot communes, ad exactam intelligentiam ſcripturarum ſpectātes, & ſine quibus illæ illotis manibus contrectātur, afferā. Deinde ſecunda pars, regulas ſententiarum generales, ac variarum rerum farraginem complectentes, continebit. Poſtrema pars, aliquorum verborum ambiguæ ſignificationis, multiplices ac varias interpretationes exponet, ac in lucē proferet: & rurſum prima pars in octo ſecabitur volumina.

¶Nomina propria cùm alicui tribuuntur in ſcripturis diuinis, quid obſeruatū fuerit in eorū recta impoſitione.

CAPVT. I.

SI animus noſter liber & expeditus à corporis nexibus, qui illum obnubilant, & caligine obtegūt, eſſet, potuiſſent homines citra vllum verborum adminiculū cogitationes ſuas viciſsim tradere & impartiri, aut ſin minus, ſi ita homines in vita ſe gererent, atq; eā ita ſapienter inſtituiſſent, vt pura & defæcata præditi mente, ad inſtar priſcorum patrum, qui afflatu regebantur diuino, ſanctè & inculpatè vitam tranſigerent, non admodum literarum requireremus opem, cùm diuinum numen, menti innoxiæ & nullis ſeculi perturbationibus implicitæ, affatim ſatus diuinos ſuggereret & ſuppeditaret, ſine literarum & vocum cōmunione. Nunc autē poſtquā omnis caro à recto tramite deflexit, & iuxta Satyri *Iuuenalis Saty. 15.* cum. Terra malos homines nūc educat atq; puſillos, animus corpori immerſus, à ſe ipſo quaſi degenerans & deſciſcens, arcana ſyncere perſpicere & animo complecti non valet. Quam ob rem oportuit vt ars quædam adinuenirēt, ad vitæ noſtræ vſum ſanè quàm neceſſaria, qua actiones noſtras & cogitatiōes inuicem traderemus. Atq; huius duplex ratio excogitata fuit atq; elaborata: nā aut per verba, aut per orationē ex multis verbis coagmentatā, participes conſiliorū, aut rerum noſtrarum, familiares facere curamus. De vtriſq;, vobis quantū vires ingenij noſtri potuerint conſequi, enucleatè præcepta trademus, tanta diligentia & labore, vt nihil à nobis prætermiſſum fuiſſe videat, an verò id cōſequuti fuerimus, aliorum eſto iudiciū. Et primo quidē loco de nominibus proprijs atq; eorum recta impoſitiōe, vt ab ipſis initijs & incunabulis docere & formare Theologum exordiamur. Vt ſi legendo hominibus noſtris parū prodeſſe potuimus, ob quorūdam minus ſtudioſum affectū, ſcribendo ſaltē nō nihil adiumēti attuliſſe videamur. Porrò ingens altercatio & cōtrouerſia (quæ inter Ariſtotelem & Platonem ſummos philoſophos olim fuerat agitata, de nominū impoſitione) ſeſe nobis nunc offert explicanda. Nam Plato, natura, id eſt, φύσει. Ariſtoteles verò poſitione hoc eſt θέσει, nomina ſignificare autumat. Quorum diſsidiū, Ammonius in li. Periherme. c. de nomine, cōponere & conſopire conatur.

LICET argumentum ſumptum ex authoritate,in alijs ſcientijs adhibitum,infirmum ſit, in Theologicis tamen diſputationibus, ex illa efficax trahitur argumentum. At, quæ in diſceptationem veniunt, & ad Theologi munus ſpectant, ſunt duo rerum genera, vt *Auguſti.* inquit Auguſti.lib.1.contra Iulianum.Quædam ſunt à quibus non licet abſque piaculo diſſentiri, vt quòd pueri contrahant originale.Nam iuxta Paulum, ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificantur. Aliæ ſunt res, in quibus inter ſe aliquando doctiſsimi,regulæ catholicæ defenſores,ſalua fidei compage,non conſonant,& alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. De hoc ſecundo rerum genere quæ in diſputatione cadunt, veriſsimum eſt quod *Quintilianus.* Quintilianus lib.10.cap.1.ſcribit. Neque ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia quæ magni authores dixerint,vtique eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando,& oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati, nec ſemper intendunt animum, & nonnũquam fatigantur,cùm Ciceroni dormitare interim Demoſthenes,Horatio etiam Homerus ipſe videatur.Summi enim ſunt,homines tamen: acciditque ijs qui quicquid apud illos repererint exactum putant, vt deteriora imitentur (id enim eſt facilius) ac ſe abundè ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequantur. Modeſtè tamen & circunſpecto iudicio de tantis viris pronunciandum eſt,ne(quod pleriſque accidit) damnent, quæ non intelligunt. Ac ſi neceſſe eſt in alteram errare partem,omnia eorum legentibus placere,quam multa diſplicere maluerim. Atque illi ſubſcribit *Auguſti.* Auguſti.epiſto.111.inquiens: Non debemus quorumlibet diſputationes, quanuis catholicorum & laudatorum hominum, veluti canonicas ſcripturas habere, vt nobis nõ liceat,ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus,aliquid in eorum ſcriptis improbare & reſpuere, ſi fortè inuenerimus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habet, diuino adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel à nobis. Talis ego ſum in ſcriptis aliorum, tales volo eſſe intellectores meorum. Lege epiſtolam 7.eiuſdem Auguſt.ſanè quàm modeſtè de proprijs lucubrationibus loquentem,quẽ vtinam hi, qui literis aliquid committunt, imitarentur.

Præterea non omnes eiuſdem authoris libri eadem ſunt præditi authoritate: quia vt inquit Hierony.in præfat.Q.in Gene. Origenes in homilijs captui ſe attemperat & demittit populari,cùm tamen in tomis & in diſputatione maiori omnia ingenij ſui vela explicet & pandat. Et Auguſti.Pſalm.6. circa principium,inquit, De quaternario numero alibi tractatur ſubtilius, ſed obſcurius. Quod in hoc ſermone vitandum eſt, quem etiam minus eruditis accommodatum eſſe volumus. Vides quomodo ſancti doctores, ita ſciunt vti foro, & ſe auribus audientium accommodare,vt interdum rudium & imperitorum ſuccurrant imperitiæ, & illorum curam gerant. Interdum eruditorum auribus & ingerant ſelectiora,& doctiora obtrudant in memoriam ingenij & nominis ſui ſempiternam.

¶Qui futuri ſint idonei theologiæ auditores.

CAP. XVII.

NON ab re fore arbitror, in poſtrema huius voluminis parte, de officio auditoris diſſerere, præſertim cùm hæc quæ illuſtranda ſuſcepimus,niſi ad vitæ actiones,veluti ad ſcopum,ſe conferant,non ſolùm emolumento, ac vtilitate carebunt, ſed noxia & pernicioſa euoluentibus euadent. Quippe iuxta ſententiam domini, melius eſſet illis viam veritatis non cognouiſſe, quàm poſt eam cognitam ab ipſa deflexiſſe. Et primùm illis ſcripturarum lectio inutilis futura eſt, qui ſe totos mũdo dediderint, ac affectibus carnis ſe addixerint,teſte Diuino Cyrillo libr.1.contra Iulianum Auguſtum. Non fuit, inquit, philoſophis conceſſum videre ea, quæ mentem & ſermonem noſtrum excedunt. Cùm omnipotens Deus adhuc, nec lucem in mentem eorum miſiſſe, nec ſapientiam indidiſſe, nec linguam direxiſſe, nec ineffabile quiddam de ſe, vt capaces eſſent, vel ſentire, vel loqui conceſſerit. Nec enim paſsim omnibus ea gratia conceditur. Illis autem potius, qui fuerint à carnis affectibus & terrena immunditia liberati, menteque integri, ac ſcientes veræ pietatis opera: & ad hoc nos prouocat Deus per vocem Dauid. Vacate & ſcitote, quo- *Pſalm.45.*

Digitized by Google

quoniam ego ſum Dominus. Quin & Do-
minus. Beati, inquit, mundo corde quia ipſi
Deum videbunt. Videtur ſanè diuina natu-
ra non corporalibus, ſed intus abſconditis
oculis animi. Et Damaſcenus lib. 1. fidei or-
thodo capi. 3. ait, Nos qui docendi gratiam
non ſumus adepti (quandoquidem nos ip-
ſos indignos fecimus ipſa, voluptatum per-
turbatione) de illis ſaltem quæ in prophe-
tis tradita ſunt diſputemus. Denique Atha-
na. lib. de incarna. verbi, in poſtremis lineis,
inquit. Qui Theologorum conſequi intelli-
gentiam cupit, abluere prius animam debet
atque detergere, & per vitæ morumque ſi-
militudinem ipſos adire ſanctos, vt voto at-
que inſtituto illis coniunctus, ea etiam quæ
illis Deus reuelauit, intelligat: atque vt vnus
ex illis effectus, effugiat peccatorum pericu
lum, & ignem eis in die iudicij præparatum.
Recipiatque repoſita ſanctis in regno cæle-
ſti præmia, quæ oculus non vidit, nec auris
audiuit, nec in cor hominis aſcendit.

Deinde ab his diuinis myſterijs iuuenes
ob imperitiam & animi ruditatem arceantur.
Quia, vt inquit Ariſtot. 1. Ethic. Hinc fit vt
iuuenis, auditor idoneus philoſophiæ eſſe
non poſsit. Quippe cum imperitus actio-
num vitæ ſit, ex quibus, & de quibus ratio-
nes conficiuntur. Adde quòd cum perturba
tiones ſequatur, fruſtra & inutiliter audiet,
finis enim non cognitio, ſed actio eſt. Nihil
autem intereſt, iuuenis ætate, an moribus iu
uenilibus ſit. Non enim defectus penes tem-
pus eſt, ſed quia viuit ex perturbatione, &
ſingula perſequitur. Talibus enim cognitio
perinde atque incontinentibus, inutilis eua-
dit. Illis autem eſſe perquàm vtilis poteſt,
qui ſecundum rationem, & appetitiones &
actiones ſuas moderantur.

Porrò quòd illi qui inflantur ſapientia ſe-
culari non ſint apti ad capeſſendum munus
Interpretandi arcanas ſcripturas, ſi antea i-
gnotum fuit, noſtri ſeculi calamitates, & tot
Lutheranorum hæreſis fomentum vnde. ſubinde Lutheranorum repullulantes erro-
res declarant, & Hierony. in comment. Io-
næ cap. 3. prodidit. Quàm difficile, inquit, hu
iuſmodi homines, qui tumidi ſunt ob ſapien
tiam ſecularem credunt in Deum, vt quoti-
diana exempla prætercam, & ſileam de ve-
teribus hiſtorijs ethnicorum, ſufficit nobis
apoſtoli teſtimonium qui ad Corinth. ſcri-
1. Corin. 1. bens, ait, Videte fratres vocationem veſtrã,
quia non multi ſapientes ſecũdum carnem,
non multi nobiles, ſed ſtulta mundi elegit
Deus vt cõfundat fortia, & rurſum. Perdam
ſapientiam ſapientum, & intelligentiam pru
dentium reprobabo: &, Videte nequis vos *Philoſophi patriarchæ hæreticorum.*
ſpoliet per philoſophiam & inanem ſedu-
ctionem. Quia ſicut rex Niniue Ionæ præ-
dicationem vltimus audiuit, ita reges huius
mundi, id eſt philoſophi, prædicationẽ Chri
ſti vltimos audire, & depoſito fulgore elo-
quentiæ, totos ſe ſimplicitati tradere, & in
plebeium cultum redactos, ſedere in ſordi-
bus, & deſtruere quæ anteà prædicarãt. Pro
ponamus nobis Cyprianum, qui priùs idolo *Cyprianus martyr.*
latriæ aſſertor fuit, & in tantam gloriam ve-
nit eloquentiæ, vt oratoriam quoque doce-
ret Carthagini, audiſſe tandem ſermonem
Ionæ, & in pœnitentiam conuerſum, in tan-
tam veniſſe virtutem, vt Chriſtum publicè
prædicaret, & pro illo ceruicem gladio fle-
cteret. Quem non inebriauit eloquentia de
qua dicitur. Calix aureus Babylon inebriãs *Ierem. 15.*
omnem terram? Quem non inebriauit elo-
quentia ſecularis, cuius non animos, compo
ſitione verborũ & fulgore perſtrinxit? Diffi
cile nobiles & diuites, & multò his difficilius
eloquentes credunt Deo: obcæcatur enim
mens eorum diuitijs & luxuria, & circunda-
ti diuitijs non poſſunt videre virtutes, ſimpli
citatemque ſcripturæ ſanctæ, non ex maie-
ſtate ſenſuum, ſed ex verborum iudicant vi-
litate. Et aduerſus Pelagium ad Eteſiphon-
tem, inquit, de venenis hæreticorum loquẽs:
quæ de philoſophorum & maximè Pytha-
goræ & Zenonis principis Stoicorum fon-
te manarunt. Nec ab eo diſſentit Auguſt. li.
2. de doctri. chriſtia. cap. 41. inquiens diuina
rum ſcripturarum ſtudioſus, cùm ad eas per
ſcrutandas accedere cœperit, illud apoſtoli-
cum cogitare non ceſſet. Scientia inflat, cha *1. Corin. 8.*
ritas ædificat. Ita enim ſentiet, quamuis de
Ægypto diues exeat, tamen niſi Paſcha ege
rit, ſaluum ſe eſſe non poſſe. Paſcha autem
noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Et cap. 42.
inſolentiam iſtorum decutiens, ait, Quan-
tum autem minor eſt auri veſtiſque copia,
quam de Ægypto ſecum ille populus abſtu-
lit, in comparatione diuitiarum quas poſtea
Hieroſolymæ conſecutus eſt, quæ maximè
in Salomone rege oſtenduntur, tanta fit cun
cta ſcientia, quæ quidem eſt vtilis, collecta
de libris gẽtium, ſi diuinarum ſcripturarum
ſcientiæ comparetur. Nam quicquid homo
extra didicerit, ſi noxium eſt, in ſcriptura
damna-

conatur. Quaſi verò neſciamus libentiſsimè ſolere Ariſtotelem à Platonis iudicio ſententiaque diſcedere. Qua de re ſcitè notatus fuit ab ipſo Platone teſte Æliano lib. 4. ποικίλης ἱστορίας. ὁ Πλάτων, inquit, τὸν Ἀριστοτέλην ἐκάλει πῶλον. τί δ' ἐβούλετο αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐκεῖνο, δηλονότι ὡμολόγηται, τὸν πῶλον κορεσθέντα τοῦ μητρῴου γάλακτος, λακτίζειν τὴν μητέρα. ἠνίττετο οὖν καὶ ὁ Πλάτων ἀχαριστίαν τινὰ τοῦ Ἀριστοτέλους. Hoc eſt. Plato Ariſtotelem pullum vocabat, innuens vt in confeſſo eſt apud omnes, quod ſicut pullus cū ſaturatus eſt lacte matris, calcibus matrem petit. ita Ariſtoteles magiſtrū Platonem. Volo tamē primum breuiter Platonis ſententiam, quam habet in Cratylo referre, quam aut à noſtris mutuatus eſt, aut proximè ad veritatem quam noſtri ſequuntur, accedit, ait enim. Nomina ſunt inſtrumēta, inſtrumentum autem fit, non vt vult qui fabricat, ſed quale natura exigit, vt ſerra, terebellum, dens, eodem modo, nomina naturis rerum apta, debent poni. Vnde ab Homero & cæteris poetis, eſt diſcendum quomodo nomina debeant imponi. Nā multa ſunt & pulcherrima, in quibus diſtinguit Homerus circa eadem nomina. Aliter quippe à diis, aliter ab hominibus eadē res appellari affirmat. Conſtat autem Deos nominibus illis ad rectitudinem vti. Atq; ita de Troiano flumine Homer⁹ inquit. ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. id eſt. Xanthum dij vocāt, viri Scamandrum, & auem quandam dicit Chalcidē à dijs, Cymindin verò ab hominibus appellari. χαλκίδα, inquit Hom. κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. & Hectoris filius Scamandrius & Aſtyanax vocatur. At quā cum noſtris iſta conueniant, ſubditis apparebit teſtimonijs. Et in primis Ambr. in cōmēt. in epiſ. ad Ro. c. 1. ait. Apud veteres noſtros ratione nomina cōponebātur, vt Iſaac ꝓpter riſum, & Iacob propter calcaneū. Et Orige. Ho. 25. Num. inquit. Vis videre quoniā non ſolum apud ſanctos nomina pro rebus aptātur, ſed etiā apud Gētiles & Barbaros? De ſanctis quidē notū eſt cur Abrā, Abrahā vocitatus ſit, & Sarai Sara, & Iacob Iſrael. Doceamus aūt ꝙ mos iſte habeatur etiam apud Barbaros. Nō ne vnus ex filijs Iſrael à parētibus ſuis Ioſeph nomē acceperat? Cum aūt trāſijt in Ægyptū & ſtetit ante Pharaonem, cōmutauit nomen eius, & de Ioſeph cognominauit eū, ſaphnath pahaneach, quod lingua ſua Pharao de ſecretorum vel ſomniorū reuelatione compoſuit.

Ælianus.

Gene. 41.

Et Daniel in Babylonia Balthaſſar nominatur, & Ananias atque Azarias & Miſael. Sidrach, Miſach, Abdenago vocitantur. Item Chry. ho. 4. in Matt. circa principiū. Si quis inquit, nominum, interpretationem transferre conetur, inueniet ibi latiſsimū campū contemplandi patere, & non parū ad intelligentiā noui proficere teſtamenti, vt in Salomone, Zorobabel. Nō enim ocioſe hæc illis nomina inue nimus impoſita. Hier. quoq; in cōment. Pſal. 82. inquit. Niſi nomina propria interpretentur, vt eorū pandantur ſacramenta quid prodeſt in eccleſijs Chriſti legere. V. g. tabernacula Idumęorū, Iſmaelitarū & cętera nomina, & rurſum Orige. ho. 23. in Ioſue. Diſpenſauit, inquit, diuina ſapientia nominaquę dā locorum ſcribi in ſcripturis, quæ myſticā quandā interpretationem cōtineant, per quę indicetur nobis, quia hæc certis quibuſq; rationibus & non caſu fieri diſpenſentur. Non enim eſt putādum ꝙ fortuito accideret. Verbi cauſa vt ille angelus Michael vocaretur, alius Gabriel, alius verò Raphael. Sicut non fuit fortuito, vt ille patriarcha Abrahā vocaretur, & ille Iſaac, & alius Iſrael. Sed ne fœminis quidē caſu accidit, ſed certa & diuina ratione, vt illa Sara vocetur ex Sarai, & ille Iſrael ex Iacob. & ille Abrahā ex Abrā. Item etiā cōſequens eſt loca quędā eſſe cæleſtia & ciuitates, ſicut Hieruſalem cæleſtis dicitur & Sion. Similiter dicendum eſt de Bethlehem ꝙ non ſine certa ratione in Iudæ ſorte decernitur, & Hieruſalem & Beniamin & Chebrō, & aliæ ſingulæ ciuitates ſingulis quibuſq; tribubus ſubſcribūtur. Niſi quia cæleſtia illa loca, in quibus Ieruſalē & Siō eſſe nominātur, ſine dubio & cætera quæ ijs vicina loca vel cōiuncta ſunt, hoc in ſe cauſæ & rationis cōtinebūt in cælis, quod ſorte diſtributa gubernabātur in terris. Poſtremò Aug. lib. 2. de doct. Chriſt. c. 16. ait. Proculdubio ſecretū quiddā inſinuat Siloa piſcina, vbi lauare faciē iuſſus eſt, cui oculos dñs luto de ſputo facto inūxerat. Quod tamē nomē linguæ incognitæ, niſi euāgeliſta interpretat⁹ eſſet, tā magn⁹ intellectus lateret. Sic etiā multa quæ ab autoribus eorūdē librorū interpretata nō ſunt nomina Hebręa, non eſt dubitandū habere nō paruā vim ad ſoluēda ænigmata ſcripturarū, ſi quis poſsit ea interpretari, qđ nōnulli eiuſdē linguę viri periti non ſane paruū beneficiū poſteris cōtulerunt, qui ſeparata de ſcripturis eadem verba oia interpretati ſunt, vt quid ſit Adā, Eua,

Eua, Abrahã, Moyſes: ſiue etiã locorũ nomina, quid ſit Ieruſalẽ, vel Sion, vel Iericho, vel Sinai, vel Libanus, vel Iordanis, vel quæcũq; alia in illa lingua ſunt incognita nomina. Quibus interpretatis, multæ in ſcripturis figuratæ locutiones manifeſtantur. Hæc ille. Vides quomodo ſicut in nuce nucleus, ita in nominibus proprijs Hebræorũ, magna myſteria abſtruſa ac recondita deliteſcũt. Deinde ꝙ per huiuſcemodi nomina prius hiſtoriæ fundamenta iaciuntur, & poſtea latentia ſub literæ cortice pandunt ſacramẽta. Quod pulcherrimo ſymbolo apoſtoli apoſtolorũque ſectatores teſtatum reliquerunt. Dicebant enim diuinã ſcripturã animanti ex corpore & anima cõpactã, ſimilẽ eſſe. Et per corpus ſimplicem hiſtoriã, per animã altiorem ſenſum, & à litera, quæ occidit, longè ſe extollentem, ſignificari. vt & Philo in li. de vita cõtemplatiua ait, cuius hæc ſunt verba, ἅπασα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐοικέναι ζώῳ καὶ σῶμα μὲν ἔχειν, τὰς ῥητὰς διατάξεις, ψυχὴν δὲ τὸν ἐναποκείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν.

Philo Iudæus.

Adeò quæ ſcripſimus hueuſq; vera & firma ſunt, vt nullus ſit qui adeò ſcientia polleat, qui labefactare, illa poſsit, nec tam ſtultus & vęcors qui conetur infirmare, quę tam validis teſtimonijs cõfirmata & munita ſunt. At nolim te adeò eſſe addictũ nomini Origenico, vt te in errorẽ pertrahat, puteſque nihil ad hiſtoriæ veritatẽ hæc nomina cõferre, ſed tantũ ad intellectũ myſticum contexẽdum valere. Porrò ne hoc crimen illi impingere videar, verba illius ſubiungã cum fide, primum ex Homil. 25. in lib. Nume. Ego, inquit, puto ꝙ nomina hæc ſcriptura diuina nõ pro hiſtoria narrauerit, ſed pro cauſis & rebus aptauerit. Nam putas fuerit aliquis ita ſtultus, qui filio ſuo nomen Euin. ideſt belluinus imponeret, & Homil. 12. Nomina, inquit, quæ videntur hominũ & locorum eſſe propria, ex ſignificantijs ſuis quas in lingua ſua deſignant, rerum magis myſticarũ conſequentiã, quã vocabulorũ appellationẽ videntur oſtendere. Iſtud dogma cõuellẽs Hieronymus in proœmio Malachiæ prophetæ, ſaluberrimũ adhibet antidoton, inquiens. Sic interpretanda ſunt nomina, vt ex nominibus non ſolũ ſpiritualis intelligentia, ſed prius hiſtoriæ ordo texatur. Nec putandum eſt, licèt Malachias angelus meus interpretetur, angelũ veniſſe de cælo & aſſumpſiſſe corpus humanum, vt Iſraeli quæ à Domino ſunt mandata loquere-

Origenis error.

Nume. 31.

Validis teſtimonijs Origenis dogma conuellitur.

tur. Alioqui Hoſeas qui Saluator dicitur, & Ioel qui interpretatur Dominus meus, ſiue incipiens, & cæteri prophetæ, non erunt homines, ſed aut angeli, vel Dominus atq; Saluator, quia hæc eorũ nomina perſonãt. Et in cõment. in Abdiam. In interpretatione, inquit, prophetica morem hunc debemus ſequi, vt primò hiſtorię fundamenta iaciamus, deinde ſi poſſumus excelſas turres, & tectorũ culmina ſuberigamus. Et in epiſt. ad Dardanum ait, Hiſtoriæ veritas fundamentum eſt intelligentiæ ſpiritualis. Et Zachariæ. 4. c. ait, Seruantes hiſtoriæ veritatẽ poſſumus eũ qui per hiſtoriã prophetatur cognoſcere. Et Baſilius homil. 6. Exaëm. πανταχοῦ τῇ ἱστορίᾳ τὰ δόγματα τῆς θεολογίας μυστικῶς συμπαρέσπαρται. Hoc eſt, vbiq; immixta eſt hiſtoria Theologiæ: aduerſus hunc errorẽ Origenis vehemẽter inuehitur Baſil. homi. 9. exac. circa principium, nomine tamẽ ſuppreſſo. ¶Quantũ memoria cõſequi poſſum, quatuor apud probatos authores eſſe cauſas inuenio, ob quas nomina ꝓpria in ſcripturis indita ſint. Quarum primam affert Chryſoſto. homil. 16. in Gen. Mos, inquit, diuinæ ſcripturæ eſt à rebus cõtingentibus nomina imponere: ea propter lignũ ſcientiæ boni & mali vocatum fuit: quia circa illud obſeruatio & tranſgreſsio mandati fuit. Nam poſt huius eſum, & ſuperna gloria ſpoliati, & ſenſibilẽ nuditatẽ experti ſunt. Exẽplo quo vſus eſt Chryſoſt. de arbore ſciẽtiæ (quæ iuxta Nicephorũ lib. 1. hiſt. c. 27. ficus fuit, & videtur ex Gen. poſſe colligi, cum inquit: abſcõdit ſe ſub ficu) aliæ afferũtur interpretationes, quæ tamẽ per plura diuerticula in idẽ compitũ tendũt. Euche. quidẽ lib. 1. cõmen. in Gen. c. 13. ait, Lignũ ſcientiæ boni & mali appellatũ fuit, quia homo per experimentũ ab ipſo didicit quid eſſet obedientiæ bonũ, & inobedientiæ malum. Aug. lib. 8. ſuper Gene. ad literã. ca. 6. ſic interpretatur. Lignum, inquit, ſcientiæ boni & mali non erat noxiũ, nec enim qui fecerat omnia valde bona, in paradiſo inſtituerat aliquid mali. Sed malũ fuit homini ex tranſgreſsione præcepti. Eodem modo arbor alia, quæ cũ hac ſimul conſita erat in paradiſo, vitæ, nũcupata fuit, ab euentu. Sed, vt ad id, vnde orſa eſt redeat oratio, authoritati Chryſ. accedat Hieronymi iudicium, qui in cõmẽt. Iſaiæ. c. 6 a. ait, Hoc eſt Hebraicæ conſuetudinis, vt ex euentu rebus vocabula ſemper imponãt. Sicut domino ſaluatori apud Iſaiã. Citò ſpolia detrahe. ve-

Lignũ ſcientiæ cur appellatum.

Arbor ſcientiæ ficus.

Arbor vitæ.

Iſaia.8. he.velociter prædare. Et filij Zebedæi, quo-
rum vnus vocem tonitrui emittere poterat.
In princi.erat verbum, appellati ſunt beneraḣ
ham.i.filij tonitui. Abraham quoq;, qui prius
dicebatur Abram, ideſt pater excelſus, quan
do audiuit repromiſsionem. In ſemine tuo
benedicentur omnes gentes, appellatus eſt
pater multarum gentium, ideſt Abraham.
Quid hæc nomina Abram & Abraham ſig-
nificent, docuit Hier. qui aut verum dicit, aut
proximè ad veritatem accedit. Vnde neſcio
quem ſecutus ſit Ambr.lib.1.de Abraham.c.
4.cum inquit. Abram de patre vano interpre
tatur. Abraham pater electus vel ſublimis.
Vanus erat cum Deum neſciret electus fa-
ctus eſt quando cognouit Deum. & Chry.in
quadam hom.de nomine Abraham. inquit.
Abraham ab Abar quod eſt trans, vel vltra
dicitur, & Aug. multas affert interpretatio-
nes. Vt tamen tota res melius intelligatur, nõ
erit ab re, vt arbitror, nonnullis exemplis am
plius hãc rem illuſtrare, nempe quòd ab euẽ-
tu nomina imponantur. vt Num.13. Nachal
eſchol. i. torrens bothri. eo quòd illinc bo-
thrum exportaſſent exploratores illi terræ
Nachal eſcol. promiſsionis, & Ioſue.7. cum lapidibus ob-
rutus eſſet Acham, eo quòd ex Anathemate
clanculum ſurripuiſſet, vocatus eſt locus ille
Vallis Achor. Vallis Achor.i.turbationis, dicens, quia ex-
turbaſti nos, exturbet te dñs in die hac, & in
Actis apoſtolorum, ager emptus pretio mor
Hachaldema. tis Chriſti, vocatur, Hachaldema, hoc eſt
ager ſanguinis, ideſt homicidij. In Gene. quo
que cum ſit ſermo de pacto quod pepigit La
ban cum Iacob dicitur, congregantes fece-
runt tumulum comederuntque ſupra eum,
Gene.31. quem vocauit Laban lingua Chaldæa. Iegar
çahadutha.i.tumulum teſtis, & Iacob Galed
ideſt. Aceruum teſtimonij Hebraicè, nempe
vterque in lingua ſuæ gentis nomen impo-
nens Ioſue.5. Collis præputiorum. Eſau.i. fa-
ctus, vocatur, quia ex matris vtero piloſus eru
pit, quemadmodum homines ætatis adultæ
& integræ eſſe ſolent. De nomine Sarai & Sa
ra ad hunc modum ſcribit Amb.li.2.de Abra
ham.cap.11. Sarę vna additur litera quando
nomẽ illi mutatur: Sara enim dicitur pote-
ſtas mea vel principatus mei initiũ vel regis.
Sarra dicitur quæ regat, additur tamen litera
ρ Rho, quæ centenarium numerum ſignifi-
cans perfectionis eſt ſymbolũ. At vero hæc
nulla ratione fulta ſunt. Nam ſi litera ρ apud
Græcos eſt numerus centenarius, apud He-
bræos eſt litera quoph nota centenarij. Aug.
lib.16.de ciuit.Dei.c.28. interpretatur Sara,
ideſt virtus. Sed quanto doctius Hier. in. Q.
in Gen. Primo, inquit, vocata eſt Sarai, prin
ceps mea, vnius tantum domus materfami-
lias, poſtea abſolutè princeps, quia in ſemine
Abrahæ benedicendæ erant omnes gentes.
Deniq; nominis Iſrael multa affert Hier. in-
terpretamenta, his duabus vtitur Malachiæ.
1. Vir cernens Deum, aut rectiſsimus Dei.
Veram tamen interpretationem ſcriptu-
ra affert in Gen. Quia pręualuit in Deum.i.in
angelũ, à çara.i.dominiũ habuit, & Deus, vt
rectè annotauit Ioſephus.li.1. Antiq. verſus
finem, quem iniuſtè reprehendit Hieron.in
Q.in Gen. Nolim hæc in eã partẽ ab ſtudio-
ſis, à me dicta videri, vt antiquos partes ſugil
lẽ, & eorũ verẽda detegam, inſtar ſceleratiſsi-
mi Cham. Nã ſcio quos elegerim, & in quorũ
indefeſſa lectione cõſenuerim, ac ideo quan-
uis ipſos vehemẽter obſeruẽ & colã, ſanctius
eſſe duco iuxta Ariſt. ſentẽtiã, honorare veri
tatẽ: præcipuè cũ inter theologos antiquos
dẽpto Hier. & Origene, qui cõtra morẽ ſuæ
gentis literas Hebraicas didicit, nullus inuen
tus ſit, qui ad ediſcendam ſanctam linguam
(ſine qua diuinæ literæ ſubdifficulter contre
ctantur,) animum adiunxerit.

Secundã impoſitionis nominũ cauſam at-
tulit Hier. in epiſt. ad Philemonẽ. Solent, in-
quit, nomina imponi à tribu vel cognatione.
Vnde Paulus Saul ante vocabatur, quia de
tribu Beniamin erat, in qua hoc nomen fami
liarius habebatur. Siquidẽ & ille Saul rex Iu-
dææ perſecutor Dauid de tribu Beniamin
fuit. Hęc ille. Propterea cognati Ioannis Bap
tiſtæ volebant imponere illi nomen patris,
nempe Zacharias, non Ioannes, quia nullus
erat in cognatione qui eo nomine vocaretur.
De cognomine tamen Iudæ Scharlotis, vn-
de tractum ſit non liquet. Nam Hier.li.9. cõ-
ment.in Iſaiam, circa principium, ait. Iudas
fuit ex tribu Ephraim, de vico eiuſdem tribus
Iſcharioth. & Theophy. Matt. 26. Iudas, in-
quit, proditor, erat à pago qui dicebatur Iſ-
chara. cõſentit Euthy. Matt. 62. Porro Hier.
ſibi non conſtans, in comment. Matth. c. 10.
ait. Iudas Iſchariotes, vel à vico, aut ab vrbe,
in quo ortus eſt, vel à tribu Iſchar voca-
bulum ſumpſit, vt quodam vaticinio, in con
demnationem ſui natus ſit. Iſachar enim in-
terpretatur merces, vt ſignificetur pretium 23.q.8.c.
proditionis. Præterea Symon Cananæus, Legi.
à vico

25. q. 8. 4. *Legi.* à vico Cana Galilææ, vbi aquam Dominus in vinum conuertit, vt legimus apud Ioan. cap. 2. aut à zelo.

Tertiam cauſam impoſitionis nominum ex Hierony. colligi poteſt, ex proœmio in Malachiam, cuius hæc ſunt verba. Quomodo apud nos ob virtutis auſpicium ponuntur vocabula. V.g. Victoris, Caſti, Probi, Pij & apud Græcos σώφρων vocatur & εὐσεβὴς, & appellatiua nomina vertuntur in propria. Sic apud Hebræos Michæas, id eſt humilitas, & Abdias, id eſt ſeruus Domini, & Zacharias, hoc eſt memor Domini, & cætera his ſimilia nomina, ex virtutum vocabulo, liberis à parentibus imponuntur. Hanc ob cauſam iure Socrates laudat Demodocum apud Platonem, in Dialogo, qui Theages ſiue de ſapientia inſcribitur, quòd præclarum nomen filio ſuo impoſuerit, nempe Theages, id eſt, qui à Deo ducitur. *Socrates.* Præterea Baſilius in Homil. de humana Chriſti generatione, ait. Τετηρήκαμεν ὅτι, ὅσοις ἐξεπίτηδες τίθενται τὰ ὀνόματα, ἔνδειξιν ἔχει τῆς ὑποκειμένης φύσεως, ὡς τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰσραήλ. τούτων ἑκάστου ἡ προσηγορία οὐ μᾶλλον τὸν τοῦ σώματος χαρακτῆρα, ἢ τὸ ἰδίωμα τῆς κατορθουμένης ὑπ' αὐτῶν ἀρετῆς παραδηλοῖ. διὰ τοῦτο καὶ Ἰησοῦς προσαγορεύεται τουτέστι σωτηρία λαοῦ. Hoc eſt, obſeruauimus, quòd vbi de induſtria nomina imponũtur, ſubiectam oſtendunt naturam: vt Abraham, Iſaac. Horum enim quodlibet, nõ magis corporis characterem, quàm proprietatem vitæ immaculatæ ſignificat: ſic Ieſus ſalus populi vocatur. Imponuntur quoque nomina à deſiderio, vt ait Ammonius in prædic. ca. de æquiuocis. καθ' ἐλπίδα ὀνόματα λέγεται, ὡς ὅταν τις τὸν ἴδιον υἱὸν προσδοκῶν ἔσεσθαι φιλόσοφον, καλέσῃ Πλάτωνα. id eſt, nomina ab ſpe imponũtur, vt qui exoptat filium dare operam philoſophiæ, vocat eum Platonem: ſic Ioſeph, id eſt, additio, vocatur à deſiderio matris, qui in ſpem adducebatur pariendi alios filios. Zacharias filium vocauit Ioannem, quia optabat ipſum eſſe Domino gratum. Aut à præſagio, vt Habel, id eſt vanitas, quia non erat diu victurus. Adam, id eſt terra, quia ob peccatum, mortalis futurus erat atq; in terram ex qua aſſumptus erat rediturus. ¶Quartam rationem impoſitionis nominum inuenimus apud Theophi. Matth. 1. Diuina, inquit, ſcriptura ex operibus nomina imponit, vt apud Iſaiam. Voca nomen eius, nempe Chriſti. Velociter prædare. Et Didymus libr. 2. de Spirituſancto, ait. Ioannes cap. 15. dicit, cum venerit cõſolator quem ego mittam vobis. Conſolatorem venientem Spiritum ſanctum dicit, ab operatione nomen imponens, quia non ſolum conſolatur eos, quos ſe dignos repererit, & ab omni triſtitia & perturbatione reddit alienos, verum incredibile quoddam gaudium & hilaritatem eis tribuit. In tantum vt poſsit quis Deo gratias referens, quòd tali hoſpite dignus habeatur, dicere. Dediſti lætitiam in corde meo. Huius Regulę tu ipſe multa exempla fingere poteris, Iuxta præceptũ Chryſoſt. & Oecum. (de quo ſuo loco dicemus) qui nos docent, quomodo effingere poſsimus ex operibus innumera Dei nomina. *In capi. ſequenti.* V.g. ſi aliquid ſapienter, vel potenter fecit, vocabitur miſericors, potens, ſapiens, &c. At volo nunc oſtendere quomodo angelis ſint nomina impoſita ab operatione: qua de re præclarè Beda in comment. in Luc. libr. 1. ca. 3. & ſumpſit ex Grego. homil. 34. in euangel. Idcirco, inquit, angeli priuatis nominibus cenſentur, vt ſignetur, per vocabula etiã in operatione quid valeant. Neque enim in illa ſancta ciuitate idcirco nomina propria ſortiuntur, ne eorum perſonæ ſine nominibus ſciri nõ poſsint. Sed cùm ad nos aliquid miniſtraturi veniunt, apud nos etiam nomina à miniſterijs trahunt. Ad Mariam ergo virginem Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur, illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aërias poteſtates humilis apparere dignatus eſt. *Gabriel.* De quo dicitur, Dominus, fortis & potens, Dominus potens in prælio: & rurſum. Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Per Dei ergo fortitudinẽ nunciandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prelio contra poteſtates aërias ad bella veniebat. Item Hierony. Danielis capit. 8. ait. Cùm viſio de prælijs eſt, aut de regnorũ ſucceſsionibus, Gabriel qui præpoſitus eſt prælijs, huic officio mancipatur. Gabriel eñ robuſtus Dei interpretatur. Vnde eo tempore quo Dominus erat naſciturus, & indicturus bellum dęmonibus, & triumphaturus de mundo Gabriel venit ad Zachariam & Mariam. Vndecunque medicina & ſanatio neceſſaria eſt, Raphael mittitur, qui interpretatur curatio vel medicina Dei: hoc videlicet nominis interpretatione ſignificante, quòd in Deo ſit medicina vera, vt conſtat ex Tobia. *Raphael.* Porrò vbi populo proſpera promittuntur & propitiatio vel expiatio neceſſaria eſt,

Michael

Michael. Michael dirigitur, qui interpretatur, quis ſicut Deus, vt ſcilicet intelligatur, quia non propitiationem vel expiationem vllus poſſit afferre niſi Deus. Et Grego. homil. 34. in euang. *Angelus nomen officij.* Angelorum, inquit, vocabulum, nomen eſt officij; non naturæ. Nam ſancti illi cæleſtes ſpiritus, ſemper quidem ſunt ſpiritus, ſed ſemper vocari angeli non poſſunt. Quia tunc ſolum ſunt angeli, cum per eos aliqua nunciantur. Hi autem qui minima nunciant, angeli, qui verò ſumma annunciant, archangeli vocantur. Hinc eſt quòd ad Mariã Gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe miniſterium ſummũ angelum venire dignum fuerat, qui ſummum omnium nunciabat. Qui idcirco priuatis nominibus cenſetur, vt ſignetur per vocabula, in operatione quid valeant. Quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, vt ex ipſo actu & nomine detur intelligi, quia nullus poteſt facere quod facere valet Deus. Et ſic Apocal. 11. Michael pugnat cum dracone. *Virtutes.* Virtutes vocantur illi ſpiritus, per quos miracula frequentius fiunt. *Poteſtates.* Poteſtates vocantur hi, qui hoc potentius cæteris in ſuo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduerſæ ſubiectæ ſint, quorum poteſtate refrænantur, ne corda hominum tantum tentare valeant, quantum volunt. *Principatus.* Principatus, qui ipſis bonis angelorũ ſpiritibus præſunt, qui ſubiectis dum quæque agenda diſponũt, eis ad explenda diuina miniſteria principãtur. *Dominationes.* Dominationes vocantur, qui etiam poteſtates principatuum diſſimilitudine tranſcendunt. *Throni.* Throni, illa agmina vocantur, quibus ad exercenda iudicia ſemper Deus præſidet. *Cherubim.* Cherubim, plenitudo ſcientiæ dicitur: quia tantò perfectiori ſcientia pleni ſunt, quantò claritatem Dei vicinius contemplantur. Seraphim, qui ex ſingulari propinquitate conditoris ſui incomparabili ardent amore. Lege Diony. in cæleſti Hierar. ca. 7. & 8. In harum quatuor rationum explicatione latius peruagatus ſum, quia magnum adiumẽtum afferunt ad intelligẽdum ſcripturas. Si quid tamen aliud de hac re deſideras, lege S. Tho. in. 3. parte, quæſt. 37. arti. 4. Quo in loco obiter annotabis, nominis Eſau interpretationẽ quam affert, non eſſe illius nominis, ſed alterius eiuſdem hominis (nam multis fuit præditus nominibus) nempè Edom, Alioqui nominis Eſau interpretatio ſupra à nobis tradita aut potius excogitata eſt.

In reddendis his nominum etymologijs non rarò offendunt viri alioqui doctiſsimi; quapropter diligẽter ſeruare oportet quod ſapienter admodum Hierony. in quæſt. in Geneſ. annotauit. Nominis, inquit, Græci Græca, Hebraici Hebraica ratio eſt reddenda. Nemo enim in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli ſumit ex altera. Vnde errant qui putant Sara per vnum R, ſcriptum eſſe, & poſtea à Domino alterũ additum, & quia apud Græcos centenarius numerus eſt ρ, multas ſuper eius nomine ineptias ſuſpicantur. *Ambroſius notatus.* Sarai igitur primò vocata eſt, i. princeps mea, vnius tantùm domus mater familias: poſtea verò dicitur abſolutè princeps. Ita etiam dicit Eucherius lib. 2. in Gen. cap. 25. qui vt alias ſolet, tranſcripſit ex Hiero. Ob huius præcepti ignorantiam, impegit vehementer Ioſephus, quem reprehẽdit Hiero. in epiſtola ad Euagrium de hiſtoria Melchiſedec: qui dicebat nomen Ieruſalem ex Græco & Hebraico idiomate eſſe conflatũ, *Lege gl. D. 63. c. quoniam, & ibi debis.* cum conſtet inter peritos linguæ Hebraicæ, eſſe nomen Hebræum & ſignificare pacis viſionem, ex R.a. vidit, & Salom pax. Eodem nomine Eucherius lib. 2. in Gene. ca. 17. carpit Egeſippum, quod dixerit Ieruſalem ex idiomate Græco, & Latino conſtare. Vnde rectè dixit Philoponus lib 1. de anima, cùm verſatur in expoſitione opinionis Democriti. εἴπερ ὅλως ἐτυμολογεῖται ἡ λέξις δῆλον ὅτι κατὰ τὴν πατρικὴν γλῶτταν ἐτυμολογηθήσεται, id eſt, Si etymologia reddenda eſt alicui dictioni, ex vernacula lingua deſumi oportet.

Annotare oportet in verbis Hier. ex quæſtio. in Geneſ. deſumptis, cùm interpretatur hoc nomen Sara. Quod illum quem carpſit eſt Ambroſius lib. 2. de Abrahã cap. 11. qui eo quo retulimus modo interpretatus eſt. Vnde vehementer fallitur Eraſmus, qui arbitratur interpretamentum illud fuiſſe additum ab ſtudioſo quopiam libris Ambroſianis. Sed in eundem lapidem multi illuſtres viri impegerunt, non abſque piaculo; non ſolùm ex illorum numero qui Hebraicæ linguæ præſidio fuerunt deſtituti, vt Philo Iudæus, verum etiam ex illis qui illam optimè calluerunt. vt Hiero. hic quidem vir, in comment. epiſt. ad Phile. ait, Paulum interpretari mirabilem, ac ſi eſſet Pele. cùm ſit nomen Romanũ omni carens etymologia. Et in præfa. lib. 3. epiſtolæ ad Epheſ. ait, Epheſus interpretatur voluntas mea. ac ſi eſſet Chephci.

Deinde aduerte ſæpe nomina propria in nouo teſtamento aliam formam induere ſolere;quam in veteri,ex quo deſumpta ſunt, habebant.Sic certè ſcribit Hiero.in epiſt.ad Philemo.de hac re. Hebræa nomina veteris teſtamẽti indeclinabilia ſunt,ſed in nouo ad ſimilitudinem Græcorum & Romanorum declinantur.vt Ioſeph,Ioſephus,Iacob,Iacobus,Saul,Saulus.

Adhuc etiam annotandum eſt, ex Hiero. in comment.epiſt.ad Gala.capi.4.dicente. Hanc conſuetudinem in pluribus locis ſcriptura conſeruat,vt Hebraicum verbum cum interpretatione ſua ponat.Bartimæus, filius Timæi.Aſer,diuitiæ.Golgoltha, caluariæ locus.Sebactani,reliquiſti me. Thalita Kùmi. puella ſurge.Màrana atha. dominus noſter venit. Tabitha, dorcas.& in Gene.Meſech, vernaculus.Abba,pater.Dequo dominus in Euangelio præcipit,nullum patrem eſſe vocandum,niſi deum.Lege Augu.epiſto.178.

Mat.27.
Mar.5.
Mat.23.
Abbates mo naſteriorũ.

Præterea peculiare eſt Hebræis hominis vocabula vſurpare,pro gente ſeu loco, vt,Iudas,Zabulon,Beniamin,Nephtalin, Dan, & cæteræ tribus.

Denique quærendum videtur, quam ob cauſam aliqua nomina ſunt ab interpretibus abſque interpretatione , in natiuo idiomate, ſiue Græco ſiue Hebraico, relicta. Cui quæſtioni Baſili.lib.2.contra Eunomium reſpondit, his verbis. Qui ab initio ex Hebraica lingua in Græcam traduxerunt,quædam nomina interpretari non ſunt auſi, ſed ipſam vocẽ Hebræam tranſpoſuerunt,vt Sabaoth, Adonai, nec in diuinis nominibus ſolum,verum etiam in compluribus alijs hãc reuerentiam adhibuerunt.Quando igitur illi à ſeipſis quædam nomina fingere auſi fuiſſent,qui interpretari quædam auſi non ſunt, ne incongruis verbis perſpicuitatem ſententiæ diſſoluerent.& Hiero.ni fallor,inquit.Haleluia, Amen,Marana atha , ſine interpretatione ſunt poſita,quia Septuaginta interpretes,ſiue Apoſtoli id curarunt , vt quoniam prima eccleſia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium ſcandalum innouarent, ſed ita vt à paruo imbiberant,traderent. poſtea verò quàm in vniuerſas gentes euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuerunt ſemel ſuſcepta mutari.

De hoc, libro.1.cap. 6.verſus ſinem dictũ eſt.

Lanſeptua ginta.

Quod puero nomẽ imponeretur die octauo,cùm circuncidebatur, in populo Iſraelitico,ſicut apud nos eo die,quo baptizamur, omnes affirmãt,ſed quæro,an præcederet nominis impoſitio,& poſt circunciſio ſequeretur , an vice verſa. Theophy. in comment. Lucæ.c.1.affirmat circunciſionem præcedere,& tunc demum nominis impoſitio ſequi. Illius hæc ſunt verba. Quare poſt circunciſionem imponitur nomen ? quia prius ſuſcipiendum eſt ſignaculum dei,& tunc humanum nomen. Vel aliter. Circunciſio ſignificat carnalem abiectionem, nullus igitur niſi prius abijciat & amputet carnalia dignus eſt,vt nominetur miles dei, & in libro cælorum ſcribatur nomen eius. & Euthy. cùm hęc eadem verba inculcaſſet.Lucæ.2.ſubiungit. Hoc apud nos ſimiliter fit in baptiſmate. Attamen apud Athenienſes decima nocte à natiuitate nomina imponebantur, teſte Suida in verbo δεκατεῦσαι inquit. ἔθος ἦν παίδων συγγεννωμένων τοῖς ἀθηναίοις, τῇ δεκάτῃ τῶν νυκτῶν, ἀπὸ τῆς γενέσεως συγκαλεῖσθαι τοὺς πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς οἰκείους, καὶ τοὺς ἐγγύτατα φίλους. καὶ παρόντων ἐκείνων, τά τε ὀνόματα τοῖς παισὶ τίθεσθαι, καὶ καλλιερεῖσθαι τοῖς θεοῖς. ἔπειτα εὐωχεῖσθαι τοὺς συνεληλυθότας. Hoc eſt.erat cõſuetudo apud Athenienſes orto puero,decima à natiuitate nocte, cognatos, affines & amicos maximè cõiũctos vocare,illiſq; præſentibus nomina pueris imponere,& ſacrificia dijs facere,ac tũc demũ omnibus qui illuc ſe cõtulerãt,epulas dare. Hæc ille. Romę maribus die nono,fœminis octauo, nomẽ imponebatur.& hi dies luſtrici vocabantur apud eos.

Adhuc quæri non immeritò poteſt,à quo nomina imponi ſolerent,à patre ne, an à matre? Illi quidẽ qui Hebraicam callent linguã, non ambigent,ſæpe à matribus, aut obſtetricibus,conſultis prius parentibus nomina imponi. Nã vtitur ferè ſemper ſcriptura verbo fœminino(nam talia verba apud illos ſunt) in nominis impoſitione. vt Gene. 29. Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben.& ſtatim. Vocauit nomen eius Symeon.& Gene.30. & Iudicum. 13. Denique Lucæ.Et factum eſt, inquit, in die octauo venerunt circuncidere puerum,& vocabant eum nomine patris ſui Zacharias. & reſpondens mater eius, inquit, nequaquam ſed vocabitur Ioãnes. Interdum nomina imponuntur à viris,vt Abraham.Gene.18. circuncidit omnes vernaculos. Verum hæc ex Hebraico melius quam ex Latino ſermone cognoſci poſſunt.

Annotandum eſt præterea,crebras eſſe in ſcriptu

ſcripturis, nominum propriorũ alluſiones,
ad verba, à quibus illa nomina deducuntur
& emanant: hoc ferè fit in nominibus digni-
tatis aut perſonæ. Cain, interpretatur poſſeſ-
ſio, quia poſſedi virum cum auxilio Domi-
ni: nam Cana poſſedit ſignificat. Iudas, lau-
dans, quia te laudabunt fratres tui. Iuda lau-
dauit. Eua, Chaua, ideſt vita, quia mater fuit
cunctorum viuentium. Iacob, deceptor, ſup
plantator, quia apprehenſo calcaneo Eſau ip
ſum decepit. Hæc nomina, ideo interpreta-
tione adhibita, poſita ſunt, quia maximè my
ſtica ſunt, & huiuſmodi viri præcipuè ſuſti-
nent typum futurorum.

Poſtremò annotabis interpretem noſtrũ
ſæpe nomina propria Hebraica, Latinæ red-
didiſſe linguæ: vt ſi dicerem dilectus dicit in
Pſalmo, pro Dauid dixit, & pax eius in Pro-
uerbijs, pro Salomone. Huiuſce rei multa
ſunt exempla apud Hoſeam cap. 1. Loruchâ
ma, eſt nomen p, mulieris, interpres tamen
tranſtulit, abſque miſericordia, & Lohami,
nomen viri, & interpretatur, non populus
meus. Et apud Iſaiam cap. 7. vocatur filius I-
ſaiæ, relictus eſt iaſub. Et poſtea cap. 10. reli-
quiæ conuertentur, cùm ſit nomen propriũ
Seariaſub. Et Gen. 1. appellauit lucem diem,
pro lucem Iom. &, vocauit tenebras noctẽ,
pro tenebras Laila, ideſt noctem, & vocauit
firmamentum cælum, pro Samáim, ideſt, cæ
los. Ingentem hauriet vtilitatẽ, qui hoc præ-
ceptum mente fuerit complexus.

Aliquibus pueris nomina imponebantur
octauo die, & perpetuò illo vocabantur no-
mine, alijs, priori nomini, aliud ſuperuenie-
bat nomen, obliterato priori, cùm iam ad in
tegram ac perfectam ætatem peruenerant.
At quam ob cauſam id fieri ſoleret, non erit
ſcitu iniucundum: & quidem quantum ex
ſcripturis poſſum ſubodorari, & memoria
conſequi. Illis viris quibus à prima ætate de-
bebat virtus clareſcere, à pueritia indita ſunt
nomina, nec poſtea vnquam ſunt commuta
ta: vt Noe, Seth, Iſaac. Quibus autem poſtea
augeri debebat virtus, & nomen fieri illu-
ſtrius, poſtea labente tempore nuncupatio
noua, diuino monitu, impoſita eſt, vt ex A-
bram, Abraham: ex Saulò, Paulus: ex Sarai,
Sara. Quanuis hęc rationi conſentanea ſint,
vtar tamen teſtibus omni exceptione maio
ribus. In primis Hiero. in comment. epiſt. ad
Philem. ait. Iuſſu diuino nouum nomen ſan
cti aſſumunt, vt ex Abram, Abraham: & ex

Nominum mutatio cur fiat in ſanctis.

Sara, Sarai. Et Simon, Petrus: & filij Zebe-
dæi, bene raam, hoc eſt filij tonitrui. Item
Orige. in procemio epiſto. ad Roma. inquit.
Inuenimus in ſcripturis diuinis quibuſdam
veterum commutata vocabula, vt ex Iacob,
vocatus ſit Iſrael. In euangelijs quoque ex
Simone, Petrus. Hoc ex præcepto Dei tan-
tum legimus factum. Vides quod nomina
mutari nonnunquam ſoleant. Audi nunc
quæ ſit cauſa mutationis, quam affert Hiero
ny. in poſtremis lineis lib. 4. comment. in Ie-
re. Ex verbis, inquit, & interpretatione no-
minum ſæpe res oſtenduntur. vt Abram, Sa
ræ & Petri vocabula commutata, ſignificãt
rerum mutationem. Et rurſum in comment.
epiſto. ad Roma. titulo Hieronymi, ſed re ve
ra Primaſij cap. 1. dicitur. Sancti cùm virtu-
tibus proficiunt, nomina noua illis ſolẽt im-
poni, vt eſſent ipſo nomine noui. Victor
quoque epiſcopus, Ex more, inquit, ſancto-
rum apoſtolorũ fit, vt qui in virtutibus pro-
fecerint, mutato nomine vocentur, quo ſint
etiam ipſo nomine noui. vt Cephas, filij to-
nitrui. Vnde ſancta eccleſia in conſuetudi-
nem duxit, vt quos in Cathedra beati Petri
ſublimauit, nomina eis mutet. Hæc ille. At-
que ideo Benedictus cum ſummum adijt põ
tificatum, Bonifacius vocatus eſt. Innocen-
tius quoque quartus vocabatur prius Sini-
baldus. Gregorius decimus prius Theobal-
dus. Celeſtinus quintus prius Petrus nuncu
patus eſt. Lege de hac re Auguſti. concione
1. in Pſalmum 33. & procemium ſexti De-
cretalium.

Diſſeruimus iam, de illis hominibus, quo-
rum nomina nonnunquam mutantur. De
illis etiam, quibus nomina octauo die impo-
nuntur, nec poſtea mouentur. Attamen, vt
nihil, quod ſtudioſorum animos remorari
poſſit, relinquatur intactum, de illis poſtre-
mo loco dicendum eſt, quibus ante octa-
uum diem Circuncisionis: id eſt ante Natiui
tatẽ indita ſunt nomina. Quæ de hac re Hie-
rony. in quæſt. Geneſ. ſcribit hæc ſunt. Qua-
tuor, inquit, in veteri teſtamento abſq; vllo
velamine nominibus ſuis antequam naſce-
rentur, vocati ſunt. Iſmael, Iſaac, Salomon, Iſmael.
Ioſias. lege ſcripturas. Hæc ille. Huic ſubſcri- Iſaac.
bunt ſententiæ. D. Euche. libr. 2. in Gene. ca- Salomon
pit. 26. & in quæſt. in Lucam. & S. Albinus Ioſias.
in quæſt. in Gen. In hoc tamen inter ſeſe diſ- Samſom.
ſident. quod vbi Hieron. & Euche. in Lucam
& Albinus, legunt Salomon. Euche. in Gen.

legit Samſom. Attamen nil tale de Samſone, Iudi. 13. nec in libris Regum & Paralip. de Salomone ſcriptum vidimus. Ab Eucherio in Geneſ. ſtat author ſecundi operis in Matthæum titulo Chryſoſto. ſuper illa verba. Amos genuit Ioſiam. Horum, inquit, nomen fuit prophetatum priuſquam naſcerentur. Samſom, Ioſias, Ioannes. Miror Eraſmũ alioqui diligentiſsimum, nõ animaduertiſſe mendum ſubeſſe in codicibus Hieronymianis, qui in errorem eum illexerunt, Eucherium & Albinum, & authorem illum operis in Matth. nam Latinè ſcripſit, & vt probare poſſem, plurima ex Hierony. transſcripſit. Ego vel iuratus affirmare auſim loco Samſom ſubſtituendum eſſe Samuel. Nam dubium non eſt apud illos qui in ſcripturis diuinis verſati ſunt, Samueli nomen fuiſſe impoſitum ante eius natiuitatem. Vnde Hierony. in epiſt. ad Cyprianum, ait, inter vndecim Pſalmos Moyſis, qui incipiunt à Pſalm. 89. Pſalm. 98. eſt, in quo poſitum eſt. Exaltate dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctum eſt. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, Samuel in illis qui inuocant nomen illius. Ibi nominat Samuel, quem multa poſt tempora fuiſſe cognoſcimus. Igitur dicendũ, quòd prophetatum fuit nomẽ Samuelis, ſicut nomen Ioſiæ: quando homo Dei loquitur in Samaria. Altare altare, hæc dicit Dominus, ecce filius naſcetur domui Dauid Ioſias nomen eius. Atque ita dicit etiam Hilarius in prœmio Pſalmorum. Auguſti. quoque lib. 17. de ciuita. dei cap. 14. nomen Ioſiæ affirmat ante eius natiuitatem fuiſſe illi impoſitum à Deo. Quatuor his quintum addidit Ioſephus, lib. 11. τῆς ἀρχαιολογίας. cap. 1. nempè Cyrum regem Perſarum & Medorum. ſic inquiens. κῦρος ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ θεὸς ὁ μέγιστος, τῆς οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα, πείθομαι τοῦτον εἶναι ὃν τὸ τῶν ἰσραηλιτῶν ἔθνος προσκυνεῖ. καὶ γὰρ τοὔνομά μου προεῖπεν ὀνομαστὶ διὰ τῶν προφητῶν, καὶ ὅτι τὸν ναὸν αὐτοῦ οἰκοδομήσω ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἰουδαίᾳ χώρᾳ. Hoc eſt. Cyrus rex, inquit, poſtquam Deus maximus, me totius orbis regem conſtituit: hunc eſſe credo quẽ gens Iſraelitica colit ac veneratur. Etenim hic per prophetas meum prædixit nomen, & quòd Hieroſolymis templum eius conſtructurus ſim. Et hunc ſecutus Hiero. li. 12. cõment. in Iſaiam, verſus finem inquit, Deus cum Cyro loquens. Præſertim, inquit, cum ſcias multo antequã naſcereris, tuũ nomen eſſe prædictum. Quod quidem & Ioſephus refert, legiſſe Cyrum ab Iſaia de ſe certo vaticinatum nomine. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro cuius apprehendi dexteram: & idcirco Iudæos quaſi Dei familiares plurimum dilexiſſe. Hæc ille. Sextus & vltimus his eſt annumerandus, Iob, ex illis qui antequàm lex noua lata eſſet vitæ huius curſum peregerunt, ni fallit Grego. in præfat. libr. 1. Moralium cap. 1. inquiens. Quia in libro Geneſeos Iobab de ſtirpe Eſau deſcẽdiſſe, & Balæ filio Beor in regnum ſucceſsiſſe deſcribitur, hunc beatum Iob longe ante Moyſis tẽpora extitiſſe crediderunt, more m ſacri eloquij neſcientes, quia in ſuperioribus ſuis partibus ſolet breuiter longe pòſt ſecutura perſtringere, cùm ſtudet ad alia ſubtilius enuncianda properare. Vnde & illic Iobab priuſquam reges in Iſrael exiſterent, fuiſſe memoratur. Nequaquam ergo extitiſſe ante legẽ cognoſcitur, qui Iſraeliticorum Iudicũ tempore fuiſſe ſignatur. Quod cum quidam minus cautè conſiderant, Moyſen geſtorum illius ſcriptorem putãt. Igitur ſi Gregorij ſententiam probamus, duo nobis neceſſariò tenenda erunt. Moyſen non agnoſcendum eſſe autorem libri Iob. Deinde per πρόληψιν, ideſt Anticipationẽ hiſtoria Geneſeos Iob meminiſſe. Porrò multi viri illuſtres qui Gregorium antiquitate ſuperarunt, aſſeuerant duo, dictis illius prorſus aduerſa. Primum Iob ante quam lex lata eſſet vixiſſe. Inter quos eſt Origenes, qui homi. 4. in Ezechielẽ inquit. In præſenti legimus, in peccatrice terra, hos tres viros pariter conſiſtere. Noe, qui in diluuio fuit, & Danielem, qui in captiuitate Babylonis commoratus eſt, & Iob, qui in temporibus patriarcharũ & Moyſis vixiſſe perhibetur. Hoc enim tẽpus inuenimus vitæ Iob, & lib. 3. cõment. epiſto. ad Roma. ſuper hæc verba. Scimus autem, &c. ait, Sed & Iob qui ante legem fuiſſe conſtat, ita dicit, ſi peccaui inuictus, ſi occultaui peccatũ meũ. & li. 6. cõtra Celſum inquit. Cæterùm in Iob illo, qui Moyſen anteceſsit ætate, diabolus ſcribitur coram adſtitiſſe. Theodoretus quoq; in epito. ca. de creatione. Generoſus, inquit, Iob, qui ante quàm lex ferretur, fuit virtute inſignis. Ac Euſebius Cæſar. li. 1. de demõſt. euang. c. 3. ait. ἀλλὰ καὶ ὁ ἰὼβ ἀνὴρ ὢν δίκαιος, ἀληθινός, ἄμεμπτος, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, πρὸ τῆς μωσέως χρονογ-

μεμαρ-

Marginalia (left column): Eraſmus. — Samuel. — Ioſias. — 3. Reg. 13. — Cyrus.

Marginalia (right column): Iob. — Gene. 36. — Iob quo tempore vixerit. — Origenes. — Origenes. — Origenes. — Theodoretus. — Euſebius.

tur.(& iuxta Hebræos.Iudicum.4.ceni.Exo.
6.Putiel.Exo.2.Reuel.Exo.4.Iether. Iudicũ.
Gedeon. 4.Chobab,& Cheber). Gedeon nullis cau-
Iudi 6. ſis ante præmiſsis immutati nominis, ſubito
Ozias. Ierobaal legitur.Oſias ſiue Ozias rex Iuda,
Thabor. viciſſim & Azarias vocatur. Mons Thabor,
Meridies. Ithabiricum dicitur.Rurſum Hermon,Phœ
Petrus. nices cognominãt Sanior, & Amorrhæus
cognominat eum Sanir. Eadem cæli plaga
meridiana tribus nominibus appellatur,Ne-
geb,Theman,Darom.Petrus & Simon dici-
tur & Cephas.Iudas Zelotes, in alio euange-
lio Thaddæus dicitur. Multaq; alia quæ ad
exemplum horum pertinent,ipſe ſibi de om
nibus ſcripturis lector poterit congregare.
Item in commẽtarijs Ezechielis.c.25. Quod
Idumaa. Eſau,inquit,& Seir & Edõ & Idumæa & Du
ma vna gens,appellantur his nominibus,nõ
ambiget,qui ſcientiam habuerit ſcripturarũ.
Et vt de cæteris prophetis taceam,Iſaias,Iere
mias,Amos(qui contra Idumæam & Duma
& Edom vaticinati ſunt,) Abdias propheta
totam prophetiam contra hanc dirigit na-
tionem.Origenes ſimiliter in procœmio epi-
ſtolæ ad Romanos ait.Inuenimus in ſcriptu
ris,aliquantos binis,alios etiam ternis vſos eſ
ſe nominibus,vt Salomonem eundem Idida
dici,Sedechiam eundemque Ioachim, Oziã
eundemque Azariam.Alioſque plurimos in
Regum & Iudicum libris, binis nominibus
inuenies vocitatos. Sed nec euangelia hunc
Matt.9. eundem renuunt morem.Nam & Mattheus
ipſe refert de ſe,quòd cùm tranſiret Ieſus in-
uenit quẽdam ſedentem ad Telonium nomi
Luca.5. ne Matthæum. Lucas verò de eodem dicit.
Quia cùm tranſiret Ieſus,quendam vidit pu-
blicanum nomine Leui, & dixit ei,ſequere
me. Item Matthæus dicit in catalogo apo-
ſtolorum poſt multos, Matthæus publica-
nus, & Iacobus Alphæi, & Lebbæus,& Si-
mon Cananæus. Marcus verò ita refert.
Matthæus publicanus,& Thomas,& Iaco-
bus Alphæi,& Thaddæus.Hũc eundẽ quem
Mattheus Lebbęũ,Marcus Thaddęũ poſuit.
Lucas verò ita poſuit.Mattheus,Thomas,Ia
cobus,& Iudas Iacobi.igitur eundẽ quẽ Mat
theus Lebbæũ.Marcus Thaddæũ dixit,Lu-
cas Iudã Iacobi ſcripſit.Certũ eſt autem euã
geliſtas nõ erraſſe in nominibus Apoſtolo-
rũ,ſed quia moris erat binis vel ternis nomi-
nibus vti Hebræos vniuſcuiuſq; viri,diuerſa,
ſinguli Euangeliſtæ nominum vocabula po
ſuere.Iuxta hanc conſuetudinem Paulus du

plici vſus eſt vocabulo,donec quidem genti
propriæ miniſtrabat, Saulus eſt vocatus,
quod magis appellationi propriæ vernaculũ
videbatur, Paulũ autem appellatum eſſe eũ
Græcis & Gentibus lege, & præcepta con-
ſcriberet. Nam hoc ipſum quod in Actibus
dicitur,Saulus qui & Paulus,euidenter oſtẽ-
dit non ei tunc primum Pauli nomen impoſi
tũ,ſed veteris appellationis id eſſe deſignat.

Hebręi putãt Agar eã dẽ eſſe quã Cecurã.
Hier.in.q.in Gen.Aliqui putãt Sephorã eſſe
vxorem Aethiopiſſam Moyſis Nume.c.12

Balaam Iob. 32. vocatur Eliu iuxta He-
bræos. & Philippus presbyter. lib. 1. circa
principium. Balaam ille ariolus, qui & Eliu,
ſicut parentum traditio habet.

Tribus nominibus vocatũ fuiſſe Salomo-
nẽ ſcripturę manifeſtiſsimè docẽt,Pacificum
id eſt Salomonẽ,& Iedidia, hoc eſt dilectum
Domini,& Coheleth.ideſt Eccleſiaſten, qui
cœtũ,hoc eſt eccleſiã,congregat, quem nos
poſſumus nũcupare concionatorẽ, eo quòd
loquatur ad populum,& ſermo eius non ſpe
cialiter ad vnũ, ſed ad vniuerſos generaliter
dirigitur. ex Hier.in Eccleſiaſte.c.1. Voca-
tur Lemuel,Prou.31.& Agur,Prou.30.Hoc
ſecundum editionem Vatabli. Alij dicunt
fuiſſe nomen cuiuſdam ſapientis. cuius ſen-
tentias Salomon recenſet, vt ſapientũ Tyri.

Ioakim filius Ioſię,ipſe eſt qui alio nomine
appellatẽ Eliachim,cui ſucceſsit in regnũ fili*
eius Ioachin cognomẽto Iechonias,qui tertio
mẽſe regni ſui captus eſt à ducibus Nabucho
donoſor.Nemo igitur putet eundem eſſe in
Danielis principio Ioakim qui in Ezechielis
exordio Ioachin ſcribitur.in Daniele extre-
mam ſyllabã habet Kim, in Ezechiele Chin.
Et ob hanc cauſam in euangelio ſecũdum
Matth.vna videtur deeſſe generatio,quia ſe-
cũda *τεσσαρεσκαιδεκὰς* in Ioakim filio Ioſiæ deſi-
nit,& tertia incipit à Ioachin filio Ioakim.ex
Hier.Danielis.ca.1.

Zacharias filius Barachię de quo Matthę.
23.legimus.Venient hæc omnia ſupra gene *Barachias.*
rationẽ iſtã ab Habel iuſto vſq; ad Zachariã *Ioiada.*
filiũ Barachiæ quẽ crucifixiſtis inter templũ
& altare.&.2.Paralip. 24. vocatur filius Ioia *2. Paralip.*
dæ Sacerdotis. Binomius erat igitur.Hoc ſi- *24.*
gnificauit Hiero.Mat.23.Iuſtum,inquit, vo
lunt eſſe Zachariam qui occiſus eſt à Ioas re
ge Iudæ inter templum & altare.Sicut Regũ
narrat hiſtoria.Sed obſeruandum ꝙ ille Za-
charias non fuit filius Barachiæ,ſed filius Io

iadæ ſacerdotis. Vnde ſcriptura refert. Non fuit recordatus Ioas,patris eius Ioiadæ, quia feciſſet ſibi bona. Cùm ergo & Zachariã teneamus,& occiſionis conſentiat locus, quærimus quare Barachiæ dicatᵉ filius & nõ Ioiadæ? Barachia lingua noſtra, benedictus dñi dicitur,& ſacerdotis Ioiadæ iuſtitia Hebræo nomine demõſtratur. Nec diſſentit Euthy. Multi contrariã ſententiã ſequi malũt,& inter alios Baſilius,in hom. de humana Chriſti generatione ait. Eſt traditio quæ ad nos vſq; peruenit,ꝙ Zacharias pater baptiſtæ,Mariã matrem dñi poſt domini conceptionẽ in virginum loco conſtituens, à Iudæis inter templũ & altare interfectus eſt. A populo nanq; accuſatus, ꝙ rem prodigioſam inauditamq; prædicaret,virginem videlicet parientem, citra virginitatis corruptionem. Hanc hiſtoriam fuſius narrat Gregorius Niſſe. homi. de Natali ſeruatoris noſtri. & Euthymius, & Theophi. eandem hiſtoriam narrant,& iuxta hos pater Zachariæ, & auus Ioannis vocatur Barachias. At verò Hieronymus, dicit iuxta aliquos patrem Ioannis interfectum, quia Saluatoris prædicabat aduentum. Alij dicunt fuiſſe Zachariã vnum ex 12. prophetis,vt recitant Euthy. & Theophi. nam ille filius Barachiæ fuit. Contra hos ſic loquitur Hiero. patris in eo nomen conſentit, ſed vbi occiſus ſit inter templum & altare, ſcriptura nõ loquitur, maximè cùm temporibus eius, vix ruinæ templi fuerint. Fuit igitur Zacharias filius Ioiadæ iuxta hiſtoriæ veritatem.

Baſilius.

Gregorius Niſſe.

In Pſalmi 7. titu. ſic inuenimus ſcriptum. Pſalmus Dauid quem cecinit domino pro verbis Chuſi filij Iemini. In libris Regum legimus fuiſſe filium Arachi. Dicimus ꝙ duplex fuerit nomẽ patri Chuſi, aut quod ipſe pòſt hoc cognomen ſortitus ſit, vt Iemini filius diceretur. Hic enim Chuſi Arachi filius,& ſocius Dauid,memorveteris amicitię, cùm Abſalom filius Dauid,aduerſus patrem inſurrexiſſet,finxit ſe deficere ab rege & ad Abſolomẽ transfugere,eo conſilio vt Achitophel Ducis Abſalom conſilia diſſolueret, quod & fecit,ab hoc ſtrenuo opere appellationẽ hanc conſecutus eſt Chuſi,vt Iemini filius diceretur. Iemini ſiquidem dextera interpretatur. Mos verò eſt ſcripturæ ab ſtudijs tanquam à parentibus filios denominare,vt filium pacis, filiũ ſapientiæ, filiũ perditionis, ita filius dexteræ qui cõmodus fuit amico. ex Euthy. & deſumpſit ex Homilia Baſilij quam in Pſalmum 7. edidit. Quàm à veritate abhorreant hæc quæ à nobis recitata ſunt,non ignorabunt illi qui Hebræas literas callent,tantum quippe differunt Chuſi de quo in Pſalmo, ab illo de quo in libris regum fit mentio,vt nullam prope ſimilitudinem habeant nomina apud Hebræos inter ſe. Nam in Pſal. Cus. in libris regum, Chuſai appellantur. Atque ita legimus in comment. titulo Hierony. Pſal. 7. Plerique(& maximè hi qui Hebræi ſermonis ſcientiam nõ habent) hunc pſalmum arbitrantur eo tempore eſſe cantatum,quo Chuſi filius Arachi amicus Dauid deſtruxit conſilium Achitophel. Verùm ſciendum eſt vehementer errare. Primùm quòd nomen Chuſi per çamach literam in libris Regum ſcriptum eſt, in Pſalmo verò per Sin. & tunc Æthiopem ſignificat,intelligens Saul,propter ſanguinarios & tetros mores. Hæc ille. In libris Hebræis non inuenimus nunc hanc differentiam,ſed ꝙ in Pſalmo cũ Caph, in libris Regum cũ Cheth nomina illa ſcribantur.

2.Reg.15.

Baſilius.

Hieronymi egregius locus.

Aram ille de quo apud Matthæũ dicitur, quod genuerit Aminadab,in Paralip. vocatur Ram. Vide Philip. presbyt. li. 3. in Iob ca. 1. Sed de his ſatis,nam huiuſcemodi innumerabilia exempla,quiſq;, ſi ſtudium & diligentiã adhibeat,ex ſcripturis poterit corrogare.

Ad ſecundam partem pertractandam demum accedamus, quæ profectò magnas tenebras offundet ſcripturis,niſi illis pro virili feramus opem,videlicet de ambiguitate quę fit, cùm vno nomine, res plures intelliguntur. De qua re auſpicatiſſimum faciemus exordium, ſi à diuino Baſilio in homil. Pſal. 33. circa principium, initium ſcribẽdi duxerimus. Eſt,inquit, traditio quæ ad nos vſque peruenit, reges Philiſtinorum communi nomine Abimelech vocari, proprium verò qui libet habebat, quo appellabatur. Sicut in Romano imperio licet intueri, Cæſares in commune dici palam eſt, & Auguſtos, alia verò hos habuiſſe nomina liquet. Talis fuit apud Ægyptios Pharaonum nomẽclatura, nam & ætate Ioſeph, rex Pharao dicebatur, & qui pòſt regnũ tenuit, & qui in tempore Moyſi. Sed & Salomonis tẽpore Pharao dicebatᵉ. Accepit,inquit,filiã Pharaonis,& Ieremiæ tpe fuit alius. Sic & Abimelech tẽporibus Abrahã legitᵉ fuiſſe. Rurſum tpe Iſaac, & demũ ſub Dauid,vt dicitᵉ in titul. Pſa. 33. Abimelech memoratᵉ. Abimelech igitur erat cõmune

Baſilius.

Abimelech.

Pharao.

Digitized by Google

μεμαρτύρηται. Et capit.4. Ante Moyſen fuit Iob.nam Moyſes fuit ſeptimus ab Abrahã, Iob verò quintus.& Hiero in quæſt. in Gene.ait, Qui in libro Iob vocatur Eliu,in lege vocatur Balaam qui ob munera, Iſrael maledixit.Et Philippus presbyter circa principiũ cõment. libri Iob idem affirmat. Deniq; vt in quo cœpimus finiamus.Origen.in præfa. lib.Iob à Perionio tranſlati, ait, Moyſes & Iob nõ multis tẽporibus diſiuncti ſunt inter ſe.Moyſes enim ab Abraham ſextus eſt.Iob autem quintus,Abraham,Iſaac,Iacob, Leui, Caath, Amram,Moyſes.Rurſum Abraham, Iſaac,Eſau,Raguel,Zareth, Iob. Nec te conturbet,aut è ſententia pellat, quod Euſebius Moyſen ſeptimum ab Abraham, Origenes verò ſextum ſtatuat eſſe collocandum:cùm, iuxta Epipha.li.1.contra hæreſes circa principiũ, à poſteriori numero Abraham excludendus ſit, vt maneat Iob in quinto loco. Si addatur Abraham, manet ſextus Iob. Epiphani. de Eſau loquens hæc ſunt verba. ἐξ ὧν πέμπτος κατὰ διαδοχὴν ὁ Ἰὼβ, ὑπεξαιρουμένου τοῦ Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου, ἀπὸ δὲ Ἰσαὰκ ἀριθμουμένου. In hanc eos opinionem pertraxit, quoddam prœmium libro Iob præfixum,cuius initium eſt.In terra quidem habitaſſe Iob Vſitidi &c. quod illi putant ab illius libri authore fuiſſe editum, reclamantibus Hebræis & veritate. Alteri quoq; dicto Gregorij multi non ignobiles authores repugnant, ac putant librum Iob à Moyſe fuiſſe conſcriptum,vt velut in ſpecimẽ quoddam patientiæ ac tolerantię,talem virum poſteris tranſmitteret. Iuxta illud Apoſtoli. Sufferentiam Iob audiſtis & finem eius in dño. De hac re hæc ſcribit Philippus presbyter lib.1.commen.in librum Iob cap.3. cum inquit. Poſt hæc (ſicut ait ſcriptor huius hiſtoriæ, quem Moyſen fuiſſe tradit opinio) aperuit Iob,os ſuum. Origenes in præfatiõe in librum Iob,interprete Perionio,ait. Moyſes mãdat literis Iob virtutem, ducens populum ad religionem. Si quis dicat ipſius Iob eſſe,is ex nobis intelligat,eũ non fuiſſe oſtẽtatorem,nec laudatorem ſui. Neque enim in eum, cuius vita iure reprehendi non poteſt, ſibi placentis vitium cadit. Laudet enim te, inquit,proximus,nõ os tuum. Et Rabi Moyſes Camhi in libro de authoribus bibliorũ. Denique Iſidorus lib.1.officiorum cap.12. Iob,inquit, librum Hebræi putant ſcripſiſſe Moyſen, alij vnum ex ꝓphetis. Vides quot

Quis libri Iob author extiterit.

Theodorus Abucura li. cõtra hæreſ. Acti. 2. neſcio quo ſpiritu ductus, dicit à Ioſepho ſcriptum. niſi liber mendoſus eſt.

Origenes.

Iſidorus.

ſancti fuerint in veteri teſtamẽto, quibus nomen ante natiuitatem inditum fuit? Nunc ad nouum nos teſtamentũ conferamus, in quo paucos inuenias, quibus hoc conceſſum ſit, aut fortè nullos, ſi Ioannem Baptiſtam domini præcurſorem & ipſum dominum demas. De quibus Eucherius in quæſt.in Lucam ait. In nouo teſtamento præter Saluatorem, ſolum legimus Ioannẽ Baptiſtam, qui ortu videantur eſſe iuniores quàm nomine: Hæc ille. Nam de Ioanne ſic apud Lucam legimus.Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua,& vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioãnem. De Chriſto redemptore noſtro ſic legimus apud Matthæum. Pariet filium, & vocabis nomen eius, IESVM. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ: & iterum apud Lucam. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. & Hierony. ad Paulinum. Veniam,inquit, ad Ieſum Naue,qui typum Domini non ſolùm in geſtis,verùm etiam in nomine præfert.

Ioannes Baptiſta.

IESVS.

Ponitur in ſcripturis nomen proprium pro generali,vt ad Hebræos.2.Non angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Abraham pro quouis homine accipitur: ex Theodoreto ad Hebræ. 2. ſic intelligitur illud Matth.vox in Rama audita eſt,Rachel plorãs filios ſuos.Rachel,ideſt mulieres omnes filios trucidatos plorabãt. & in Pſalmo. Vnguentum quod deſcendit in barbam barbam Aaron, id eſt ſummi ſacerdotis: & ſic vt Babylon; Sodoma, Ægyptus pro quauis gente iniqua accipitur,ita Ieruſalem,Bethlehem pro populo iuſto & electo. & in Abdia. Quomodo ſcrutati ſunt Eſau. 1. Idumæos vaſtarunt,Iob.15. implet vento ſubſolano ventrem. Apud authores ſeculi hoc creberrimum eſt, vt, aut flumen Rhenum, aut pluuius,&c.

Locus Mat. 2. expoſit. Pſal. 132.

Nominum impoſitio dominij ſignum eſt, & præcipuum. Vnde dominus volens docere Adam, quòd eum principem & dominũ omnium feciſſet, adduxit ad eum omnia, vt videret quid vocaret ea. Veluti qui ſeruum mercatus eſt, oſtendere ſe volens dominum ſerui,nomen illius mutat.Ita & Spiritus ſanctus facit, vt in electione apoſtolorum legimus in Euangelio,Simon, Petrus, & Saulus, Paulus,vocitati ſunt,& in baptiſmate quando Chriſto vnimur,& in lege quando circũ-

Chryſoſto.

Digitized by Google

Nominis impoſitio ĩ baptiſma te. quid ſi- gnificat. cidebantur Iudæi. Quò monſtrat ꝙ nominũ impoſitio dominium teſtatur. Vnde talem fuiſſe morem nouimus, quod ſeruorũ in captiuitatem abductorum nomina mutentur. Nam vt captiuos abduxit Nabuchodonoſor, Daniel, Azariam, Ananiam & Miſaelẽ, non reliquit eorum nomina prima, ſed vocauit eos, Balthaſar, Sidrach, Miſach, & Abdenago. *Chryſoſto.* Ex Chryſoſt. in Homi. quadã de ferendis reprehenſionibus & conuerſione Pauli. Item Pſalm. 3. ait, Vide ô homo Adam, cùm nondũ peccaſſet, beſtias tanquam ſeruas & obedientes habentẽ, & eis tanquã ſeruis nomina imponentẽ. Poſtquam autem aſpectũ peccato cõmaculauit, tunc eum beſtiæ non cognoſcebant, & quæ ſeruæ erant ei, hoſtes euaſerunt. *Damaſcenus.* Hoc innuit Damaſce. lib. 2, ca. 30. Vnde, inquit, animalium appellationẽ prædicẽdo, vt mancipiorũ ſuo vſui cõceſſorum tanquã dñs, indidit. Secundũ enim imaginẽ Dei, rationalis & intellectualis, & liberæ poteſtatis, factus, rationabiliter terreſtriũ principatum in manu ſuſcepit, à cõmuni omniũ opifice & dominatore. *Hieronym.* Præterea Hierony. Daniel. 1. cap. ait. Præpoſitus eunuchorum, ſanctis trib⁹ pueris immutat nomina, & Pharao Ioſeph in Ægypto appellauit Saphanat *Geneſ. 41.* pahaneah, nolens eos in terra captiuitatis vocabula habere Iudæorum. Porrò dñs in bonam partem nomina mutat antiqua, & ex rebus ponit virtutum vocabula, vt Abram appellauit Abraham, & Sarai Sara. In euangelio quoq; quondam Simon, Petri nomen accepit, & filij Zebedæi appellati ſunt filij tonitrui, Hebraicè Benereem. *Philon.* Deinde Philon Iudæus in Coſmopiia, ait, παγκάλως δὲ καὶ τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων ἀνῆψε τῷ πρώτῳ, σοφίας γὰρ καὶ βασιλείας τὸ ἔργον. Σοφὸς δ' ἐκεῖνος αὐτομαθὴς καὶ αὐτοδίδακτος χάρισι θείαις γενόμενος, καὶ προσέτι βασιλεύς. ἐμπρεπὲς δ' ἡγεμόνι προσαγορεύειν ἕκαστον τῶν ὑπηκόων. Hoc eſt, perpulchrè primo homini nominum impoſitionem defert ſcriptura: eſt enim id munus regis, & ſapientis. Sapiens quidem ille effectus eſt gratia diuina, ſine preceptoris opera. adhuc etiã rex, regis autem ſunt partes, ſubditis nomina imponere. Hæc omnia doctiſsimè & copioſiſsimè iterũ colligit Chryſoſtomus Homil. 9. de laudibus Pauli. *Chryſoſto.*

Annota. De rerum ſubditarum dominio hominũ rationem à Chryſoſt. allatam ſummè annotandam cenſeo. Nec illa inferior eſt quam affert Damaſce. *S. Thomas.* Et hunc ſecutus S. Tho. 2 2. q. 66. arti. 1. Naturale, inquit, dominium, eſt homini ſuper cæteras creaturas, quod cõpetit homini ſecundũ rationẽ, in qua imago Dei conſiſtit, manifeſtatur in ipſa hominis creatione. Geneſ. 1 1. vbi dicitur. Faciamus hominem ad imaginem noſtram & præſit piſcibus &c. *Thales.* Addit aliam rationem idem S. Thomas. Imperfectiora ſunt propter perfectiora, vt res creatæ propter hominem: omnia, inquit Dauid: ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues &c. erunt ergo vniuerſa quæ cõdita ſunt ſub hominis poteſtate. Deniq; Grego. Niſſenus lib. 1. de homine cap. 8. hanc rationem tradit. Rectus eſt hominis habitus, & ad cælum ſe ſoſtollens, ſurſumque reſpiciens, principatus hæc ſigna eſſe, certiſsimũ eſt, approbantia regiam poteſtatem. Denique quòd ſolus ita formatus eſt, cæterorũq; omniũ prona ſint corpora, & deorſum procliuius inclinata, manifeſta differẽtia eius honoris oſtenditur, dum conſtat illa quidem huius eſſe ſubiecta potentiæ, hunc autem ſupereminentis exiſtere dignitatis.

Quoniã ſemel cauſam edomãdi aut emolliendi difficultatẽ ſcripturarum recepimus, noluimus officio munerią; nobis iniũcto, aliqua ex parte deeſſe, ſed quanta diligentia & induſtria fieri põt partes noſtras tueri. Sed quamuis de nominum impoſitione multa nimis, aut fortaſſe omnia congeſſerimus, quæ pro argumenti dignitate ſufficere videbantũ, tamen vt ad cumulum diligentiæ aliquid accedat, de nominum propriorum æquiuocatione nõnihil adijcere oportet. Nam eius cognitio ad multas difficultates ſedãdas & diſſoluendas cõducit, & tenebris denſiſsimis, facem interpretationis præfert. Hæc æquiuocatio in duas diuiſa eſt partes, aut enim plura nomina eundem hominem ſignificant, vt Paulus, Saulus, aut vnico nomine, plures homines intelliguntur. vt Herodis nomine plures Iudæorum reges nouimus nuncupatos, qui tamen niſi cognominibus additis ſeiungantur & ſeparentur, nullus aſſequi poterit quis ſit de quo ſermo fiat. v. g. quis illorum pueros trucidauerit, aut Ioannem Baptiſtã è medio ſuſtulerit. De vtriſq; à nobis ſermo ſuſceptus eſt. Et primum de illis hominibus (aut reb⁹) quibus plura nomina indita ſunt. Qua de re Hiero. contra Heluidium, hæc ad verbum ſcribit. Scripturæ conſuetudo eſt, eundem hominem diuerſis nominibus nuncupare. Raguel Socer Moyſi, & Iethro dicitur. *Iethro.*

Euthymius *Hierony.* *Pharao.*

mune regni nomẽ, Achis illi additũ eſt nomẽ à natiuitate, vt traditũ eſt in hiſtoria. Euthy. eodẽ loco affert Baſilij verba à nobis citata. Itẽ Hiero. Iſaiæ. 30. ait. Pharao apud Aegyptios nomẽ eſt regiæ poteſtatis, & vnuſquiſq; ſpeciali appellabatur vocabulo, vt Pharao Nechào, Pharao Vaphre, & Abimelech cõmune nomen fuit regibus Geth. Quomodoſi nos Cæſares aut Auguſtos proprijs regum vocabulis preponamus, vt Marcianus Cęſar.

Item reges Medorũ & Perſarũ, Darij, Xerxes, & Artaxerxes vocabantur. Apud Hebræos reges Medi, Aſſueri appellabantur. Apud Babylonios, omnes illius gentis reges, Nabuchodonoſor inditũ erat illis nomẽ. V. g. alius eſt qui deſtruxit templum, & duas tribus tranſtulit in Babylonem, de quo. 4. Reg. 24. & Iere. vlt. & Danielis. 1. cuius nepos fuit à Cyro interfectus, alius Nabuchodonoſor Cyri ſucceſſor, de quo Iudith. 1. & . 2. c. Apud Syros Antiochi. Apud Iudæos ſub Babylonijs multi Iechoniæ reges fuerunt. Apud eoſdem ſub Romanis multi dicebantur Herodes. Porrò quia iſtorum, quos vltimo loco collocauimus, regum, crebrò in nouo inſtrumento nomen inferitur, res exigere videtur, vt huius quoque nominis rationẽ habeamus, & illã ex hominum pectoribus eximamus & euellamus, breuiter quidẽ, vt inſtituto noſtro par eſt. Herodes ex nationibus exteris primus Iudęorũ rex, Antipatri Idumæi filius, ex vxore Arabe, anno decimo Auguſti rex Iudeorũ à Romanis declaratus eſt. obtinuitq; regnũ. 37. annis Hic Samariã euerſam atq; in cineres collapſam, erexit. atq; in Auguſti honorem Sebaſten, hoc eſt Auguſtam appellauit. Fuit vir crudeliſsimus, nam legis interpretes & paruulos Bethlehemiticos interemit, imò nec à filio manus abſtinuit. Quod cũ Auguſto renunciatũ eſſet, ait. Melius eſt Herodis porcũ eſſe quàm filium. Hoc regnante Chriſtus fugit in Ægyptum. In eo eſt adimpleta Iacob prophetia. Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de fœmoribus eius, &c. Genuitque tres filios illi cognomines atq; duplici nomine præditos, & quartum Archelaum, quem regni reliquit hæredẽ. Primus vocabatur Herodes Antipas, ſiue Herodes Iunior, tetrarcha Galilęæ, vt apud Mat. 14. ſcriptum inuenimus. Fuit vir nefarius & omni ſcelere delibutus, abduxit vxorem à Philippo fratre, adhuc eo viuente, & Iohannem Baptiſtam necandum ſatellitibus tradidit, & dominum Ieſum Pilato remiſit, Demum, vt alia omittam, Lugduni à Cæſare Caligula relegatus eſt, vbi vitam finiuit. De illo hæc ſcribit Lucas. Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo fratre eius tetrarcha Itureæ, & Trachonitidis regionis. Secundus Herodis, Magni filius, Herodes Philippi vocabatur, fuit Tetrarcha is quoque, huic primo nuptui tradita eſt Herodias, è qua ſuſtulit filiam Salomen, quæ coram Herode Antipa ſaltauit. De ſecundo hoc Herode Hieronymus Matthæ. 14. hæc tradit. Vetus narrat hiſtoria Philippum Herodis maioris filium, ſub quo dominus fugit in Ægyptum, fratrem huius Herodis ſub quo paſſus eſt dominus, duxiſſe vxorem Herodiadem filiam Aretæ regis Perſarum, poſtea verò ſocerum eius, exortis quibuſdam contra generum ſimultatibus, tuliſſe filiam ſuam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nempè Antipæ nuptijs copulaſſe. Poſtremus Herodes nuncupabatur Agrippa, de quo in Apoſtolorum actibus refertur. quòd cum ad populum concionem haberet, & à radio ſolis, veſtis ſplendorem emitteret, acclamante concione, vocem dei eſſe non hominis, ab irato deo, cuius ipſe honorem ambiebat, percuſſus, ſcatentibus toto corpore vermibus, miſerando genere mortis perijt. hic in carcerem detruſit Petrum, & Iacobum filium Zebedæi, & Iohannis fratrem trucidare curauit. Tamen is, qui apoſtoli nomen detulerat apud Herodem, pœnitentia ductus ante apoſtoli genua procidit, dicens, συγχώρησόν μοι ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, ὅτι μεταμεμέλημαι ἐφ' οἷς ἐλάλησα κατὰ σοῦ. Hoc eſt, remitte mihi vir dei peccatum hoc, quia peccaui cõtra te. Cui diuinus apoſtulus poſt quã eum exoſculatus eſt, ait: εἰρήνη σοι τέκνον, εἰρήνη σοι, καὶ συγχώρησις τῶν πλημμελημάτων. Hoc eſt, pax tibi, pax tibi, & culpæ propitiatio. vt narrant Clemens. 7. Stromate, & Euſebius. li. 2. c. 9. & Suidas in dictione ἀγάβας. Tunc vir ille voce magna, ſe eſſe Chriſtianũ demõſtrauit, ac pro Chriſto patiens. martyrij palmam aſſecutus eſt. Nullus ex his, regni pater ni ſucceſſor fuit, ſed Archelaus ſolus, de quo Mat. Audiens quod Archelaus regnaret pro Herode patre eius. Theophy. Matt. 2. duorum tantum Herodum meminit, inquiens. Tres filios

Quot Herodes.

Macrobius li. 2. Saturnaliorũ. c. 4

Luca. 3.

Clemẽs Alexãdrinus *Euſebius Caſarienſis,* *Suidas.*

filios reliquit Herodes, Philippum, & Antipam, & Archelaum. Archelaum regem, alios autem Tetrarchas eſſe iuſsit. Timuit autem Ioſeph in terram Iſrael abire, hoc eſt in terram Iuda, eo quòd Archelaus ſimilis erat patri. At verò Antipas ipſe eſt iunior Herodes, qui præcurſorem interfecit. Nicephorus libr. tertio. capi. tertio. ait, Herodes primus annis 37. regnum Iudæorũ tenuit, poſt hunc Archelaus filius eius annos. 9. cui frater Herodes ſuccedens, iſque Baptiſtam occidit 24. annos regnauit. Deinde Agrippa qui & Herodes iunior, Iacobum interemit, & regnauit. 7. annis: huius ſucceſſor Agrippa & ipſe iunior, ſcilicet, appellatus, apud quem Paulus pro ſe cauſam dixit: viginti & tres annos, is regnum adminiſtrauit, quouſque deleta eſt Ieruſalem. Huiuſcemodi innumera in hunc locum conijci poterãt, quæ à nobis partim varijs explicabuntur locis, partim non temerè omiſſa ſunt: quia ſuſceptum munus hoc tantũ efflagitabat, vt paucis, clariſsima quæque perſequerer, & ob oculos ſubijcerem, ad horum exemplum ſtudioſus quiſque, ex diuite ſanctorũ penu, hæc ipſa poterit dilatare & locupletiora reddere.

¶ De Deo, & nominibus diuinis.

CAP. II.

Hieron. Hoſeæ. c. 2. verſus finẽ. & in prolo. li. 13. Ezechielis.

OBSCVRITAS tribus naſcitur modis, vt ait Hierony. aut rerum difficultate, aut magiſtri imperitia, aut audiẽtis nimia tarditate. Eoque ſit vt quoquo te vertas, & oculos conijcias, has tres difficultates in ſcripturis inuenias, quæ adeò ſtudioſos exercent, & intelligentiæ viam obſtruũt, vt iuxta Iſaiam domus mentis noſtræ plena ſit ignorantiæ fumo. Nam ſi alicubi verum eſt quod Democritus Abderites ait, veritatem in altiſsimo puteo eſſe demerſam & defoſſam, ibi vel maximè, cùm de Deo agitur. Ideo idoneo præceptore vti oportet & doctrina maiorũ, qui quo minus aberant à vero lumine, melius illud intuebantur. Verùm id non ſatis eſt, ſumma nanque ope niti decet, vt ad Spiritus ſancti auram aſciſcẽdam, aſpiremus, quo nobis ad has ignorantiæ tenebras expellendas & propulſandas fautrix adiutrixque ſit,

Democritus.

quam ſi nacti fuerimus, ita dextrè circa ima verſabimur & nos geremus, vt in maiorum rerum tractatione minimè collapſos fuiſſe, nec munus noſtrũ temerè obijſſe videamur. Nec nobis quod Thaleti ferũt accidiſſe, paſſos eſſe queremur, qui dum cæli viciſsitudines ſuſpiceret, & aſtrorum curſus curioſius rimaretur, in foueã incidit, quem, ſanè quàm facetè carpſit ancilla Thracenſis, inquiens, quæ in cælo ſunt perſcrutare contendis, & illa quæ manibus tractas, ante oculos verſas, ignoras? Quamobrem non leuiter nec citra Dei auxiliũ aggredi oportet arcana illa quæ diuinitus atq; ipſius Dei monitu, literis ſunt tradita, & ad quæ contuenda & perſcrutanda animus noſter hebeſcit & languet. Qui nimirũ animus ſi ſeculo defunctus nequiſsimo, pennas columbæ aſſumpſiſſet, & ſe ad excelſa perſcrutanda erigeret & ſubleuaret, nunquam in tanto verſaretur errore, nec falſò quereretur adeo ſe eſſe deſtitutum & neglectum. Nam ſicut ſpeculũ, ferrugine obductum, non poteſt nobis faciem natiuam, puram reddere ac præſentare, niſi nitidum reddatur, ita qui oculos animi ſeculi occupationibus tradidit, niſi eos prius detergere curet, diuina inſpicere non valebit, & ſi valeat, in tantum nephas impunè prorumpere nõ poterit, cum dixerit Dominus impio, quare tu enarras iuſtitias meas. Vnde præclare Lacedæmonios feciſſe legimus, qui cùm Demoſthenem quendam nephariũ hominem, optimæ & ſalutaris ſententię authorem fuiſſe cognoſcerent, probarũt quidẽ illam, ſed quendam è ſenatu virum probum & integrum elegerunt, cui vt eundem proferret ſermonẽ, demandarunt. Horum nos prudentiam ſecuti, non quendam virum vtcunque probum loquentem fecimus, ſed multos Heroes & diuinos viros, quibus tantum auctoritatis, probitas & integritas vitæ, conciliauit, & detulit, vt ſcelus inexpiabile ſit, vel tranſuerſum quidem vnguem ab ipſorum nutu aut renutu diſcedere, aut ipſorum dictis fidem eleuare velle. Totam hanc de Deo tractationem tribus capitibus abſoluere cõſtitui, primum caput, Deo & diuinis nominibus dabitur, ad quorum cognitionem nonnulla præmittenda ſunt, quæ rem totam planiorem & explicatiorem efficiant.

Thales.

Demoſthenes quidam Lacon.

Eſt non tam ſcripta, quàm nata lex, quam nõ ab aliquo didicimus, accepimus, ſed à natura ipſa arripuimus, hauſimus, vnum deum haben-

Notũ ex ſe & quo ad nos.

habendum eſſe præcipiens,& ſancte coli iubens: quæ adeò nota & cõperta hominibus & iuxta Heſiodum ἰχθύσι καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεινοῖς, eſt, vt nulla gens tam ferrea & immanis ſit, quæ in hanc inſaniam audeat prorumpere, vt dicat illud Pſalmi, nõ eſt Deus: ſi demas delyros illos & ſtupidos philoſophos, Eumerum Meſſeniũ, Diogenem Phrygem, Hipponem, Diagoram, Soſiam, Epicurum, Pherecidem Syrum, qui hoc Axioma noſtrum auſi ſunt labefactare & refellere. Cùm tamen nec apud Barbaras nationes vllus inuentus ſit, cuius mentem non imbuerit Dei optimi & maximi opinio. Nihilominus tamen ob ingenij noſtri tenuitatem & tarditatem, diuinam ſubſtantiam intelligere non valentis, perexiguam & ſubobſcurã notitiã eius tantum aſſequimur. Nam iuxta Ariſtotelem, ſicut ſe habet oculus noctuæ ad lumẽ ſolis, ita ſe habet intellectus noſter ad maniſeſtiſsima naturæ. Attamen illa quæ ex natura ſua manifeſtiſsima ſunt (vt diuina natura, & ſubſtantiæ ſeparatæ) nobis non ſatis ſunt explorata & comperta, ſed tenues veritatis fibræ ad nos permearunt. Vnde vt aptè procedamus, illum duplicem procedẽdi modum in ſcientijs, quem ex Ariſtotele colligit Philoponus in libr. 1. phyſic. hoc in loco inſeramus oportet. Dixit Ariſto. in libro de Demonſtratione duos eſſe cognitionis modos in diſciplinis, primus quidem demõſtratiuus, ſecundus verò doctrinalis ſiue diſciplinæ accommodatus. Hi modi cõditione quadam oppoſita ſe habent inter ſe. Nam demõſtratiuus ex primis & natura prioribus, demonſtrat ſequentia. Ille verò qui diſciplinæ accommodatus eſt modus, demonſtratiuus quidem eſt & ipſe, ſecundo illo demonſtrationis genere, qui ex poſterioribus natura priora demonſtrare cõtẽdit: & vocatur cõiecturalis: vt ſi quis conſpecto fumo, dicat illic eſſe ignẽ, ex poſterioribus natura quod prius eſt aſtruet. Vtimur hoc modo doctrinæ apto in nonnullis, eo quòd non poſſumus euidentiori & priori vti demonſtratione, ob rerum illarum de quibus agitur naturam, aut quia potioribus caremus, aut etiam ſi habeamus, illa nobis ſunt occulta & ignota. Sic in libris de cælo, volens figuram lunæ oſtendere qualis ſit ex eius illuminatione, oſtendit eſſe ſphæricam: cõiectura ex poſterioribus deducta, nempè ab illuminatione, lunæ figuram, quæ natura eſt prior, demonſtrauit. Cũ ediuerſo, oportuiſſet probare, à natura ipſius quintæ ſubſtantiæ cæleſtis, quæ neceſſariò orbicularis eſt. Fieri nanque non poteſt, vt corpus circulari forma deſtitutum, æternum ſit: probato nanque lunæ corpore eſſe ſphæricæ figuræ, neceſſariò colligitur, ſic illuminari. Hoc nimirum modo magis conueniebat, vt ex illis quæ magis principij naturam induunt, confirmẽtur poſteriora. Attamen quia notiores ſunt nobis lunæ illuminationes, quàm eius figura, & ſubſtantia, non immeritò ex manifeſtis non manifeſta confirmat. Vides ergo quomodo, quamuis Deus ſit ipſa lux, & in eo tenebræ non ſunt vllæ, tamen ob noſtri obtutus imbecillitatem à nobis ſanè quàm exiliter cognoſcitur, aut potius niſi ſubleuemur & erigamur ad inuiſibilis Dei cognitionem, viſibilium harum rerum adminiculo, prorſus illius cognitione carebimus. Hoc vt clarius intelligi poſsit, duo demonſtrationum genera conſtituenda ſunt. Mathematicum, quod progreditur, & procedit ex certis quibuſdam principijs adeò notis & confeſsis, vt à nullo quantumuis ſtupido & præfracto poſsint in dubium reuocari. Aliud eſt διδασκαλικὸν, quod negari non poteſt à viro prudenti & cordato, niſi prius à cõmuni ſenſu abhorruiſſe videatur, hoc vltimo modo à nobis Deus percipitur. Ex rerum, ſcilicet, creatiõe & illarum gubernatione, ex aſtrorum curſu, & temporũ mutatione & rerum viciſsitudine. Hoc innuit Damaſce. lib. 1. ca. 3. cum ait. ἡ γνῶσις τοῦ εἶναι θεὸν, φυσικῶς ἡμῖν ἐγκατέσπαρται. Hoc eſt, Deũ eſſe cognoſcere, natura nobis innatum eſt.

Deinde annotandum eſt ex Diuo Thoma. 1. par. q. 2. arti. 2. Quod duplex eſt demõſtratio, vna quæ eſt per cauſam, & dicitur propter quid, & hæc eſt per priora ſimpliciter. Alia eſt per effectum, & dicitur demonſtratio. Quia, & hæc eſt per ea, quæ ſunt priora quo ad nos. Cùm enim effectus aliquis nobis eſt manifeſtior quàm ſua cauſa, per effectũ pcedimus ad cognitionẽ cauſæ. Ex quolibet autẽ effectu poteſt demõſtrari propriã cauſam eius eſſe, ſi tamen eius effectus ſint magis noti quo ad nos, quia cum effectus dependeant à cauſa, poſito effectu, neceſſe eſt cauſam præexiſtere. Vnde Deum eſſe ſecundum quod non eſt per ſe notum, quo ad nos demonſtrabile eſt per effectus nobis notos. His præmiſsis Origenis ratio accedat, Homil. 2. diuerſorum, quæ totam hanc rem

paucis

Id eſt piſcibus & feris & volucribus.

Philoponus.

Modus cognoſcẽdi doctrinalis & Demõſtratiuus.

Hoc eſt doctrinale.

Demonſtratio quia & ppter quid ex S. Tho.

paucis demonſtrat, & ante oculos ponit, adeò doctè vt nihil ſupra. Deus, inquit, dupliciter à nobis cognoſcit, aut potius Deus cum ſit lux, dupliciter ſe nobis manifeſtat, & mundo declarat, per ſcripturam videlicet & creaturam. Non enim aliter à nobis diuina cognitio renouatur, niſi per diuinæ ſcripturæ apices, & creaturæ ſpecies. Eloquia diſce diuina, & in animo tuo eorum ecōcipe intellectum, in quo cognoſces verbum ſenſu corporeo. Formas ac pulchritudines rerum ſenſibilium intuere, & in illis intelliges Dei verbum. Hęc ille. Hoc eſt quod in Pſalmo dicitur. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamētum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ nec ſermones, non auditur vox eorum, &c. & Baſil. homil. 11. in exaëme. κόσμος ὅλος ὥσπερ βιβλίον ἔγγραφον, ἐστὶν ὑπαγορευόμενον τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν τὴν ἀπόκρυφον, καὶ ἀόρατον τῆς θεοῦ μεγαλοσύνην διὰ αὐτοῦ διαγγέλλων σοὶ τῷ νοῦν ἔχοντι εἰς κατανόησιν. Et ſtatim de ſcriptura ſubdit. Lex Domini immaculata conuertens animas.

Origenis dicus.

Porrò vt hæc propter tardiores fuſius exponantur, de vtroque diuiſionis membro agendum eſt ſigillatim: & primò teſtimonijs ſcripturarum vtamur. De quibus Damaſc. lib. 1. cap. 3. ſic ait, Quod quidem ſit Deus, ijs qui ſacras admittunt ſcripturas, vetus inquā & nouum inſtrumētum, haud quaquam in controuerſiam venit, nec plurimis quidem Græcorum. Exemplum optimum eſt illud Deutero. cap. 6. Audi Iſrael dominus Deus tuus vnus eſt. Et ad Ephe. 4. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Ait deinde Damaſcenus, plurimis Gręcorum notam eſſe Dei vnitatem. Verè vtique. Nam non ſolùm philoſophi id aſſeuerant (ſi illos quos in Atheorū albo ſupra retulimus excipias) ſed etiam poëtæ (qui maximi multitudinis deorum recipiendæ videntur fuiſſe patroni) affirmant: licet illi vni nonnūquam varias nomenclaturas imponant. Hoc affirmat Orphæus antiquiſſimus omnium poëtarum, qui eum Muſæo filio loquens in hunc modum ſcribit.

Damaſce.

Orpheus.

Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε,
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ τ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἔστ', αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιγίγνεται. οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράα θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος χωρὶς μεγάλου βασιλῆος.
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω. περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται,
Πᾶσι γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις
Ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.
Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται
Χρυσέῳ ἐνὶ θρόνῳ, γαίης ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε,
Χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
Πάντοθεν ἐκτέτακεν. περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρά,
Καὶ ποταμοί, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

Hoc eſt. Verbum diuinum reſpice fili, & illi aſside, vt ſpiritualem cordis tui cimbam moderetur, recta ingredere via. Et ſolum mundi regem intuere, qui vnus eſt & ingenitus, à quo res cunctæ ſunt creatæ, in quibus ipſe eſt. Hunc nullus vidit hominum, cùm ipſe omnes cernat. Ipſe cùm ſit bonus, malum infert hominibus, tum bellum horridum, tum luctuoſas ærumnas. Nec vllus eſt alius Deus dempto hoc rege magno. Ipſum non videmus, nebula ſiquidem cinctus eſt. Mortaliū pupillæ infirmæ ſunt, ad conſpiciēdum moderatorem rerum omnium. Ipſius ſedem æreo in cælo fixit, in quo eum aureo ſedeat throno, pedibus in terra graditur. Porrigit dexteram vſque ad Oceani limites. Ipſum timent flumina, & profundum glauci maris & cani. Et alibi iterum.

Εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος,
Εἷς θεὸς ἐν πάντεσσι. Hoc eſt. Vnus Iupiter, vnus Pluto, vnus Sol, vnus Dionyſius, vnus Deus in omnibus. Item Homerus ſub perſona Phœnicis loquentis ad Achillem ait.

Homerus.

Οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς
Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα. Hoc eſt. Nec ſi mihi Deus ipſe promitteret, ſenectutem auferens, priori me reddere ætati. Pronomen, ipſe, Deum vnum verum oſtendit: & iterum lib. 2. Iliados Vlyſſes ſic loquitur.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω.

Homerus.

Hoc eſt. Non eſt bona principum multitudo, vnus ſit princeps & vnus rex, à ſummo Ioue conſtitutus. Quæ carmina non modò in politia humana, ſed in diuina ſunt intelligenda, vt docet Ariſt. 12. metaphyſicorum in poſtremis verbis. Præterea Phocylides in poëmate admonitorio ait.

Phocylides

Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας. Hoc eſt. In primis Deum cole, poſtea autem parentes tuos. Et poſt parum.

θεύδο-

Digitized by Google

τὸν ἐπίορκον ςυγέει θεὸς ἄβροτος. id eſt, peieratorē odit de⁹ immortalis, & Euripides i Oreſte, ait.

Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλους φίλοισιν ὠφελεῖν·
Ὅταν δ᾽ ὁ δαίμων εὖ διδῷ τί χρὴ φίλων?
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς, ὠφελεῖν θέλων. Hoc eſt; in ęrumnis oportet amicis opē ferre, ſi enim fortuna fauet, quid opus eſt amicis? cū omnia abunde ſuppeditet Deus ipſe. Pindarus etiā

Pindarus. in Olympijs hymno. 1. ait. εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεται τι λαθέμεν ἔρδων, ἁμαρτάνει. Hoc eſt, qui

Sophocles. Deū latere aliquid putat, fallitur. Et hymno. 12. iterum. Adhuc Sophocles apertius, inquit enim.

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστι θεὸς,
Ὃς οὐρανόν τέτευχε, καὶ γαῖαν μακράν,
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα, κἀνέμων βίας.
Θνητοὶ δ᾽ ἡ πολλοὶ καρδίᾳ πλανώμενοι,
Ἱδρυσάμεσθα.
Θεῶν ἀγάλματ᾽ ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων, Hoc eſt,

Vnus verè, vnus eſt Deus, qui cælum & terram fecit & maris glaucam vndam, & vim ventorum. Homines tamen errore ſeducti fecimus deorum ſtatuas lapideas & ligneas. Platonis, Pythagorę & aliorum philoſophorum ſententias, hoc in loco inſerere, omitto, cum illas, Iuſtinus martyr in admonitorio gentium, breuiter collegerit. Deinde cur philoſophi ſubobſcurè de hac re locuti ſunt, ſicut & poe-

Plutarchus tæ, cauſam prodidit Plutarchus. lib. 1. de Placitis philoſophorum. c. 7. cum ait. Euripides tragicus & multi alij hoc apertè in medium afferre noluerunt, videlicet verentes Areopagi iudicium, ſignificanit autem hunc in modum Euripides, Syſiphum enim huius auctorem

Euripi. opinionis induxit, huiuſmodique ſententiæ eius, aſtipulatur ipſe. Fuit tempus, inquit, cùm ſoluta erat mortalium vita, & belluina, poſtea exploſa eſt vita quæ ſine lege erat, lege lata, poſt vbi manifeſta arcere delicta lex poterat, clàm delinquebant multi, tum quidam peritus vir mendaci adorſus oratione veritatem ſuadere mortalibus, quod Deus eſſet inſeneſcibilis perenni vita, qui hæc audit & videt & mente præpollet.

Deniq; ait Damaſcenus, plurimis Græcorum non venit in controuerſiam vnum eſſe Deum. Non negat Damaſ. quin aliqui philoſophi, qui ſuo nomine non ſunt digni, contrarium tenuerint. De quibus Plutarchus. lib. 1. de placitis. cap. 7. ait. Nonnulli philoſopho-

Diagoras. rum, quēadmodū Diagoras Mileſius, Theo-

Theodorus. dorus Cyrenenſis, Eumerus Thegeates, deos

Eumerus. nullos prorſus eſſe cenſuerunt. Eumerum autem Callimachus Cyrenenſis in Iābis ſuis taxat in hunc modum ſcribens. In ſuburbanum delubrum conferti ite, in quo iam pridem æreum qui fin xit Iouem, Inſolens ſenex, improba volumina ſcribit, nempe quæ dicunt nullos eſſe Deos. Hæc eadem ſcribit Aelianus. li. 2. Variæ hiſtoriæ. Hactenus in Damaſceni expoſitione laboraſſe ſufficiat.

Tradidit nobis ſupra, vt vidiſtis, Origenes duas rationes ſeu vias inueſtigandi Dei vnitatem. Prima fuit ex ſcripturis ſiue ſacris ſiue prophanis deſumpta, quæ à nobis pro virili abſoluta eſt. Quæ deinceps ſeſe offert, viam, qua ex creaturis aut humana ratione ſubnixis argumentis, Deus cognoſci aut inueſtigari à nobis poſſit, aperiet. Quod negabit nemo qui ſcripturas diligenter euolnerit. Nam clare id dixit Paulus Romanis ſcribens, cap. 1. ait. Inuiſibilia, inquit, Dei à creatione mundi, id eſt, poſt mundi creationem, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Hoc eſt; ſapientia Dei & potentia, poſtquam mundum ab ipſo creatum, conſpeximus, nobis nota facta eſt. & 1. Corinth. 13. Videmus in ęnigmate & per ſpeculum, &c. Sunt his locis alia duo ſimilia, quæ cùm vix à doctis intelligantur, interpretationis noſtræ faciem deſiderant. Primus eſt in libr. ſapientiæ. cap. 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. *Locus eximiè expoſitus.* Hoc eſt, Spiritus ſanctus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, impartitus eſt vniuerſo orbi, diuinarum rerum cognitionem, & ad ſui participationem pertraxit, ac rapuit, & ſubdit, τὸ συνέχον τὰ πάντα, id eſt, quod continet omnia. Hac periphraſi mundum iſtum ſignificaſſe, non obſcurum eſt illis, qui linguarum peritia ſunt inſtructi. Quia, (vt ait Plini. lib. 2. capit. 1.) eius circunflexu degunt cuncta, aut vt ait Pomponius Mela. lib. 1. cap. 1. quia vno ambitu ſe cunctaque complectitur, additque poſtea ſcientiam habet vocis, id eſt, vocalem. Hoc eſt. Quando mundum intuemur, ex illius conſpectu ad Dei contemplationem ſcandidimus, ac illo magiſtri vice vtimur, ad eius laudes contexendas, & enumerandas. Alias cæli voce & ſenſu carent. Vltimus locus eſt ex pſalmo. *De hoc Baſi ſupra.* 138. deſumptus, atque is eſt. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt non potero ad eam. *Locus non cōtēnēdus.* Hoc eſt, tam clara & expreſſa cognitio tui nobis enituit, ex me, id eſt, ex hominis creatione, vt dignis laudibus, eam cele-

Digitized by Google

brare poſſe, diffidam. Atque adhuc modum interpretatur Baſilius ſemel atque iterum in Exaemero. Quamuis Hebræorum expoſi-

Homi. 10. tio non ſit explodenda, qui legunt loco ex me, præ me, ad hunc ſenſum. Adeo hominum captum excellit & ſuperat diuina natura, vt ad eam intelligendam vires noſtri ingenij imbecilles ſint. Nonne vides quomodo ex maioris & minoris mundi cognitione, homines ad Dei contemplationem rapiantur? Hoc ſignificauit Baſilius. Homil. 1. Exaem. de mun-

Baſilius. do loquens, cùm ait. ἐπείπερ τῷ ὄντι ψυχῶν διδασκαλεῖον λογικῶν. καὶ θεογνωσίας ἐστὶ παιδευτήριον διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ αἰσθητῶν, χειραγωγίαν τῷ νῷ παρεχόμενον πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν ἀοράτων, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος. ὅτι τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Hoc eſt, vere mundus eſt ludus literarius in quo animæ noſtræ Dei cognitionem perdiſcunt, qui per res viſibiles & ſenſibiles, adminiculum menti præbet, vt ad inuiſibilium rerum contemplationem admittatur, quemadmodum ait apoſtolus, quod inuiſibilia ipſius, à conſtitutione mundi, ex operibus intellecta conſpiciuntur. Atq; in eadem Homi. bis eandem

Baſilius. ſententiam inſerſit, rurſum & Homi. 6. verſus finem. Item ho. 11. ait. οὐ γὰρ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἐγένου, ἢ ἵνα ὄργανον ᾖς ἐπιτήδειον τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, καὶ γάρ ὁ κόσμος οὗτος ὅλος ὥσπερ τι βιβλίον ἔγγραφόν ἐστιν, ὑπαγορευόμενον τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν. τὴν ἀπόκρυφον, καὶ ἀόρατον τοῦ θεοῦ μεγαλωσύνην δι' αὐτοῦ διαγγέλλον σοι τῷ νοῦν ἔχοντι, εἰς κατανόησιν ἀληθείας. Hoc eſt. Non ob aliam cauſam ò homo procreatus es, niſi vt eſſes aptum inſtrumentum ad gloriam nominis Dei propagandam. Nam vniuerſi orbis iſtius moles & machina, eſt veluti quidam liber ſcriptus, Dei gloriam prædicans ac vndique diffundens, & arcanam & inuiſibilem Dei maieſtatem per ipſum manifeſtans, tibi qui intellectu viges, vt

Theodoretus. ad veritatē poſſis peruenire. Adhuc & Theodoretus. libr. de Dijs & Angelis ait, ſapienter quidam noſtrorum è creaturarum magnitudine ac ſpecie, proportione quadam, generationis auctorem ſpectari aiūt. Neq; enim qualia ſunt opera, talis continuo ipſe eſt opifex, nec quanta hæc ſunt, tantus & ille eſt. Hæc enim poſſunt contrectari manibus, & nonnullos defectus adiunctos habent. Ille autem nec tangi, nec videri poteſt, nec pati, nec, vt opera ab eo facta, vllam ſubit circunſcriptionem. Valde igitur appoſitè, proportione quadam addidimus. Etenim cùm cæli conuexa, terræ latitudinem, mariumm tractus, ſplendorem ſolis & lunę cæteraque huiuſmodi contuemur, nequaquam his rebus factorem parem facimus, ſed infinita pulchritudine, potiorem illum ſuis operibus aſſerimus, vt meritò ſapiens ille dixerit, ex magnitudine & ſpecie creaturarum generationis auctorem ſpectari. Nam in mundi fabricam oculos intendentes, illius magnitudinem & pulchritudinē miramur, & quæ ex ea ſeſe fundit rerum vtilitatem. Intellectus autem noſter, omiſsis his, ad opificem illum procurrit, qui hæc omnia ſapienter extruxit. Vnde apoſtolus ait. Inuiſibilia ipſius à creatura. Deinde Dionyſ. in lib. De diuī. nomi. cap. 7. ait. Quo- *Dionyſius.* modo nos Deum ſcimus, qui nec intelligibilis, neque ſenſibilis, nec omnino quicquam intelligibilium eſt? Fortè id veraciter dicemus nos Deum non ex ipſius natura cognoſcere (id nempè ignotum eſt omnemque ſuperat ſenſum) ſed ex creaturarum omnium ordinatiſsima diſpoſitione vt ab ipſo prodeunte, imagines quaſdam & ſimilitudines diuinorum exemplarium præſe ferente, ad id quod ſupra omnia eſt via & ordine aſcendimus, per ablationem & ſupereminentiam, ad omnium cauſam. Ideo in omnibus Deus agnoſcitur, & ſeorſum ab omnibus. Cognoſcitur per ſcientiam & ignorationem Deus, *Cognoſci tur Deus affirmatione & negatione.* eſtque ipſius & intelligentia, & ratio & ſcientia, & tactus & ſenſus & opinio & imaginatio & alia omnia. Et neque intelligitur neque dicitur neque nominatur, neque eſt aliquid eorum quæ ſunt, nec in aliqua creatura cognoſcitur, & in omnibus omnia eſt & in nihilo nihil, & ex omnibus à cunctis cognoſcitur, & ex nullo à nemine. Ex ſubſtantijs etiam omnibus celebratur, iuxta analogiam illarum rerum quibus eſt cauſa. Quin & Damaſcen. *Damaſcen.* lib. 1. cap. 1. ait. Non deſeruit nos Deus in ignorantia profunda, quin cunctis cognitio quòd Deus ſit, ab ipſo naturaliter inſita eſt. Sed & ipſa mundi creatura & eius coaptatio pariter & gubernatio, magnitudinem diuinæ inſinuat naturæ, & Deus ipſe primò per legem & prophetas, deinde per vnigenitum filium ſuum nobis ſui notionem impartitus eſt. Ammonius quoque illuſtris philoſophus in præfatione prædicamentorum, *Ammonius* ait. Finis philoſophiæ eſt noſſe omnium principium. Sed quæ nos illuc perducunt? Doctrina eorum quæ in tempore ac mutatione conſiſtunt, cuiuſmodi ſunt generabilia & corru-

Digitized by Google

& corruptibilia, ab his enim nos, Mathematicarum ſubſidio, ad ſempiterna & eodem modo ſe habentia, ſubducimus. Talia ſunt cæleſtia, ideoq; per illa ad incorporeas ſubſtantias vſque ad primam omnium cauſam tranſcendimus. Nam cùm omnis motus ſit, vel ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quantitatē, aut qualitatem, aut locum, quæ generantur & intereunt iuxta omnes motus mouentur. cæleſtia verò locali tantum motu cientur.

Quare recto ordine procedendum eſt, ab his quæ multiplici genere, ad ea que vno ſolo modo mouentur, atq; ita ad immobile, & eodem modo ſe habens, principium. Ne iuxta Oraculum ὑπερβαίημεν πόδ' ἀπείμετον, ideſt vltra gradum pedem mittamus. Si enim à corporibus ad primum omnium principium repente ſcandere voluerimus, arbitrabimur illud quoq; eſſe corpus, & figura definitum.

Eneade prima. Ideo ait Plotinus, tradenda ſunt pueris Mathematica, vt incorporeæ aſſueſcant naturæ. & his addit Ammo. in Iſagoge Porphyrij. Nam ſi Iuuenes à naturalibus ad diuina traducere voluerimus, cæcos faciemus, quemadmodum ſi quis ex domo tenebroſa in claram exire voluerit, in ea prius morari debet, in qua mediocre lumen ſit, & poſtea in lucidam deuenire. Sic à naturalibus per mathematica ad diuina conſcendent Iuuenes. Si plura de hac re noſſe deſideras, lege Cyrillum. libr. 3. ſuper Ioannem. cap. 3. &. 12. & lib. 11. cap. 8. & doctiſsimos & eloquentiſsimos decem libros diui Theodoreti de prouidentia Dei, & Damaſce. lib. 1. c. 3. & Cice. 1. Tuſcu. & Gregori. Nazianze. li. 2. Theologiæ.

Philo Iude. Præterea Philo Iudæus. li 2. allegoriarum ſacrarum legum ante medium, ait. ἐζήτησαν οἱ πρῶτοι, πῶς ἐνοήσαμεν τὸ θεῖον. εἶθ' οἱ δοκοῦντες ἄριστα φιλοσοφεῖν, ἔφασαν ὅτι ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ τῶν μερῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐνυπαρχουσῶν τούτοις δυνάμεων ἀντίληψιν ἐποιησάμεθα τοῦ αἰτίου. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἴδοι δεδημιουργημένην οἰκίαν ἐπιμελῶς, καὶ πυλαίοις, στοαῖς, ἀνδρῶσι, γυναικωνίτισι, τοῖς ἄλλοις οἰκοδομήμασιν ἔννοιαν ἀντιλήψεται τοῦ τεχνίτου. οὐ γὰρ ἄνευ τέχνης καὶ δημιουργοῦ νομιεῖ τὴν οἰκίαν ἀποτελεσθῆναι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ πόλεως, καὶ νεώς, καὶ παντὸς ἐλάττονος ἢ μείζονος κατασκευάσματος. οὕτω δὴ καὶ εἰσελθών τις ὥσπερ εἰς μεγίστην οἰκίαν ἢ πόλιν τόνδε τὸν κόσμον, θεασάμενος οὐρανὸν ἐν κύκλῳ περιπολοῦντα, καὶ πάντα ἐντὸς συνειληφότα, πλανήτας δὲ καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως κινουμένους, ἐμμελῶς τε καὶ ἐναρμονίως, καὶ τῷ παντὶ ὠφελίμως, γῆν δὲ τὸν μεσαίτατον χῶρον λαχοῦσαν, ὕδατός τε καὶ ἀέρος χύσεις ἐν μεθορίῳ τεταγμένας, ἔτι ζῷα θνητά τε αὖ καὶ ἀθάνατα, καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν διαφοράς, λογιεῖται δήπου, ὅτι οὐκ ἄνευ τέχνης παντελοῦς δεδημιούργηται, ἀλλὰ καὶ ἦν καὶ ἔστιν ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργὸς θεός. οἱ δὴ οὕτως ἐπιλογιζόμενοι, διὰ σκιᾶς τὸν θεὸν καταλαμβάνουσι, διὰ τῶν ἔργων τὸν τεχνίτην κατανοοῦντες. ἔστι δέ τις τελεώτερος καὶ μᾶλλον κεκαθαρμένος νοῦς, τὰ μεγάλα μυστήρια μυηθείς, ὅστις οὐκ ἀπὸ τῶν γεγονότων τὸ αἴτιον γνωρίζει, ἀλλ' ὑπερκύψας τὸ γενητὸν ἔμφασιν ἐναργῆ τοῦ ἀγενήτου λαμβάνει, ὡς ἀπ' αὐτοῦ αὐτόν.

Hoc eſt, ſicut ex domo pulcherrimè constructa artificem cognoſcimus, ita Deum ex mūdi huius eximia venuſtate. Eandem ſententiam Theophilus. libr. 1. Ad Autolicum his verbis explicauit. *Theophilus* Πάντα ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, ἵνα διὰ τῶν ἔργων γινώσκηται, καὶ νοηθῇ τὸ μέγεθος αὐτοῦ. καθάπερ γὰρ ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ οὐ βλέπεται, ἀόρατος οὖσα ἀνθρώποις, διὰ δὲ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος νοεῖται ψυχή, οὕτως ἔχοι ἂν καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρωπίνων. διὰ δὲ τῆς προνοίας, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. ὃν τρόπον γὰρ καὶ πλοῖον θεασάμενός τις ἐν θαλάσσῃ κατηρτισμένον, καὶ τρέχον καὶ κατερχόμενον εἰς λιμένα, δῆλον ὅτι ἡγήσεται, ἐν αὐτῷ τὸν κυβερνῶντα εἶναι αὐτό. οὕτω δεῖ νοεῖν τὸν θεὸν κυβερνήτην τῶν ὅλων, εἰ καὶ οὐ θεωρεῖται ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις, διὰ τὸ αὐτὸν ἀχώρητον εἶναι. εἰ γὰρ τῷ ἡλίῳ ἐλαχίστῳ ὄντι στοιχείῳ οὐ δύναται ἄνθρωπος ἀτενίσαι, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θέρμην καὶ δύναμιν, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ ἀνεκδιηγήτῳ οὔσῃ, ἄνθρωπος θνητὸς οὐ δύναται ἀντωπῆσαι.

Hoc eſt. Deus, quæ nuſquam erant, ad eſſe perduxit, vt per opera cognoſceretur illorū auctor, & magnitudo eius intelligeretur. Et quemadmodum anima in homine exiſtente non videtur, eſt quippe homini inuiſibilis, at tamen ex motu & agitatione corporis illic eſſe intelligitur, ſic Deus cum ab humanis oculis videri nequeat, ex rerum gubernatione & ex operibus ab ipſo editis conſpicitur. Deinde veluti qui nauem ſe agitantem & in portu ſe recipientem viderit, aſſeuerabit illic eius gubernatorem diuerſari, ſic exiſtimari oportet deum eſſe mundi rectorem & gubernatorem. Quamuis oculis carnis intueri non poſsit, eſt enim ipſe è captu humano imperceptibilis. Nam ſi in ſole oculos defigere, ob excellentem vim, qua præditus eſt, non ſufficimus, quomodo ad gloriam Dei inenarrabilem contuendam poterimus ſtare? Poteramus hoc in loco eruditiſsimas rationes quas tradidit Sanctus Thomas prima parte ſubijcere,

cere, ſed illas miſſas facere decreuimus, partim ne longiores ſimus quàm inſtituti noſtri ratio efflagitat, partim ne ſuperuacaneum videatur, labores noſtros illi rei deſtinare & conſecrare velle, quæ citra puluerem & laborem ſeſe offert, volenti illius viri lucubrationes conſulere. Vides quomodo ex creaturis, tanquam ex vngue leo, Deus à nobis intelligi poteſt? attamen quandiu ſumus in hoc corpore & peregrinamur à domino, hac ſimus communi cognitione contenti, quæ tamen parum lucis & claritatis in animis noſtris ingenerant. Nam ipſamet diuina eſſentia clare & diſtinctè à nobis intelligi non poteſt, niſi animus noſter liber & ſolutus ſit à corpore, & ſegregatus ab omni labe & concretione mortali. Vnde Gregor. Nazianzen. in oratione de obitu Cæſarij, ait, Dei paruum defluxum in hoc percipimus ſeculo, quale vel in ſpeculis imaginari poſſemus, aut ænigmatibus, poſt hæc fonte boni ipſius perfruemur, pura mente, puram veritatem intuentes, mercedemque hanc laboris hic exhauſti, inueniemus, & perfectius bono perfruamur perfecto, & illud contemplemur qui ſacræ finis eſt diſciplinæ.

Quia iuxta philoſophorum præcepta nomina ambiguæ & variæ ſignificationis, prius ſunt explicanda & interpretanda quam definienda, oportet, quid hoc nomen Deus ſignificet aperire, & curioſius rimari. θεὸς, hoc eſt, Deus, iuxta Damaſcen. libr. 1. capit. 12. dicitur, vel à θεῖν, ideſt, currere vel diſponere vniuerſa, vel ab αἴθειν, ideſt, vrere nam Deus ignis eſt iniquitatem noſtram abſumens, vel à θεᾶσθαι, ideſt, intueri omnia, cùm nihil illũ latere poſsit, qui omnium rerum inſpector eſt. Intuetur enim omnia prius quam deducantur ad ortum, iuxta voluntatem eius quæ à tempore non pendent, & deſumpſit ex. 4. libr. Theologiæ Gregori. Nazianzen.

Etymon nominis θεος. *Damaſce.*

Item Theodoretus in libr. de principijs ait, Mihi videntur primi homines Græciæ ſolos eos eſſe Deos putaſſe, quos nunc Barbarorum plurimi arbitrantur Deos eſſe, ſolem videlicet, lunam, terram, ſtellas cælumque ipſum. Videntes itaque hæc currentia, de natura curſus illius quem videbant, θεοὺς, ideſt, Deos vel currentes nominabant, & tranſcripſit ex Platonis Cratilo hæc omnia Theodoretus. Dionyſius quoque. 12. capit. Diuin. nomin. ait. Deitas. Græcè θεότης, ideo dicitur, quod proſpiciat cuncta prouidentia, bonitateque omnigena, aut quod circum omnia currat cunctaque contineat, & ſe, repleat, & cuncta tranſcendat, quæ prouidentia eius gubernantur. Præterea Theophilus ſextus Antiochenæ eccleſiæ pontifex. libr. 1. ad Autolycum ait, θεὸς λέγεται, διὰ τὸ τεθεικέναι τὰ πάντα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀσφαλείᾳ, καὶ διὰ τὸ θέειν. τὸ δὲ θέειν, ἐστὶ τὸ τρέχειν, καὶ κινεῖν, καὶ ἐνεργεῖν, καὶ τρέφειν, καὶ προνοεῖν, καὶ κυβερνᾷν, καὶ ζωοποιεῖν τὰ πάντα. Hoc eſt, Deus dicitur à verbo τίθημι, ideſt, pono, quia omnia in eo poſita ſunt, aut à verbo θέω curro, quia per omnia currit, & omnia mouet, in omnibus operatur, omnia alit & gubernat, & omnibus vitam tribuit. Poſtremam etymologiam huius nominis quæ cæteris videtur eſſe alienior à veritate, affert Clemens Alexandri. in poſtremis lineis primi Stromatis. θεός, inquit, παρὰ τὴν θέσιν εἴρηται, καὶ τάξιν τὴν διακόσμησιν. Hoc eſt, dicitur Deus quia diſponit & gubernat omnia.

Theodoret⁹ *Dij Græcorum.* *Plato.* *Theophilus Antiochen⁹* *Clemens. Alexandr.*

Poſtquàm nominis huius θεὸς etymologiã explicauimus, de multiplici eius ſignificatione agendum eſt, de qua ſic ait Gregorius. 8. homil. Ezechielis. In ſcriptura ſacra, aliquando Deus nuncupatiue, aliquando eſſentialiter dicitur. Nuncupatiuè eum dicitur, Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, & ſicut Moyſes ait, ſi quis hoc vel illud fecerit applica illum ad Deos, ideſt, ſacerdotes. Qui rurſum dicit. Dijs non detrahes, & ſicut Pſalmiſta ait. Deus ſtetit in Synagoga deorum, in medio autem Deos diſcernit. Eſſentialiter autem Deus dicitur, ſicut ad Moyſen dicitur. Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Vnde Paulus volens nuncupatiuum Dei nomen ab eſſentiali diſcernere, de redemptore noſtro locutus eſt dicens. Quorum patres ex quibus Chriſtus ſecundum carnem qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Qui enim nuncupatiue dicitur, Deus inter omnia, qui vero eſſentialiter Deus ſuper omnia eſt. Vt ergo oſtenderet Chriſtum naturaliter Deum, non hunc Deum tantummodo, ſed Deum ſuper omnia eſſe memorauit. Quia electus quiſque, vel in exemplo iuſtitiæ, excellendo, dici Deus poteſt, ſed inter omnia, quoniam nuncupatiue Deus Chriſtus autem Deus eſt ſuper omnia, qui naturaliter Deus. Vnde eum Ezechiel, Deum ſublimem nominat. Hoc iterum inculcat Homil. 15. in eundem

Deus nuncupatiue & eſſentialiter dicitur. *Exod 12. & 22.* *Pſal. 81.* *Exod. 3.* *Ro. 9.* *Ezech. 1.*

eundem prophetam.& Ambro.lib.5.de fide cap.2.

Deus de tribus perſonis aut de tribus dicitur ſimul.

Deinde, Deus in ſacris literis pro tota interdum accipitur triade. vt deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. Interdum pro vnaquaque trinitatis perſona, præſertim ſi eodem in loco fiat mentio alterius perſonæ diuinæ. vt in Gen. 19. Pluit dominus ſuper Sodomam ſulphur & ignem à domino. & in Symbolo. deum de deo. & ad Ro. 1. ſegregatus in euangelium dei, quod ante promiſerat per prophetas, de filio ſuo. Hæc quæ nos fuſius explicauimus, breuiter innuit Cyrillus. libro. 9. Theſauri capit. 3. Item. S. Th. 1. parte. q. 39. Art. 4. eandem ſententiam amplectens, ſic explicauit. Quandoque hoc nomen deus ſupponit pro eſſentia, vt cum dicitur. Deus creat. Quia hoc prædicatum competit ſubiecto ratione formæ ſignificante, quæ eſt deitas. Quandoq; vero ſupponit, pro perſona vel vna tantum. Vt cum dicitur. Deus generat. Vel pro duabus. vt cũ dicitur Deus ſpirat vel pro tribus vt cũ dicitur. Regi ſeculorũ immortali inuiſibili ſoli deo. 1. Timo. 1. Hęc ille.

Quatuor modis deus accipitur in ſcripturis.

Adhuc ſunt etiam nonnullæ huius nominis acceptiones æquè ac ſuperiores commendandæ memoriæ, de quibus optimus auctor Euthy. Pſal. 49. ſic ſcribit. Nomen Deus apud ſcripturam quatuor aſſumitur modis. Et primo quidem deum dicimus illũ qui rerum omnium creator eſt & dominus. Secundo per ſimilitudinem & imitationem

Pſal. 49.

Deum appellari videmus. vt in Pſalm. Deus deorum dominus locutus eſt, & vocauit terram à ſolis ortu vſq; ad occaſum, id eſt Deus ſanctorum aut principum locutus eſt per prophetas. (Vel deorum appellatione eos intellige qui ad imaginem dei procreati, integram & incorruptam imaginem ſeruarunt.)

Pſal. 81.

Item. Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem Deos diiudicat. Et, Ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes. Item.

Exod. 22.

Dijs non maledices, & principibus populi tui non dices malum. Manifeſtum eſt enim huiuſmodi nomine, eos vocari, qui per virtutem deum verum imitantur, quique veluti principes & Iudices, regendo, imperando, iudicando deo ſimiles facti ſunt. Hac ſecunda acceptione apoſtoli vocitur Dij. Vnde Hieron. circa principium. lib. 3. in Mat. ait. Cum enim dixiſſet Chriſtus apoſtolis. Quem me dicunt eſſe homines. Subiecit. Vos quem me eſſe dicitis. Hoc eſt vos dij quẽ me exiſtimatis

Tertio modo, ait Euthy. ibidem, deum diciinuenimus iuxta analogiam, eo modo quo Moyſes Pharaonis deus dictus eſt. Veluti qui magna aduerſus illum miracula & prodigia operabatur, qui eum caſtigabat, qui pro arbitrio flagella inferebat, qui ſententiæ ſuæ prophetam habebat Aaron, & demum qui vitæ & mortis dominus ab illo eſſe ferebatur. Nec diſſentit ab illo Hiero. Ezechie. 44. cum ait. Deus in ſcriptura dicitur qui habet poteſtatem iudicandi de hominibus. Vnde in Pſa. Deus ſtetit in Synagoga deorum. Differt, inquit, Euthy. eodem loco, hæc ſignificatio à ſecunda. quia hic ſimpliciter non dicitur deus, ſed cum adiectione, Deus Pharaonis.

Quarto, inquit Euthy. dicitur deus ex colentium errore, iuxta quam ſignificationem legimus. Ite & clamate ad deos quos elegiſtis. Et iterum. Non facietis vobis deos argenteos aut aureos. Nec ab illo diſſidet Chryſo. ho. 8. in poſteriorem epiſto. ad Corin. Solet, inquit, ſcriptura ſæpe vocare deũ, non à dignitate eius qui ſic appellatur, ſed ab infirmitate ſubditorum. Vt quando Mamona dominum dicit, aut ventrem deũ. quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorũ. At non ſimpliciter vel venter deus vel Mamona dominus, ſed illorũ tantũ dominus, qui ſeſe illis ſubmittunt. Hæc ille. Locus exigebat vt de origine Idololatriæ aliquid ſcriberemus, attamen hanc rẽ diligenter explicabimus in titulo obſeruationũ ſcripturarum.

Nomẽ θεός, cũ articulo. & ſine eo cuiuſpondeis.

Porrò diligenter aduerte nomen iſtud Deus interdum abſque articulo poni, & tunc ex antecedentibus intuendum eſt an de deo vero dicatur, vel de falſo, nam de ambobus dicitur. Deinde his addit Aug. lib. 1. quæſt. in Gen. quæſt. 105. ſi articulus additus nomini deus ſit, euidentiſſime verus deus ſignificatur. vt Gen. 33. Propter hoc vidi faciem tuam, quemadmodum cum videat aliquis faciem dei. Lege titulum noſtrum de articulo & eius Emphaſi.

Cum idem nomen tam deo vero quam falſo in ſcripturis tributum ſit, oportet omnem lapidem mouere, & ingentem adhibere cură, ne labamur verbo, ſed diſtinguere ſciamus quando deo vero, & quando falſo nuncupatio hæc deferenda ſit. Nam ſi ita hallucinati fuerimus, vt luci, tenebrarum nomen aſſignemus,

Iſaia.5. mus, audiemus vtiq; quod ait Iſaias. Væ qui dicunt bonum malum & malum bonum, po nentes tenebras lucem & lucem tenebras. Quare oportet Irenæi verba in promptu habere. lib. 3. cap. 6. quæ ſic ſe habent. Cum eos qui non ſunt Dij ſcriptura nominat, non in totum oſtendit illos eſſe deos, ſed cum aliquo additamento & ſignificatione, per quam oſtendunt non eſſe dij. Quemadmodum apud Dauid. Dij gentium Idola dæmoniorum. Et, Deos alienos non ſectabimini. Ex hoc quod dicit. Dij gentium, in malam accipitur partem. Nam gentes verbum domini neſciebāt, & alienos deos nominans eos abſtulit quod ſint dij. Et Iſaias. Confundantur omnes qui blaſphemant Deum, & ſculpunt inutilia, & ego teſtis, dicit dominus. Abſtulit quod ſint dij, ſolo autem vtitur nomine, ad hoc vt ſciamus de quo Deo dicit. Et Ieremias. Dij qui non fecerunt cælum & terram, pereant de terra, quæ eſt ſub cælo. Ex eo quod participationem eorum adiecit, oſtendit eos non eſſe deos, & paulum infra addit Irenæus. Et Paulus de Antichriſto loquens, ait. Qui aduerſatur & extollit ſe, ſupra omne quod dicitur Deus, vel quod colitur, eos qui ab ignorantibus Deum, dij dicuntur, ſignificat, hoc eſt idola. Etenim pater omnium, Deus dicitur & eſt, & non ſuper hunc extolletur Antichriſtus, ſed ſuper eos qui dicuntur quidem, non ſunt autem dij. Alio etiam ſigno diſtingui poſſe Deum verum à falſo ſcribit Orige. homi. 14. Nu. circa principium. In Hebræorum, inquit, literis nomen Dei diuerſe ſcribitur. Aliter enim ſcribitur Deus quicunque Deus, aliter Deus ipſe, de quo dicitur. Audi Iſrael, dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Iſte ergo Deus Iſrael, Deus vnus, & creator omnium, certo literarum ſigno ſcribitur, quod apud illos tetragrammaton dicitur. Si quando vero ſub hoc ſigno ſcribitur Deus, nulla eſt dubitatio quin de Deo vero dicatur, ſi quando vero alijs, ideſt, communibus literis ſcribitur, incertum habemus vtrum de Deo vero, vel de aliquo ex illis dicatur, de quibus apoſtolus, ſunt qui dicantur dij ſiue in cælo ſiue in terra, ſicut ſunt dij multi & domini multi, nobis tamen vnus eſt Deus pater, &c. *Loc' Pauli.*

Deus verus à falſo quo modo ſeiun gitur.

Cum nomina quę Deo tribuuntur ex humanis rebus deſumpta ſint, vt Deus ab hominibus cognoſci potuit, ſic nomina illi indita ſunt. Atque ideo cum diuina eſſentia, ab humano obtutu conſpici non poſſet, ex creaturis, veluti per gradus, ad eius cognitionem conſurgit. Hoc dupliciter, aut per negationes, & ablationes tantum, vt cum Deus, inuiſibilis & incomprehenſibilis, vocatur, & per negationes quæ poſitionibus ſuperueniunt, vt cum dicimus, Deus non eſt bonus, ſed, vt ita dicam, ſupra bonus, non eſt ſapiens, ſed ſupra ſapiens, non eſt vita, ſed ſupra vita. Et nomina per negationes effecta, maximè Dei infinitati conueniunt, præcipue ſi ſint excellentis negationis nomina. Aut ſecundo per poſitiones Deus cognoſcitur, vt ſapiens, bonus, & hæc non tam diuinam infinitatem explicant ac ſuperiora. Quapropter cum nomina ex rebus ſenſibilibus trahant originem, nequeunt diuinam eſſentiam nobis exactè referre & ante oculos ponere, ſed illis, vt adminiculis vtimur, vt ad diuina aliquo modo ſubleuemur. Ideo, (vt ait Iuſtinus in admonitorio). Quando Deus ad Hebræos miſſurus erat Moyſen, nullum peculiare nomen ſui ipſius Deus illi inſinuauit. Neque enim Deo proprium nomen aptari poteſt, quippè cum nomina ſubiectis rebus, quæ diuerſa ſunt, declarandis apponuntur. Deo autem neque quiſquam fuit prior, qui ei nomen imponeret, nec ipſe ſeipſum nominare oportere conſtituit, vnus & ſolus exiſtens, vt ipſe per prophetas ſuos teſtatur, inquiens. Ego primus & nouiſsimus, & præter me *Iſaia.41.* non eſt alius Deus, ob id igitur nullius nominis Deus fecit mentionem, cùm Moyſen ad Hebræos deſtinaſſet, ſed vi cuiuſdam participij, ſe vnum & ſolum Deum myſticè docuit. Ego ſum exiſtens. Diſtinguens ſe ab *Exod.3.* his qui non ſunt, vt homines cognoſcant errantes, ſe eſſe cultores deorum, qui non ſunt. Et Auguſt. in. libr. 1. de doctri. Chriſtian. cap. 6. ait. Deus cum de illo nihil dignè dici poſſit, admiſit humanæ vocis obſequium, & verbis noſtris, in laude ſua gaudere, nos voluit. Nam inde eſt quod & dicitur, Deus. Non enim reuera in ſtrepitu duarum ſyllabarum ipſe cognoſcitur, ſed tamen omnes Latinæ linguæ ſocios, cum aures eorum ſonus iſte tetigerit, mouet ad cogitandam excellentiſſimam quandam immortalemque naturam. & capit. 8. addit. Vnde omnes qui de Deo cogitant, viuum aliquid cogitant, quia viuentia non viuentibus anteponunt. Deinde ſi, vitam vegetantem ſine ſenſu inuenerint, (qualis eſt arborum.) præponunt ei ſentientem, qualis eſt pecorum, & huic rurſus

Digitized by Google

ſus intelligentem, qualis eſt hominum. Quã cum adhuc mutabilem viderint, etiam huic aliquam incommutabilem coguntur præponere, illam ſcilicet vitam quæ non aliquando deſipit, aliquando ſapit, ſed eſt potius ipſa ſapientia, ſapiens enim mens, ideſt adepta ſapiẽtiam, antequam adipiſceretur non erat ſapiẽs. At vero ipſa ſapientia, nec fuit vnquam inſipiens, nec eſſe vnquam poteſt.

Poſtquam ambiguitati nominis huius, nõ nihil lucis attulimus, oportet conſtituere de quo Deo nobis ſermo ſit futurus, verum vt huic quæſtioni ſatisfaciam, hac vtendum diſtinctione. Ex numero deorum, alius eſt verus, alius falſus. Nos equidem hoc in loco, relictis dijs falſis, ad verum Deum definiendum aut potius deſcribendum ſermonem tandem conuertamus, verum in hoc differunt, definitio à deſcriptione, quod definitio ex vi & natura rei, rem apertam facit, at hæc natura, nobis in deo, ignota eſt. Deſcriptio verò, ex his quæ aduentitia ſunt conſtat. Dicitur deſcriptio quaſi adumbratio quædam pictoris, & primæ picturæ lineamentum rude. Et ideo non perfectè rem oſtendit, nec ante oculos ponit. Igitur Iuſtinus Martyr hac vtitur deſcriptione, in Tryphone parum poſt principium. Deus eſt, quod in eodem ſimiliq; habitu ac ſtatu ſemper eſt, cæteriſq; omnibus cur ſint cauſa eſt. Baſilius ho. 1. Exaeme. Sic. ἐστὶ ἡ μακαρία φύσις, ἡ ἄφθονος ἀγαθότης, τὸ ἀγαπητὸν πᾶσι τοῖς λόγου μεταληφόσι, τὸ πολυπόθητον κάλλος, ἡ ἀρχὴ τῶν ὄντων, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τὸ νοερὸν φῶς, ἡ ἀπρόσιτος σοφία. Hoc eſt, Deus eſt natura beata, immenſa bonitas, diligibile quiddam, ab his, qui ratione ſunt præditi, pulchritudo quæ ab omnibus deſideratur, principium rerum, fons vitæ, lux ſpiritualis, ſapientia, quam nullus aſſequi poteſt. Suidas in dictione θεός, hac vtitur deſcriptione. θεὸν εἶναι δοξάζουσιν ἕλληνες, ζῶον ἀθάνατον, λογικόν, τέλειον, νοερόν, ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῦ παντὸς ἀνεπιδεκτον, προνοητικὸν κοσμοῦ τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ, δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ ὥσπερ πατέρα πάντων. Hoc eſt, Greci deum eſſe arbitrantur, quod immortale, rationale, perfectum, ſpirituale, & beatum eſt, quod malum recipere non poteſt, quod mundum & quæ in mundo ſunt, gubernat, quod creauit omnia, & eſt omnium pater. Cicero in. 1. Tuſculana ſic. Deus eſt quod ſentit, quod ſapit, quod vult, quod viget, & cæleſte, diuinum & æternum eſt. Attamen præſtantiores ſunt illæ deſcriptiones Dei, quæ per negationes conficiuntur, ſic exactè Deum ſignificare volentes, non quicquam de eo, vt inquit diuinus Plato affirmamus, ſed ad negationes confugimus. Interrogante enim Socrate Timæum, quid Deus eſſet, respondet ille, quid non eſt quidem noui, quid verò ſit non noui. Nam neque corpus, nec colorem, nec angelum, nec eius quidpiam generis, ſed his præſtantiorem eſſe, intelligo. Quapropter nonnunquam ſubiectum ornat huiuſcemodi definitiones, cùm ab inferioribus omnibus, ipſum ſeiungat.

Dei deſcriptiones aliquot. — *Iuſtinus.* — *Baſilius.* — *Suidas.* — *Cicero.* — *Plato. Timæus.*

Ex ſuperiori diſputatione collegimus homines in ſcripturis deos appellari, eſt tamen dubium an angeli etiam poſſint Dij vocari. Cui quæſtioni Auguſt. Pſalm. 135. reſpondet, inquiens. In ſcripturis neſcio vtrum, vel poſſit vel facile poſſit reperiri apertè dictos angelos Deos. Sed cum de domino Deo dictū eſſet, Terribilis ſuper omnes deos. Cur dixerit, continuo veluti exponendo, ſubiungit. Quoniam Dij gentium dæmonia. Non ergo dij ſine additamento. Sed dij gentium dæmonia. Atque hoc ita eſſe factum ea cauſa potiſsimum occurrit, ne homines ad hoc ædificarentur, vt miniſterium ſanctis angelis exhiberent, quod nec ipſi exhiberi ab hominibus volunt, niſi illi Deo, qui & ipſorum & hominum Deus eſt. Hanc totam quæſtionem abſoluit apoſtolus. 1. Corinth. 8. cum inquit. Nam & ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra, nobis tamen vnus eſt deus, &c. Item Chryſoſtom. homi. 22. in Geneſin quit. Homines filij Dei dicuntur, angeli nunquam. Atqui de angelis, inquit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. De hominibus autem. Ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes, & iterum Iſaias ait. Filios genui & exaltaui. Poſtremo Theophyla. ad Coloſenſ. 1. ait. Hominem nominat Apoſtolus imaginem Dei, & filium Dei. Angelum autem nuſquam. Illic enim angelicæ naturæ altitudo ſtatim homines ad impietatem præcipitaſſet, exiſtimantibus eiuſdem eſſe dignitatis cum Deo. In homine autem tenuitas & humilitas munit eos, ne tale quiddam ſuſpicentur. Attamen ab illis diſſentit Hieronymus. c. 3. commen. Danielis, cuius ſunt verba. Angeli dij, vel Dei filij ſæpiſsimè nuncupantur in ſcriptura, vt apud Danielem. Species quarti ſimilitudo filij Dei, quem poſtea angelum ipſe vocat. Verum, præfigurabat iſte filius Dei, dominum Ieſum,

Angeli an vocētur dij. — *Pſal. 95.* — *Ex Apoca. 19. & 22.* — *Chryſoſt.* — *Pſal. 103.* — *Pſal. 81.* — *Iſaia. 1.* — *Theophy.* — *Angeli dij & filij Dei dicuntur.*

qui ad fornacem deſcendit inferni, quo eos qui tenebantur incluſi mortis vinculis libera-
Iob. 2.
ret. Et alibi. Venerunt filij Dei vt ſtarent coram domino. Nec ab illo diſsidet Orige. ho. 8. in Exodum, cuius hæc ſunt verba. Nō ſint,
Exod. 20.
inquit ſcriptura, alieni dij præter me, ſi dixiſſet. Non ſint dij præter me abſolutior ſermo eſſet nunc quia dicit. Non erunt tibi dij alie-
1. Cor. 8.
ni pręter me, non negauit angelos eſſe Deos. Hinc Paulus ait, ſiquidem ſunt qui dicuntur
Pſal. 49.
dij, ſiue in cælo ſiue in terra, & addit, & ſicut ſunt dij multi, ita domini multi. Nobis tamen vnus eſt Deus, &c. & alibi. Quoniam
Pſal. 81.
Deus magnus, terribilis ſuper omnes deos. Et Deus deorum dominus locutus eſt, & alibi. Deus ſtetit in Synagoga deorum in medio autem deos diſcernit. Et Plato in Apologia. ſi, inquit, dæmones deorum filij ſunt, quis nam hominum filios quidem deorū eſſe putet, deos vero neget? Gregor. quoque. 2. Moral. cap. 2. cum ait, Iob, quadam die cum veniſſent filij Dei, vt aſsiſterent coram Domino. Ipſe exponit. Qui dei filij, niſi electi angeli vocantur? Et iterum. capit. 16. Et quod maximè vrget, cum diſputat Sanct. Thomas. 1. 2. q. 98. art. 3. An lex vetus fuerit data per angelos, poſtquam aſſerit ab illis fuiſſe latam, rationibus & teſtimonijs egregijs ſtipatus. Arguit contra ſe, ex Exod. capi. 20. vbi dicitur. Locutus eſt dominus ſermones hos, & ſubdit. Ego ſum Deus tuus. &. capit. 3. Ego ſum

An latio legis tribuenda ſit angelis an filio Dei:

Deus patris tui, Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. loquitur ergo deus non angelus. At ipſe, nodum ſoluit hunc in modum. Dicendum quod ſicut Gregor. dicit, in principio Moralium. Angelus qui Moyſi apparuiſſe dicitur, modò angelus, modò dominus memoratur, angelus videlicet, propter hoc,

In præfatione moraliū cap. 1.

quod exterius loquendo ſeruiebat. Dominus autem dicitur, quia interius præſidens, loquēdi efficaciam miniſtrabat. Et inde eſt etiam quod quaſi ex perſona domini angelus loquebatur. Hæc ille, eiuſdem opinionis aſſer-
Cyrillus.
tor eſt Cyrillus. lib. 3. in Ioann. cap. 3. nempè quod angelus locutus ſit, etiam ſi dominus vocetur aut potius Deus, nam Elohim vocatur iuxta Hebræam veritatem. Multi tamē
Euſebius Cæſarieñſis.
viri clari ab illorum iudicio recedunt, qui aſfirmant filiū fuiſſe locutū, vt Euſebius. lib. 1. Demonſtra. Euāgelicæ. c. 3. ait. ἐπάκουσον γοῦν ὡς πάλιν αὐτὸς ὁ μωσῆς τὸν ἐπιφανέντα τοῖς θεοφιλέσι, καὶ πολλάκις χρηματίζοντα αὐτοῖς τὰ ἀναγεγραμμένα, ποτὲ μὲν θεὸν καὶ κύριον. ποτὲ δὲ καὶ ἄγγελον θεοῦ προσαγορεύει. θεὸς μὲν καὶ κύριος τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἀναγορευόμενος, ἄγγελος δὲ τοῦ ἀνωτάτω πατρός. Hoc eſt. Audi igitur quomodo ipſe Moyſes, vocat illum qui ſanctis apparebat, & illis largiebatur oracula, nonnunquam quidem Deum & dominum, nonnunquam verò angelum. Dominus quippe & Deus erat amicorum Dei, ſed ſupremi patris angelus, &
Tertullianus.
Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos. capit. de natiuitate Chriſti, ait. Qui ad Moyſen loquebatur, ipſe erat Dei filius, qui & ſemper videbatur. Deum enim patrem nemo vidit vnquam, & vixit, & ideo conſtat ipſum Dei filium Moyſi eſſe locutum, & dixiſſe ad populum. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, ideſt, populi, qui te cuſtodiat in itinere, & introducat in terram quam præparaui tibi. Populū introducturus erat Ieſus in terram promiſsionis, non Moyſes. Angelum quidem dixit eum, ob magnitudinem virtutum, quas erat editurus, (quas virtutes fecit Ieſus Naue) & officium prophetæ nunciantis ſcilicet, diuinam voluntatem, ſicut & præcurſorem Chriſti futurum Ioannem, angelum appellat, per prophetam ſpiritus dicens ex perſona patris. Ecce mitto angelū meū ante faciem tuam id eſt Chriſti. Nec nouum eſt Spiritui ſancto, angelos appellare eos, quos miniſtros ſuæ virtutis Deus præfecit. Ambroſi. quoque ad Colo. 1. ſuper hunc locum. Qui eſt imago, ait, imago dicitur filius, vt cum apparet in figura humana aut igne, non ipſe pater intelligatur eſſe, ſed filius, & Cantacuzenus in apologia. 1. circa principium, & Phili. presbyter lib. 2. in Iob. capit. 20. &
Euſebius.
iterum Euſebius Cæſarienſis. libr. 1. hiſtor. ca. 2. poſt lōgam diſputationem, hæc ſubdit. καὶ μὴν οὐδ' ὑποβεβηκότων ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν θεοῦ τὰς ἀναγραφείσας θεοφανείας ὑπονοεῖν θέμις. ἐπειδὴ καὶ τούτων ὅτε τις, ἀνθρώποις παραφαίνεται, οὐκ ἐπικρύπτεται ἡ γραφή, ὀνομαστὶ οὐ θεόν, οὐ δὲ μὴν κύριον, ἀλλ' ἀγγέλους χρηματίσαι λέγουσα, ὡς διὰ μυρίων μαρτυριῶν πιστώσασθαι ῥᾴδιον. Hoc eſt, non licet diuinas apparitiones, quæ in ſcripturis traduntur angelis & Dei miniſtris tribuere, nam cum angelorum aliquis hominibus apparet, non tacet ſcriptura, non enim Deum aut dominum vocat, ſed angelum, vt multis teſtimonijs poſſumus confirmare, & iterum candem rem tractat. capit. 9. Ego tamen arbitror cum Deum loquentem lex inducit, dum Hebraico nomine Elohim appellatur, nil obſtare quin ange-

lo

lo tribui poſsit, nam. Exod. 3. qui dicit. Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, &c. parum ſupra Angelus vocatur iuxta Hebræ. quanuis in codicibus Latinis ſic legatur. Apparuit ei dominus in flamma ignis. Sed ſi cũ loquitur Deus & illi Hebraicum nomen ineffabile inditum eſt, abſque dubio eſt verus Deus, vt Exod. 20. non videtur angelo poſſe conuenire. Ecce ergo quomodo in ſcripturis angeli vocantur Deus & filij Dei, etiam ſine addito, quanuis non negauerim frequentius cum addito Deos appellari, vt Auguſt. dixit, & ita diſsidium inter Auguſtinum ex vna parte, & Hieronymum & Origenem ex alia facile componitur & conſopitur.

Angelus, quoq; ſimilitudo Dei aduerſus Theoph.

Suboritur tamen dubium ex Theophylacti verbis à nobis ſuperius allatis, in quibus affirmat, hominem quidem in ſcripturis imaginem Dei vocari, angelum tamen nunquam. A quo libenter diſſentit Sanct. Tho. prima parte. quæſt. 93. articu. 3. & probat ex Grego. dicenti in quadam ho. Angelus dicitur ſignaculum ſimilitudinis, quia in eo ſimilitudo diuinę imaginis inſinuatur expreſſa.

Ezechi. 28

Deinde ratione, quia ratio imaginis eſt in intellectuali natura, & ſic imago Dei eſt magis in angelis quam in hominibus, quia intellectualis natura perfectior eſt in eis. Et ideo cum quantum ad intellectualem naturam, angelus ſit magis ad imaginem Dei, quam homo, ſimpliciter concedendum eſt angelum magis eſſe ad imaginem Dei, hominem autem ſecundum quid. At dices, Theophy. tantum dicit in Paulo non inueniri. Sed profecto non tam laborat ipſe de Paulo, quam de tota ſcriptura, & ipſa veritate decernit.

Axioma Theologicũ

Si quis diligenter ſuperiori diſputationi noſtræ, animum adhibuit, noſſe potuit nomina aut vni Deo, hoc eſt Trinitati, aut ſingulis perſonis imponi poſſe. Nam vt inquit Aretha. cap. 7. Apocalyp. Nihil eorum quæ in diuina natura conſpiciuntur, inuenire licet appropriatum alicui trium ipſius perſonarum, præter id vnum quod hypoſtaticè ipſi ſcilicet Chriſto conuenit. Et iterum in eodem. cap. Nil in beata Trinitate appropriatum conſpicitur, præter ipſas proprietates perſonarum conſtitutiuas, & rurſum. 1. cap. idipſum repetit. Item Damaſce. lib. 1. capi. 9. & 2. ait. Quæcunque habet pater filij ſunt, præter innaſcendi proprietatem, quæ non ſignificat ſubſtantiæ differentiam, nec dignitatis, ſed ſubſiſtentiæ modum, & Theodoretus in Dialogo qui inſcribitur, Immutabilis. Hoc eſt, quod Scholaſtici dicunt. in Trinitate omnia ſunt communia, vbi non eſt relationum oppoſitio.

Scholaſtici.

Vnde cum ſint quatuor relationes, paternitas, filiatio, communis ſpiratio, proceſsio, tres ex eis conſtituunt perſonas, nam communis ſpiratio duabus conuenit perſonis, vt relatio principij dicitur paternitas, relatio procedentis à principio filiatio. Proceſsio amoris, non habet nomen proprium, nec relationes quæ ſecundum ipſam accipiuntur, ſed relatio principij huius proceſsionis, ſpiratio, relatio procedentis, proceſsio vocatur. His vtcunque prælibatis, notandum eſt quod Theologia coniuncta vocatur, quando nomina aut prædicationes conueniunt toti Trinitati, vt ſapiens, miſericors, iuſtus, illuminator. Separata Theologia, quando vni tantum perſonæ, vt tres illæ relationes oppoſitæ, quarum vnaquæque, vnam conſtituit perſonam, & illa nomina quæ ad redemptionem noſtram ſpectant tantum filio tribuuntur, vt pati, mori, ſepeliri, tertio die excitari, &c.

De Theologia coniuncta & ſeparata.

Veruntamen vt hæc coniuncta Theologia melius intelligatur, aduertendum quod nomina quæ de Deo dicuntur, aliqua ſunt negatiua, quę non quid eſt ſecundum ſubſtantiam, ſed quid non eſt, ſignificant, vt (increatus, incorporeus, inuiſibilis, ineffabilis, incircunſcriptus, immutabilis, incomprehenſibilis, & hęc, ſine principio, incorruptibile, ingenitum) quid non eſt indicant, hoc eſt quod non incipit eſſe, neq; corrumpitur, neq; creatur.

Nomina negatiua.

Alia nomina ſignificant habitudinem quãdam Dei ad creaturas, vt dominus, rex, paſtor, conditor, & huiuſmodi nomina reſpectum Dei ad ea, quæ à Deo ſunt demonſtrant. Nam eorum quibus dominatur, dicitur dominus, & eorum quos regit, rex, & conditorum, conditor, & eorum qui ab eo paſcuntur, paſtor, & hæc nomina ex creaturis referuntur ad Deum, ſed in Deo nõ eſt aliqua realis relatio eius ad creaturas, (nam nullæ ſunt in Deo reales, demptis quatuor ſupradictis) ſed ſecundum rationem tantum, in quantum creaturæ referuntur ad ipſum. Et ſic nil prohibet huiuſmodi nomina importantia relationem ad creaturam prædicari de Deo ex tempore, non propter aliquam mutationem ipſius, ſed per creaturæ mutationem. Sicut columna ſiniſtra ſit dextera homini,

Digitized by Google

mini,nulla mutatione circa ipſam exiſtente, ſed in homine ipſo. Alia naturam ſignificant diuinā aut operationem. vt iuſtus,bonus, ſapiens,ſanctus. Hæc omnia de tota trinitate dicuntur. Diſcretæ autem theologiæ ſunt, Pater,filius,ſpiritus ſanctus, ingenitum, genitū & procedens. quę nō ſubſtantiæ ſunt indicatiua,ſed habitudinis ad inuicē,& modi. ſubſiſtēdi & quæcumq; ſpectant ad incarnationē. In his enim neque pater neque filius, neque ſpiritus,vlla ratione communicāt, niſi ſecundum acceptationem,& ſecundū ineffabilem miraculorū operationem, quæ homo factus Chriſtus operabatur, vt immutabilis deus, & Dei filius. aut vt S. Thomę verbis vtar. 3. par. q. 3. art. 4. Aſſumptio duo importat, actū aſſumentis, aut terminum aſſumptionis. Actus aſſumentis procedit ex diuina virtute, quæ eſt communis tribus perſonis, ſed terminus aſſumptionis eſt perſona. Ideo id, quod eſt actionis in aſſumptione, commune eſt tribus perſonis ſed id quod conuenit ad rationem termini, conuenit ita vni perſonæ quod non alij, tres enim perſonæ fecerunt vt humana natura vniretur vni perſonæ filij. Hæc omnia quæ nos breuiter perſtringimus, diuinitus proſequitur

Dionyſius Areopagita

Dionyſi. in libr. de diui. nomi. capit. 2. cuius verba hoc in loco carptim inſerenda duximus. Omnes, inquit, Deo dignæ denominationes, non per partes,ſed in tota ac perfecta ac integra & plena deitate à ſcripturis ſanctis celebrantur, & omnes ipſæ, indiuiduæ abſoluteque præter omnem obſeruationem, integræ totæ deitati tribuuntur. Dicendum itaque illud euangelij.

Luca. 18.

Quid me interrogas de bono? nemo bonus niſi ſolus deus, de tota deitate oportere accipi. Namque vt verbum quoque ipſum natura bonum, ait ego bonus ſum.

Matt. 20.

Neemia. 9.

Et quidam ex prophetis prędicat ſpiritum bonum. Item illud Ego ſum qui ſum,niſi de tota deitate intelligatur, quomodo illud intelligent. Hæc dicit qui eſt qui erat, qui venturus eſt omnipotens. & illud. Tu autem idem ipſe es. & vita totius trinitatis eſt, & dominatus. pulchritudo quoque & ſapientia. Dicendum igitur quod ſcriptura ſacra, alia coniunctè tradit, alia diſcretè. & neque coniuncta dirimere, nec diſcreta confundere fas eſt.

Ονόματα ὑπεροχικῶς ἀφαιρέσεως Ἀντιλογικὰ ὀνόματα.

Coniuncta quidem totius deitatis ſunt, quæ eminentiſſimæ ſunt priuationis, quod ſupra bonitatē, ſupra deitatem, ſupra ſubſtantiam, ſupra vitam, ſupra ſapientiam ſit. Quibus & cauſalia nomina adiiciuntur, bonum ſcilicet, pulchrum, quod eſt viuificum, quod ſapiens eſt, & quæcunque ex ipſius benigniſsimis donis, ab omnium cauſa, de nominationē accipiunt. Porrò diſcreta ſunt patris ſuperſubſtantiale nomen & perſona, filijque ac ſancti ſpiritus, cum nullum inter has perſonas commerciū, aut communitas inueniatur. Eſt præterea diſcreta Ieſu ex nobis ſumpta, perfecta immutabiliſque ſubſtantia, & quæcūque ſunt illius benignitatis, & carnis aſſumptæ ſubſtantialia ſacramenta.

Cum nomina multa de deo dicantur, vt à nobis explicatum eſt, diligenter conſiderare & inquirere oportet, quæ maxime diuinæ congruant naturæ? Quam quæſtionem ſoluens Diony. in libr. cæleſtis Hierarchiæ capit. 2. inquit, In diuinis negationes quidem veræ ſunt, affirmationes vero nequaquam tantis arcanorum tenebris congruunt. Non enim iuſtus, ſapiens, creator, potens, tam exprimunt diuinam maieſtatem, quàm inuiſibilis, incomprehenſibilis, infinitus, incircunſcriptus.

Eſt deinde aduertendum quod in commentarijs in Iob titulo Hieronymi legimus, quanuis non negarim ipſum Hieronymum, in libris aduerſus Rufinum editis eos commentarios à ſe ſcriptos fateri. Attamen quiſquis ſit illorum commentariorum auctor capit. 24. illius libri ait. Prototypon nomen maius eſt quam deductio nuncupata. Nam quicunque ſanctorum poteſt dici miſericors, verax, iuſtus, nemo tamen eorū rectè dicitur, miſericordia, veritas, Iuſtitia. Vnde in Iob di dicitur. obliuiſcatur eius miſericordia. Item Orige. Ho. 1. ex quatuor illis quas in Cantica Salomonis edidit, ait. Ipſarū virtutū ſubſtātiā Chriſto ſolemus tribuere. ꝙ & frequēter inuenies in ſcripturis diuinis pro locis & opportunitatibus aptari. Inuenimus nāq; ipſum, & iuſtitiā dici & pacē & veritatē, vt in Pſal. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, & veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo aſpexit.

Origenes in vltimis lineis eius.

Quin & Augu. tracta. 39. ſuper Iohannem ait.

Auguſt.

Pater dicitur verax, filius veritas, quid cogitamus eſſe amplius? Quibus dicimus, quod cum dicitur pius homo, pius eſt ipſa pietas, pius enim à pietate, non pietas à pio. Poteſt enim eſſe pietas, & ſi ille qui pius erat factus eſt impius, ipſe perdidit pietatem, pietati nil abſtulit. Quid item

pulcher

pulcher & pulchritudo? plus eſt pulchritudo quam pulcher, pulchritudo enim facit pulchrum, non pulcher facit pulchritudinē. Caſtus & caſtitas? caſtitas enim planè plus eſt quam caſtus, ſi enim caſtitas non eſſet, vnde eſſet iſte caſtus non haberet. Si autem noluerit eſſe caſtus, caſtitas integra perſeuerat. Pòſt exponit quomodo quanuis pater dicatur verax, filius veritas non repugnet perſonarum diuinarum æqualitati. Deoique Theophyl. 2. Corinthi. 5. exponens hunc locum, Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ait. Non dixit quod ſe peccatorem fecit, cæterum peccatum, quod maius eſt.

Theophy.

Logici hanc regulam his verbis protuliſſent. Abſtractum io diuinis plus ſignificat, quam coocretum, vt. 1. Ioann. 5. ſpiritus teſtificatur, quod Chriſtus eſt veritas, & Ioan. 11. Ego ſum reſurrectio & vita. & ad Rom. 9. optabam, (nempe quando Iudaiſmo addictus eram,) ego ipſe, qui nunc Chriſtum colo in ſpiritu meo, Anathema eſſe à Chriſto, plus eſt ioquam anathema quam ſi dixiſſet Anathematizatum, ideſt, vellem vt me perderet Chriſtus vt Iudęos incredulos conſeruarem, aut, vt ipſe dicit, vellem eſſe ipſa perditio, ſi modo illos conſeruare poſſem, & ad Chriſti fidem pertrahere.

Loc⁹ Pauli.

Sequitur aliud documentum præcedentibus non inferius, ex Diony. in lib. diui. Nomi. cap. 7. Solenne, inquit, eſt Theologis paſsione reciproca, in Deo quæ ſuot priuationis aſſerere. Atque ita inuiſibilem aiunt ſanctæ literæ clariſsimam lucem, & eum qui celeberrimus, & eum qui multis inſignis nominibus eſt, ineffabilem & ſine nomine appellant. Pręſentemque omnibus & qui inuenitur ex omnibus cognoſciturq; incomprehenſibilem atque ininueſtigabilem dicunt. Hoc modo diuinus apoſtolus ſtultitiam Dei laudare perhibetur, quod in eo irrationabile indignumque videtur, ad ineffabilem rationemque omnem præcellentem, referens veritatem. Hæc ille. Ex hoc Dionyſi. loco multa conficiuntur. Primo intelligimus cur Iehoua vocetur ὄνομα ἄῤῥητον. Ideſt, nomen ineffabile, cum à quouis homine quantumuis balbo facile proferri poſsit, vocatur igitur ineffabile, quia multis modis affari & explicari poteſt, nam deriuatur à verbo Haia, ideſt, fuit, quia ex rebus creatis facile Deus cognoſcitur, & ex illarum gubernatione & prouidentia. Deinde ex eodem Dionyſi. facile ſoluitur quæſtio illa, quæ exquirit an Moyſes & Paulus, imo angeli ipſi clarè & diſtinctè Deum videant. Siquidem Thomas. 1. part. quæſt. 12. articu. 11. & ſecunda parte, ſecundæ partis. q. 175. ar. 3. affirmat, Moyſem, primum doctorem Iudæorum, & Paulum primum gentium apoſtolum, Deum vidiſſe, fretus teſtimonio Auguſtini in lib. de videndo Deum ad Probam, & rurſum lib. 12. in Ge. ad literam. Præterea Nume. 12. ore ad os loquebatur Moyſes cum Deo, & palam & ſine ænigmate ſicut amicus ad amicum ei loquebatur. Et de Pau. 2. Cor. 12. Scio hominem in Chriſto, ideſt, Chriſtianum raptum vſque ad tertium cælum, & vidiſſe arcana Dei, quæ non licet homini loqui. De angelis quoque in Euangelio legimus. Nolite contemnere paruulos iſtos, angeli enim eorum ſemper vident faciem patris mei. Hæc ille. Sed reclamantibus cunctis ferè ſcriptoribus, quorum verba ſi ſpectes, contrariam ſententiam videntur amplecti, nempe quod nec Paulus, nec Moyſes, nec vllus alius homo in corpore viuens, imo nec ipſi angeli, Deum viderint. Sed quomodo hi intelligi debeant, mox videro. Hanc tamen ſententiam hæreticam eſſe arbitratur. S. Thom. 1. par. q. 12. Sed multi docti viri eam ſequi videntur. Ex quorum numero primus ſe offert Theophy. illuſtris auctor, qui exponens iſtum Ioan. locum. Deum nemo vidit vnquam, ait. Nihil incredēdum dixit. Nam Moyſes quidem nec Deum vidit, ſicut nec alius quiſplam, nec potuit nobis manifeſtam de illo narrationem dicere, ſed cum eſſet ſeruus miniſter fuit ſolum literę ſed dices. Nunquid non dicit Iſaias. Vidi dominum ſedentem ſupra ſolium. Vidit quidem propheta Deum, at non ipſam ſubſtantiam Dei, ſed ſimilitudinem quam capere poterat. Et alius in alia figura vidit, & alius in alia. Vnde non ipſam veritatem viderunt, non enim diuerſis figuris illam vidiſſent, quæ ſimplex eſt. Quippe nec angeli vident Dei ſubſtantiam, quamuis dicantur videre faciem eius. Hoc enim totum indicat apparere eis ſemper Deum. Filius igitur ex omnibus ſolus videt patrem & enarrat illum. Eaſdem penè lineas inuenies apud Euthymi. eodem loco ſcriptas, hoc excepto quod de angelis nil prodidit. Chryſoſtom. etiam homil. 14. in capit. 1. Ioann. ait. Deum nemo vidit vnquam, ſed vnigenitus filius. Quid igitur dicemus Iſaiæ, cum inquit. Vidi dominum?

Regula. Theologica

Q. Theologita.

Mat. 18.

2. opinio.

Theophy.

Iſaie. 6.

Euthymius

Chryſoſt.

Quid

Quid Iohanni de Iſaia teſtimonium perhiben
ti, quòd hæc dixit, quando vidit gloriam dei?
Ezechi. 1. Quid Ezechieli? etenim ipſe dominum ſeden-
Daniel. 7. tem ſupra Cherubim vidit? Quid danieli dicē-
ti, Antiquus dierum ſedit? Quid ipſi Moyſi.
Oſtende mihi gloriam tuam? Iacob etiam ab
Iſrael. hoc appellationem accepit cum Iſrael voca-
tus eſt, quod deum videns interpretatur. Nec
non & alij ipſum viderunt. Quid Ioannes,
Deum nemo vidit vnquam? Vt oſtendat illa
omnia permiſsionis fuiſſe, non ipſius puræ
ſubſtantiæ. Nam ſi ipſam vidiſſent: nulla ex
parte differentem vidiſſent, quippè quę ſim-
plex & pura eſt. Quomodo autem ſit ipſe no
Hoſee. 12. uit, qui ait, in manibus prophetarum aſsimila
tus ſum, hoc eſt permiſi, non tamen id quod
eram me oſtendi. Cum enim eius filius vera
carne accepta venturus eſſet in mūdum, mul
to ante ſanctos viros ad diuinæ ſubſtanriæ vi
ſionem exercuit, ita vt videre poterant. Nam
id quod eſt Deus, non modo prophetæ non
viderunt, ſed nec angeli nec Archangeli, nec
Cherubim. Solus filius & ſpiritus ſanctus illū
vident. Quod ſi omnis natura creata eſt, qua
nam ratione increatum videre poterit? Qua-
1. Timo. 6. re Paulus ait. Quem nemo hominum vidit,
1. Timo. 3. nec videre poteſt. Ideo ait. Qui manifeſtatus
eſt in carne. Nam quod ipſe inuiſibilis ſit, nō
ſolum hominibus, ſed & ſupernis virtutibus,
cum dixerit Paulus, manifeſtū eſſe in carne,
ſubdidit, viſum angelis, ſed nemo ea agitetur
inſania, vt dicat, nonne ait. beati mundo cor-
de quoniam deū videbunt. Cogitationem &
imaginationem, quam pro viribus noſtris de
deo capimus, eam viſionem appellat. Igitur
multi pro captu ipſum viderunt, ſubſtantiam
Viſio. nemo vidit. Hanc ob cauſam vocat deum
Diony. caligo, ſecretum, tenebræ. S. Tho. in. 1
Par. quæſt. 12. art. 1. ſic ſoluit nodum. Quod
angeli nec archangeli vident deum ea perfe-
ctione qua filius. At ſi hoc ſtare poſſet, nullus
Eucherius. homo videt hominem, quia oculatior me cla
rius videt. Præterea D. Euche. in. q. in. Gen. Ia
cob qui ait. Vidi dominum facie ad faciem, &
Moyſes non in ipſa maieſtatis ſuę gloria deū
viderant, ſed per ſubiectam ſpeciem creaturę,
qui humanis poterat apparere conſpectibus.
Theodoretus. & Theodo. in Dialogo qui immutabilis in-
ſcribitur, negat conſpici poſſe nec ab homini
bus vt Moyſe nec ab angelis. Denique acce-
dat etiam ad cumulum, teſtimonium diuini
Dionyſius Areopagita Diony. c. 4. cæleſt. Hierar. qui ait. ſecretū dei
quodcunque tandem illud eſt, nemo vnquā
vidit, nec videbit. Cæterum diuinæ illæ appa
ritiones ſanctis viris per ſigna deo conuenien
tiſsima, ſacris quibuſdam atque intuentium
modo, ac viribus accommodatis viſionibus
contingere. Et iterum in myſtica Theologia
ait. Moyſes vt aſcendat in montem, primum
vt mundetur admonebatur, rurſus ab his qui
non ſunt huiuſmodi ſeparatur, & poſt omnē
illam expiationem, buccinarum clangores va
rios exaudit, mox vero ſegregatur à vulgari-
bus turbis. & cum electis ſacerdotibus ad ſum
mitatem aſcenſionum diuinarum contendit.
Ibique non ipſi congreditur deo, nec ipſum
cernit, eſt enim inuiſibilis deus, ſed locum vbi
ſtetit. Item Euariſtus Papa epi. 1. ait. tota tri- *Euariſtus.*
nitas lucem habitat inacceſsibilem, quam nul
lus modo noſtrum in hoc mortali corpore
conſtitutus, poteſt aliquatenus intueri, ſed dū
apparuerit, tunc vere illum videbit ſicuti eſt,
qui eius conſpectibus fuerit dignus coopta-
ri. Et non ſicut Moyſes & cæteri prophetæ
per ænigmata & figuram. Adhuc Damaſce. *Damaſcen.*
li. 1. c. 1. ait. Poſt diuinam naturam, nullus vn-
quam deum nouit, niſi cui ipſe reuelauerit, nō
hominum modo, ſed neque ſupra mundana-
rum quidem virtutum, ipſorum inquam Che
rubim & Seraphim. Quin & Epiphanius lib. *Epiphani.*
3. contra hæreſes parum poſt principium, fu-
ſè probat, Deum à prophetis viſum fuiſſe, ac
non viſum, ob viſionis imperfectionem. Præ
terea Greg. 18. moral. c. 28. ait. Quandiu mor *Gregorius.*
taliter viuitur videri deus per quaſdam imagi
nes poteſt, ſed per ipſam naturæ ſpeciem non
poteſt. Hinc Iacob qui deum ſe vidiſſe teſta-
tur, nō niſi in angelo vidit. Hinc Moyſes qui
cum deo facie ad faciem loquebatur, ait. oſtē-
de mihi faciem tuam. Et ſubdit. Ait Petrus de *1. Petri. 1.*
angelis, in quem deſiderant angeli conſpice-
re. Hinc nonnulli putāt deum non videre an-
gelos. ſed vtraque ſententia non diſcordat.
Nam deum angeli vident & videre deſide-
rant. Denique Baſilius ho. 1. Exaem. & Cyril
lus li. 1. ſuper Iohan. c. 21. & Hier. Iſaiæ. c. 1. ad
ad hanc ſententiam videntur accedere. Ecce
quomodo nullus homo in hac vita degens
mortali, ſiue Moyſes ſiue Paulus; deū viderit.

Porrò quando Chryſ. Theodoretus, Theo *Quomodo*
phylactus & Dionyſius, dicūt quod nec An *intelligen-*
geli, nec Archāgeli, nec Cherubim, deū con- *di ſint au-*
ſpiciunt, cum deus inuiſibilis ſit, interpretādi *ctores ſecū-*
ſunt iuxta regulam Dionyſij modo allatam. *da opinio-*
Solenne eſt, inquit, Theologis paſsione reci *nis, expona*
proca, in deo, quæ ſunt priuationis aſſerere, *tur.*

&ſic

& ſic Deus eſt inuiſibilis,idē ſignificat,quod clariſsimus & lucidiſsimus & lucis fons,Deus eſt.Cæterum ne decipiaris pie lector, præalle gatis ſanctorum autoritatibus, quibus vidētur aſſerere Angelos beatos nō videre Deū: (quodquidem eſt falſum) interpretandi ſunt quod loquantur de viſione comprehenſiua, qua ſolus Deus eſt ſibi cognitus, De Moyſe verò & Paulo quod Deum in hac vita non viderint,certiſsimis teſtibus probatum à nobis eſt,quorum fidem in dubium vocare velle, ſtultum eſt.(Si qui vero ſunt qui ſententiam hanc videantur labefactare velle, interpretatione egent.)Pro huius tamen rei intelligentia annotandum ex Auguſt.lib.2.ad Simplicianum.quæſt.3.& in quæ.ad Dulcitium. q. 6.qui ait ſolent imagines, rerum nominibus appellari, vt dicimus vidi in ſomnis Hectorem, id eſt eius imaginem.& ad hunc modū cognitio illa, qua ſancti aliqui, vt Moyſes, Paulus, Iſaias,præ cæteris pollebant, vocatur viſio.Nec ab hac ſententia communi diſceſſit S.Tho.nam.1.2.quæſt.98.Artic.3.ad.2. ait.ſicut Aug.dicit.12.in Gene. ad lit. in Exodo dicitur.locutus eſt dominus Moyſi facie ad faciem. Et ſubdit. oſtende mihi gloriam tuam.Sentiebat ergo quod videbat,& quod non videbat deſiderabat. non ergo videbat ipſam dei eſſentiam. In libro etiam ad Probam de videndo deum.ca.6.idem dicit Aug. Hanc ſolutionem videtur probare Origen. ho.1.in Iſaiam cum ait. Aiunt Iſaiā ſectū eſſe à populo,quaſi legem præuaricantem, & extra ſcripturas annunciantem. Scriptura enim dicit. Nemo videbit faciem meam,& viuet.Iſte vero ait, Vidi dominum Sabaoth. Moyſes non vidit & tu vidiſti? & propter hoc eum ſecuerunt,& condemnarunt vt impium. Non enim ſciebant, quia duabus alis velauerunt faciem dei ſeraphim. Vidi dominum.Sed faciem non vidit Iſaias, nec Moyſes.Poſteriora vidit,vt ſcriptum eſt,Moyſes. Veruntamen vidit dominum, & faciem eius non vidit.Iſaias ergo vidit, licet faciem non viderit.Male igitur condemnarunt prophetam. Hanc eādem tranſcripſit hiſtoriam ex Origine Hiero.Iſaiæ.1.cap.ſuper hæc verba. Audite principes Sodomorum.

Auguſtini Regula. *De hoc lib. 9.Reg.21.* *Hiſtoria de morte Iſaiæ* *Hieronim⁹*

De hac tota quæſtione quid Hieronymus ſentiat,ipſe explicauit circa principium li.3. comment.In Iſaiam.Quæret,inquit, aliquis, quomodo Iſaias dicat, ſe vidiſſe dominum, & non abſolute dominum, ſed dominum Sabaoth.Cum Iohannes dicat.Deum nemo vidit vnquam. Et ad Moyſem loquatur deus. Non poteris faciem meam videre, nec enim videbit eam homo & viuet. Ad quod reſpondebimus, non ſolùm patris diuinitatem, ſed nec filij quidem, nec ſpiritus ſancti,quia vna in trinitate natura eſt, poſſe oculos carnis, aſpicere, ſed oculos mentis. De quibus ipſe ſaluator ait. Beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt. Legimus quod Abraham viſus ſit Dominus in hominis figura, & cum Iacob quaſi homo luctatus ſit, qui Deus erat. Vnde appellatus eſt locus ipſe Phanuel, hoc eſt facies Dei. Vidi enim, ait, dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Ezechiel quoque vidit Dominū in forma hominis, ſedentem ſuper Cherubim, à lumbis eius & deorſum quaſi ignis, & ſuperiora habebant ſpeciem Electri. Ergo Deus natura non cernitur,ſed videtur hominibus vt voluerit.

Iohann. 1. Exod.33. Matth.15.

Ex hac quæſtione oritur alia,an poſt mortem,iuſti qui in Domino moriuntur, Deum videant,& quidem non deſunt viri eruditione præſtantes qui putent ante Iudicium,ſanctos Deum non viſuros.ex illorum numero eſt Theophy.ad Hebræ.11. in poſtremis lineis, qui(cum dixiſſet Paulus.Hi omnes mortui ſunt non acceptis repromiſsionibus, deo nobis melius quiddam proſpiciente,vt ne ſinè nobis conſummarentur), ait. Ne videantur nobis eſſe præſtantiores, ſi primi coronentur,vnum tempus omnibus, coronarum ſtatuit. nec dixit vt non coronentur, ſed ne conſummentur.proinde tūc perfecti videbūtur, qui iam pignus honoris habent. & apertius id ipſum repetit ſuper Lucam.cap. 22.in huius loci expoſitione.Hodiè mecū eris in paradiſo.Euthy.quoq; Lucæ.59.inquiens.Nondum eorū quæ in vita ſunt peracta datur retributio,cum nondum adſit Iudicium.& totidē verbis Occume. eandem rem aſſeuerat. ad Hebr. 16.& Irenęus in calce.5.lib.Item Aug. in Enchir.cap.109. ait. Tempus quod inter hominis mortem & vltimam reſurrectionem poſitum eſt,animas abditis receptaculis continet,ſicut vnaquæque digna eſt, vel requie vel ærumna.& Bernar.in ſermone.2.de omnibus ſanctis & in illis qui deinceps ſequūtur Denique Hiero. Matt. 10.ſuper hæc verba Nolite timere.ait.Eo tempore punietur anima quando priſtinum corpus receperit, vt cum quo peccauit, cum ipſo & puniatur. Ex

Alia Q. theologica. Theophy. Euthymius Occumen. Irenæus. Auguſtinus Bernardus. Hierony.

quibus verbis videtur poſſe colligi, quòd nec
ante illud tempus Deo fruentur. (Attamen
Diſsidere ipſe conſtanter cõtrarium affirmat. vt in epi.
videturHie ad Paulam de obitu Blaſillæ filiæ, poſtquam,
ro. à ſeipſo. inquit, ſarcina carnis abiecta, ad ſuum anima
reuolauit auctorem, etiã in antiquam poſſeſ-
ſionem diu peregrinata, conſcendit. Et poſt
parum, fruitur eadem gloria qua angeli, & in
epitaphio Paulæ verſus finem. Nunc illa di-
uitijs fruitur, & his bonis quæ nec oculus vi-
dit, nec auris audiuit). Poteſt horum poſitio
aſtrui teſtimonijs ſcripturarum. Mat. 25. Ve
nite benedicti patris mei, poſsidete regnum
quod paratum, eſt vobis, ſi paratum, nondũ
poſſeſſum, & ca. 12. Angeli ſeparabunt ma-
los de medio iuſtorum. Item. 2. ad Timot. 4.
Repoſita eſt mihi corona, quam reddet do-
minus in illa die, ſcilicet, iudicij. 1. Ioann. 4.
In hoc perfecta eſt Charitas Dei nobiſcum,
vt fiduciam habeamus in die iudicij. Alioqui
non tam anxiè dies iudicij ſpectaretur, nec
tot de illo eſſent præmonitiones. Eſtote, in-
quit, parati, quia neſcitis qua hora dominus
Sentẽtia ab veniet. Sententia tamen quę recipitur ab om
eccleſia re- nibus catholicis, affirmat, bonorum anima-
cepta. bus, præmia, & malorum, pœnas conſequi ſo
lere, ſtatim quando è corpore ſoluuntur. 2.
Coriot. 5. Scimus quoniã ſi terreſtris domus
noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod
ædificationem ex Deo habemus domum nõ
manu factam, ſed æternam in cælis. Philip. 1.
Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Lucę. 23.
Hodie mecum eris in paradiſo. 2. Timot. 4.
bonum certamẽ certaui, curſum cõſummaui
in reliquo &c. Actu. 7. ait Stephanus, domi-
ne Ieſu accipe ſpiritum meum, & rationibus
poteſt ſic cõfirmari, Viſio diuina fit ſine phã
taſmate, ergo non oportet vt ſancti reſumant
corpus vt Deum videant. Item viſio Dei, eſt
bonorum operum merces, ſed merces poſt la
borem non eſt differenda, iuxta illud Leu. 19
non morabitur opus mercenarij apud te, ergo
Item, puoit ſtatim impium, vt diuitem epulo
nem, ergo præmio afficit iuſtum, cum ſit pro
nior ad miſerendum quàm puniendum. Præ
terea ſic non magis nobis prodeſſet Chri-
ſti paſsio quod exhibita ſit, quàm ſi diſtuliſ-
ſet eam vſque ad diem iudicij. Item aut ſan-
ctorum animæ ſunt præditæ aliqua cogni-
tione Dei, aut nulla. Non dicendum om-
ni carere cognitione. Attamen ſi aliquam
habent, aut fidem aut claram cognitionem
ipſam vocabimus. Non fidem, nam ait. Pau-
lus 1. Corinth. 13. Nunc manent tria hæc fi-
des, ſpes. Charitas. &. 2. Corinth. 5. per fidem
nuoc ambulamus, manet igitur clara Dei no
titia. Denique Chriſtus ſtrauit nobis viam,
per mortem ſuam, vt hæreditatem gloriæ
adiremus, vt ad Hebræ. 9. dicitur. Eccleſia-
ſtici etiam viri huic catholicæ veritati aſſen-
tiuntur. Origenes. homil. 3. in Lucam. ait. An
gelos, Spiritum ſanctum, & dominum Sal-
uatorem, & ipſum Deum patrem, ille tantum
videbit, qui mundum habuerit cor, & talem
ſe præbuerit vt dignus ſit Dei aſpectu, & De
eccleſiaſti. Dogma. capite. 79. Item libr. me-
ditationum. cap. 23. ait Auguſt. Felix anima
quæ terreno reſoluto corpore libera cælum
petit, ſecura eſt & tranquilla, non timet hoſtẽ
neq; mortem, habet enim præſentem, cernit-
que indeſinenter pulcherrimum dominum,
cui ſeruiuit, quem dilexit, ad quem tandem
læta & glorioſa peruenit, & cap. 24. loquitur
cum ſanctis. Per ipſum vos rogo, qui vos ele-
git, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine
iam ſatiamini, de cuius immortalitate iã im-
mortales facti eſtis, de cuius beatiſsima viſio-
ne ſemper gaudetis, & Nazian. de obitu Cæ-
ſarij, ſic ſanxit eccleſia extrà de baptiſmo &
eius effectu. capit. Maiores, & extra, de preſ-
bytero non baptizato. Qui contrariam ſen-
tentiam tuentur fortè ideo dicunt, quia ali-
quid accreſcet gloriæ ſanctis poſt corporis
reſumptionem, nam tunc gloriæ aliquid ac-
cedet vt in. 4. ſenten. diſt. 49. ſtatuunt docto-
res. Verum de his ſatis, ad inſtitutum noſtrũ
redeamus.

Quaodo duo nomina diuina ſimul ponun
tur, primum eſt, nomen ἄρρητον, ideſt ineffabi
le, ſecundum verò nomen commune eſt Deo
& hominibus, vt Pſal. 8. domine dominus no
ſter quam admirabile eſt nomen tuum, & ite
rum. Domine deus meus in te ſperaui ſaluum
me fac ex omnibus perſequentibus me, ſem-
per nomen Iehoua ponitur in primo loco, &
Elohim vel Adonai io ſecundo. Ex commen.
Pſalmorum titulo Hieronymi. Fallit aliquan-
do regula vt in Ezechiele videbis.

Oritur dubium non contemnendum, cur *Q. pro in-*
in primo. c. lib. Geneſeos Elohim ideſt Deus, *telligentiæ*
hoc nomine ſolo nuncupetur, & in ſecundo. *ſcripturarũ*
c. & in alijs quæ deinceps ſequũtur, dominus *Tertulli. lo-*
Deus. Cui quæſtioni reſpondit Tertullianus *cus annotã*
in lib. cootra Hermogenẽ, parum poſt princi *dus diligen*
piũ, inquiens. Dei nomẽ dicimus ſemper fuiſ- *ter.*
ſe, dominum vero non ſemper, diuerſa enim
vtriuſ-

vtriuſque conditio. Deus ſubſtantiæ ipſius nomen eſt, ideſt diuinitatis, dominus vero nō ſubſtantiæ, ſed poteſtatis, ſubſtantiam ſemper fuiſſe cum ſuo nomine, quod eſt Deus, poſtea dominus, accedentis ſcilicet rei, mentio. Nam ex quo eſſe cœperunt in quæ poteſtas Domini ageret, ex illo per acceſsionem poteſtatis dictus eſt dominus, ſic in Geneſi Moyſes, Deus ꝙ erat ſemper, ſtatim nomioat In principio fecit Deus cælū & terrā, & deinceps quandiu faciebat, quorum dominus futurus erat, Deus ſolummodo ponit. Dixit Deus. Vidit Deus. & nuſquam dominus. At vbi vniuerſa perfecit, ipſumq; vel maximè hominem, qui proprie dominum intellecturus erat, dominus etiam cognominatur. Accepit, inquit, dominus Deus hominem quem finxerat. Et præcepit dominus Deus. Philo quoque li. 1. Allegoriarum ſacræ legis. *ὡς δεσπότης ὁ κύριος, ϗ ὡς εὐεργέτης ὁ θεός*. Hæc vera ſunt, ſed vellē ita poſſent cum Hebræo quadrare, vt cum Latino idiomate. Nam iuxta Hebręū Gene. 1. ca. ſemper eſt nomen Elohim quod deo & creaturis conuenit. At cap. 2. & deinceps, vt Hieronymus dixit, ponūtur duo nomina diuina, ex quibus primum eſt ineffabile, ſoli deo conueniens, ſecundum commune eſt deo & creaturis.

De diuinitate filij dei ex veteri inſtrumento. Vbique fere ſcripturæ, patrem appellant Iehoua, & filium Adonai & Elohim. Porrò tribuitur etiam non infrequeoter filio, hoc nomen Iehoua. Hoc eſt quod Hierony. ait Zacha. 2. Vbi nos legimus, dominus virtutū, in Hebraico ſcriptum eſt. Iehoua çebaoth. & à 70. *παντοκράτορα*, ideſt omnipotentem, vertitur. Ex quo intelligitur, vbicunque dominus virtutum de Chriſto dicitur, omnipotentem deum debere intelligi. Vt in Apocalypſi. *Apocal. 1.* Hæc dicit teſtis fidelis initium creaturæ dei, qui eſt, & erat, & venturus eſt, dominus Deus omnipotens. Nec mirum ſi Chriſtus dicatur omnipotens, cui tradita eſt poteſtas in cœlo & in terra. *Matt. 28.* Et qui dicit, omniaque patris ſunt mea ſunt. *Iohan. 17.* ſi autem omnia, ideſt Deus ex deo, dominus ex domino, lumen ex lumine, ergo ex omnipotente omnipotens, neque enim fieri poteſt, vt quorum voa natura eſt, diuerſa ſit gloria. Item in commentarijs Iſaiæ capit. 1. ait. Dominus Sabaoth, ſeptuaginta interpretes pro locorum qualitate dupliciter transferunt, aut dominum virtutum, aut dominum omnipotentem. Et quærendū vtrum de patre dicatur, an de filio, nec dubiū quin illud Pſalmi. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. *Pſal. 23.* Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus Sabaoth, ideſt Dominus virtutū, ipſe eſt rex gloriæ, ad Chriſtum referatur, qui poſt paſsionis triumphum ad cælos victor aſcendit. Et in alio loco dicitur de domino, quod rex gloriæ ſit. ſi enim cognouiſſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Ergo non ſolum iuxta Apocalypſin & Paulum, ſed in veteri quoque teſtamento, Dominus Sabaoth, hoc eſt omnipotens, Chriſtus *1. Cor. 2.* appellatur. Hæc contra Arrianos ex veteri inſtrumento dicta ſint. ex nouo ſunt teſtimonia innumera.

Q. Theologica de filij diuinitate. De Chriſti dei & ſeruatoris noſtri deitate ſermonem facturus, & contra hæreticos conflicturus, qui illam Chriſto detrahere conantur (cùm ipſe non rapinam arbitratus ſit ſe eſſe æqualem deo, licet ſemetipſum exinanierit) oportet primo loco, cauſas, quæ illos in errorem tam nèpharium & impium pertraxerunt, retexere, & aperire. Quarum prima eſt, quod nunquam in ſcripturis ſpiritum ſanctum patri inferiorem eſſe, memoriæ proditum eſt, cum tamen de filio dictum fuiſſe frequenter legamus. *Spiritus ſanctus nunquam dicitur minor patre.* vt aſſeuerat Auguſt. lib. 2. de Trini. ca. 6. ait. Nuſquā ſcriptum eſt quod Deus pater maior ſit ſpiritu ſancto, vel ſpiritus ſanctus minor Deo patre, quia non ſic eſt aſſumpta creatura, in qua appareret ſpiritus ſanctus, ſicut aſſumptus eſt filius hominis, in qua forma ipſius verbi dei perſona præſentaretur. Non ſic eſt aſſumpta creatura, in qua apparuit ſpiritus ſanctus, ſicut aſſumpta eſt caro illa & humana illa forma, ex virgine. Neque enim columbam beatificauit ſpiritus, vel illum flatum, vel illum ignem, ſibique & perſonæ ſuæ in vnitatem coniunxit in æternū. Sed apparuerūt iſta ſicut opportune apparere debuerunt, creatura ſeruiēte creatori. et. c. 7. ait. Propter has corporales formas, quę ad eū ſignificandū, & ſicut humanis ſenſibus oportet, demonſtrandum, temporaliter extiterunt, miſſus etiam dicitur ſpiritus ſanctus, non tamen minor patre dictus eſt, ſicut filius propter formam ſerui, quia illa forma ſerui inhæſit ad vnitatem perſonæ, illæ vero corporales ſpecies, ad demōſtrandum quod tūc opus fuit, ad tempus apparuerunt, & eſſe poſtea deſtiterunt,

Secunda cauſa quæ hæreticos in errorem allexit eſt illa quam affert D. Theodoretus.

in epitome.ca. de Antichriſto. ait enim. Dominus Chriſtus, cum eſſet verus Deus, & veri Dei filius, ſe filium hominis & hominem appellauit & à natura quæ videtur appellationes imponens, rarò ſe ipſum filium Dei vocauit. Item Theophy. 1. Timo. 2. cum ait Paulus. Vnus Deus vnus mediator Dei & hominum, &c. Non dixit manifeſtè, de diuinitate Chriſti, poſtquam idolorum cultus tunc vigebat. Ne exiſtimetur & ipſe multos deos adducere.

Tertia cauſa quæ illos decepit, fuit ignorātia conſuetudinis ſcripturarum, quam tradit Aug. lib. 83. q. q. 69. inquiens. Regula catholicæ fidei ſic ſe habet, vt cum aliqua in ſcripturis dicuntur de filio quod ſit minor patre, ſecundum ſuſceptionem hominis intelligatur. Cum vero ea dicuntur quibus demonſtratur æqualis, ſecundum id quod Deus eſt accipiatur. Sic apparet quemadmodum dictum ſit. Pater maior me eſt. Et, ego & pater vnum ſumus. Et Deus erat verbum. Et verbum caro factum eſt. Et, Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualē Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Igitur neſciētes hæretici hæc diſtinguere, affirmant Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed quandam præcellentem creaturam, ex quorum numero eſt Arius, Eunomius, Macedonius. Contra illos multi diuini viri ſcripſerunt, Cyrillus lib. 14. Theſauri. & li. 1. cap. 5. & li. 1. ſuper Ioannem, & Theodoretus in epitome. ca. de Filio. Leo etiam ſermone. 3. & 5. de natiuitate, & Baſilius contra Eunomium, & Fœlix Papa epi. 2. & Chryſoſt. ho. de Trinitate. Nos breuiter aliquibus teſtimonijs vtamur. Ioann. 1. dicitur. Deus erat verbum. 1. Ioann. vlti. ſcimus quoniam Dei filius venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius, hic eſt verus Deus & vita æterna. Ioann. 10. tu homo cum ſis facis te ipſum Deum. Ad Roma 9. optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratrib⁹ meis, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt Deus benedictus in ſecula. Ad Titum. 2. ſobriè, piè, caſteque viuamus ſpectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & (eſt particula declaratiua) domini noſtri Ieſu Chriſti. Videtur tamen hoc teſtimoniū vltimum poſſe labefactari. Nam nomen Deus, ſi illi ſubiungitur nomen Chriſtus, pro patre tantummodo accipitur, quia mox ſecunda perſona explicatur, alias pro tota Trinitate. At vero ſi coniunctio, &, exponatur vt dixi, nil ambiguitatis relinquitur in Paulo, vt ad Ephe. 1. Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. Præterea Ioann. vlti. euidentiſſimum eſt teſtimonium, etiam Eraſmo iudice, cum Thomas ait. Dominus meus & Deus meus. Ad Philip. Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualē Deo. Et ad Gala. 1. Paulus Apoſtolus ait, non ab hominibus nec per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum fuiſſe aſcitum ad apoſtolatum. Ioann. 10. Tu homo cum ſis facis te ipſum Deum. Hactenus veritatem catholicā teſtimonijs vtriuſq; teſtamenti tueri, & hæreticis obſiſtere, conati ſumus. Sed aduertendum diligenter quod in Ancyroto ſcripſit Epiphanius. θεότης, inquit, μία ἐν Μωυσῇ μάλιστα καταγγέλλεται, δυὰς ἐν προφήταις σφόδρα κηρύττεται, τριὰς δὲ ἐν εὐαγγελίοις φανεροῦται. Hoc eſt, vna deitas à Moyſe præcipue annunciata eſt, perſonarum dualitas vehementer à prophetis prædicata eſt, Trinitas vero perſonarum, in euangelijs manifeſta facta eſt. Dicit Epiphanius præcipuè. Nam non negat ipſe nec vllus alius qui Chriſtiano nomine dignus cenſeatur, Trinitatem in lege & prophetis inueniri, non tamen tam crebrò, vt in euangelicis & apoſtolicis literis. Veluti in Geneſi. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā. In cuius loci interpretatione Aug. lib. 16. de Ciui. Dei. c. 6. ait. Non loquitur cum angelis, nam ſequitur ad imaginem noſtram, nephas eſt enim credere ad imaginem angelorum hominem factū, aut eādem eſſe imaginem angelorum & Dei. Ideo rectè intelligitur pluralitas perſonarum quæ tamen Trinitas, quia vnus eſt Deus, cum dixiſſet, faciamus, inquit, fecit Deus ad imaginem Dei non dixit, fecerunt dij, & Hila. 4. de Trinit. Theodo. in epit. c. de Spiritu ſancto. Et Euſebius. lib. 1. hiſto. cap. 1. ait eſſe verba patris cum filio communicantis hominis creationem, & ſic dititur in Concilio Syrmienſi. & Hiero. Iſaiæ. 6. ita dicit. Rurſum Euſeb. eodem li. ca. 2. ait. λόγον δεύτερον μετὰ τὸν πατέρα καὶ κύριον σαφέστατα Μωϋσῆς ἀναγορεύει λέγων· ἔβρεξε κύριος ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου. Hoc eſt, verbum ſimul cum patre & domino, manifeſtè Moyſes oſtendit dicens. Piuit dominus ſupra Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem à Domino. Baſil. ho. 9. exae. & Epipha. Quamuis Hebrei exponant à domino, id eſt, à cælo vel cælitus. Tamē prior expoſitio eſt approbata in Cōcilio Syr-

Regula ſcripturarum.

naturam perfectè cognoſcere. Et ſi eorum quæ exiſtunt cognitiones ſint, ſuperſubſtantiale autem quomodo cognoſcetur? Per ineffabilem igitur bonitatem voluit ſe ab ijs circa quæ nos verſamur, nominari, ne expertes omnino ſui cognitionis eſſemus, ſed intellectum eius aliquem & ſi tenuem haberemus. Secundum quod eſt incomprehenſibilis, & nomine certo caret, tamen veluti omnium auctor, & omnium quæ exiſtunt rationes & cauſas in ſemetipſo antea tenens, ab omnibus quæ ſunt denominatur, etiam à contrarijs, veluti luce & tenebris, aqua & igni, vt cognoſcamus quod non hæc ſecundum ſubſtãtiam ſit, ſed quod ſuperſubſtantialis ſit, vnde etiam certo nomine caret, ſed tanquam omnium eorum quæ ſunt cauſa, ex omnibus cauſatis nomen deſumit. Quapropter diuina nomina alia quidem ſecundum negationem dicuntur, ad ſignificandum ſuperſubſtantiale illud. Sine tempore, ſine principio, inuiſibilis. Non quaſi horum aliquo minor ipſe ſit, aut aliquo horum priuetur. Sed quod præcellere omnia dicatur. Nihil enim eorum quæ ſunt ipſe eſt, ſed ſuper omnia eſt. Quæ vero ſecundum affirmationem dicuntur, ea veluti de rerum omnium cauſa prædicantur. Tãquam enim cauſa omnium entium & omnis ſubſtantiæ, ens & ſubſtantia dicitur, & tanquam cauſa omnis rationis & ſapientiæ, necnon rationalis, & ſapientis dicitur ratio, & rationalis ſapientia & ſapiens. Similiter cùm intellectus, tum intelligens dicitur & vita & viuens, potentia & potens, atque de alijs omnibus ſimiliter. Magis autem propriè ex præſtantioribus, & ſibi rebus propinquioribus, nominabitur. Præſtantiora ſunt à materia abſtracta, materialibus ipſis, pura impuris, ſancta execrandis, quæ magis quoque naturæ eius ſunt cognata, vt quæ plus cum eo participant. Multo igitur rectius ſol nominabitur & lux, quam tenebræ, dies quam nox, vita quam mors, ignis, aer, aqua, tanquam vitalia, quam terra. Et præ iſtis omnibus multo magis bonitas quam malitia, & ens quam non ens. Bonum enim ſubſtantia & ſubſtantiæ cauſa eſt. Malum vero boni ſine ſubſtantiæ priuatio eſt. Iſtæ igitur ſunt negationes & affirmationes. Iucundiſſima eſt ex vtriſq; complexio, veluti ſuperſubſtantialis ſubſtantia, ſuperdiuina diuinitas, ſuper principiatum principium, & ſi quæ ſunt ſimilia. Sunt præterea quæ de Deo dicuntur excellentis negationis vim habentia, vt tenebræ, non quod Deus tenebræ ſit, ſed quod non lux ſit, ſed ſuper lucem.

Annotatio.

Aduerte vt Damaſ. intelligas, nomina affirmatiua, quæ tribuũtur Deo, dici de eo veluti de cauſa rerũ. Verbi gratia, bonus appellatur, eo quod eſt, bonitatis cauſa. Hoc aperte dixit Damaſ. cum ait. Quę vero ſecundum affirmationem dicuntur, ea veluti de rerum omniũ cauſa prędicantur, & parum ſupra. Cauſa ex omnibus cauſatis nomẽ deſumit. Et decerpſit ex Diony. cap. 1. Diui. nominum. qui ait. μεθ' ὧν καὶ τὰ αἰτιολογικὰ πάντα. τὸ ἀγαθὸν, τὸ καλὸν τὸ ὂν, τὸ ζωογόνον, τὸ σοφὸν. καὶ ὅσα ἐκ τῶν ἀγαθοπρεπῶν αὐτῆς δωρεῶν ἡ πάντων ἀγαθῶν αἰτία κατονομάζεται. Hoc eſt, cum quibus, ſcilicet nominibus excellentis negationis & nomina cauſalia de tota Trinitate dicuntur, vt bonum, pulchrum, ens, viuificans, ſapiens, & quæcunque alia nomina Deo imponũtur ex donis ab eo datis. S. Tho. huic ſanctorũ doctrinæ addit. q. 13. ar. 2. p. 1. quod huiuſmodi nomina ſignificant ſubſtantiam diuinam, & prædicantur de Deo ſubſtantialiter, ſed deficiũt à repręſentatione ipſius. Significãt enim ſic nomina Deũ, ſecundũ quod intellectus noſter cognoſcit ipſum. Intellectus autem noſter cũ cognoſcat Deũ ex creaturis, ſic cognoſcit ipſum ſecundum quod creaturæ ipſum repræſentant. Nã Deus in ſe præhabet omnes perfectiones creaturarũ, quaſi ſimpliciter & vniuerſaliter perfectus. Vnde quælibet creatura intantũ eum repręſentat & eſt ei ſimilis, inquantũ perfectionẽ aliquam habet. Non tamẽ ita quod repręſentet eũ ſicut aliquid eiuſdem ſpeciei vel generis, ſed ſicut excellens principiũ, à cuius forma effectus deficiunt, cuius tamen aliqualem ſimilitudinem effectus conſequuntur, ſicut formæ corporum inferiorum repręſentãt virtutem ſolarem. Sic igitur prędicta nomina diuinam ſubſtantiam ſignificant, imperfectè tamen, ſicut creaturæ imperfectè eam repręſentant. Cum igitur dicitur. Deus eſt bonus non eſt ſenſus deus eſt cauſa bonitatis, ſed id quod bonitatem dicimus in creaturis præexiſtit in Deo ſecũdum altiorem modũ. Vnde ex hoc non ſequitur, quod Deo competat eſſe bonũ in quantũ cauſat bonitatem, ſed potius è cõ-

Digitized by Google

uerſo, quia eſt bonus bonitatem rebus diffundit.

An nomina quæ deo tribuuntur, dicantur prius de Deo quàm de creaturis

Quæro etiam an nomina prius dicantur de Deo quam de creaturis nec ne, vt paternitas, bonus, ſapiens, fortis, & omnes ferè ſcholaſtici innituntur teſtimonio Pauli (ad Epheſ.3. Flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur) ad probandum quod nomina prius dicuntur de Deo, deinde de creaturis, ad hunc ſenſum videtur citaſſe hunc locum Sanct. Thomas, quæſtione. 13. articul. 6. primæ partis, & Damaſcen. lib. 1. cap. 9. ait. Scire oportet nomen paternitatis, & filiationis & proceſsionis, non eſſe ex nobis ad beatam illam diuinitatem tranſlatum, ſed contra (vt ait Apoſtolus) inde nobis traductum. Propterea, inquit, flecto genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas, & deſumpſit ex cap. 2. Diui. no. Dionyſi. verſus finem. Porrò de teſtimonij Paulini Intelligentia mox videro. Res tamen ſic ſe habet, vt docet Sanct. Thom. artic. 6. citato. Nomina quæ metaphoricè de Deo dicuntur, per prius de creaturis dicuntur quam de Deo, quia dicta de Deo nihil aliud ſignificant quam ſimilitudines ad tales creaturas. Sicut enim ridere dictum de prato nihil aliud ſignificat quam quod pratum ſimiliter ſe habet in decore cum floret, ſicut homo cum ridet, ſecundum ſimilitudinem proportionis. Sic nomen leonis dictum de Deo nihil aliud ſignificat quam quod Deus ſimiliter ſe habet, vt fortiter operetur in ſuis

S. Thomas carpit Damaſ. & Diony. latēter.

operibus, ſicut leo in ſuis. Deinde affert opinionem Damaſcen. quam ſupra retulimus. quod cauſaliter de Deo dicuntur. Et contra eam ſic diſputat. Huiuſmodi nomina, non ſolum dicuntur de Deo cauſaliter, ſed eſſentialiter. Cum enim dicitur Deus eſt bonus, vel ſapiens, non ſolum ſignificatur, quod ipſe ſit cauſa ſapientiæ vel bonitatis, ſed quod hæc eminentius in eo præexiſtunt. Vnde dicendum quod, quantum ad rem ſignificatam per nomen per prius dicũtur de Deo, quam de creaturis, quia à Deo huiuſmodi perfectiones in creaturas manant. Sed quantum ad impoſitionem nominis, per prius à

Locus Pauli ad Epheſ. 3. expoſit⁹.

nobis imponuntur creaturis quas prius cognoſcimus. Vnde modum ſignificandi habent qui competit creaturis. Porrò Paulini loci hic eſt ſenſus germanus. Genibus flexis ago gratias Deo patri, à quo omnis paternitas Græcè *πατριά*, Hebraicè Miſpecha, hoc eſt familia, parentela, cognatio dicitur, vt Pſalm. 21. *πρὸς κυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν*. id eſt, Adorabunt in conſpectu ipſius omnes familiæ gentium. Deinde addit. Nominatur. Nomino nonnunquam

Nomino quid ſignificet.

in ſcripturis ſignificat, ſum, exiſto, ad Epheſios. 1. ſupra omne nomen quod nominatur in hoc ſeculo & in futuro. 1. Ioannis. 3. *ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατὴρ, ἵνα τέκνα θεοῦ κληθῶμεν*. Hoc eſt. Videte qualem Charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur. Noſter tamen interpres addidit, & ſimus, ſed tunc particula, &, declaratiua eſt, ſignificans, id eſt. Loci igitur huius ſenſus eſt, omnes familiæ tam terreſtres, vt hominum cognationes, quam cæleſtes, vt nouem angelorum Chori, à Deo patre exiſtunt, aut creatæ ſunt. Hæc igitur eſt Paulini loci germana expoſitio.

Pſal. 18.

Sancti habent pro more Deum ex acceptis beneficijs appellare, in belli quidem victoria. Diligam te domine fortitudo mea. Quando autem à mentis caligine & obtenebratione liberatus eſt. Dominus illuminatio mea, & Deum miſericordiarum & totius conſolationis Paulus appellat. Oecumen. 2. ad Co

Oecumeni⁹ Chryſoſt.

rinthi. 1. & ſumpſit ex Chryſoſtom. 2. Corinth. cap. 1. homil. 1. quia ait, ſcriptura non vbique eodem nomine Deum nominat, nec ab eiſdem rebus addit cognomina, ſed vbi de bello victoriaque loquitur. Diligam te domine. Vbi de humanitate. Deus miſericordiarum & totius conſolationis. Denique nunc rurſus à iuſtitia, nunc ab integro incorruptoque iudicio cognomentum addit, vtcunque poſtulat præſentis argumenti ratio, &

Oecumeni⁹

iterum Oecumeni. ad Epheſios. 2. capit. ait Deum ſemper iuxta ſubiectam materiam appellat ſcriptura. Deum miſericordiarum vocans, & deũ pacis, & deũ virtutũ, & ad Epheſ. 1. patrẽ gloriæ vocat Paulus. Maximam enim gloriã & honorem donauit generi humano, quæ omnia nobis tradita generali nomine appellat gloriã, per vocabulũ apud nos magnificentius. Hoc ſignificauit Dionyſi. in lib.

Dionyſius.

de Diui. nomi. ca. 1. Inuenies, inquit, omnem ferme Theologorũ laudationẽ, ad beneficos diuinitatis progreſſus exponendos atque lau

Loc⁹ S. Th. expoſitus.

dandos diuina effingere nomina. Hæc verba Diony. annotanda ſunt, & interpretanda ad ſenſum à Chryſoſt. & Oecume. allatum, alioqui non poteris intelligere argumentum.

2. art. 2.

Digitized by Google

Syrmienſi, ad hunc ſenſum. Pluit dominus filius, à Domino patre. Et in Malachia. Si ego Domini, vbi eſt honor meus. Domini in plurali iuxta Hebræum.

Hoc dogma catholicum, à nobis firmis teſtimonijs & præſidijs ſtabilitum, & munitum hæretici conantur conuellere. Primò freti teſtimonio Matthæi. capi. 24. & Marci. 13. De die illa vel hora nemo nouit neque filius niſi pater. Non vtique ignoraturus ſi eſſet Deus. Reſpondet Augu. Pſal. 6. Dicitur non noſſe, quia nõ facit vt nos ſciamus (Alioqui in actibus ſe ſcire fatetur. Non eſt, inquit, veſtrum noſſe tempora, & articulos temporum quæ pater poſuit in eius poteſtate.) Sic in Deute. Tentat vos dominus, vt ſciat, ideſt ſcire faciat, an diligatis eum, an non. & in Actibus. Iudas poſſedit, (i. fecit vt Iudæi poſſiderent,) agrum de mercede iniquitatis. Sic etiam exponit lib. 1. de trini. cap. 12. & libr. 4. ſuper Gene. capit. 9. & libr. 2. de ſermone Domini in monte. & Baſilius lib. 4. contra Eunomium & Theophy. Marcl. 13. Secunda ſolutio eſt Hierony. Matt. 24. dicentis. In quibuſdam Latinis codicibus additum eſt, nec filius, cum in Græcis & maximè Adamantij & Pierij exemplaribus, hoc non habeatur adſcriptum. Sed quia in nonnullis legitur diſſerendum videtur. Non poteſt, inquit Arius & Eunomius, æqualis eſſe qui nouit & qui ignorat. Contra quos iſta breuiter dicenda ſunt. Cum omnia tempora fecerit Ieſus, hoc eſt verbum dei, Omnia enim per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil; in omnibus autem temporibus, etiam dies Iudicij ſit, qua conſequentia poteſt eius ignorare partem, cuius totum nouerit? Hoc quoque dicendum eſt. Quid eſt maius, notitia patris, an iudicij? ſi maius nouit, quomodo ignorat quod minus eſt? ſcriptum legimus. Omnia quæ patris ſunt, mihi tradita ſunt. Si omnia patris filij ſunt, qua ratione vnius ſibi diei notitiam reſeruauit, & noluit eam communicare filio? Sed & hoc inferendum, Si nouiſſimum diem ignorat, ignorat & pęnè vltimum & retrorſum omnes. &c. cum illo ſentit Ambroſi. li. 5. de fide. cap. 8. nempe quod nomẽ filius non inuenitur in libris correctis, ſed inſertum eſt ab Arianis. & ſi illud verbũ admittatur intelligendum eſt iuxta humanitatem, quæ ſicut dolores noſtros pertulit, ita ignorantiam accepit. Quia ex natura ſua erat ignorans. Ita etiam exponit Cyrillus. libr. 9. Theſauri capit. 4. & Nazianze. 3. & 4. libr. Theologiæ. Tertiam ſolutionem elicuimus ex Chryſoſt. homi. de Trinitate, verſus finem tertij tomi. Duplex, inquit, eſt cognitio, operis & cognitionis. Operis, vt illa qua Adam cognouit vxorem ſuam. Num eam ignorabat? non: nam dixit. Nunc os ex oſsibus meis, et caro de carne mea. Et Abraham cognouit Saram, & Iacob Rachel. Sic Chriſtus non cognouit diem iudicij, quia non exercuit iudicium. Nam non venit iudicare mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. nouit tamen notitia cognitionis. Sic interpretatur Epipha libro ſecundo. contra hæreſes in hæreſi Arianorum. & bis in Ancyroto.

Multæ expoſitiones de cognitione horæ diei iudicij vltimi.

Deute. 13.

Luca. 10.

Duplex cognitio.

Fol. 8. ante finem.

Fol. 4.

Secundo nituntur hæretici hoc teſtimonio Iohannis. cap. 17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum verum. &c. ergo filius non eſt Deus. Chryſoſto. homi. 72. in Matth. ſic ſoluit. Quando in ſcriptura ſiuè veteri ſiuè noua, dicitur vnum eſſe Deum, non ad diſtinctionem filij, ſed ad excluſionem dictũ eſt Idolorũ. & Theophy. 1. ad Timoth. 2. cum dixiſſet apoſtolus. Vnus Deus, & vnus mediator &c. ait. Vnus dicitur Deus non ad differentiam filij, vel vt filio opponeret, dixit, verum idolorum reſpectu. Quod enim Deus ſit, vel inde liquet, quod mediator ſit, mediator enim duorum mediator eſt, & vtrumque debet eſſe particeps. Quia igitur filius, dei & hominum mediator eſt, amborum eſt particeps, quippe qui Deus ſit & homo. & Iohan. 17. ait. ſolum verum Deum dixit patrem, opponendo eum mendacibus dijs. Nã filius cum ſit Deus verus, non erit mendax. Sic Iohann. in epiſto. ait. Ieſus Chriſtus, hic eſt verus Deus & vita æterna. Hoc etiã dicit Euthy. eodem loco. & Cyrillus. libr. 10. theſauri. capi. 6. Euariſtus quoque epiſtol. 1. ait. Sunt qui arbitrantur de patre ſolo dictum eſſe, qui lucem habitat inacceſſibilem & ipſe ſolus habet immortalitatem. Ita hos diuinis redarguite præceptis. Non ſolus pater ſine filio lucem habitat inacceſſibilem, quia vbi pater eſt, ibi etiam filium eſſe indubitabili fide credendum eſt. Nam ſi ſolus pater, ſine filio lucẽ habitat inacceſſibilem, neceſſe eſt, vt ſequeſtratam pater à filio habeat manſionẽ. Quod ſi ita eſt, quomodo idem filius, ad dexterã patris adſtans, ab Stephano dicitur conſpici, ſi pater ſecundum eos ſolus dicitur ſedibus lucis contineri? Abſit hoc à ſenſu fide-

Solus Deus quid ſignificet.

1. Timo. 6.

Digitized by Google

lium, quoniam ſicut non obeſt filio, cum ſolus dicitur pater lucem inacceſsibilem habitare, ita non obeſt patri, cum ſapientia, quæ eſt filius, dicitur, gyrum cæli ſola circuire. Denique Ammo. in cap. de æquiuocis, ait. Biſariam dicitur ſolum, vel vnicum, vt ſol, luna. Vel quod à diuerſo coniugato diſtinguitur, vt cum dicimus, relictum in prælio haſtam ſolum habentem, tametſi nihil prohibet calceos habere & veſtem. Sed ad ſcuti vel armorum aliorum differentiam. Et in prandio habebat panem ſolum, quanquam nihil vetat & veſtem habere. Sed ad obſoniorum diſtinctionem dicitur. Hoc ſecundo modo locus Ioannis eſt intelligendus. Tertium afferunt teſtimonium ex Iſaiæ. 61. capite. Euangelizare pauperibus miſit me. Hoc intelligendum eſt iuxta humanitatem. Nam aſſumpſit humanitatem, in qua apparuit, in vnitatem perſonæ, ſic vt quæ de humana natura prædicantur, de filio Dei dici poſsint, & ſic filius dicitur à patre miſſus. At Spiritus ſanctus nunquam dicitur minor, quia nō aſſumpſit naturam viſibilem in vnitatem perſonæ, vt naturæ illi, conuenire poſſent, quę de Spiritu ſancto prædicantur, & ideo non dicitur Spiritusſanctus minor patre. Ratione quoque iſta hęretici innituntur. Chriſtus eſt alius à patre, vt catholici affirmant, ergo aliud. Sed ſic ſoluit Theoph. Ioann. 1. cap. cum ait Ioān. Deus erat illud verbum, inquit Ipſe. Manifeſte hoc loco alium eſſe verbum & alium eſſe patrem declarat Ioannes, etiam ſi nō ſit aliud & aliud. Alius enim & alius, de perſona dicitur, aliud autem & aliud, de naturis. Et vt exemplo manifeſtius faciamus. Petrus & Paulus ſunt alius & alius, ſunt enim perſonæ duę, ſed non aliud & aliud ſpecifice. Vna enim natura eorum eſt humanitas. Sic de patre & filio dicendum, alius enim ſunt & alius duę perſonæ, non autem aliud & aliud, vna enim natura, eorum deitas. Ita fere exponit S. Thom. 1. parte. q. 31. art. 2. ad. 4. Vltimo eandem hæreſim volunt aſtruere, quia præpoſitio, per, ſępe tribuitur filio, quæ tamen ſignificat miniſterium. Sed de hoc in titulo præpoſitionum diſſeruimus.

Eccleſiaſtici. 24.

Alius, & Aliud in diuinis quid ſignificent.

Macedoniani hæretici.

Pneumatomachi qui & Macedoniani vocantur, negant Spiritum ſanctum eſſe Deum contra illos poſſunt aperta teſtimonia multa corrogari. 1. Corint. 6. Neſcitis quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, portate Deum in corpore veſtro. Actuū. 5. Quare tentauit Satanas cor tuum mentiri Spiritui ſancto, nō es mentitus hominibus ſed Deo, & apud Matt. baptizātes eos in nomine patris, & filij, & Spiritusſancti. De his ſatis, ad inſtitutum noſtrum redeamus.

Diuinitatem, (vt ait Diony. ca. 1. de Diui. nomi.) vt carentem omni nomine, & ex omni nomine celebrant apoſtoli & prophetæ. Vt carentem quidem nomine, cum Deum ipſum aiunt in vna ſanctarum viſionum apparētem, cum increpaſſe qui dixerat. Quod eſt nomen tuum? Ac veluti ab omni eum diuini nominis cognitione abducentem dixiſſe. Cur de nomine meo interrogas quod eſt mirabile? an iſtud non eſt mirabile nomē quod eſt ſuper omne nomen, quod eſt ſine nomine, quod omne exuperat nomen quod nominatur, ſiue in hoc ſeculo ſiue in futuro? Dat rationem Iuſtinus in admonitorio. Si ſcientiæ, inquit, omnes rerum ſunt ſubſiſtentium, qui ſubſtantiam excedit omnem, ſcientia omni ſuperior ſit neceſſe eſt. Addit ſtatim Dionyſius eodem loco. Vt plurimis nominibus præditum laudant, cum ipſum rurſus inducunt dicentem. Ego ſum qui ſum, vita, lux, Deus, veritas, & cum Ipſi, diuina ſapientia illuſtres, auctorem omnium ex creaturis omnibus, multis nominibus prædicant. vt bonum, pulchrum, ſapientem, diligibilem, Deum deorum dominum dominorum, ſanctum ſanctorum, æternum, exiſtentem, ſeculorum auctorem, indultorem vitæ, ſapientiā, mentem, verbum, ſcientem, theſauros omnes totius ſcientiæ habentem in ſeſe eminentiſsimè, virtutem, potentem, regem regum, antiquum dierum, inſeneſcibilem, immutabilem, ſalutem, iuſtitiam, ſanctificationem, redemptionem, magnitudine excellentem omnibus, interdum ex quibuſdam viſis aut alijs ex cauſis aut virtutibus prophetæ denominarunt, lucem, oculos, aures, crines, manus illi tribuunt. Item Damaſc. li. 1. cap. 13. De hac eadem re loquens ait. Deus cum incomprehenſibilis ſit, prorſus nomine caret. Ignorantes ſubſtantiam ipſius, quomodo ipſius ſubſtantiæ nomen inueſtigare poterimus, per nomina enim res manifeſtantur. Sed bonus exiſtens Deus, & per participationem bonitatis ipſius, adduxit nos ex nihilo ad eſſe, & nobis intelligendi poteſtatem elargiens, quēadmodum non ſubſtātiæ ſuæ participes nos fecit, ita nec ſubſtantiæ ſuæ cognitionem nobis reliquit, impoſsibile enim eſt ſuperiorem natu-

Gen. 32.

Iudi. 13.

Digitized by Google

Dionyſi. 2.articul. 2. quæſtio.13.primæ partis Sanct. Tho.Item Diony.eodem ca. parum infra ait. Quoniam vt bonitatis ſubſiſtentia, ipſo eſſe ſuo, eſt ſubſiſtentiũ cauſa, boni auctorẽ ſummæ diuinitatis prouidentia ex omnibus creatis laudare conuenlet. Suidas etiã in dictione
Suidas.
Θεὸς ait, ὃς πολλαῖς προσηγορίαις προσαρμόζεται κατὰ τὰς δυνάμεις. Hoc eſt, Deus multas habet appellationes iuxta virtutes quas operatur. Deniq; Baſilius.li.1.cõtra Eunomiũ,ait. Ὁ κύριος
Fo.3. Baſilius.
ἡμῶν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις, τὴν φιλανθρωπίαν τῆς θεότητος, καὶ τὴν ἐξ οἰκονομίας χάριν τοῖς ἀνθρώποις παραδηλῶν, ἰδιώμασί τισι τοῖς περὶ αὐτὸν θεωρουμένοις, ἀπεσήμαινε ταύτην. θύραν ἑαυτὸν λέγων, καὶ ὁδὸν, καὶ ἄρτον, καὶ ἄμπελον, καὶ ποιμένα, καὶ φῶς, οὐ πολυώνυμός τις ὤν. οὐ γὰρ πάντα τὰ ὀνόματα εἰς ταὐτὸν ἀλλήλοις φέρει. ἄλλο γὰρ τὸ σημαινόμενον φωτός. καὶ ἄλλο ἀμπέλου, καὶ ἄλλο ὁδοῦ, καὶ ἄλλο ποιμένος. ἀλλ᾽ ἓν ὢν κατὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ μία οὐσία, καὶ ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος, ἄλλοτε ἄλλως ἑαυτὸν ὀνομάζει, ταῖς ἐπινοίαις διαφερούσαις ἀλλήλων τὰς προσηγορίας μεθαρμοζόμενος. κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐνεργειῶν διαφορὰν, καὶ τὴν πρὸς τὰ εὐεργετούμενα σχέσιν, διάφορα ἑαυτῷ καὶ τὰ ὀνόματα τίθεται. φῶς μὲν γὰρ ἑαυτὸν τοῦ κόσμου λέγει, τὸ ἀπρόσιτον τῆς ἐν τῇ θεότητι δόξης τῷ ὀνόματι τούτῳ διασημαίνων. καὶ ὡς τῇ λαμπρότητι τῆς γνώσεως, τοὺς κεκαθαρμένους, τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς καταυγάζων. ἄμπελον δὲ, ὡς τοὺς ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν πίστιν ἐρριζωμένους, ἐπ᾽ ἔργων ἀγαθῶν καρποφορίαις ἐκτρέφων. ἄρτον δὲ, ὡς οἰκειοτάτη τροφὴ λογικοῦ τυγχάνων, τῷ διακρατεῖν τὴν σύστασιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ ἰδίωμα αὐτῆς διασώζειν, ἀναπληρῶν ἀεὶ παρ᾽ ἑαυτοῦ τὸ ἐνδέον, καὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀλογίας ἐγγινομένην ἀρρωστίαν οὐκ ἐῶν ἀποφέρεσθαι. καὶ οὕτως ἄν τις τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἐφοδεύων, ποικίλας εὕροι τὰς ἐπινοίας, ἑνὸς ὄντος κατὰ τὴν οὐσίαν τοῦ πᾶσιν ὑποκειμένου.

Hoc eſt, Dominus noſter cum de ſe loquitur, benignitatem deitatis, & incarnationis gratiam volens hominibus detegere, proprietatibus quibuſdam de his rebus quæ in eo cõſiderantur, & ad ſe ſpectant ipſam manifeſtat Ianuam ſeipſum appellans, & viam & panem & vitem & paſtorem & lucem. Cum non ſit multis nominibus præditus, non enim omnia ad idem compitum perueniunt. Aliud enim lux ſignificat, aliud vitis, aliud via, aliud paſtor. Attamen cum ſit vnum ſubiectum & vnica ſubſtantia & ſimplex & incompoſita, aliter & aliter ſibi nomen imponit, diuerſis conſiderationibus, varias nomenclaturas adaptans. Iuxta enim differentiam operationum, & iuxta habitudinem qui beneficio affecti ſunt, varia ſibi imponit nomina, lux enim mundi ſeipſum vocat, tum inacceſsibilem deitatis gloriam hoc nomine ſignificans, tum etiam quia illuſtrat cognitionis lumine oculos animæ illorum, qui munditia pollent cordis. Vitem ſe vocat, quia illos, qui in fide altas egerunt radices, fructibus bonorum operum alit. Panem autem ſe vocat, eo quod aptiſsimus cibus ſit ad reficiendum homines, tum vt conſiſtat humana vita, tum etiam vt ſeruetur eius proprietas, dum ſemper implet quod homini deeſt, nec ſinit ægrotationem quæ ex imprudentia nos inuadit, inualeſcere. Sic igitur qui quodlibet nomen voluerit percurrere, varias inueniet conſiderationes, cum vnicum tantum ſit ſubiectum recipiens illa cognomina. Hæc ille. Ecce quomodo auctoritate ſummorum virorum poteſtas nobis commiſſa ac delegata eſt, effingendi Deo infinita nomina iuxta negotiorum qualitatem. Attamen quia, vt ait ille. De Deo etiam vera dicere periculoſum eſt, oportet ex ſcripturis nonnulla aut fere omnia nomina, quæ à Theologis Deo tribuuntur recenſere, vt his ducibus vtens tanquam Ariadnes filo moderemus & regamus ſermones noſtros ne forte labamur, aut verbo offendamus quoties his ſimilia fingere tentauerimus. Nam nullibi periculoſius erratur, quam cum de diuinis rebus ſermo ſuſceptus eſt. In quibus ſi offenſum aut titubatum fuerit, nil remanet niſi terribilis ſpectatio Iudicij. Et quidem libenter vterer Hebraicis verbis, ſed quia typographus Hebraicis typis carebat, coactus ſum Latino vti ſermone.

Primum nomen Dei eſt. El, quod ſeptuaginta θεόν, Aquila ἐτυμολογίαν eius exprimens *Catalogus nominũ di-*
ἰσχυρὸν, ideſt, fortem interpretatur. Deinde Eloha, aut Elohim, quod & ipſum Deus *uinorum, ſiue cognominum quæ deo tribuũtur.*
dicitur. Scire tamen debemus quod Elohim communis numeri ſit, quod & vnus Deus ſic vocetur & plures. Ad quam ſimilitudinem cælum quoque & cæli appellantur Samaim, vnde ſæpe interpretes variant, cuius exemplum nos in lingua noſtra habere poſſumus Athenas, Thebas. Tertium çabaoth, quod.70. virtutum, Aquila exercituum tranſtulerunt. Iſaiæ.6. Quartum Helion, quod nos excelſum dicimus. Deuteronom.32.Quintum. Aſer ihic, quod Exod.3.legitur, qui ero, aut vt alij transferũt, Qui eſt. Eſt, vt inquit Damaſce.lib.1.cap.12.

psia

principalius omnium nominum de Deo dictorum. Qui eſt, quemadmodum Deus ipſe dans reſponſum Moyſi in monte, inquit, Dic filijs Iſrael. Qui eſt miſit me, totum in ipſo comprehendens ipſum eſſe, veluti quoddam pelagus ſubſtantiæ, infinitum & interminum. Quemadmodum autem Dionyſius ait, primarium Dei nomen eſt bonum non enim primum de Deo dicendum eſt eſſe, ſed ipſum bonum. Et Auguſti. De fide & ſymbolo. cap. 5. ait. Deus non poteſt dici fuit & erit, ſed tantum, eſt, quia & quod fuit, iam non eſt, & quod erit, nondum eſt. Ille ergo eſt incommutabilis ſine conditione temporum & varietate. Nec aliunde arbitror manare quod famulo ſuo Moyſi tale nomen ſuum inſinuauit. Nam cum ab eo quæreret, ſi ſe populus ad quem mittebatur contemneret, a quò diceret ſe eſſe miſſum, reſponſum dicentis accepit. Ego ſum qui ſum. Deinde ſubiungit. Hæc dices filijs Iſrael. Qui eſt miſit me ad vos. Sextum Adonai quem nos generaliter dominum appellamus. Iſaiæ. 10. Septimum. Ia quod Deo tantum tribuitur, & in Haleluia extrema quoque ſyllaba ſonat. Octauum τετραγράμματον quod ἀνεκφώνητον, ideſt ineffabile vocatur, aut potius ab Hebræis putatur Hebraicè Iehoua, & interpretatur, qui eſt, aut dominus eſſe. Nonum Saddai, quod Aquila interpretatur ἄλκιμον quod nos robuſtum & ſufficientem ad omnia perpetranda accipere poſſumus, aut qui poteſt omnia vaſtare & perdere, aut qui habet omnia quæ ſibi ſufficiunt nec alterius eget ope. Gene. 43. Ab, ideſt Pater. Iſaiæ. 63. Abihad, Pater æternitatis. Iſaiæ. 9. Adir, Magnificus. Pſa. 8. Oheb, Amans, aut Amator, Pſal. 32. Acharon. Nouiſsimus, Iob. 19. 44. Is. Vir. Emeth, verus, Veritas. Ieremiæ. 10. Elcana, Zelator. Exo. 20. Bore, Creator. Iſaiæ. 40. Baruch. Benedictus, Pſal. 18. Goel, Redemptor. Iob. 19. Gibor, Fortis, Deutero. 10. Gadol, Magnus, Deutero. 10. Gole. Reuelans, ſcilicet, profunda, Daniel. 2. Doberçedeq, loquens iuſtitiam. Hadur. Formoſus, Iſaiæ. 63. Zach, purus, Chazac, Fortis, Iſaiæ. 40. Chai, Viuens, Pſal. 18. Iob. 19. Chanun, Miſericors, Exo. 34. Chacid, Sanctus, Benignus, Iuſtus. Tob, bonus. Iohez, conſiliarius, Iſaiæ. 9. Ioçer, Formator, Iſaiæ. 43. Ieſuah, ſaluator, Iſaiæ. 11. Iaſar Rectus, Deuter. 32. Magid, Annuncians, Iſaiæ. 42. Melech, Rex, Ieremi. 10. Menachen, Conſolator. Iſaiæ. 51. Clemens. Pſalm. 115. Mora, Terribilis. Pſal. 75. Maſiah, Chriſtus, Vnctus. Dani. 9. Moſiah, Saluator. Neeman, Fidelis. Neezar. Accinctus. Naor, Illuminans Pſa. 75. Noçer, Cuſtodiẽs. Exod. 34. Noquer, Vlciſcens. Nahum. 10. Nora, terribilis. Deuterono. 10. Niça, ſublimis, Iſaiæ. 47. Niçgab, Protector, Sublimis, Magnificus. Himanuel. Nobiſcum Deus. Iſaiæ. 7. Hoce, Creator, Faciens. Iſaiæ. 51. Pode. Redemptor. Pele, Mirabilis. Iſaiæ. 9. Poqued, Viſitans. Exo. 34. Caiam, Æternus. Çaddie, Iuſtus, Deuter. 34. Çur, Fortis. Deuteronom. 34. Çohe, Gradiens, Iſaiæ. 63. Cados, ſanctus, Iſaiæ. 6. Cone, Creator, Poſſeſſor, Geneſ. 14. Cano, Æmulator. Ioſue. 24. Riſon, Primus, Iſaiæ. 44. Rab, Magnus, Exod. 34. Rachum, Clemens, Miſericors, Exod. 34. Ram, Excelſus. Sem, Nomen. Somer, Cuſtodiens. Çarſalom, Princeps pacis. Sophet, Iudex. Pſalm. 7. Tamim, Perfectus.

Ca. 2. Diui. nomi.

Deus viuus.

Vocatur viuens Deus, ad diſtinctionem mortuorum deorum, qui appellantur Idola. Sopho. 2. Viuo ego dicit dominus, Hierony. Danie. 6. Sopho. a. & circa principium lib. 3. comment. in Matth. Item, Euthy. Pſal. 41. ait. Fortem & viuentem Deum vocat ſcriptura propter infirmos & mortuos deos gentilium.

Rom. 9.

Deus appellatur figulus, hoc eſt creator noſter & factor. Vnde Apoſtolus. Nunquid dicit figmentum ei, qui finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam, & apud Ieremi. Ecce ſicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea, Domus Iſrael, ait Dominus. Hiero. Iſaiæ. 45.

Ierem. 8.

Κύριος δὲ ἐςι, διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων. πατὴρ δὲ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πρὸ τῶν ὅλων. Hoc eſt, Dominus vocatur, quia rerum omnium potitur. Pater quia eſt ante omnia. Theophilus. lib. 1. ad Autolycum.

Deus vocatus ſæpe angelus ſi ſub perſona Dei loquitur.

Nomine dei angelus intelligitur, vnde Philippus Presbyter, libr. 2. in Iob. capit. 26. ait Deus propter annuntiationem ſalutis noſtræ, angelus dicitur, vt Iob. 20. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre eius extrahet eas Deus, pro quo alius interpres legit. extrahet eas angelus. Vbi eundem exiſtimo eſſe Deum & angelum. Proinde hic angelus & Deus eſt, qui per Pſalmiſtam dicit. Immittet angelum domini, in circuitu timentium eum & eripiet eos. Angelus loquebatur in rubo

ad

ad Moyſen, & dicebat ei. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Sãctus quoque Iacob, Ephraim & Manaſſe nepotes ſuos ita benedicens ait. Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei, Abraham, Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea, vſq; in præſentem diem. Angelus qui eripuit me de cunctis malis benedicat pueros hos.

Nomina quæ ſunt cõmunia Deo & creaturis, quam habeant differentiam in modo ſignificandi.

Oportet deinceps oſtendere quæ ſint nomina quæ cum de Deo & creaturis dicantur, differunt tamen in modo ſignificandi. De quibus Auguſt. in libr. q. vet. & no. teſt. q. 122. ait. Multa vocabula nobis & Deo communia ſunt, ſed diſcrepãt, in effectu. Aliter enim Deus facit quam facimus nos, & loqui dicitur, ſed non more noſtro organo corporali. Sic verbum Dei non tale verbum ſicut noſtrum, quia noſtrum poſtquam fuit non eſt, illud autem manet. *Baſilij locus eximius.* Baſilius quoque hom. de pœnitentia, ait. Axiomata ſua Ieſus largitur alijs, non euacuans, ſed nihilominus habens. Argumentum hoc opulenti, habere videlicet & alijs dare. Verum qui apud nos diuites ſunt, vbi ſua largiũtur alijs quæ habent imminuunt. Diuites enim non ſumus, quia aliena poſsidemus. Chriſtus ita diues eſt, vt quantũ alijs elargiatur, tantum ipſe diues permaneat. Eſt enim inſtar fontis perpetuò fluentis. Sic Petrus petra erat, non tamẽ vt Chriſtus. Lux eſt, & vos eſtis lux mundi. *Ioann. 14.* Ouis eſt, & dicit. Ecce ego mitto vos vt oues in medio luporum. Lege illum in hom. contra Sabellianos, & Arium. & Anomæos. Item Euthy. Ioann. 56. ait. Nouit frequenter ſcriptura eiſdem verbis de Deo & homine poſitis, nõ ſimiliter vti. Vndè dicitur. Ego in patre meo ſum, vos in me, & ego in vos Chriſtus eſt in patre ratione eiuſdem potentiæ, Apoſtoli verò in eo & ipſe in illis, ratione auxilij. Et Chriſtus & nos filij Dei dicimur, & imago & gloria Dei, ſed magna eſt differentia. Et Ioann. 18. exponens hunc locum. Aſcendo ad patrem meũ & ad patrem veſtrum, Deum meũ & Deum veſtrum, ait. Alio modo dixit patrem ſuum, alio modo diſcipulorum, ſuum quidem natura, tanquam eiuſdem ſubſtantiæ, diſcipulorum verò, ratione creationis & prouidentiæ, tanquam creaturarum prouidentia maiori dignarum. Deum autem ſuum & diſcipulorum vtpote hominum. Et quare non ſimpliciter dixit. Et Deum noſtrum. Sed etiã hic diſtinxit, quia licet homo factus eſt, & frater eorum ratione humanitatis, honore tamen plurimum ab eis differebat, & diuinitatis vnione & impeccabilitate. Item Chryſoſt. ho. 74. ſuper Ioan. ait, ſolet nõnunquàm ſcriptura, iiſdem verbis & in Deo & in hominibus non eodem modo vti. Nam dij dicimur & filij Dei. Et filius imago & gloria dicitur, atque etiam nos, ſed longè aliter. Et iterum, nos Chriſti, & Chriſtus Dei, non ſimiliter autem Dei Chriſtus, & nos Dei. Ambroſius ſimiliter. lib. 3. offici. cap. 2. In eiſdem, inquit, verbis diſcretio eſt, aliter enim Deum bonũ dicimus, aliter hominem. Similiter iuſtum & ſapientem. Quod & in euangelio docemur. Eſtote perfecti ſicut pater veſter qui in cælis eſt. *Matt. 5.* Paulum lego perfectum, & non perfectum. Nam cùm dixiſſet. Non quòd iam acceperim, aut quòd perfectus ſim, ſic autem ſequor vt comprehendam. *Philip. 3.* Statim ſubiecit. Quicunq; autem perfecti ſumus. Duplex eſt enim forma perfectionis, alia medios, alia plenos numeros habens, *Perfectio duplex.* Alia hic, alia ibi, alia ſecundum hominis poſsibilitatem, alia ſecundum perfectionem futuram. Deus autem iuſtus per omnia, ſapiens ſuper omnia, perfectus in omnibus. Inter ipſos quoque homines diſtantia eſt, aliter Daniel ſapiens, de quo dictum eſt. Quis Daniele ſapientior? *Ezech. 28* Aliter alij ſapientes, aliter Salomon qui repletus eſt ſapientia ſupra omnem ſapientiã Aegyptiorum. *3. Reg. 4.* Aliud eſt enim cõmuniter ſapere, aliud eſt ſapere perfectè. Qui cõiter ſapit, pro temporalibus ſapit, prò ſe ſapit, vt aliquid alteri detrahat, & ſibi adiungat. Qui perfectè ſapit, neſcit ſua ſpectare cõmoda, ſed aliud quod æternum eſt, quod decorũ atque honeſtum toto affectu intendit, quærens non quod ſibi vtile eſt, ſed quod omnibus. *Philip. 2.* In capit. quoq; Damnamus, de ſumma Trinit. & fide catholica dicitur. *Cap. Damnamus.* Eſtote perfecti ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt, ac ſi diceret. Eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt perfectione naturæ. Adhuc & Hiero. Ezech. 16. cum dixiſſet propheta. Viuo ego, ait. Quæro qua ratione cõmune vocabulum propriè ſibi vẽdicet Deus? ſed quomodo dicitur. Arbor bona, bonus homo, ſeruus bonus, nemo autem abſolutè bonus, niſi ſolus Deus, ſic cum angeli cæteræq; virtutes & ſancti ſint viuentes, comparatione Dei mortui appellantur. Quis eſt homo qui viuit, & non videbit mortem? Vnde Apoſtolus de Deo. Qui ſolus habet immortalitatem, &c. & li. 2. contra Pelagi. ait, ſolus Deus eſt

Digitized by Google

eſt immortalis, quia quæ creaturæ habent per gratiam,ipſe per naturam. Et ad Titum. 1.ait. Solus Deus habere diritur immortalitatem, cum & angelos & multas rationabiles fecerit creaturas quibus dederit immortalitatem. Solus ſimiliter dicitur verax, non quod cæteri non immortales & veritatis ſint amatores. Sed quòd ille ſolus naturaliter ſit, & immortalis & verus. Cæteri verò & immortalitatem & veritatem ex largitione illius couſequntur. Nam aliud eſt verum eſſe, & habere quid per ſemet. aliud in poteſtate donantis,eſſe quod habeat. Deniq; li.2. contra Pelagi.ait. Deus lux appellatur, & tenebræ in illo non ſunt vllæ. Quando dirit nullas tenebras in Dei lumine reperiri, oſtendit aliorum lumina aliqua ſorde maculari,& Apoſtoli vocantur lux mundi,ſed non eſt ſcriptũ quod in apoſtolorũ lure nullæ ſunt tenebræ. Et de Ioanne ſcribitur. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. De Deo enim diritur. Qui ſolus habet immortalitatem,& rertè legimus immortales angelos ſed ſolus Deus eſt immortalis, quia non eſt per gratiam vt rętera,ſed per naturam. Solus ſimiliter dicitur ſapiens,ſolus beatus. Si fuſiorem de har re ſermonem deſideras lege Euthy.Pſal.1.& Theophy.Ioann.1.in expoſitione huius loci. Non erat ille lux, & Damaſcen.lib.2.cap.3.& Orige.tract.8.ſuper Matt. parum poſt principium, & Hieronymum qui frequenter in commẽt.epiſtolæ ad Ephe. hoc idem inculcat.

Quòd Deo,(qui nullis lineamentis depingi aut efformari poteſt) rerum noſtrarum figuræ tribuantur in ſcripturis, cauſa eſt, aut mentis noſtræ imbecillitas, quæ citra ſenſibilia adminicula ad ſublimem Dei,& ſubſtantiarum ſeparatarum contemplationem, ſeſe ſubleuare & erigere non poteſt. Quia nimirum indiget, vt ex ſibi cognatis & affinibus rebus,ad inuiſibiles & ſuperſubſtantiales ſubſtantias conſrendat. Aut quia hoc decens eſt myſtiris oraculis,vt per ſymbola & ænigmata ſignificentur & innuantur diuinarum rerũ arcana, & à prophanorum hominum arceantur obtutu. Si cui tamen viſum fuerit abſurdum, Deo huiuſmodi nomina & formas ex vilibus & contemptis rebus depromptas,apponere, vt quod Chriſtus voretur Gigas, lapis, agnus, panis, vermis, peccatum. Is ſciat dupliciter à nobis Deum intelligi & nominari poſſe. Primò cùm per ſimiles figuras & ſimilitudines progredimur, vt illi nomen imponamus, quod fit cum aliqua cognatio & affinitas inuenitur nominis, cum re illa cui nomen apponitur, vt cum Chriſtus λόγος Græcè,Latinè verbum, ſermo aut definitio appellatur. Verbum quidem quia paterna nobis annunciauit, quemadmodum verbum, mentis conceptum enunciat. Sermo quoque & definitio, quia totam naturam exprimit paternam. Subſtantia itidem vocatur,quia rebus omnibus,vt ſint cauſa eſt. Lux etiam & vita. Hęc quidem licet inter nomina rerum materialium excellere & primatum habere videantur, tamen longè abſunt vt clarè & diſtinctè diuinam ſubſtantiam nobis poſsint repręſentare, ſuperat enim longo interuallo quamcunq; ſubſtantiam, & vitam & lucem, & quodcunque verbum noſtrum. Secundo exponuntur nobis diuina, per diſsimiles formas quæ nos ducunt & pertrahunt In abſurdam & diſsimilem,& illi rei,cui apponitur, penitus diſſonam & differentem ſimilitudinem. Iſtæ vocantur diſsimiles ſimilitudines. Sic Deus vocatur, Inuiſibilis, infinitus, incomprehenſibilis, ſine principio, increatus, immutabilis, inalterabilis, incompoſitus, incorporeus, intangibilis, incircunſcriptus, inintelligibilis, incomprehenſibilis. Quę nomina in Deo ſignificant non quid eſt,ſed quid non eſt. Nam vt dirit Dionyſi. 2.rapit. Cæleſtis Hierarrh. *Αἱ ἀποφάσεις ἐπὶ τῶν θείων, ἀληθεῖς, αἱ δὲ καταφάσεις, ἀνάρμοστοι.* ideſt. Negationes quidẽ in diuinis veræ ſunt, affimationes verò non ſatis commode Deo adaptari poſſunt. Quapropter illa rerum inuiſibilium explanatio, quæ fit cum formæ diſsimiles Deo apponuntur, aptior & melior eſt. Nam rum vtimur huiuſmodi diſsimilibus ſimilitudinibus, longè à rebus materialibus arremur & ſeiungimur, nec in errorem ducimur vt arbitremur hæc materialia propriè de Deo dici poſſe. Quod fieret ſi ſimilibus ſimilitudinibus vteremur, quæ ſolent à rebus pretioſioribus & cognatis depromi. Nam quis non videat fore vt per huiuſmodi figuras labatur atque in errorem ducatur animus noſter, putans Deũ V.g. igneæ aut alterius ſimilis eſſe naturæ. Quarè imbecillitati noſtræ ſe ſcriptura attẽperans,ad diſsimiles ſimilitudines, deſcendit. id cauens,ne imbecillitas mentis noſtræ fœdis imaginibus acquieſrat, ſed potius ſe ſubleuet,& vilitate formarum,à viſibilibus ſe auo-

cet

Digitized by Google

cet rebus. Nam veriſimile omnino non videbitur, nec iis qui ſolidioris & craſsioris ſunt intelligentiæ, cæleſtia & diuina tam vilibus rebus eſſe ſimilia. Attamen illud aduertendum eſt, quòd cum nihil in rebus humanis inueniatur, quod prorſus bonitate careat, dari nobis latiſsimus cāpus vt poſsimus ex quibuſcunque rebus ſiue bonis ſiue malis, pulcherrimas ſimilitudines elicere, cum aliquæ ſimilitudines in ſpiritualibus & carnalibus, aliter & aliter poſsint à nobis illis in rebus contemplari. vt ira eſt in nobis & in Deo, & pœnitentia, triſtitia, & iurat Deus vt nos, & viuit, ſedet, &c. de his à Diony. cap. 2. cæleſt. Hierar. dici, τῶν ἀΰλων ἢ ταῦτα, ἐναρμονίως δὲ καὶ οἰκείως ἐπὶ τῶν νοερῶν τε καὶ αἰσθητῶν ἰδιοτήτων ὁριζομένων. Hoc eſt, eadem non eodē modo, ſed conuenienter & propriè, in ſpiritualibus & corporalibus definiri. Igitur ſcripturæ, diuinitatem, interdum ex iſtis viſibilibus pretioſiſq; rebus, concelebrāt, vt cum ſolem iuſtitiæ, ſtellam matutinam in cordibus fidelium orientem vocant. Aliquādo ex his quę ſunt media, diuinam prædicant maieſtatem, cùm ſcilicet ignem vocant, aut, aquam fluentem in vitam æternam, aut fontem. Aliquando etiam ex infimis Deum laudant. vt cùm vocant vnguentum, aut oleum effuſum, & lapidem angulare, petram, leonem, & quod eſt omnium viliſsimum. ego ſum vermis & non homo. Hæc ideò fiunt, ne diuina prophanis peruia ſint, & ne ſanctorum ſignorū inſpectores, figuris tanquā veris rebus inhæreant. Sed diuina veriſsimis proferantur negationibus, dum, extremis creaturæ ſuæ partibus, à ſua licet natura remotiſsimis, ſimilis dicitur. Hactenus de Deo & diuinis nominibus ſcripſiſſe ſufficiat, reliqua quæ tractari à nobis poterant, diuinitus pertractata ſunt à Diony. Areopagita, in iuſto de hac re edito volumine. & Diuus Thomas. 1. part. q. 13. diligenter hac in re laborauit.

¶ De Chriſti redemptoris noſtri nominibus, ſiue de illis quæ ſpectant ad diuinam naturam, ſiue de illis, quæ ſpectant ad naturam aſſumptam, & de generibus Chriſtorum. CAP. III.

MESSIAS Hebraicè, Vnctus Latinè, Chriſtus Græcè, Ieſus redemptor noſter appellatur. Quia vtraque dignitate, ſacerdotali & regia pollebat. Nam Chriſma, vt ait Hierony. Iſaiæ 45. apud Hebræos erat inſigne regiæ poteſtatis, vt quomodo apud nos Diadema & purpura ſolis imperatoribus datur, ſic apud Hebræos regnaturi perfundebantur oleo. Vnde Cyrus rex Perſarū vocatur Chriſtus, & Saul Chriſtus domini dicitur. Hæc ille. Sacerdotes quoque ſummi probatiſsimo oleo vngebantur; quod cum à capite ad veſtimenta deſcendebat optimè fragabat. Vnde in Pſalm. 132. ſicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam barbam Aaron. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Hoc oleo vngebantur, quia illi præ cæteris, humanitate, miſericordia, manſuetudine, debent pollere: aut quia fragantia bonorū operum abundare debent, ita vt ſint hominibus odor vitæ in vitam, & non odor mortis in mortem. Nam oleum pro vnguento odorifero in ſcripturis accipi notū eſt. Sunt tamē multa Chriſtorum genera, quæ explanationem noſtram poſtulāt, vt omni errore ſublato, de vno quoque Chriſto, cum in quæſtionem venerit, diſtinguere poſsimus. De qua re Hierony. Habac. 3. ſic ſcribit. Chriſtorum multa ſunt genera. Chriſti in veteri teſtamēto dicebantur, & patriarchæ. Quorum vnctio fuit facta per Spiritum ſanctum, abſque ſenſibili oleo: nam illo tempore nec vnctionis per oleum mentio erat, aut etiā vncti vocantur, quia per Spiritum ſanctū aſſecuti fuerant gratiam prophetandi, quæ nomine olei intelligitur. De his ſcriptum eſt in Pſalmis. Corripuit pro eis reges, nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. *Pſal. 104.* Et in 1. Paralip. libr. omnes qui egreſsi ſunt de Ægypto Chriſti vocantur. Chriſma quoq; ſacerdotale in Exodo conficitur, quo *Exod. 30.* poſtea ſacerdotes in Leuitico leguntur vncti. *Leuiti. 8.* Et aliud vnguentum quo reges vngūtur, qui regnum adeunt, quod in duo ſcinditur. Si enim Dauid eſt & Salomon ideſt fortis manu, & pacificus, cornu vngitur. Si verò Iehu & Azahel ſunt, perfunduntur lenticula. *1 Reg. 16.* *4. reg. 9. & 19.* Sed & Cyrus rex Perſarum & Medorum, qui de captiuitate populum relaxauit, licet multi errent & de domino ſaluatore ſcriptū putent, audit per Iſaiam. Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, &c. & ad extremum dicitur. *Iſaia 45.*

citur. Tu autem non cognouiſti me, quod de ſaluatore nephas eſt intelligere. Eſt vn-
3. reg. 19. guentum propheticum quo præcipitur Eliç, vt Eliſeum vngat in prophetam. Et ſuper omnia vnguentorum genera eſt vnguentū ſpirituale, quo vngitur ſaluator, & dicitur ad
Pſal. 44. eum. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Participes autem eos puto ad quos loquitur &
1. Iohan. 2. Iohannes. Et vos vnguentum habetis à ſancto. Et poſt modicum. Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos, & vos chriſma quod accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos, ſed ipſum Chriſma docebit vos de omnibus. Ac ne fortè qui chriſma baptiſmi perdiderunt deſperent de chriſmate reparãdo. Scriptum eſt in
Leui. 14. Leuitico. Leproſus extra caſtra proiectus, cū ad ſacerdotem venerit, & lepra ipſius fuerit mundata, mittat ſibi oleum ſacerdos in manu ſiniſtra. & intincto digito ſepties aſpergat oleum coram domino, & tangat eodem oleo auriculā eius, qui leproſus fuerit, & dexteram manum, & dextrum pedem, & quod remãſerit de vnguēto totum mittat in caput eius. Cumque omnia hæc recte compleuerit totum immolet holocauſtum pro eo, & ipſe Chriſtus dei vocetur. In horum Chriſtorum ſalutem egreſſus eſt Dominus de loco ſuo, vt ait Micheas. Si fuſiorem de hac re ſermonem deſideras lege Euſebium. li. 1. hiſto. cap. 4. & li. 4. demonſtra. euangelicæ. ca. 15.

Deinde quærendum videtur an vt Ieſus redemptor noſter, deus ab æterno, & verbū vocatus eſt, ſic etiam Chriſtus vocari potuit, ante aſſumptionem noſtræ naturæ. Cui quæſtioni Damaſce. reſpondens. li. 4. cap. 6. ait. Nos filium dei vocatum Chriſtum dicimus, ex quo in ſanctæ virginis vtero conceptus & eſt caro immutabiliter factus eſt. Vnctio enim ipſa ad humanitatē attinet, vt diuinus ait Gregorius. Et Cyrillus ad reginas ait.
4. li. Theologiæ circa principium Quãdo verbū caro factū eſt, tūc & ipſum nominatū eſſe dicimus Chriſtum Ieſum. Quia vinctus eſt oleo lætitiæ, ideſt ſpiritu ſancto, à deo patre. & hac quoque cauſa Chriſtus nominatur. Quod autem vnctio circa humanitatem ſit, nequaquam dubitauerit, quiſpiā eorum qui recta ſapere ſunt cōſueti. Et Athanaſius in ſermone Epiphaniæ ait. Præexiſtēs Deus ante aduentum in carnem, non erat homo, ſed Deus erat apud Deum patrē, inuiſibilis & impaſsibilis exiſtens. Quandò verò factus eſt homo, nomen Chriſti propter carnē illi inditum eſt, cui nomini ſequitur mors & paſsio. At dicit ſcriptura. Vnxit te Deus oleo lætitiæ. ex quo teſtimonio poteſt colligi, ante incarnationem Chriſtum hoc nomine fuiſſe vocatum. Sed ſciendum quod ſcriptura ſæpenumerò vtitur præterito pro futuro. vt, poſt hæc in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus eſt. & tamē nondum fuerat viſus.

Ex hoc Chriſti redemptoris noſtri nomine, & nomen accepimus, & originem traximus omnes Chriſtiani. *Chriſtiani.* Hoc nomen primo vſurpatum fuit ab antiquis patribus in Actibus apoſtolorum. ca. 11. Quando prædicante Saulo & Barnaba apud Antiochenos, imperante Claudio, cum magna multitudo hominum cœpiſſet ſacris noſtris myſterijs initiari, & fidei veræ adhærere, ſancti illi & religioſi viri, à Chriſto, Chriſtiani appellari voluere. Nam antea Nazaręi & Galilæi vocabantur. *Nazaræi Galilæi.* Attamen quanuis hoc auſpicatiſſimo & feliciſsimo nomine multis ſeculis orbis caruerit, à principio tamen & exordio generis humani, multi & diuini viri floruere, qui non tam nomine quam re ipſa, veri fuerūt Chriſtiani vt Habel, Noe, Abraham. Dauid, Ezechias. Quis obſecro dignior hoc nomine, quàm Patriarcha Abraham, (qui in præputio, fidelis, in pietate & religione, perfectus, & in cognitione Dei ſublimis) inuentus fuit? Qui euangelico viuens more, ad vocē domini, dicentis. Egredere de terra tua & de cognatione tua, relictis ſeculi rebus, deū ex animo ſecutus eſt. Vt legimus Petrum, Andream, Iacobum & Iohannem, vocante illos domino, feciſſe. Præſtat tamen Euſebij Cæſarienſis verba in medium afferre qui lib. 1. De *Euſebi⁹ Cæſarienſis.* monſt. Euange. ca. 4. aut. 6. iuxta alios de hac re ſic ſcribit. Sed & vitæ inſtitutio quæ iuxta pietatem eſt, ſicut omnibus gentibus, abſque Moyſis inſtitutione, Chriſto doctore prædicata eſt, ſic apud priſcos illos idem pietatis vigebat modus. Neque enim illis cura circuncíſionis erat, ſicut nec nobis, neq; à ceteris animalibus abſtinere curabant, ſicut nec nos. Nam Moyſes ſtatim inducit Melchiſedech, ſacerdotē Dei altiſsimi, qui nec corpore circunciſus erat, nec vnguento, iuxta legē *Melchiſedech.* Moyſis confecto, vnctus, nec quid Sabbatum eſſet edoctus, neq; quicquam eorū quæ Iudęorum genti per Moyſen imperata ſunt, ſciens. Attamen iuxta Chriſti euangelium viuens,

Digitized by Google

viuens, hũc ipſum ſacerdotem Dei altiſsimi fuiſſe, idem Moyſes affirmat, ipſoque Abraham præſtantiorem. Ideoq; inducitur Abraham benedicens.

Noe. Talis Noe fuit, homo in generatione ſua iuſtus. Quem (quaſi ſcintillam humani generis, in ipſa diluuij vaſtatione: ijs omnibus reparandis qui in terra perierant) Deus vniuerſi ſeruauit. Hic igitur quanuis eorum quæ ad Iudaicos mores ſpectant nihil ſciret, nec in corporis circuncisione, nec in alijs quæ à Moyſe conſtituta ſunt, degeret, tamen Iuſtus (ſi quis alius) eſt appellatus.

Enoch. Et ante hũc Enoch, qui Deo dicitur placuiſſe, & trãſlatus eſt, nec mortem eius legimus. Hic quoque cum talis eſſet, nec circuncisus erat, nec in lege Moyſis fuerat verſatus, ſed Chriſtianis moribus, non Iudaicis vſus eſt.

Abraham. Et Abraham poſt eos, qui dicti ſunt, natus, propter eos qui ex ipſo orituri erant, quaſi ſignum quoddam, circuncisionem corporis primus ſuſcepit, vt illius poſteri cognoſcerẽtur, qui ab illo iuxta carnem originem ducebant. Ante vero quàm & filios gigneret, & antequam circuncideretur, & ipſe propterea quod à ſimulacrorum cultu ſeceſſerat, vnũq; ſuper omnia Deum confeſſus fuerat, & eam vitam quæ cum virtute eſt ſectabatur, Chriſtiano more vixiſſe, non Iudaico demonſtratur.

Quæ lex ante Moyſen viguerit. Lege S. Tho. 1. 2. q. 103. artic. 1.

Idcirco illi teſtimoniũ exhibetur, quod præcepta, mandata, cæremonias, & legitima Dei, ante lationem legis Moyſis, ſeruauerit. Erant enim ante Moyſis legem mãdata Dei alia, & cæremoniæ, nõ ſimilia ijs quæ à Moyſe tradita ſunt, per quæ iuſtitiam conſequebantur. Porrò quod non eadem eſſent cum his quæ per Moyſen poſita ſunt, Moyſes ipſe demonſtrat. Audi Iſrael iuſtificationes & iudicia quæcunq; loquor in auribus veſtris in die hac, & diſcetis ea, vt ea faciatis. Dominus condidit nobis in Choreb teſtamẽtum hoc, neutiquam patribus veſtris condidit dominus teſtamentum hoc, ſed vobis. Quod ſi abſolute non datum eſſe patribus eorum, teſtamentum dixiſſet, in mendacium ſanè illa recidiſſet oratio. Datum eſt igitur Abrahæ teſtamentum, & Noe: atque ideo cum adiectione dixit Moyſes, non hoc datum eſſe patribus eorum, alterum ſanè ſignificans excellẽtius, per quod amici Dei dicti ſunt. Statim nanq; ipſi Abrahę, eo quod ſummo Deo crediderit, iuſtitiam ſeruaſſe, teſtatur ipſe Moyſes. Credidit Abraham Deo & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Quòd autem poſt plenã iuſtitiæ obſeruationem, acceperit ſignum circuncisionis, & nihil hoc illi ad pietatem conſequendam adiuuerit, perſpicuè dicta verba demonſtrant.

Ioſeph. Inuenies etiam Ioſeph ante Moyſi tempora in ædibus regijs Ægyptiorum, ſine Iudaicis legibus ſancte verſatum.

Moyſes. Imo ipſe Moyſes in ætate tenera apud filiã Pharaonis educatus eſt, ſine legibus Iudaicis.

Iob. Et Iob nunquid præcepta Iudaica ſeruauit? Contemplare huiuſce Iob vitam, quæ de legibus Moſaicis nõ fuit ſolicita, attamen ab euangelica doctrina non abhorrebat. Hæc igitur erant in his qui ante Moyſen fuerunt, nam ex vnius vita reliquorum inſtitutum viuendi licet cõficere: nempè pro religione celebranda certamina, per quæ & amici Dei & prophetę vocati ſunt. Cùm hæc ita ſint quid illis Moyſi præcepta prodeſſe poterant, quę iniquis viris tradita ſunt?

Lex euangelica eſt inſtauratio legis naturæ integræ.

Ex his igitur omnibus, antiquorum patrum religionis morem, verbum Chriſti annuncians omnibus gentibus, clare apparet, ne teſtamentum nouum aliud eſſe putemus quam antiquam illam religionis formam, quæ fuit ante Moyſen: ita vt vetus pariter & nouum poſsimus dicere. Vetus quidem propter cauſam à nobis expoſitam. Nouum ꝓpterea quod longo poſt interuallo quaſi hominibus abſconditũ, rurſum per Saluatoris noſtri doctrinam reuixerit. Toto hoc medio, de quo dictum eſt tempore, quandiu latuit noui teſtamenti modus viuendi, lex Moyſi ingreſſa eſt, aut quaſi gubernatrix puerorum & animarum imperfectarum, aut curatrix morborum gentis Iudaicę, laborãti Ægyptiaco morbo, nam cum Iudæi à ſanctitate paterna degenerarent, neceſſe fuit vt illis lex imperfecta daretur, qua in officio continerentur. Hæc ille. Lege Epipha. lib. 1. circa principium. & Tertulli. contra Iudæos. Sed quæres quid ſit Chriſtianiſmus, eſt, vt inquit, Baſilius homi. 10. Exaẽm. verſus finem. θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμινον ἀνθρώπου φύσει, ideſt, Dei ſimilitudo quã humana natura capere poteſt. de hac re extat liber Grego. Niſſe. ad Harmonium.

Poſtquam Chriſti nomen interpretati ſumus, & gentis noſtræ incunabula & originem (ab ipſo generis humani exordio incipientes) ꝓdidimus, & ſtudioſorum auribus diligẽter transfundere curauimus, opus eſt, vt veluti à diuturna peregrinatione ad Chriſtum caput noſtrum, reuertamur. Et quia in eo præcipuè, tanquam in lapide offenſionis

 & pe-

Digitized by Google

& petra ſcandali, impingunt & labuntur
Heretici. duæ domus Iuda & Iſrael, nempè hæretico-
Iudæi. rum infida & leuis familia, & Iudæorum im
pia & ſcelerata natio, oportet vti præſenta-
neo Antidoto, & omnem mouere lapidem,
vt noſtros, contra venenata illorũ dogmata,
præmuniamus, ne ab huiuſcemodi homini-
bus, à vera via, ad deuiam & anfractibus im-
Hilarius. peditam, pertrahantur. Quia vt inquit Hila-
rius. li. 9. de trinitate. Hinc fallendi ſimplices,
occaſio eſt hæreticis, vt quæ à Chriſto ſecun
dum hominẽ dicta ſunt, dicta eſſe ſecundũ na
turæ diuinæ infirmitatẽ mentiantur. & quia
vnus atque idem eſt loquẽs omnia quæ lo-
quitur, de ſemetipſo omnia eũ locutum eſſe
Theophylactus. contendant. Neſcientes (vt ait Theophy. Io-
han. 5. contra Arrianos loquens) conſuetudi
nem ſcripturæ quæ talis eſt. Quando audis
Chriſtum paruũ quiddam & humile de ſe loqui,
ne turberis, propter auditores enim talia lo
quitur, non valentes ſublimius quiddam ca-
pere, ſed ſtatim ferocientes. Igitur hoc præ-
ceptum mandemus memoriæ, quod Augu.
Regula Augustini. 1. de trinit. capi. 11. tradit. Regula, inquit, eſt
ſcripturarum de filio Dei. vt diſtinguamus
quid in eis ſonet ſecundum formam Dei, in-
qua æqualis eſt patri, & quid ſecundum for-
mam ſerui quam accepit, in qua minor eſt
patre, & non turbabimur tanquam contra-
rijs inter ſe ſanctorum librorum ſententijs.
Iohan. 1. Secundum formam ſerui dicitur. Pater ma-
Philip. 2. ior me eſt. Minor ſeipſo, quia de illo dictum
eſt. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui ac
cipiens. Minor eſt ſpiritu ſancto, quia ipſe
Mat. 12. ait. Qui dixerit blaſphemiam in filium ho-
Luca. 12. minis remittetur ei, qui autem in ſpiritum
ſanctum non remittetur nec in hoc ſeculo
nec in futuro. Et in ipſo virtutes operatus
eſt dicens. Si ego in ſpiritu dei eijcio dæmo
nia, certè ſuperuenit ſuper vos regnum dei.
Iſaia. 6. Et apud Iſaiam quam lectionem in ſynago-
ga ipſe recitauit, & de ſe impletã ſine ſcrupu
lo dubitationis oſtendit. ſpiritus, inquit, do-
mini ſuper me, propter quod vnxit me, Euã-
Luca. 4. gelizare pauperibus miſit me, prædicare ca-
ptiuis remiſsionem. Ad quæ facienda ideò
dicit ſeſe eſſe miſſum, quia ſpiritus domini
eſt ſuper eum. Secundum formam ſerui ip-
ſe factus eſt ex muliere, factus ſub lege. Secũ
dum formam dei. Ipſe & pater vnum ſunt,
ſecundum formam ſerui non venit facere vo
luntatem ſuam, ſed voluntatem eius qui mi-
ſit eum. Secundum formam dei, Sicut habet
pater vitam in ſemetipſo, ita & filius habet
vitam in ſemetipſo. Secundum formam ſer-
ui. Triſtis eſt anima mea, vſque ad mortem.
Et, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix
iſte. Secundum formam dei. Ipſe eſt deus ve
rus & vita æterna. Secundum formam ſer-
ui. Factus eſt obediens vſque ad mortẽ, mor-
tem autem crucis. Secundum formam dei.
Omnia quæ habet pater, ipſius ſunt, & om-
nia tua mea ſunt, inquit, & mea tua. Secun-
dum formam ſerui. Non eſt doctrina ipſius,
ſed illius qui eum miſit. Et diem iudicij ne-
ſcit, ideſt nos non ſcire facit. Secũdum for-
mam dei dictum eſt. Ante omnes colles ge- *Prouer. 8.*
nuit me. ideſt ante omnes altitudines creatu
rarum, & ante Luciferum genui te. id eſt, an-
te omnia tempora & temporalia. Secundum
formam ſerui. Non eſt meum dare vobis.
ideſt humanæ poteſtatis. & Iohann. 7. Mea
doctrina non eſt mea. Secundum formam
dei ſuam appellauit, ſecundum formam ſerui
nõ ſuã. Et, Qui in me credit, nõ in me credit.
ideſt qui in me credit non in hoc quod videt
credit, ne ſit ſpes noſtra in creatura, ſed in
Deo. Et alibi. Creditis in deum & in me cre-
dite, id eſt ſicut creditis in Deum, ſic & in
me, quia ego & pater vnus Deus. Et ego nõ
iudicabo, cum ipſe iudicaturus ſit viuos &
mortuos. ſed quia non ex poteſtate, propte
rea recurrens ad deitatem, ſurſum erigit cor-
da hominum, propter quæ ſubleuanda de-
ſcendit. Sic dicit. Verbum quod locutus eſt,
iudicabit eum in nouiſsimo die, ideſt, Ego
non iudicabo, ſed verbum patris iudicabit.
Verbum patris, eſt ipſe filius dei. Ideò ali-
quando dicitur. Ego non Iudicabo. aliquan
do, ego iudicabo. Item Ambroſius. libr. 5. *Ambro.*
de fide. cap. 5. ait. Chriſtus nunc ex perſona
hominis, nunc in dei maieſtate ſe ſignificat,
nunc vnitatem diuinitatis ſibi cum Deo pa-
tre vendicans, nunc fragilitatem humanæ
carnis aſſumens, nunc doctrinam ſuam ſe
non habere, nunc voluntatem ſuam ſe non
quærere, nunc teſtimonium ſuum verum nõ
eſſe, nunc verum eſſe ſignificans. Nam ipſe
dixit. Si teſtimonium perhibeo de meipſo te *Ioan. 8. 5.*
ſtimonium meum non eſt verum. & ipſe in
poſterioribus ait. ſi ego teſtimonium perhi-
beo de me, teſtimonium meũ verum eſt. Itẽ
lib. 3. de fide ad Gratianum Auguſtum. cap.
3. ait. Eſt in ſcripturis promiſcua conſuetudo *Ambro.*
diuinis, vt interdum de diuinitate Chriſti in
cipiant, & ad incarnationis ſacramenta de-
ſcen-

Digitized by Google

ſcendant, interdum ab incarnatione exordium ſumant, & ad gloriam diuinitatis aſſurgant. Quod frequens eſt in Euangeliſtis & prophetis & in Paulo. Vt in euangelio. Poſt me venit vir, qui ante me factꝰ eſt, quia prior me erat. Et Chryſoſt. hom. 1. in epiſto. ad Hebræ. cum hęc dixiſſet, addidit. Sic nobis vſus eſt, cum de natura humana diſſerimus: nam interdum ſublimia, interdum humilia loquimur. Dicimus enim nihil eſt homo, terra eſt homo, cinis, totū à deterioribus appellamus. Quando verò dicimus rationale animal eſt homo, ſuperis cognatum, à melioribus eum vocamus. Sic Chriſto aliquando ab inferioribus, aliquando à melioribus appellationes tribuimus. Hoc etiam Paulus frequenter vſurpauit, diſpenſationem cupiens confirmare, & perfectam commendare naturam. Hęc ille. Sic Paulus à diuiuitate incipiens, in humanitate finiuit ſermonem. Qui cùm in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Et ad Hebræos 1. cùm ait, Quem conſtituit hæredem vniuerſorum ab humanitate incipit. & ſubdit de diuinitate. per quem fecit & ſecula.

Chryſoſto.

Oportet tamen aperire quas ob cauſas mixtim ſcriptura loquatur de Chriſto, aliquando de diuinitate tantum. nonnūquam de humanitate, aliquando de vtriſque. Primam cauſam attulit Chryſoſt. in verbis modo citatis, quod mixtim, inquit, ſcripturæ de Chriſto loquentes humilia ſublimibus connectunt faciunt, vt carnis diſpenſationem confirment, & perfectam commendent naturam.

Secundam cauſam affert Chryſoſt. hom. 16. in Matth. Excelſa, inquit, humilibus, & rurſus excelſis humilia Chriſtus permiſcet, vt ſuſpicionem, quà contrarius Deo putatur, tollat. Propterea qui innumeros, ſermone ſolo, mortuos ſuſcitauit, cū de ſepulchro Lazarum vocaturus eſſet, orationem ante præmiſit. Deinde ne hoc, illum minorem patri, monſtraret. Vt hanc quoque ſuſpicionem curaret, adiecit. Sed hæc, propter turbam, quæ circunſtat dixi, vt credant, quod tu me miſiſti. Itaque nec omnia ſic facit quaſi ipſe habeat poteſtatem, vt infirmitates ſcilicet eorum hac moderatione medeatur. Neque cuncta rurſus operatur orando, ne aliquibus in poſterum malignæ ſuſpicionis argumentum relinquat.

Tertia cauſa eſt illa quam affert Chryſoſto. homil. 8. in Ioan. ob auditorum imbecillitatem proprium tanquam alienum Chriſtus multis in locis ponit. vt Ioan. 17. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt. Et parum infra. Tui erant & tu mihi eos dediſti. Noli quia audis patrem mihi eos dediſſe, exiſtimare alienos iam à patre eſſe.

Quarta eſt Theophi. Ioannis. 5. ait enim, Chriſtus interdum ſublimia de ſe teſtimonia, vt dignum erat, fert. interdum autem humilia, propter inſaniam inimicorum Iudæorum. Nam Iudæi qui videbant ipſum in carne ambulare, cum publicanis & meretricibus & comedere & bibere, ſicut vnum ex multis, quid non feciſſent ſi omnia ſublimia de ſe dixiſſet, & non admiſcuiſſet etiam humilia. vt Ioan. 5. Neque pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. & cap. 6. Ego ſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Et ſubdit humilia. Qui audit ſermones meos, & credit ei qui me miſit, habet vitam æternam.

Vt hæc clarius intelligi & cognoſci poſſint, de numero aut diſtinctione naturarum in Chriſto coniunctarum tractare oportet, & tunc aptius & clarius vnicuique naturæ nomina ſua tribuemus. Qua de re Damaſce. libr. 3. capit. 4. ſic ſcribit. In Chriſto domino noſtro duas naturas cognoſcimus & vnam hypoſtaſin ex vtraque compoſitam, quando naturas reſpicimus, deitatem humanitatemque vocamus. At verò quando ex naturis coniunctam hypoſtaſin, quandoque ex vtriſque ſimul Chriſtum vocamus & Deum & hominem ſecūdum idem & Deum incarnatum, Quandoque verò ex vna naturarum, Deum ſolum, filium Dei: & hominem ſolum & filium hominis. Et quandoque ex ſublimibus ſolis, quandoque ex ſolis humilibus. Nam vnus quidē eſt, illud ſcilicet Deus ſemper exiſtens, illud verò poſterius, nempè quod homo ſit, ob noſtram miſerationem factus. De diuinitate quidem loquentes nō tribuimus ipſi quæ humanitatis ſunt propria, non enim dicimus deitatem, aut paſsibilem aut creatam. Neque de carne id eſt humanitate prædicamus ea quæ deitatis ſunt propria: nam non dicimus humanitatem increatam. At vero de Hypoſtaſi, ſiue ex vtraque, ſiue ex vna naturarum eam nominemus, vtriuſque naturarum propria illi adijcimus. vt Chriſtus idem eſt quod vtrun-

Naturæ duæ in Chriſto & Hypoſtaſis vna.

que ſimul, Deus & homo, creatus & increatus, paſsibilis & impaſsibilis. Et quando ex vna naturarum filius Dei & Deus nominatur, ſuſcipit carnis nomina: vt Deus paſsibilis, dominus gloriæ crucifixus, non ſecũdum quod Deus, ſed ſecundum quod homo. Et quando dicitur homo & filius hominis, ſuſcipit diuinæ ſubſtantiæ propria, vt puer ante ſecula, homo ſine principio, non ſecundum quod puer & homo, ſed ſecundum quod Deus (qui eſt ante ſecula) factus eſt in nouiſſimis, puer paruulus. Iſte modus alternæ attributionis vtriuſq; naturæ, alterutri propria viciſsim reddentis propter hypoſtaſeos identitatem, & ipſarum inuicem immanentiam & inſeſsionem. Sic poſſumus dicere de Chriſto. Deus noſter in terra viſus eſt. & homo increatus, impaſsibilis, incircunſcriptus.

Inſeſsio diuinarũ perſonarum, Theophi. Ioan. 10. in fine.

Porrò non erit ſtudioſis inutile vniuerſa ferè nomina, quæ ſigillatim vtrique naturæ, aut ipſi ſuppoſito diuino tribuuntur, ad certa capita redigere, vt tenacius memorię mandari poſsint. Eorum quæ de Chriſto dicuntur modi (inquit Damaſce. lib. 4. capite 19.) generales ſunt quatuor. Nam quædam competunt ipſi ante incarnationem, quædam in ipſa vnione, quædam poſt vnionem, & quædam poſt reſurrectionem. Eorum quæ ante incarnationem, modi ſunt, ſex. Nam quædam eorum conuenientiam naturæ, & ad patrem conſubſtantialitatem oſtendunt. vt illud, ego & pater vnum ſumus. &, Qui videt me videt & patrem. &, Qui cum forma Dei eſſet. & id genus talia, Quædam perfectionem hypoſtaſeos, vt illud. Filius Dei, & character ſubſtãtiæ eius. & illud. magni conſilij angelus, & admirabilis conſiliarius, & ſimilia. Quædam manſionem hypoſtaſeon in inuicem, vt hoc, Ego in patre & pater in me. Quædam immobilem ſtatum & proprietatem à Deo inſeparabilem. Vt verbum, ſapientia, virtus, & ſplendor: quandoquidem verbum in mente (verbum dico ſubſtantiale) & ſapientia ſimiliter, & in potente virtus, & in luce ſplendor indimobiliter ſtabiliuntur, ex illis fontaliter emanantia. In quinto modo Latini à Græcis diſsident, nam Græci ex quorum numero eſt Damaſce. loco citato, ita loquuntur. Quædam vt ex cauſa patre dicuntur. vt, Pater meus maior me eſt. Nam ex ipſo habet eſſe, & omnia quæcunque habet, eſſe quidem generatiuè non conditoriè habet. vt & hoc, Ego ex patre exiui & venio. & ego viuo propter patrem. & non poteſt filius à ſe ipſo, quicquam facere, niſi quod viderit patrem facientem. nam niſi pater eſt, non eſt filius, ex patre enim filius, & in patre ſimul cum patre, & non poſt patrem. At verò Sanct. Thom. 1. parte, quæſtione. 33. arti. 1. ad. 1. ait, Græci vtuntur in diuinis indifferenter nomine cauſæ, ſicut & nomine principij. ſed Latini doctores non vtuntur nomine cauſæ, ſed ſolum nomine principij. Cuius ratio eſt: quia principium communius eſt quàm cauſa, ſicut cauſa communius eſt quam elementum. Primus enim terminus vel etiam prima pars rei, dicitur principium, ſed non cauſa. Quanto autem aliquod nomen eſt communius, tanto conuenientius aſſumitur in diuinis. Quia nomina quantò magis ſpecialia ſunt, tanto magis determinant modum conuenientem creaturæ. Vnde hoc nomen cauſa videtur importare diuerſitatem ſubſtantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principij. In omnibus enim cauſæ generibus, ſemper inuenitur diſtantia inter cauſam, & id, cuius eſt cauſa, ſecundum aliquam perfectionem aut virtutem: ſed nomine principij vtimur etiam in his quæ nullam huiuſmodi differentiam habent, ſed ſolum quendam ordinem. Sicut cum dicimus punctum eſſe principium lineæ, vel etiam cum dicimus, fontem eſſe principium fluuij. Addit etiam Damaſce. exponens quintum modũ. Quædam, vt beneplaciti paterni per ipſius operationem impleti, non veluti per inſtrumẽtum aut ſeruum, ſed vt per ſubſtantiale & hypoſtaticum eius verbum, & ſapientiam & virtutem, propterea quod in patre & filio vna contemplatur motio. Vt, omnia per ipſum facta ſunt. & quod, miſit verbum ſuum & ſanauit eos. &, Vt cognoſcant quod tu me miſiſti. Quædam prophetìcè, & horum hæc quidem vt futura, vt, Manifeſtè veniet. & id Zachariæ. Ecce rex tuus veniet tibi. & quod à Michæa dicitur. Ecce dominus procedet de loco ſuo, & deſcendet, & ambulabit ſuper excelſa terræ. hæc de futuris. Vt præterita hæc quæ ſequuntur. Ipſe Deus noſter, poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus. &, Dominus creauit me initium viarum ſuarum in opera eius. &, Propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis, & huiuſmodi.

Modus. 1. *Secundus.* *Tertius.* *Quartus.* *Quintus.* *Cauſa in diuinis an admitti poſſit.* *Principiũ.* *Sextus.*

modi. Illa quidem quæ ante vnionē de Chriſto dicuntur, etiam poſt vnionem de eo dicentur, quæ vero poſt vnionem, ante vnionem nequaquam de eo dicentur, niſi prophetice.

Eorum quæ in vnione modi ſunt tres. Nā quandoque ex meliori ſermonem facimus, deificationem carnis, verbificationem & ſuperexaltationē dicimus, & id genus, aggenitas, carni diuitias ex vnione & cognatione ad altiſsimū deū verbū, inſinuātes. Quandoque ex inferiore, incarnationem dei verbi, humanationem, exinanitionem, pauperiē & humiliationem, dicimus. hæc enim & ſimilia ex copulatione ad humanitatem dicuntur de deo & verbo. Quandoq; ex vtriſque ſimul, vnionem, communionem, vnctionem, cōiunctionem, cōformationem & ſimilia proferimus. Propter hunc tertium modum prædicti duo modi dicuntur. Nam per vnionem oſtenditur, quid habeat ex vtriuſque harmonia & immanſione, quod illi adeſt. Nam propter vnionem ſecundum hypoſtaſin & caro deificari dicitur, & Deus fieri, ideſt aſſumpta eſt caro à verbo, ita vt caro Dei dicatur, & homo ipſe dicatur Deus. & ſimul Deus cum verbo, & Deus verbū incarnari, & homo fieri, & creatura dicitur, & nouiſsimus vocatur. Non vt duabus naturis mutatis, in vnam naturam compoſitam (nam impoſsibile eſt, in vna natura, ſimul aduerſantia naturalia conſiſtere) ſed vt duabus naturis ſecundum hypoſtaſin vnitis, & in ſe inuicem immanſionē habentibus, inconfuſam & immutabilem. At immanentia non eſt ex carne, ſed ex deitate facta eſt, nam impoſsibile eſt carnē permeare diuinitatem. Sed diuina natura ſemel immeans per carnē, dedit carni vim ad ipſam ineffabilem immeantiam & immanſionem, quam vnionem dicimus. Sciēdum eſt quod in primo & ſecundo modo eorum quæ in vnione, eſt reciproca conſideratio. Nam cū de carne verbum facimus, deificationē, verbifactionem, ſuperexaltationem & vnctionem dicimus, hæc certe à deitate ſunt, & circa carnem conſiderantur. & quando de verbo loquimur, exinanitionē, incarnationem, humanationem, humilitatem, & alia quędā dicimus, à carne, de verbo & deo dicuntur, ipſe enim hæc ſuſtinuit volens. Eorum quæ poſt vnionem modi ſunt tres. Primus diuinę naturæ eſt inſinuatiuus, vt illud. Ego in patre, & pater in me. &, Ego & pater vnum ſumus, & omnia quæcunque ante humanitatis ſuſceptionem dicuntur, illa de ipſo poſt ſuſceptam humanitatem dicentur. Hoc dempto quod nondum aſſumpſit carnē nec eius naturales proprietates.

Secundus humanæ naturæ eſt inſinuatiuus, vt, Quid quæritis me interficere hominē, qui veritatem locutus ſum vobis? & hoc. ſic oportet exaltari filium hominis, & ſimilia. Eorum autem, quæ humana decentia de ſaluatore Chriſto dicta & ſcripta ſunt, ſiue in verbis eius, ſiuè in factis, modi ſunt ſex. Nā quædam eorum ſecundum naturam diſpenſatiue & geſta ſunt & dicuntur, vt partus ex virgine, ſecundū veritatem, augmentum, & proficientia, fames, ſitis, fatigatio, ſomnus, lachrymæ, clauorum foſsio, mors, & huiuſmodi alia, quæcunque videlicet naturales & innocuæ ſunt paſsiones. In his quidem omnibus coniungitur diuinitati humanitas, verūtamen corporis veraciter eſſe creduntur, nullum horum diuinitate patiente, per ipſa autem noſtram diſpenſante ſalutem. Quædam ſecundum ſimulationem, vt illa interrogatio. Vbi poſuiſtis Lazarum? & aditio ad ficum. & quod ſe abſcōderit, & orauerit, quod finxit ſe longius procedere. His enim & ſimilibus, neq; vt Deus, nec vt homo indigebat. verum vt humanitati decens erat, figurabatur quod neceſsitas exigebat. vt per orationem, oſtendebat quod non erat Deo contrarius, & quod vt ſui principium honorat patrem. Interrogat autem non ignorans, ſed vt oſtendat, quod ſecundum veritatem eſt homo, ſimul & Deus. Seceſsit autem vt doceat, non proteruiendum eſſe, neque nos ipſos prodere oportere. Quædam ſecundum accōmodationem & relationem noſtri, vt, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? &, Qui neſciuit peccatum, pro nobis peccatum fecit. & hoc. Factum pro nobis maledictio. &, ipſe filius ſubijcietur ei, qui ſibi ſubiecit omnia. Nam neque vt Deus, nec vt homo, derelictus vnquam eſt à patre. neq; peccatum, neque maledictio factus eſt, nec patri indiget ſubijci. Nam ſecundum quod Deus, æqualis eſt patri, nec contrarius, neq; ſubordinatus, ſecundum autem quod homo nunquā inobediens factus eſt genitori, quo ſubiectione egeat. Noſtram igitur ſibi accōmodans perſonam, & ſeipſum nobiſcum ordinans, hæc dixit. Nos enim ſumus peccati & maledictionis obnoxij, vt increduli & in obe-

Non inficiatur Damaſcenus quin Chriſtꝰ proprie orauerit, & factꝰ ſit peccatū & hoſtia pro peccato, (vt inquit apoſto.) negat tamen commiſiſſe culpam.

obedientes, & propterea derelicti. Quædam propter ſeparationem quæ cogitatione fit. Nam ſi cogitatione ſeparas quæ re vera inſeparabilia ſunt, id eſt carnem à verbo, dicitur ſeruus & ignorans, nanque ſeruæ & ignorantis eſt naturæ. Et niſi caro vniretur Deo verbo, ſerua eſſet & ignorans, ſed propter vnionem ad Deum verbum ſecundum hypoſtaſin, nec ſerua fuit nec ignorauit. Sic & Deum ſuum patrem vocauit. Quædam propter manifeſtationem ad nos, & fidei confirmationem. Vt, Pater clarifica me, ea claritate quam habui apud te priuſquam mundus eſſet. Ipſe quidem clarificatus erat, & eſt, ſed nobis manifeſta non erat & credita claritas eius & gloria. Et quod ab Apoſtolo dicitur. Definitus filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione à mortuis. Nam per miracula & reſurrectionem, & aduentum Spiritus ſancti, patefactum eſt & creditum mundo, quod ipſe eſt filius Dei. Et hoc. Proficiebat ſapientia & gratia. Quædam verò ſecundum accommodationem Iudaicæ perſonæ, cum Iudæis annumerans ſeipſum, vt ad Samaritanam dixit. Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quoniam ſalus ex Iudæis eſt. Tertius modus vnius hypoſtaſeos indicatiuus, & vtriuſque ſimul naturæ deſignatiuus. vt hoc. Ego viuo propter patrem. &, Qui manducat me, & ille viuet propter me. &, vado ad patrem & non iam videbitis me. Et hoc. Non vtique dominum gloriæ crucifixiſſent. Et, Nullus aſcendit in cælum, niſi qui ex cælo deſcendit filius hominis qui eſt in cælo. & huiuſmodi.

Et eorum quæ poſt reſurrectionem, hæc quidem Deo congruunt, vt illud, baptizantes eos in nomine patris, & filij & Spiritus ſancti. &, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi. & quæ talia ſunt. nam vt Deus, eſt nobiſcum. Hæc quidem hominem decent, vt illud. Tenuerunt pedes eius. &, ibi me videbunt. & id genus talia. Et eorum quæ poſt reſurrectionem ad hominem pertinent, modi ſunt diuerſi. Nam quædam ſecundum veritatem & non ſecundum naturam, ſecundum tamẽ diſpenſationem, ad fidem faciendã quod idem corpus quod paſſum eſt reſurrexerit, vt cicatrices, cibus & potus poſt reſurrectionem. Quædam ſecundum veritatem & naturam, vt tranſire in locum ex loco ſine labore, & per portas clauſas ingredi. Quædam ſecundum ſimulationem, vt, Et finxit ſe longius ire. Quædam vtriuſque, vt Aſcendo ad patrẽ meum & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Et hoc. Introibit rex gloriæ. Et, ſedebit in dexteram magnificentiæ in excelſis. Quædam vt ſe nobiſcum ordinantis, diuiſionis modo ſecundum nudam cogitationem, vt, Deum meum Deum veſtrum. Oportet igitur excelſa tribuere diuinæ & meliori naturæ, Humilia vero humanæ. & communia compoſito, id eſt, vni Chriſto qui eſt Deus & homo. Nec latere decet vtraque eſſe vnius & eiuſdem Chriſti Domini noſtri. Cuiuſque enim proprium agnoſcentes, & vtraque ab vno patrata videntes, rectè credemus neque errabimus.

Poſtquàm in vniuerſum Chriſti nomina enarrauimus, oportet ſigillatim nonnullorum nominum rationes afferre & myſticas cauſas perſcrutari. Et in primis ſeſe offert, nomen illud quod Chriſto inditum eſt ab angelo antequam in vtero conciperetur, nempè Ieſus, quod inter alia ſanctius & augu- IESVS. ſtius eſſe nemo dubitat. Illo quippè audito omne genu flectitur, nõ ſolùm terreſtrium, ſed etiam cæleſtium & infernorum. De illo ſic ſcribit Origen. homil. 1. in librum Ieſu Naue. Donauit Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen Saluatori noſtro. Eſt autem nomen quod eſt ſuper omne nomen, Ieſus. Et quia eſt iſtud nomen ſuper omne nomen, idcirco in nomine Ieſu omne genu flectitur, cęleſtium, terreſtrium & infernorum. Et quia eſt nomen ſuper omne nomen, idcirco in multis generationibus nulli impoſitum eſt. Scripſit Moyſes librum Geñ. in quo Geneſ. 4. legimus Abraham, & eos qui ex eo generati ſunt, in quibus ſunt iuſti quamplurimi, ſed nullus ex ipſis Ieſus meruit nominari. Nec Habel, nec ille qui cœpit inuocare nomen Geneſ. 5. domini, nec ille qui placuit Deo & tranſlatus eſt, nec ille qui in generatione ſua ſolus iuſtus inuentus eſt, Noe, ſed nec ipſe quidem qui repromiſsiones acceperat teſtamenti, Abraham, nec ille qui ex eo natus eſt, Iſaac, nec ſupplantator Iacob, nec quiſquam ex filijs eius. Moyſes fidelis erat in omni domo eius, non tamen vocatus eſt Ieſus. Sed Ieſu nomen primo inuenio in Exodo. & volo intueri quando primo nomen Ie- Exod. 17. ſu cognominatur. Venit, inquit, Amalech, & expugnabat Iſrael, & dixit Moyſes ad Ieſu in Ra-

Digitized by Google

in Raphidim. Hæc eſt prima appellatio nominis Ieſu. Elige, inquit, tibi viros potentes ex omnibus filijs Iſrael, & egredere & confligecum Amalech craſtino, Moyſes confitetur non poſſe ſe exercitum ducere, confitetur ſe non poſſe obtinere, quamuis eum de terra Ægypti eduxerit. Et ideò vocauit Ieſum, & dixit, Elige tibi viros & egredere. Vides cui bellum ceſſerit gerere aduerſus Amalech. In hoc primo diſcimus nomen Ieſu, vbi eum primum videmus ducem exercitus, nō cui Moyſes iniunxerit principatum, ſed cui ceſſerit principatum. Non poteſt eligere Moyſes viros potentes. Tu, inquit, elige tibi viros potentes ex omnibus filijs Iſrael. Hic ergo vbi primum diſco nomen Ieſu, vbi continuo etiam myſterij video ſacramentum. Ducit exercitum Ieſus. Et factum eſt cum extolleret manus ſuas, inualeſcebat Iſraël. Cum autem deijceret manus inualeſcebat Amalech. Tunc ergo inualeſcit Ieſus magis, & tunc vincit, quando Moyſes erigit manus ſuas. Victus autem eſt populus ille ab Amalech, quoniam iam nō erigebat manus ſuas, ſed erant demiſſæ deorſum. Illi ſunt enim quibus dicitur. Si crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi. Ecce me vultis occidere qui legem non facitis? Ceſſante nanque legē apud illos, dum ſuam iuſtitiam quærunt ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, demiſſæ ſunt manus Moyſi, inualuit incredulitas, vincitur populus. Sed & Nabat, Abiud, Eleazar & Iethro relinquuntur in caſtris, vt iudicent populum. Ieſus verò, nō derelinquitur, ſed ſequitur Moyſen in mōte cum quadam adiectione verbi mirabilis, in eo quod dicitur quod aſsiſtebat Moyſi: aſsiſtebat quidē non vt ſecundus, aut inferior, ſed vt adiutor protegens. Et cum redit ab exploratoris officio, perterritis omnibus ſolus ſubleuat lapſos, deſperationemq́ue populi ſolus erigit. Præterea cū in transfiguratiōe vultus Moyſi, omnis filiorum Iſrael hebetaret aſpectus, nec aliquis poſſet intueri faciem eius, non ſolum faciem intuetur, verumetiam in interioribus tabernaculi myſteriorum conſcius perſeuerat. Ieſus eſt qui poſt mortem Moyſi ſuſcipit imperium, ducit exercitum, cum Amalech confligit, & quod ibi adumbrabatur in monte manibus extenſis, affixit cruci ſuæ, triumphans principatus & poteſtates in ſemetipſo. Defunctus eſt igitur Moyſes, ceſſauit enim lex. Quoniam lex & prophetæ vſque ad Ioannem: nam legalia præcepta iam ceſſarunt. Ieſus meus ſuſcepit principatum, & ſi videtur conferamus geſta Moyſi, cum principatu Ieſu. Dum Moyſes educeret populum de terra Ægypti, nullus ordo in populis, nulla in ſacerdotibus obſeruantia, tranſeunt aquam maris, aquam ſalſam, nec quicquam in ſe dulcedinis continētem, & murus erat eis aqua dextera læuaq;. Hæc Moſe duce geſta ſunt. Cum verò Dominus meus ducit exercitum, ſacerdotes præcedunt, arca teſtamēti portatur in humeris ſacerdotū, nuſquam iam mare, nec ſalſus fluctus, ſed duce meo Ieſu venio ad Iordanem non perturbatione fugæ, ſed venio cum ſacerdotibus arcā teſtamēti dn̄i in qua Dei lex ſeruatur, humeris ſuis portantibus. Ingredior Iordanē non cum furtiuo ſilentio, ſed in tubarū cantibus myſticum quiddā canentibus, vt ad prædicationem tubę cęleſtis incedam. Ibi dictum eſt quod diuiſa eſt aqua in duas partes, & ex aquis vnus murus factus eſt à dextris, alius à ſiniſtris. Hic verò qui venit ſoluere mediū parietem ſepis, fecit vtraq; vnum: ex vna enim parte erecta eſt aqua, alia vero pars defluxit in mare. Deinde ait. Præparate cibos ad viā. & hodie ſi audias dicit tibi Ieſus, ſi ſequeris me, præpara tibi cibos, ideſt bona opera ad viam. Sed vnde iubet eos cibos parare nō habentes frumentū. Māna enim cibus erat eis. Sed cū iam tranſierimus fluminis huius ripā deficit Māna, & ideo ſi nō vnuſquiſq; pręparauerit ſibi cibos non poterit ſequi Ieſum in terram promiſsionis intrantem. Videamus quos primum in terra promiſsionis capiat fructus. Tunc, inquit, manducauerunt primum fructū de regione palmarū, & manducauerūt primo azyma. Vides quia primum nobis mūdi huius iter digreſsis, ſi rectè ſequamur Ieſum, primo occurrit palma victoriæ, & abiecto fermento malitiæ, azyma nobis ſynceritatis parantur. Mittit tamen Ieſus noſter exploratores ad Ierichontium regem, & hoſpitio ſuſcipiuntur à meretrice. Sed propterea ſuſcepit ne vltra ſit meretrix. Nam vniuſcuiuſq; noſtrū anima meretrix fuit, donec in deſiderijs viueret carnis. Suſcepit verò exploratores Ieſu, nempè nuntios quos miſit ante faciem ſuā, vt præpararēt viam eius. Quos tamen ſi ex fide anima quæq́ue ſuſcepit, non in humilibus locis, ſed in excelſis collocat, quia non in terrenis Dominum Ieſum ſuſcipimus, ſed à patre profectum, &

de cæ-

Digitized by Google

de cæleſtibus venientem. Nec lini ſtipulam in qua exploratores deliteſcebant, abſq; ſacramentis accipio. Linum eſt indumentum ſacerdotale. Quia vocatis culmen ſacerdotale defertur, aut gentium præfigurabatur vocatio. Continuo inimicitias ſuſcepit meretrix aduerſus Ierichontium regem. Quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus carnem. Eſt ergo princeps huius mūdi inimicus huius meretricis, qui inſequitur exploratores Ieſu, ſed non poteſt obtinere, quia per montes iter faciunt, non incedunt per humilia, ſed montium excelſa ſectantur, quia hæc meretrix dicit. Leuaui oculos meos ad montes. Non poteſt illuc aſcendere mundi huius princeps, nam ſi eum tentans in excelſis collocauerit, dicit ei, Mitte te deorſum, quia humilia ſemper diligit, in his regnat, in his ſedem ſuam collocat, in quibus etiam vſque ad infernum deſcendat. Moyſes non dixit, ſtet Sol, ſicut Ieſus fecit. Stet, inquit, ſol ſuper Gabaon. & ideò addit ſcriptura. Nunquam ſic audiuit Deus hominem. Ieſus meus ſolem ſtare fecit non tunc ſolùm, ſed multò magis modò in aduentu ſuo. Denique dum nos colluctamur aduerſus principatus & poteſtates, Sol nobis iuſtitiæ indeſinenter aſsiſtit, nec feſtinat occumbere, quia ipſe dixit. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus. Quid eſt quod promiſit Ieſus militibus ſuis, omnis locus quem calcaueritis veſter erit. Si eum vincere potuero, & ſi meruero vt Dominus meus Ieſus conterat Satanam ſub pedibus meis, tunc locum Luciferi accipere merebor in cælis. Et Iram niſi viceris in temetipſo, locum capere in hæreditate non poteris, eo quod deſidia tua dæmonem de terra promiſsionis non expuleris: ſimiliter ſuperbiæ, zeli, auaritiæ & libidinis. Sub Moyſe non eſt dictum quod ſub Ieſu, Quia ceſſauit terra à prælijs. Nam in terra noſtra in qua agones habemus, & certamina ſuſtinemus, ſolius Ieſu virtute ceſſare poterit à prælijs. Intra nos etenim ſunt omnes gentes iſtæ vitiorum, quæ animam indeſinenter oppugnāt. Intra nos ſunt Chananæi, Pherezæi, Iebuſæi. Et ideò propheta monet, vt in lege Domini meditemur: quæ meditatio velut tuba eſt animos tuos ad prælium concitans, ne forte aduerſario vigilante tu dormias. Ideo nec dies ad meditandum ſufficit, ſed & nox adiungitur. Tranſiſti mare rubrum ſecutus es Moyſen, præcepta legis obſeruans, ſed iam te ſuſcepit Ieſus, qui te circūcidat ſecundo, in loco qui dicitur collis præputiorum. Circuncidēdus igitur eſt tibi non ſolum idolorum cultus, quem in initijs abieciſti, ſed denuo circuncidenda eſt auaritia, quæ eſt idolorum ſubtilior cultus. Denique Ieſus ſecundo circunciſum populum circuncidens ſic dixit, Hodie abſtuli à vobis opprobrium Ægypti. Donec peccamus, donec regnant in nobis vitia paſsionum, etiam ſi relictis ſimulacris abſceſsiſſe videamur ex Ægypto, opprobrium tamen Ægypti ablatum non eſt à nobis. Lege reliquas homilias Origenis in eundem librum. Item Chryſoſt. homil. 2. in cap. 1. Matth. ait. Ieſus Hebraica lingua dicitur, quod in noſtro ſermone ſaluator, eo quod ſalutem populo ſuo præſtaturus aduenerit. Ieſus etiā ille dicitur qui poſt Moyſen populum in terram promiſsionis induxit. Chriſtus vero introduxit in cælum, & ea, quæ ſunt in cælis bona. ille poſtquam Moyſes mortuus eſt, iſte poſtquam lex ceſſauit. ille ducis dignitate pollens, iſte vero regis maieſtate præfulgens.

Vocatur quoque verbum, verùm (vt dicit *Verbum.* Baſilius li. 5. contra Eunomium.) Eſt duplex *Baſilius.* verbū, aliud prolatū, aliud non prolatū. Verbum prolatum in Deo nō eſt. Sed viuens & ſubſiſtens & factiuum omnium. Attamen cur Dei filius vocetur verbum multas cauſas afferunt ſcriptores antiqui. In primis Au *Auguſti.* guſti. lib. de fide & Symbolo cap. 3. hanc affert. Filius verbum patris ideò vocatur, quia per ipſum innoteſcit pater: ſicut ergo verbis noſtris id agimus (cum verum loquimur) vt noſter animus innoteſcat, & quicquid ſecretum in corde gerimus, per ſigna huiuſmodi, ad alterius cognitionem perferatur. Sic & illa ſapientia quam Deus pater genuit, quoniam per ipſam innoteſcit animus ſecretiſsimus patris, verbum eius conuenietiſsimè nominatur. Ambro. lib. 1. de fide contra Aria- *Ambroſius.* nos, hac vtitur ratione. Verbum nuncupatur, quia ex proprio diuino ore proceſsit, & nihil pater ſine eo aut fecit aut iuſsit. Et Baſilius in homilia quadam ſuper. In principio erat verbum, ait. Verbum vocatur quoniam imago eſt patris, totum in ſe monſtrans, patrem, nullam inde partem diducens, & perfecta in ſe exiſtens, quemadmodum verbum noſtrum, quod totius noſtræ cogitationis imaginem refert. Euthy. in proœmio euangelij Ioannis, ait. Verbum propriè ſignificat *Euthy.* Dei

Dei filium,dicitur nanque verbum,prout di
cit Grego. Theologus, quod ad patrem ita
ſe habeat,ſicut verbum ad mentē. Non tan-
tum ob generationem quæ omni affectu ca
ret humano, verū etiam peopter manifeſta-
tionem. Omnia, inquit, quæ audiui à patre
meo nota feci vobis.Dicitur etiam ſermo vel
Ioan.15. definitio patris, Græcè λόγος. Qui enim vi-
det filium.videt & patrem.hoc eſt intelligit.
Vt ſit ipſe filius tanquam breuis definitio na
turæ patris. Omne enim quod genitum eſt,
eius qui genuit tacens verbum eſt.deſumpſit
hæc omnia Euthy.ex Grego. Nazian.in lib.
4.theologiæ verſus finem. Lege Chryſo.ſu-
per Ioannem circa principium.

Mediator aut interceſſor. Vocatur quoque mediator Dei & homi-
num iuxta naturam aſſumptā. Nam ad me-
diatoris officium, vt ait S.Thomas.3. par.q.
26. pertinet coniungere eos inter quos eſt
mediator.Quia extrema vniuntur in medio.
Vnire autē homines Deo perfectiſsimè qui-
dem conuenit Chriſto, per quem homines
ſunt reconciliati Deo. Secundum illud. 2.ad
Corinth.5. Deus erat in Chriſto mundū re-
concilians ſibi.Et ideo ſolus Chriſtus eſt per
fectus Dei & hominum mediator,inquantū
per ſuam mortem humanum genus Deo re
conciliauit. Vnde cùm Apoſtolus dixiſſet.
Mediator Dei & hominum homo Chriſtus
Ieſus. Subiungit. Qui dedit ſemetipſum re-
demptionem pro omnibus. Item Theophi.
ad Gala.3.ait. Chriſtus duorū mediator eſt,
Dei videlicet ac hominum.Mediatorem au-
tem egit,vtriſq; pacem faciens, ac bellum di
rimens, quod homines cum deo geſſerunt.
Quatenus enim adiungit ſibi ipſe humanam
naturam,pacem fecit,inimicam diuinæ natu
ræ carnem mirandum inmodum aſſumens.
Et iterum 1.ad Timot.2.Item Oecume.1.Ti
moth.4.ait, Oportebat eum qui conciliator
futurus eſſet, amborum eſſe participem, vt
cōciliare poſſet, filius Dei incarnatus in dua
bus naturis,nempè in diuinitate & humani-
tate exiſtēs, & in vnica hypoſtaſi. Nam ſi in
nuda diuinitate apparuiſſet nobis vnigenit⁹,
non potuiſſet eum ferre creatura,quādo ne-
Exod.34. que Moyſi faciem videre poterant filij Iſ-
rael. Homo exignus, aut vilis apud Deum
cauſam agere non poterat.& affert S.Theo-
doretus optimum ſimile. 1.ad Timo.2. Chri
ſtus inquit vocatur interceſſor. Homo enim
factus fuit interceſſor, quemadmodum qui
duos confligentes vult recōciliare, ſe mediū
interponens, & hunc quidem dextra, illum
verò ſiniſtra tenens,ad amicitiam deducit &
coniungit,ita ipſe cum diuinam naturam hu
manæ vniſſet,inuiolabilem pacem fecit.

Character ſubſtantiæ,ob perfectam ſimi-
litudinem, & perſonarum diſtinctionem vo
catur à Paulo.

Dicitur Chriſtus(vt inquit Origen.lib.2. *Conſolator.*
Periarchon ca.7.)Paracletus vt in epiſt.Ioan
nis. Si quis veſtrum peccauerit, paracletum
habemus apud patrem Ieſum Chriſtum. Cō
ſideremus ne fortè aliud ſignificet hæc ap-
pellatio paracleti de ſaluatore,aliud de Spiri
tu ſancto. Videtur enim quòd paracletus de
Saluatore dicitur, deprecator, propter eum
qui ſubſequitur ſermonem, quo ait. Ipſe eſt
repropitiatio pro peccatis noſtris. De ſpiri-
tu ſancto paracletus debet intelligi pro eo
quod conſolationem præſtat animabus,qui
bus aperit & reuelat ſenſum ſcientię ſpiritua
lis. aut inquit Grego. Nazian.lib.4. theolo-
giæ verſus finem. Chriſtus paracletus,id eſt
aduocatus vocatur,non quia ſupplicantium
ſeruorum more ante pedes patris voluatur,
ſed quod ex his quæ paſſus eſt vt homo,for-
titer agere & labores ferre ſuadet, vt ſermo
& monitor.Porrò quando de Spiritu ſancto
dicitur,ſic exponit Didymus lib. 2. de ſpiri-
tu ſancto. Conſolatorem venientem ſpiritū
ſanctum vocat Ioan. Cum venerit conſola- *Ioan.15.*
tor quem ego mittam vobis ſpiritum verita-
tis.ab operatione ei nomen imponens, quia
non ſolum conſolatur eos quos ſe dignos re
pererit, & ab omni triſtitia & perturbatione
reddit alienos. Verum incredibile quoddā
gaudium & hilaritatem eis tribuit, intantū
vt poſsit quis Deo gratias referens, quod ta-
li hoſpite dignus habeatur, dicere. Dediſti
lætitiam in corde meo. Vide Leon capit.3.
epiſto.4.

Chriſtus medicus vocatur, eo quod ægro *Chriſtus medicus.*
tas animas curet,vt ait Euthy.Matth.xi. 14.
Item Cyrillus lib.8.ſuper Leuit.inquit. Me-
dicum dici in ſcripturis dominum noſtrum
Ieſum,etiam ipſius Domini ſententia doce-
mur,vt in Euangelio. Non indigent ſani me
dico, ſed qui malè habent, non veni vocare
iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Et
Origen.homil.8.eiuſdem libri,eandem eam
totidem verbis replicat.

Chriſtus vt inquit Hiero.Zacha.3.In ple-
riſq; ſcripturæ locis lapis appellatur. Vnde *Lapis.*
in Pſalmo.Lapis quem reprobauerunt ædifi *Pſal.117.*
cantes,

Digitized by Google

Iſaia 28. cantes,hic factuseſt in caput anguli. & Iſaias
ait. Ecce ego pono in Sion lapidem pretio-
ſum,electum,angularem,in fundamēto fun-
Danie. 2. datum. Et Daniel, Vidit lapidem de monte
abſciſſum ſine manibus. His edoctus apoſto
lus clamat. bibebant autem de ſpirituali con
ſequente eos petra, petra autem erat Chri-
ſtus. Et ad Rom. 9. offenderunt in lapide of-
fenſionis, vt ſcriptum eſt, ecce pono in Sion
lapidem offenſionis & petrā ſcandali, & om
nis qui credit in ipſum non confundetur.

Vocatur etiam Chriſtus, vt inquit Am-
Primogenitus omnis creaturæ. bro. lib. 1. Exaemeron, Primogenitus omnis
creaturæ ad Coloſſ. 1. ſiue quia ante omnem
creaturam, ſiue quia beatus, quia primogeni
ti ſancti ſunt, vt primogenitus Iſrael, nō quia
ante omnes, ſed quia ſanctior cæteris. San-
ctior autem dominus ſupra omnem creatu-
ram, & ſecundum corporis ſuſceptionē, quia
ſolus ſine peccato, ſolus ſine vanitate: omnis
autē creatura ſubiecta vanitati eſt. Et Theo-
doretus ad Coloſſen. 1. Primogenitus idem
ſignificat, quod vnigenitus. Eſtque primoge
nitus creaturæ, non quod ſororem habeat
creaturam, ſed quod ante omnem creaturā
ſit genitus. Hoc non intelligentes Arriani
affirmant Chriſtum eſſe creaturam.

Imago Dei inuiſibilis. Appellatur etiam Chriſtus à Paulo ad Co-
loſſ. 1. imago Dei inuiſibilis. Quia (vt inquit
Theodore. ad Coloſſen. 1.) fert expreſſos &
euidentes characteres eius qui genuit. id au-
tem eſt quod Philippo à domino dictū eſt.
Ioan. 14. Qui vidit me, vidit patrem. Eſt ergo imago
quæ ſignificat vnam & eandem ſubſtantiā.
Si autem eſt viua imago, & quæ nullam ha-
bet differentiam, eandem habet cum exem-
plari naturam. & OEcume. ad Coloſſ. 3. ait.
Propter indifferentiam & omnimodam æ-
qualitatem ac ſimilitudinem, imaginem vo-
cat filium, tanquā effigiem exemplaris pul-
chritudinis. Annotandum tamen eſt contra
Arrianos, quod ait Theophi. ad Coloſſen. 1.
quod artificiales imagines non ſunt homou
ſiæ, hoc eſt non ſunt ſimilis eſſentiæ, natura-
les omnino ſunt ſimilis eſſentię. Deniq; Am
bro. ad Coloſſ. 1. ait. Inuiſibilis Dei imago, vi
ſibilis eſſe non poteſt, alioqui nec imago.
Quod enim inuiſibile eſt, pingi non poteſt,
nec enim viſibilis, poteſt inuiſibilem videre.
Aut enim corpus eſt quod videtur, aut figu-
ra, aut aliqua informata ſubſtātia, quam fert
acies oculorum, totum tamen corpus eſt.
Deus autem qui ab his omnibus alienus eſt,
quomodo poteſt imaginem habere viſibilē?
ſed ideò ſic dicitur, vt talis filius intelligatur,
qualis eſt pater, vt quia de ipſo eſt, & nil di-
ſtat ab eo in diuinitate naturæ, imago eius di
catur & forma, ne alius Deus à perfidis cre-
deretur, quamuis nomine hoc contineatur.
Sed propter malam intelligentiam vitandā,
hoc additum eſt, vt imago eius dicatur. vt
cum apparet in figura humana aut in igne,
vt ad Moyſen, non ipſe pater intelligatur
eſſe, ſed filius, & per id quod imago eius dici
tur, nil ab eo diſtare credatur. Vnde dicit ad
Philippum. Philippe qui videt me videt &
patrem, quomodo tu dicis oſtende nobis pa
trem? Non credis, quia ego in patre & pater
in me eſt?

Porrò ex his oritur quæſtio an ſicut filius *Spiritus ſanctus an imago, vt filius, dici aptè poſsit.*
dicitur imago patris, ſic Spiritus ſanctus imā
go appellari poſsit. Attamen vt depulſa cali
gine res quæ in dubium venit intelligi poſ-
ſit, aduerte, quod imago nonnunquam eſſen
tialiter, hoc eſt de tota trinitate dicitur, vt cū
legimus in Gene. hominem factum ad ima-
ginem Dei. Aliquādo relatiuè dicitur, & ſic
filio tantùm & nullo modo Spiritui ſancto,
imaginis nuncupatio tribuitur, non ſolùm à
Paulo ſed à doctoribus tam Græcis quam
Latinis. Ad hunc modum certe ſcribit Na- *Nazianzenus.*
zianzenus in Apologia de fuga in Pontum.
Chriſti multæ ſunt appellationes, tam ex
ſublimibus rebus deſumptæ, quàm ex infe-
rioribus, noſtri gratia. Sic vocatur Deus, ima
go, Verbum, ſapientia, veritas, lux, vita, vir-
tus, vapor, defluxus, ſplendor, factor, rex, ca-
put, lex, via, oſtium, fundamētum, petra, mar
garita, pax, iuſtitia, ſanctificatio, redemptio,
homo, ſeruus, paſtor, agnus, ſummus ſacer-
dos, ſacrificium, primogenitus reſurrectio-
nis ex mortuis. & Chryſo. homi. 74. in Ioan. *Chryſoſto.*
ait, Solet ſcriptura eiſdem verbis in Deo &
in hominibus, non eodem modo vti. Nam
dij dicimur & filij Dei, & imago filius & glo
ria dicitur, & etiam nos, ſed longè aliter. Nec
diſſentire videtur Didymus lib. 2. de. ſſ. circa *Didymus.*
principiū cum ait. Cum filius imago ſit Dei
inuiſibilis, & forma ſubſtantiæ eius, quicun-
que ad hanc imaginem formantur, adducū-
tur ad ſimilitudinem Dei, iuxta vires tamen
humani profectus iſtiuſmodi imaginem cō-
ſequentes: ſimiliter Spiritus ſanctus cum ſit
ſignaculum Dei, hi qui imaginem Dei ca-
piunt, ſignati per eum, in eo ducuntur ad ſi-
gnaculū Chriſti ſapientiæ. Et Cyrillus lib. 3. *Cyrillus.*
The-

Digitized by Google

Athanaſius. Theſauri,capi.1. Item Athanaſ.libr.1.de incarna.vei bi.ait, Imago noſtra innouari non poterat,niſi imago ipſa Dei,Saluator, aduenifſet.& poſt parum. Sicut cum picta imago exterioribus ſordibus fuerit obliterata, rurſum illum aduenire neceſſe eſt, cuius eſt forma, vt in eadem tabula poſsit imago renouari.ſic filius imago ſcilicet patris ad noſtra deſcendit,vt factum ad imaginem ſuam hominem renouaret. *Hilarius.* Et Hilar.2.de trini.ait, Æternitas eſt in patre, ſpecies in imagine, vſus in munere.quanuis in aſsignatione tertiæ proprietatis fortè melius tranſtuliſſet Hilarius χρηςότητα, bonitatem, quam vſum. Et apud *Auguſti.* Auguſti. crebrò legimus filium tantum eſſe imaginẽ patris. *Damaſceni opinio exploditur.* Solus Damaſce. ex his quos viderim, affirmat,filium eſſe imaginem patris,& Spiritum ſanctum imaginem filij. lib. 1.fidei orthodoxæ ca.18.imago,inquit, patris eſt filius,& filij Spiritus ſanctus, per quẽ Chriſtus homini inhabitans dat ei quod eſt ſecundum imaginem. De hac tota controuerſia ſic loquitur S.Thom. 1.par.q.35. arti. 2.Doctores Græcorum communiter dicunt Spiritum ſanctum eſſe imaginem patris & filij.Sed Latini ſoli filio tribuunt nomen imaginis. Nec aliter in ſcriptura inuenitur.vt ad Coloſ. 1.Qui eſt imago Dei inuiſibilis.& ad Hebræ. 1. figura ſubſtantiæ eius. Quia ſicut Spiritus ſanctus (quanuis ſua proceſsione accipiat naturam patris ſicut & filius, non tamen dicitur natus) ita licet accipiat ſpeciem ſimilem patri,non dicitur imago.Quia filius procedit,vt verbum, de cuius ratione eſt ſimilitudo ſpeciei ad id à quo procedit non autem de ratione amoris. Quanuis ſimilitudo cõueniat amori, qui eſt Spiritus ſanctus, inquantum eſt amor diuinus.Lege Durand. lib.1.D.28.quæſt.3.

Homo dominicus. Nonnunquàm ab eccleſiaſticis viris Chriſtus homo dominicus vocatur,ſic certè eum vocat Didy.li.3. de ſpiritu ſancto, inquiens. *Pſal. 117.* Dicitur in Pſal. Dextera domini fecit virtutem. & certè vocem hanc ex perſona dominici hominis proferri, quem vnigenitus filius Dei, aſſumere dignatus eſt ex virgine, ex ipſo loco manifeſtiſsimè cõprobatur.& poſt parum. Nam dominicus homo accepit communicationem Spiritus ſancti ſicut in Euangelijs ſcribitur.Ieſus ergo ſpiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane. Et in alio loco. Reuerſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus,in Galilæã. Hæc abſque vlla calumnia de Dominico homine,qui totus Chriſtus,vnus eſt Ieſus filius Dei,ſenſu debem⁹ pietatis accipere.Et Chryſoſto. homil. quadam de cruce domini circa finem.3.tom.& Auguſt.Pſal.1. De domino noſtro, hoc eſt de homine dominico, accipiendum eſt.beatus vir. & ſæpè aliàs.Quanuis S.Tho.3.par.quæſt.16. ſecutus Auguſt. lib.2.Retr. neget vocandum dominicum hominem,cum ſit dominus.

Pontifex quoque, ſiue ſacerdos magnus, nuncupatur. ad Hebr. 4. Habemus pontificem qui penetrauit cælos Ieſum filium Dei. Quia deprecatur pro peccatis noſtris patrẽ ac ſaluans in ſempiternum eos, qui per eum acceſſerint ad Deum.Sed dubium eſt, an ſicut fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, ſic functus fuerit ſacerdotio Leuitico.de qua re vide Suidam in verbo Ieſus,nec ei fidem adhibeas. *Pontifex. Sacerdos*

Splendor gloriæ, id eſt, immenſa claritas patris:nam nomen gloria non ſignificat, ſed auget ſignificationem. Nam ſplendor ſuam habet ex igne ſubſtantiam, & eſt ſimul cum igne,vt radius cum ſole.Ex quo enim Sol,ex illo radij. Sol radiorum cauſa eſt, & ignis & ſplendoris non ſol ex radijs,ſed radij ex ſole gignuntur, & ſplendor ex igne producitur. Ita vnigenitus ex patre eſt genitus. eſt autẽ vna cum mente, vt verbum cum eo qui genuit, & ſplendor cum igne,radius cum ſole. Sed vnumquodque non per ſe ſubſiſtit, ſed in illo ex quo productum eſt, habet ſubſiſtentiam. Deus autem ſplendor gloriæ non eſt aliqua patris operatio non ſubſiſtens, ſed ſubſtantia viuens & per ſe ſubſiſtens.& vocatur character, quia vna ſimilitudine fieri nõ poterat, vt diuina apertè doceret, ideò per plures ſimilitudines,id docet ſcriptura.Quin & ad Coloſſ. 1. vocatur principium. & primogenitus ex mortuis. Nam ſicut primitiæ ſunt quæ primis ex agrorum prouentibus nobis obueniũt, ita Chriſtus primus eſt qui è mortuis reſurrexit(teſte Damaſce.lib.4.ca. vlti.) reſurrectione perfecta. Lazarum quidem & alios ad demonſtrationem ſuæ diuinitatis, & confirmationem ſuæ & noſtræ reſurrectionis,ſuſcitauit,qui rurſus obituri erãt mortem. Ipſe autem à mortuis reſurgẽs iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Qua de re Epipha.in Ancyroto hæc ſcribit. Πῶς δὲ ἀπαρχὴ γέγονε χριςὸς τῶν κοιμωμένων, μαθέτωσαν πρὸ αὐτοῦ ἤγειρε τὸν λάζαρον, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας τῆς ἐν τῇ ναΐμ. καὶ ἠλίας ἤγειρε νεκρόν. *Splendor gloriæ.* *Character.* *Primitiæ.* *Primogenitus ex mortuis.*

I

κρόν. ἀλλὰ καὶ ἐλισσαῖος δύο ἤγειρε νεκρούς. ἕνα μὲν ἔτι περιόντα, ἕνα δὲ ταφέντα. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν ἀναστάντες πάλιν τεθνήκασι πρὸς δοκοῦσι δὲ τὴν μίαν καὶ καθολικὴν ἀνάστασιν. ὁ δὲ χριστὸς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, ὅτι ἀναστὰς οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἅπαξ γὰρ ἀπέθανεν ὑπὲρ ὑμῶν ὑπομείνας τὸ πάθος διὰ τὰ ὑμέτερα πάθη. Hoc eſt. Quomodo fuit Chrs primitiæ dormientium? diſcant. Ante
Luca.7. quàm ſe ſuſcitaſſet Lazarum ſuſcitaſſe, & filium viduæ in Naim. & Elias mortuum ſuſcitauit, & Eliſæus duos ſuſcitauit mortuos, vnum quidem ſepultum, alterum nondum ſepulturæ mandatum. At illi poſtquam ſuſcitati ſunt, iterum moriuntur, donec in vniuerſali illa reſurrectione omnes reuiuiſcamus. Chriſtus tamen eſt primitiæ dormientium. quoniam reſurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur, ſicut ſcriptum eſt. Semel enim mortuus eſt, pro nobis mortem patiens propter affectiones & ſcelera noſtra. Ambro. libr. 5. epiſtola. 22. ait. primitiæ, quia ſanctior omnibus fructus. qui etiam cæteros conſortij ſui fructus ſanctificauit. Et primogenitus ex mortuis, quia primus reſurrexit.

Q. de illis, qui cũ Chriſto reſurrexerunt. Sed quæres an ſancti illi viri (de quibus Matth. enarrans ea quæ in Chriſti ſunt morte, geſta, Multa inquit corpora ſanctorum reſurrexerunt, & venerunt in ſanctam ciuitatem & apparuerunt multis) iterum mortem obierint, necne. Qua de re duæ celebres apud antiquos extant ſententiæ. Prima, quæ
1. Opinio. quidem verior eſt, & plurimis ſanctorum teſtimonijs confirmari poteſt, affirmat, nunquam illos poſtea mortẽ fuiſſe expertos. ita
Origenes. Orige. ad Roma. 1. ait. Primitiuus vel Primogenitus ex mortuis dicitur Chriſtus. Sed requirendum nobis eſt, ſi ſolus primogenitus vel primitiuus ex mortuis, & non habet aliquos ſecum etiam in primatu participes, de quibus dicit Apoſtolus. Quia ſuſcitauit nos cum Chriſto, ſimulque ſedere fecit in cæleſtibus. Ne fortè & iſti, quos dicit excitatos eſſe cum Chriſto, & cum eo ſedere in cæleſtibus, & ipſi primogeniti ſunt, & primitiui ex mortuis, ſicut & illi fuerunt, qui cum illo ſuſcitati eſſe dicuntur, cum monumenta aperta ſunt, & multa ſanctorum corpora qui dormierãt ſurrexerunt, & ingreſſi ſunt in ſanctam ciuitatem. Et de his talibus fortaſſe dicit Apoſtolus eſſe eccleſiam illam primitiuorum, quam
Epiphan⁹. aſcriptam memorat in cælis. Et Epiphanius libr. 3. contra hæreſes. in hæreſi Arij in poſtremis verbis. Πολλὰ δὲ σώματα τῶν ἁγίων ἀνέστησαν καὶ συνεισῆλθον αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. ἁγίαν πόλιν λέγει, ποίαν ταύτην? πληροῦται γὰρ κατ᾽ ἀμφοῖν ὁ λόγος εἰς τὴν ἐνταῦθα, καὶ εἰς τὴν ἄνω. ὅτι μὲν γὰρ εἰς τὴν ἐνταῦθα ἱερουσαλὴμ συνεισῆλθον αὐτῷ πρῶτον, τοῦτο δῆλον. πρὶν δὲ τοῦ ἀναβῆναι τὸν σωτῆρα εἰς τὸν οὐρανὸν οὐδεὶς ἀναβέβηκεν ἕως ὅτε αὐτῷ συνανῆλθον. Hoc eſt, multa corpora ſanctorum ſurrexerũt, & ſimul cum Chriſto in ſanctam ciuitatem venerunt. Quam vocat ſanctam ciuitatem? Impletur tamen in hac vtraq; Hieruſalem, in ſuperiori inquam & inferiori, Euangeliſtæ ſermo. quod ad hãc venerint inferiorem manifeſtum eſt, ſed ad illam ſuperiorem, ante Chriſtum nullus conſcendit, quouſq; cum illo conſcenderunt. & *Ambroſius.* Ambro. lib. 4. de fide ad Gratianum Auguſtum ca. 1. ait, Tranſlatus erat Enoch, captus Elias. Sed non eſt ſeruus ſupra dominũ. Nullus enim aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo. Nã & Moyſen, licet corpus eius non apparuit in terris, nuſquam tamẽ in gloria cæleſti legimus, niſi poſtquam Dominus reſurrectionis ſuæ pignore, vincula ſoluit inferni, & piorum animas eleuauit. & in poſtremis verbis enarrationis Pſalmi primi ait. Sũt *Ambroſius.* qui reſurrexerunt in paſſione Chriſti, & iſti plane beati, quia acceperũt Chriſti gratiam, & audierũt vocem eius de qua ſcriptum eſt. Venit hora quando audient mortui vocem *Ioan. 5.* filij Dei, & qui audierint viuent, & ingreſſi ſunt in ſanctam ciuitatem. Puto quod magis ſignificent ſupernam, quam iſtam Hieruſalẽ quam reliquit, quam incuſauit. Clemẽs quoque Alexãdrinus Stromate. 6. fol. 6. hoc etiã *Clemens Alexandrinus.* videtur innuere, inquiens. σώματα φησὶ τὸ εὐαγγέλιον πολλὰ τῶν κεκοιμημένων ἀνεστᾶσθαι, εἰς ἀμείνω δηλονότι μετατεθειμένων τάξιν. Hoc eſt corpora multa eorum qui dormierũt, iuxta euangelium, reſurrexerunt, quæ quidem in meliorem ordinem tranſlata ſunt. & Anſel. Matth. 27. & Chriſt. Druthmari eodem in loco. Denique in ſermone aſſumptionis titulo Hierony. hæc legimus. De his qui cum Domino reſurrexerunt, nonnulli doctorum in ſuis reliquerũt ſcriptis, quod in illis completa iugiter ſit reſurrectio, fatentur enim quod veri teſtes non eſſent, niſi eorum reſurrectio vera eſſet. Vnde Petrus dixiſſe legitur, cum de Dauid loqueretur. Sepulchrum eius apud nos eſt, quaſi non ſit auſus dicere, quod ipſe aut corpus eius apud nos eſt, ſed tantũ ſepulchrum,

Digitized by Google

chrum, in quo cõditus fuerat. Hinc aiunt reſurrexiſſe & ipſum cum cæteris ſanctis, & ideo vacuum remanſiſſe mauſeolum. Hæc ille. Addunt nonnulli rationem. Quia decus eſt, vt Chriſtus cuius deliciæ ſunt, eſſe cum filijs hominũ, haberet aliquos eiuſdem humanitatis conſortes in cælo. Quanuis hæc opinio recipiatur communiter, non deſunt tamen qui affirmẽt, ita reſurrexiſſe, vt poſt parum in puluerem ſuum reuerterentur. Hoc affirmat Theophi. Matth. 27 inquiẽs. Scito quòd mortuorum reſurrectio, quæ facta fuit in cruce Domini, ſignificarit & earum quæ in inferno fuerint animarum libertatem. Reſurrexerũt igitur illi tantum ſigni gratia, manifeſtumq́; eſt illud, quod iterum ſunt mortui. Quidam autem dicunt, quod poſtquam Chriſtus reſurrexerit, reſurrexerint & illi, nec poſtea mortui ſunt. Sed neſcio an hoc ſit recipiendum. Et Euthy. Matth. 67. verſus finem, ait. poſt quam apparuerũt, iterum dormierunt. Et Auguſtinus epiſtola. 99. ad Euodium ſcribens, ait. Scio quibuſdã videri, morte domini iam talem reſurrectionem præſtitam iuſtis, qualis nobis in fine promittitur. Quoniam ſcriptum eſt illo terræmotu quo in eius paſsione petræ ſciſſæ & monumenta aperta ſunt, multa corpora reſurrexiſſe iuſtorum, & viſa cum illo quãdo reſurrexit in ſancta ciuitate. Qui vtique ſi non iterum repoſitis corporibus dormierunt, videndũ eſt quemadmodũ intelligatur Chriſtus primogenitus à mortuis, ſi cum in illa reſurrectione tot præceſſerunt. Quod ſi reſpondetur hoc dictum eſſe per anticipationem, vt monumenta quidem aperta intelligantur terræ motu illo, cùm Chriſtus in cruce penderet, reſurrexiſſe autem iuſtorũ corpora, non tunc, ſed cum ille prior reſurrexiſſet, quãuis tunc anticipãdo fuiſſet adiunctum, vt & Chriſtus primogenitus ſine ambiguitate credatur, & illis iuſtis cõtinuo cõceſſum, vt ipſo præeunte in æternam incorruptionem reſurgerent. Illud adhuc reſtat quomodo à Petro dici potuerit, quãdo per illam prophetiam, non de Dauid ſed de Chriſto aſſeruit fuiſſe prædictum, Carnem eius non vidiſſe corruptionẽ, & quod adiũxit de Dauid, apud eos eſt monumentum eius, vnde illos vtique non conuincebat, ſi corpus eius vbi iam nõ erat, quia ſi iam reſurrexiſſet, nec vidiſſet corruptionẽ, poſſet nihilominus monumentum eius manere. Durum autem videtur, vt Dauid non

2. Opinio. *Theophi.* *Euthy.* *Auguſti.* *Actu. 2.*

fuerit in illa reſurrectiõe iuſtorum, ſi eis iam æterna donata eſt, cuius ex ſemine Chriſtus tanta honorificentia commendatur. Periclitabitur etiam illud, quod ad Hebræos de iuſtis antiquis dicitur. Quia pro nobis meliora prouiderunt, ne ſine nobis perfecti perficerentur, ſi iam in illa reſurrectionis incorruptione conſtituti ſunt, quæ nobis perficiendis in fine ꝓmittitur. Huic ſubſcribit S. Thomas. 3. par. quæſt. 53. arti. 3. ad ſecundum. *Hebr. 11.*

Innumera alia nomina crebro in ſcripturis replicantur, quorũ nonnulla breuiter explicantur ab Ambroſio, lib. 1. de Fide contra Arianos, & trãſcripſit ex libro Hilarij de Patris & filij vnitate, verſus finem, & rurſus Hilarius deſumpſit ex Nazianzeno lib. de fide. Illorum hæc ſunt verba. Filius Dei ratio dicitur, quæ tamen ratio multis nominibus appellatur. modo verbum, modo virtus, modo ſapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo theſaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo agnus, modo homo, modo vitulus, modo Aquila, modo leo, modo via, modo veritas. Virtus dicitur, quia verè de Deo, & ſemper cum Deo eſt, & omnis poteſtas patris in eo cõſiſtit. Sapientia appellatur, quia de corde patris adueniens arcana cæleſtia credentibus reſerauit. Dextera nuncupatur, quia per eum omnia opera diuina perfecta ſunt. Brachium dicitur, quia ab ipſo omnia continentur. Margarita appellatur, vt nihil illo pretioſius habeatur. Theſaurus dicitur, vt in ipſo omnes opes & diuitiæ regnorum cælorum condita cognoſcãtur. Retia dicitur, quia per ipſum & in ipſo de mari ſeculi, diuerſa gentium multitudo ſicut piſcium, per aquam baptiſmatis in eccleſia congregantur, vbi bonorum & malorum diſcrimen agnoſcitur. Aratrum nuncupatur, quia ſigno crucis ſuę, dura ſentium pectora ſubijciuntur, vt neceſſario ſemini præparentur. Fons aquæ viuæ appellatur, quia ex eo ſitientia corda cæleſtis aquæ gratia irrigãtur. Petra dicitur, quia credentibus, fortitudinem, incredulis duritiam præſtat. Lapis angularis dicitur, quia vtroſque parietes noui & veteris teſtamenti, vnus & mediator in ſemetipſo continens copulauit. Agnus dicitur, vt innocẽtia Chriſti & paſsio demonſtretur. Homo dicitur, quia ſecundum carnem propter nos homines naſci dignatus eſt. Vitulus dicitur, quia propter noſtram ſalutem pati ſuſtinuit.

Virtus. *Sapientia.* *Dextera.* *Brachium.* *Margarita.* *Theſaurus.* *Retia.* *Aratrum.* *Fons.* *Petra.* *Lapis angularis.* *Agnus.* *Homo.* *Vitulus.*

Digitized by Google

Aquila. Aquilia dicitur quia poſt venerabilem re-
ſurrectionem, vt rex, ad altam patris per-
Leo. uolat ſedem, Leo dictus eſt, quia ipſe eſt
rex regum, quia mortem ac zabulum, vir-
Via. tutis ſuæ poteſtate continuit. Via eſt, quia
Veritas. per ipſum aſcenſus eſt. Veritas, quia menda-
Vita. cium neſcit. Vita eſt, quia ipſe vniuerſa viui-
ficat. Item Theoph. Iohan. 10. Chriſtus, in-
quit cũ curam ſuã erga nos vult demõſtrare
Paſtor. paſtorem ſe nominat. Quando autem oſten
dere vult, quod ipſe ſit ille qui ducat ad pa-
Ianua. trẽ, tunc Ianuam ſe dicit. Similiter iuxta aliũ
& alium ſenſum, ouis eſt, & paſtor. Itẽ Chry-
Filius. ſoſt. homi. quadam de cruce domini, in calce
Vnigenitus tertij tomi. ait. Chriſtus filius dicitur, quoniã
Deus. de patre, vnigenitus, quia ſolus de ſolo, Deus
quoniam creator. Præterea Hieron. Iſaię. 52.
ait. Quod filius Dei, patris dextera appelle-
Pſal. 97. tur, & brachiũ multa ſunt teſtimonia, Salua
bit ſibi dextera eius, & brachiũ ſanctũ eius.
& in Iſaia, in brachio meo gentes ſperabunt.
& in Pſa. 88. Tuum brachium cum poten-
tia. &, Quis credet auditui noſtro, brachium
Domini cui reuelatum eſt? quia Deus per
Chriſtum operatur. Hoc etiam dicit Augu.
tract. 53. ſuper Iohannẽ. Item Hiero. Hoſeæ.
14. ait. Fit dominus credentibus, lumen, via,
panis, vinea, ignis, vermis. &c. Sic qui indige-
mus illius miſericordia, & peccatorum febri
bus æſtuamus in rorẽ nobis vertitur, de quo
Deuter. vlt dicitur. Deſcendant ſicut ros, verba oris mei.
Cum autem de ſuo rore reſperſerit, & ſiccita
tem pectoris noſtri, ſuis pluuijs irrigat, flore-
bimus in lilium, de quo dicitur. Ego flos cam
pi lilium conuallium.

Denique vt iam finem ſermoni noſtro im
ponamus, aduertendum eſt quod Iſychius.
li. 1. in Leui. cap. 4. ait. Multis nominibus car
nem domini ſcriptura appellat, quia multas
operationes impleuit. Vnde ipſe dominus
modo quidem ſemetipſum ſacrificium, mo-
do paſtorem, rurſus vitem, & panem vitæ &
granum tritici, opportune diſpenſatorijs ver
bis varians, ſuas appellationes nominauit. &
in Leuitico velum eius carnem appellauit,
Paulo ad explanationem huius myſterij di-
Hebræ. 10. cente. Habentes confidẽtiam in introitu ſan
ctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit
nobis viam nouam & viuentem per velamẽ,
id eſt carnem ſuam. Propterea & ſanctuarij
velum appellatũ eſt, figuram quippe carnis
ſancta ſanctorũ gerebat. & Digitus Dei, vir-
Exo. 8. tus eius dicitur. Vnde magi Pharaonis ce-
dentes miraculis Moyſi, dicebant. Digitus
Dei eſt. & Dauid. Quoniam videbo cælos *Pſal. 8.*
tuos opera digitorum tuorum. & dominus
Iudæis dicebat. Si in digito Dei eijcio dæmo
nia, igitur peruenit in vos regnum Dei. & Eu *Luca. 11.*
thy. Iohan. 10. Chriſtus in ſcriptura vocatur
paſtor, in alijs locis ouis, agnus, victima, alijſ-
que mille nominibus, iuxta varios diſpenſan
di modos. Hęc ille. Vocatur Gigas, vt in Pſa.
Exultauit vt gigas. Principium, quia pater
per ipſum omnia condidit. Os Dei, quia per
ipſum pater mundo loquitur. Antiquus die-
rum. Dani. 7. Agnus ab origine mundi occi-
ſus. Deus Sabaoth. Sanctus ſanctorum. Flos
de radice Iſai. ſol. Oriens. ſplendor. Propheta
Dauid. Angelus aut magni conſilij angelus.
Emanuel. Admirabilis. Cõſiliarius. fortis. Pa-
ter futuri ſeculi. princeps pacis. Multa huiuſ-
modi tu ipſe ex diuinis ſcripturis & ſanctis
poteris coaceruare.

¶ Nomina quæ ex humanis rebus & ex affectionibus noſtris ſunt deſumpta, cum de Deo dicuntur quid ſignificent.

CAP. IIII. & vlti.

TAndem, vt primo huic volumini, *Contra An*
in quo de diuina natura tractan- *thropomor*
dum fuiſſe duximus, finem im- *phitas &*
ponamus, oportet agere de illis nominibus *Tertulianũ*
quæ, cum ex rebus hiſce noſtris & huma-
nis affectionibus ſint deſumpta, myſticã &
abſtruſam in ſe cohibent intelligentiam. Iu
iuſmodi ſunt illa nomina quæ, cum tropicè
& tropologicè & ἀνθρωποπαθῶς de Deo di-
cantur, altiori indigent intelligentia, & non-
nullius explicationis noſtræ, lucẽ deſiderãt.
Porrò vt res tota melius intelligatur, dicen-
dum eſt ac diſſerendum, quo conſilio id in
ſcripturis fieri permiſerit dominus. Primò
quidẽ id fieri ſcripturæ admittũt, vt ſe demit
terent hebetudini aut potius ſtupiditati He-
bræorũ. Hoc certè eſt quod ait Euthy. Pſal.
79. Sacra ſcriptura Deo paſſim actiones &
paſſiones adſcribit humanas, craſsiori admo
dũ more locuta, vt Hebræorũ hebetudini ſer
uiret. Vt, Excita potentiam tuam & veni, vt
ſaluos facias nos. & iterum. Pſalmo. 31. hoc
idem

Digitized by Google

idem affirmat idem author.

Secundò vtitur ſcriptura verbis à conſue
tudine noſtra deſumptis, vt ad Deū nos alli-
ciat per res nobis cognitas & cognatas, aut
etiam à malo arceat & deterreat, per res no-
bis aduerſas, & naturæ noſtræ contrarias. vt
ſi mellis dulcedinem deſideras, dulcis voca-
tur Deus. Si vini dulcedine teneris, audies.
Dulciora ſunt vbera tua vino. Si flagranti
oleo delectaris, vocatur Deus. oleum effu-
ſum. Si præceptis diuinis parere non vis. di-
citur Deus, ignis conſumens. & vmbra, ſol,
adeps Deus vocatur. Hoc ſignificauit Chry
ſoſto. homi. 3. in Gen. inquiens. Scriptura de
mittit ſe, & iuxta humanam conſuetudinem
loquitur. Vt, Vidit Deus lucem quod bona
eſſet, quemadmodum homines, cum magnū
aliquid magno ſtudio elaborauerint, & finē
laboribus ſuis impoſuerint, tūc tandem pro-
bant quod fecerint, & opus laudibus extol-
lunt. Ita & diuina ſcriptura ſolet ad noſtrarū
aurium infirmitatem ſe attemperare. & ali-
bi. Et deſcendit Dominus, vt videret ciuita-
tem & turrim, quam ædificabant filij homi-
num. & iterum. pœnituit dominus quod fe-
cerit hominem. Item homil. 13. in Gene. ait,
Perpetuus ſcripturæ mos eſt, propter nos &
noſtram vtilitatem humanis vti verbis, vt in
Gen. Poſuit ſtellas in firmamento cæli. non
quod affixerit eas cælo, ſed vt diſcas quod
in cælo eas eſſe præceperit. Et iterum. Plan-
tauit dominus hortum. Quid? dic oro, foſſo-
rio ne opus habuit aut agricultura & alia cu
ra vt paradiſi hortum excoleret? non. Om-
nia ergo quæ de deo dicuntur, humano mo-
re accipienda ſunt. Ideò verbum illud, Plan-
tauit, ſic intelligendum eſt, quod imperauit
hortum in terra fieri, vt creatus homo in eo
verſaretur. Et Augu. lib. 1. de trini. ca. 12. ait.
Non vtitur ſcriptura aliquo genere locutio-
nis, quod in conſuetudine humana non in-
ueniatur, quia vtique hominibus loquitur.
Hoc eſt quod Rabbini dicunt. Loquitur ſcri-
ptura vt homines inter ſe loqui cōſueuerūt.

Ad rem igitur accedentes, quid Auguſti.
lib. 83. quæſtionum. quæſt. 52. tradiderit au-
diamus. Diuinæ, inquit, ſcripturæ à terreno
& humano ſenſu ad diuinū & cæleſtem nos
erigentes, vſque ad ea verba deſcenderunt,
quibus inter ſe ſtultiſsimorum etiam vtitur
conſuetudo. Itaque earum etiam affectionū
nomina quas animus noſter patitur, quaſq;
longiſsimè à Deo eſſe ſeiunctas, iam qui me
lius ſapit intelligit, non dubitauerunt viri il-
li per quos locutus eſt Spiritus ſanctus op-
portuniſsimè in libris ponere. Vt verbi gra-
tia, quoniam difficillimum eſt, vt homo ali-
quid vindicet ſine ira, vindictā Dei quæ om-
nino ſine perturbatione fit, iram tamen vo- *Ira.*
candam iudicauerunt. Item quia cōiugis ca-
ſtitatem zelando viri cuſtodire conſueue- *Zelus.*
runt, illam Dei prouidentiam per quam præ
cipitur atq; agitur, ne anima corrumpatur,
& deos alienos ſequens quodammodo me-
retricetur, zelum Dei appellauerunt. Sic & *Manus.*
manum Dei vim qua operatur, & pedes dei,
vim qua in omnia cuſtodienda & gubernan
da, protendit. & aures dei vel oculos dei, vim *Pedes.*
qua omnia percipit atq; intelligit. & faciem *Aures.*
dei, vim qua ſe manifeſtet atq; dignoſcitur, *Oculi.*
& cætera in hūc modum. Propterea ſcilicet, *Facies.*
quia nos ad quos ſermo fit, & manibus ſole-
mus operari & pedibus incedere, & quo fert
animus peruenire. & auribus atque oculis,
& cæteris ſenſibus corporis corporalia per-
cipere, & facie innoteſcere, & ſi quid aliud,
ad hanc regulam pertinet. Hoc modo igitur
quia mutare cœptum aliquod, & in aliud
transferre non facile ſolemus, niſi pœniten- *Pœnitētia.*
do, quanquam diuina prouidentia ſerena
mente intuentibus appareat cuncta certiſsi-
mo ordine adminiſtrare, accōmodatiſsimè
tamen ad humilem humanam intelligētiam
ea quæ incipiunt eſſe, neq; perſeuerant quā-
tum perſeueratura ſperata ſunt, quaſi per
pœnitentiam Dei dicuntur ablata. Aut vt
ipſe Auguſti. Pſal. 109. ait, Pœnitentia quan
do in deo ponitur mutationem rerum ſigni
ficat. Quando enim aliquem pœnitet, dolet
factum quod fecit, ſic quando aliquid Deus
præter ſpem hominum, id. eſt præterquam
ſperant homines, mutat in aliud, pœnitere
ſe dicit. Vſque adeo vt de pœna noſtra pœ- *Lege quæ*
niteat eum, ſi nos de vita noſtra mala pœni- *ſcripſi libr.*
tuerit. Et Hiero. Amos. 9. de eadem loquens *9. Reg. 3.*
pœnitentia ait, Non deus mutatur qui ſem-
per eſt immutabilis, ſed nos eum noſtra con
uerſione mutamus. Vnde ipſe deus apud Ie- *Ierem. 18.*
rem. ait, Loquar ſuper gentem & regnum, vt
auferam eam & diſperdam, ſi conuerſa fue-
rit gens illa à malis ſuis, & ego agam pœni-
tentiam de his quæ cogitaueram facere ei.
Sæuit, iraſcitur, comminatur, & dicit ſe illa-
turum eſſe ſupplicia, ſi agamus pœnitētiam,
ipſum quoque ſuæ pœnitet ſententiæ. Rur-
ſum iuxta eundem Ieremiam promittit pro

I 3 ſpera:

Digitized by Google

Ierem. 17. ſpera: ſi negligentia diſſoluamur, & illum
pœnitebit ſponſionis ſuæ, promiſſaque mu
tabit. Cuius rei exemplum Niniuitas & Hie
ruſalem habere poſſumus: quorum alij de
imminẽtibus ſupplicijs liberati ſunt, alij quæ
patribus promiſſa fuerant perdiderunt. Et
capit. 7. parum poſt principium Pœniten-
tiam Dei in ſcripturis ſic debemus accipere
quomodo ſomnum & iram, nõ quod Deum
pœniteat aut mutet ſententiam, qui loqui-
Malach. 3. tur per prophetam. Ego Deus & non mu-
Pſal. 101. tor. Et cui nos dicimus. Tu autem idem ipſe
es, & anni tui non deficient. Sed quod nobis
ad meliora conuerſis, & ipſum pœniteat ſen
tentiæ ſuæ, vt nec iuſto reddat præmia quæ
promiſit, ſi declinauerit ad iniquitatem, nec
peccatori pœnas quas comminatus eſt, ſi
conuerſus fuerit ad ſalutem. Et iterum in cõ-
ment. Zachariæ capit. 8. ſuper hæc verba. &
erit ſicut. ait, Calumniantur hæretici, quaſi
aut crudelis, aut mutabilis ſit Deus, ſi eum
aut non pœniteat, aut pœniteat. Si enim pœ
nituerit dicunt eum eſſe mutabilem, ſi non
pœnituerit aſſerunt eſſe crudelem. Pœni-
tuit autem Deum, quod Saul vnxit in re-
1. Reg. 15. gem. Et apud Niniuitas quibus per prophe-
Iona 3. tam Deus denuntiauerat. Adhuc triduum
Sic 70. vul & Niniue ſubuertetur, quia egerunt pœni-
gata editio tentiam, dicitur & ipſe mutaſſe ſententiam
cũ Hebraico. 40. ſuam, non vitio mentis improuidæ, ſed ex
eorum qui male aut bene faciunt varietate.
Si enim male fecerint comminatur, ſi priſti-
na peccata defleuerint, non mutatur Deus
qui vnus atque idem eſt, & mutari non po-
teſt, ſed illis ex malis ad bona opera commu
tatis, mutat & ſuum ipſe decretum. Item Au
guſtinus libro. 2. quæſtio. ad Simplicianum
quæſt. 2. Pœnitentia, inquit, cum de Deo di
citur, Indignum aliquid dici arbitrarer, ſi ali-
quid dignum inueniretur, quod de illo dice
retur. Cum ergo verba omnia quibus huma
na colloquia conſeruntur, illius ſempiterna
virtus & diuinitas mirabiliter excedat, quic-
quid de illo humanitus dicitur, quod etiam
hominibus aſpernabile videatur, ipſa huma-
na admonet infirmitas, etiam illa quæ con-
gruenter in ſcripturis de Deo dicta exiſti-
mat, humanæ capacitati aptiora eſſe quam
diuinę ſublimitati, ac per hoc etiam ipſa eſſe
tranſcendenda, eſt ſanior intellectus, ſicut
iſta qualiacunque traſcendenda ſunt. Quis
Præſciẽtia. eſt enim hominum cui non occurrat in deo
cuncta præſciente pœnitentiam eſſe non
poſſe? Et certè hæc tantum duo verba ſunt
pœnitentia & præſcientia, quorum quia v-
num congruere credimus Deo, id eſt præ-
ſcientiam, negamus in eo eſſe pœnitentiam.
Cum verò alius liquidiore conſideratione
iſta pertractans, quæſierit quemadmodum
vel ipſa præſcientia Deo congruat, & inue-
nerit etiam huius verbi notionem illius in-
effabili diuinitati longè lateq; ſuperari, non
miretur vtrunq; de illo propter homines di-
ci potuiſſe, de quo vtrunque propter ipſum
incongruè diceretur. Quid eſt præſcientia,
niſi ſcientia futurorum? Quid autem futurũ
eſt Deo qui omnia ſupergreditur tempora?
Si enim in ſcientia res ipſas habet, non ſunt
ei futuræ ſed præſentes, ac per hoc non iam
præſcientia, ſed tantum ſcientia dici poteſt.
Si autem ſicut in ordine temporalium crea-
turarum, ita & apud eum nondum ſunt quæ
futura ſunt, ſed ea præuenit ſciendo, bis ergo
ea ſentit, vno quidem modo ſecundum fu-
turorum præſcientiam, altero vero modo ſe
cundum præſentium ſcientiam. Aliquid er-
go temporaliter accedit ſcientiæ Dei, quod
abſurdiſsimum eſt. Nec enim poteſt quæ vẽ
tura præноſcit noſſe cum venerint, niſi bis in
noteſcant, & prænoſcendo antequam ſint,
& cognoſcẽdo cum iam ſunt. Ita fit, vt quod
longe à veritate ſecluſum eſt, temporaliter
aliquid accedat ſcientiæ Dei, cum tempora-
liter quæ præſciuntur etiam præſentia ſen-
tiuntur, quæ non ſentiebantur antequam fie-
rent, ſed tantummodo præſciebantur. Si ve-
ro etiam cum venerint quæ præſciebantur
eſſe futura, nihil noui accedit ſciẽtiæ Dei, ſed
manebit illa pręſcientia ſicut erat etiã priuſ-
quam venirent quæ præſciebantur, quomo
do iam præſcientia dicetur, quando non eſt
rerum futurarum? Iam enim præſentia ſunt
quæ futura cernebat, & paulo poſt erũt præ
terita: præteritarum autem rerum ſicut præ
ſentium nullo modo poteſt dici pręſcientia.
Reditur ergo ad id vt fiat rebus iam præſen-
tibus ſcientia, quæ eiſdem rebus futuris erat
præſcientia, & cum ea quæ præſcientia erat
prius, poſtea ſciẽtia fiat in deo, admittat mu-
tabilitatem & temporalis ſit, cum Deus qui
verè ſummeque eſt, nec vlla ex parte ſit mu-
tabilis, nec vllo motu noſtro temporalis. Pla
cet ergo vt non dicamus præſcientiam Dei,
ſed tantummodo ſcientiam. Quæramus &
hoc quomodo, non enim ſcientiam ſolemus
dicere in nobis, niſi cum ſenſa, & intellecta
memoria

Digitized by Google

memoria retinemus, ideſt, cum meminimus
aliquid ſenſiſſe nos vel intellexiſſe, vt id cum
volumus recolamus. Quod ſi ita in Deo eſt,
vt poſsit propriè dici, intelligit & intellexit,
ſentit & ſenſit, admittit tempus, & ſubrepit
nihilominus iſta mutabilitas quæ lõge à dei
ſubſtantia remouenda eſt, & tamen ſcit deus
& præſcit ineffabili modo, & ſic eum pœni-
tet ineffabili modo. Cùm enim ſcientia Dei
longè diſtet ab humana ſcientia, ita vt irri-
denda ſit comparatio, vtraque tamen ſcien-
tia vocatur, & hæc quidem humana talis eſt,
1.Cor.13. vt dicat apoſtolus. Sciẽtia deſtruetur. quod
nullo modo de ſcientia dei rectè dici poteſt.
Sic & omnis ira hominis turbida eſt, & non
ſine cruciatu animi, ira vero dei de qua dici-
tur in Euãgelio, ſed ira dei manet ſuper eum.
Ioan.3. & Apoſtolus, Reuelabitur ira Dei de cælo
Roma.1. ſuper omnem impietatem, illo in tranquilli-
tate iugiter manente. in creatura ſubdita, ex
ercet admirabili æquitate vindictam. Mi-
ſericordia quoque hominis habet nonnul-
Roma.12. lam cordis miſeriam, vnde etiam in Latina
lingua nomen accepit. Nam inde eſt quod
non ſolum gaudere cum gaudentibus, ſed
etiam flere cum flentibus hortator Apoſto-
lus. Quis autem ſano capite dixerit vlla mi-
ſeria tangi Deum, quem tamen vbique ſcri-
ptura multæ miſericordiæ eſſe teſtatur? Ita
Pſalm.85. zelum humanum non ſine peſte liuoris in-
telligimus, zelantem vero deum non ita, ſed
eodem verbo, non eodem modo. Longum
eſt percurrere cętera, quibus oſtenditur mul
ta diuina iiſdem nominibus appellari qui-
bus humana, cum incomparabili diuerſitate
ſeiuncta ſint, nec tamen fruſtra eadem ſunt
rebus vtriſque indita nomina, niſi quod hæc
cognita in quotidiana conſuetudine verſan
tur, & experimentis vſitatioribus innote-
ſcunt, nonnullam ad intelligenda illa ſubli-
mia præbent viam. Cum enim dempſero de
humana ſcientia mutabilitatem, & tranſitus
quoſdam à cogitatione in cogitationẽ, cum
recolimus vt cernamus animo, quod in con-
tuitu eius paulò antè non erat, atque ita de
parte in partem crebris recordatiõibus tran
1.Cor.13. ſilimus, vnde etiam ex parte dicit eſſe Apo-
ſtolus noſtram ſciẽtiam. Cum ergo hæc cun
cta detraxero & reliquero ſolam viuacitatẽ
inconcuſſæ veritatis, vna atq; æterna cõtem
platione cuncta colluſtrantis, imò non reli-
quero, non enim habet hoc humana ſcien-
tia, ſed pro viribus cogitanero, inſinuatur
mihi vtcunque ſcientia Dei. Quod tamen
nomen ex eo quod ſciendo aliquid non la-
tet hominem, potuit eſſe vtrique rei com-
mune. Quanquam & in ipſis hominibus ſo-
let diſcerni à ſapientia ſcientia, vt etiam A-
poſtolus dicit. Alij per ſpiritum datur ſer- 1.Cor.12.
mo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ. In Deo
autem non ſunt hæc duo, ſed vnum, &
in hominibus quidem hæc ita diſcerni ſo-
lent, vt ſapientia pertineat ad intellectum
æternorum, ſcientia verò ad ea quæ ſenſi-
bus corporis experimur: quod ſi ita eſt,
nulla erit ſcientia Dei, Sed melius dicitur
aliam eſſe ſcientiam Dei, & non eiuſdem
generis cum iſta quæ hominum dicitur. Sic
etiam de ira hominis detraho turbulentum
motum, vt remaneat vindictæ vigor, vtcũq;
aſſurgo in notitiam illius quæ appellatur ira
Dei. Item de miſericordia ſi auferas compaſ-
ſionem, cum eius quem miſeraris participa-
tus es miſeriæ, vt remaneat tranquilla boni-
tas ſubueniendi & à miſeria liberandi, inſi-
nuatur diuinæ miſericordiæ qualiſcunque
cognitio, Zelum quoque Dei non aſperne-
mur, cum ſcriptum inuenimus, ſed aufera-
mus de humano zelo tabem doloris, & mor
bidam perturbationem animi, remaneatq;
illud ſolum iudicium, quo corruptio caſtita-
tis impunita eſſe non ſinitur, & aſſurgimus
vt capiamus aliquo modo zelum Dei. Qua-
propter cum legimus dicentem dominum.
Pœnitet me, conſideremus, quid id eſſe ſo- 2.Reg.15.
leat. In hominibus opus pœnitendi eſt, cum
reperitur voluntas mutandi, ſed in homine
cum dolore animi eſt, reprehendit enim in
ſe quod temere fecit. Auferamus ergo iſta
quæ de humana ignorantia veniunt, & re-
maneat ſolũ velle, vt non ita ſit aliquid quẽ-
admodum erat, ſic poteſt aliquantum inti-
mari menti noſtræ, qua regula intelligatur,
quod pœnitet deum. Sed ſcriptura omnibus
conſulens propterea magis illa quæ nõ ſunt
laudabilia proponit, vt zelum, iram, pœnitẽ-
tiam, ne illa quæ placent ſic intelligantur in
deo, quomodo cõſueuerũt in hominibus in-
telligi. Per hæc enim quæ diſplicent, cum ea
non audeamus ſic intelligere in deo, vt inue
niuntur in homine, diſcimus etiã illa ſic quæ
rere quæ apta eſſe putabamus. Nam ſi pro-
pterea non eſt illud de Deo dicendũ quia in
homine diſplicet, nõ dicamus incõmutabilẽ
deum, quia de hominibus cum reprehẽſione
dictum eſt, non eſt enim illis commutatio.

Item quædam in homine ſunt laudabilia, in Deo autem eſſe non poſſunt, ſicut pudor, quod ætati viridiorum magnum eſt ornamentum, ſicut timor Dei non eſt tantum in veteribus libris laudatus, ſed apoſtolus etiam dicit, Perficientes ſanctificationem in timore Dei, qui vtique in Deo nullus eſt. *1. Corin. 7* Sicut ergo quædam laudabilia hominum non rectè dicuntur in Deo, ſic quædam culpabilia hominum rectè intelliguntur in deo, non ita vt in hominibus, ſed vocabulis tantummodo communibus, longè alia ratione & modo. Nam cum dicit dominus Samuel. Pœnitet me, quod conſtituerim regem Saul, ipſi Saul ait de deo. Non eſt ſicut homo vt pœniteat eum. *Prima cauſa.* Quam ob cauſam hoc in ſcripturis fieri ſoleat, prodidit Gregorius libr. 14. moral. cap. 22. inquiens. *Locus Grego. annotandus.* In Deo, qui corporis forma non circumſcribitur, membra corporis, id eſt manus, oculus, vterus, ita nominantur, vt ex membrorum vocabulis, effectus eius potentiæ deſignetur. Oculos quippè habere dicitur, quia cuncta videt. *Oculus.* Manus habere deſcribitur, quia cuncta operatur. *Manus.* In vtero proles concipitur, quæ in hac vita naſcitur. Quid ergo vterum Dei, niſi eius conſilium debemus accipere, in quo ante ſecula per prædeſtinationem concepti ſumus? Et Damaſcenus libr. 1. capit. 14. ait, Plura de deo corporaliter in ſacra ſcriptura, ſymbolicè myſticeque dicta comperimus, ſed ſcire nos decet, cum nos ipſi ſimus craſſo carnis indumento circundati, nos minimè poſſe diuinas & ſubtiles & immateriales Dei operationes, aut intelligere, aut eloqui, niſi imaginibus & formis, & ſignificatiuis noſtro more vtamur ſignis. Quæcunque igitur de Deo corporaliter dicuntur, ſymbolicè ſunt dicta, habent autem altiorem intelligentiam, ſimplex eſt enim diuinitas, & figuram nullam habens. Oculos ergo dei, & palpebras & viſum, virtutem ipſius vniuerſorum inſpectricem, & quod nihil eius cognitionem effugiat, intelligimus, eo quod in nobis per hunc ſenſum, perfectior cognitio certiorque innaſcitur. *Oculi. Palpebra.* Aures autem & auditum, virtutem eius propitiatricem, & noſtræ deprecationis ſuſceptricem. *Aures.* Nos etenim ijs, qui ſupplicationes porrigunt, per hunc ſenſum mites ſumus, familiarius eis aures inclinantes. Os autem & loquelam, vim demonſtratricem voluntatis eius, *Os.* eo quod apud nos, per os & locutionem, in aperto faciamus cogitationes cordis. Cibum verò & potum, noſtrum ad voluntatem eius concurſum. *Cibus.* Nam & nos per guſtatorium ſenſum, neceſſarium naturæ implemus appetitum. Odoratum verò, vim acceptatricem noſtræ erga eum intelligentiæ & beneuolentiæ, quia per hunc ſenſum in nobis gignitur boni odoris ſuſceptio. *Odoratus.* Faciem verò, ſui manifeſtationem, & apparitionem per opera eius, eo quod noſtra ipſorum manifeſtatio per faciem fit. *Facies.* Manus verò efficacem virtutem operationis eius. *Manus.* Nam nos vtilia & maximè pretioſa adminiculo manuum dirigimus. Dexteram, auxilium eius in proſperis, eo quod nos magis in optabilioribus & pretioſioribus, & plurima virtute indigentibus, dextera vtimur. *Dextera.* Tactum verò, certiorem eius minutiſsimorum & occultorum cognitionem, & diſpoſitionem, quia apud nos non poſsint ij qui palpatu contrectantur, in ſeipſis quippiam occultare. *Tactus.* Pedes autem & inceſſum, auxilium, indigentiam, aut hoſtium vltionem, aut ad aliam quãdam operationem, aduentumque & præſentiam. *Pedes.* Quia in nobis beneficio pedum perficitur acceſſus. Obliuionem verò & ſomnũ & dormitationem, dilationem vltionis aduerſus inimicos & retardationem conſueti auxilij ad familiares. Et abſolutè dicendo, omnia de deo corporaliter dicta, occultam quandam intelligentiam notant, & ex his quæ ſunt ſecundum nos, ea quę ſunt ſupra nos edocent. niſi quippiam de corporali diuini verbi peregrinatione dicatur. Nam ipſe totum hominem propter noſtram ſalutem aſſumpſit, animam ſcilicet intellectiuam & corpus, & humanæ naturæ proprietates, & naturales & innocuos affectus. Adhuc etiam nonnullis alijs exemplis oportet hæc eadem illuſtrare. Ira & furor, inquit Damaſcenus libr. 1. cap. 14. ſignificant odium aduerſus malignitatem & inimicitiam. *Ira. Furor.* Nam & nos aduerſantia voluntati noſtræ odio habentes ſuccenſemus, iraſcimurque. Aut vt inquit Auguſti. Pſalm. 2. Iram & furorem dei non perturbationem mentis oportet intelligi, ſed vim qua iuſtiſsimè vindicat ſubiectam ſibi ad miniſterium vniuerſam creaturam. Alioqui vt inquit Salomon. Tu domine virtutũ cum tranquillitate iudicas & cum magna reuerentia diſponis nos. *Sapien. 12.* Ira ergo Dei eſt motus qui fit in anima, quæ legem Dei nouit, cum eandem

dem

Digitized by Google

dem legem videt à peccatore præteriri. Per hunc enim motum iuſtarũ animarum multa vindicantur. Quanquam pôſsit ira Dei rectè intelligi etiam ipſa mentis obſcuratio, quæ conſequitur eos qui legem Dei tranſgrediuntur. Et iterum in expoſitione quarundã propoſitionum epiſto. ad Roma. ait, Ira vindictæ ſignificatione ponitur. & Cyrillus lib. 9. ſuper Ioan. capit. 13. ait, Quando ſcriptura motum Dei aduerſus peccantes exprimere vult, à rebus humanis per ſimilitudinem verbis vſa, iram & furorem appellat. Quo tamen hæc duo nomina differant modo, docet Euthy. Pſalm. 2. Inquiens. θυμὸς & ὀργὴ id eſt ira & furor (quem, vt Græcæ dictionis θυμὸς verior ſignificatio poſtulat, indignationem, ſeu potius excandeſcẽtiam quis dixerit) aliquando pro eodem ponuntur, aliquando vt diuerſa, ita vt excandeſcentia motus ſit ad iram, & iuxta etymologiam, excitationem & motum ſignificet, à θύειν & ὁρμᾶν. Ira vero iuxta eandem Græci nominis etymologiam vehementiorem & concitatiorem ad vindictam denotet feruorem. nam ὀργὴ ab ὀργᾶν, & σφύζειν. De hac Dei ira ſic loquitur Euthy. Pſalmo. 6. Quanquam Deus à furore & ira & ab omni prorſus paſſione liber ſit. Prophetæ tamen ſæpè huiuſmodi affectionem ei tribuunt, perſuadere ſtudentes lectoribus, quod omnium hominum Deus curam habet, quod omnia videt & audit, quod lætatur & triſtatur, iudicat, furit, & iraſcitur, & quæcunque alia huiuſmodi eum facere dicunt, vt ſaltem hoc pacto timore correpti homines deſiſterent à vitijs. Aut ab humanis operationibus prophetæ diuina declarant, & quia qui loquuntur, & qui audiunt homines ſunt, humana lingua exprimunt quod loquuntur. Neque enim poſsibile eſt, vt alio modo loquantur qui in corpore ſunt, quàm corporaliter. Nam quoties barbaros alloquimur, eorum lingua vtimur, & cum pueris aliquid dicere volumus, eorum more balbutimus; quanquam valde ſapientes ſimus, ad illorum tamen humilitatem condeſcendimus. Item Hieror.y. Zachariæ. 1. ait, Ira domini non perturbationem eius ſignificat qui non iraſcitur, ſed eorum merita atque peccata, in quos Dei ira deſæuit, alioqui dominus nunquam iratus viciſsitur, ſed ad hoc corripit vt emendet. Vnde propheta precatur in Pſalm. Domine ne in furore tuo arguas me. & alibi. Corripe nos domine, veruntamen non in furore tuo, ſed in miſericordia. *Iere. 10.*

Ὀργὴ. Θυμὸς.

2. Cauſa. Secundam affert huius rei cauſam Hiero. Iſaiæ. 65. cap. inquiens. Furorem, obliuionẽ, iram, pœnitudinem, ita in deo debemus accipere, quomodo pedes, manus, oculos, aures, & cætera membra quæ habere dicitur incorporalis & inuiſibilis deus. Non quo his pateat perturbationibus, qui eas dono gratiæ ſuæ extinguit in nobis, ſed quo per noſtra verba, Dei erga nos intelligamus affectum. Neque enim ira, quæ eſt vltionis libido, ita definitur in Deo, vt in hominibus, quę materiam habet in noſtris vitijs, non in domini voluntate, qui theſaurizamus nobis irã in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Et Damaſcenus libro. 1. cap. 2. ait. Multorum de Deo difficulter intellectorum, haud quaquam ſatis eloquendi eſt conceſſa facultas. Verum de his quæ ſecundum nos ſunt, cogimur, in ijs quæ ſupra nos ſunt, eloqui. Ceu in Deo ſomnum, iram, negligentiam, manus & pedes & id genus, aſſerimus. Sic ſcriptura vocat zelum, vt inquit Theophy. Nahum. 1. iram cum feruore factam. Item ait Auguſt. libro de fide & Symbolo. cap. 7. quod ſedere dicitur Deus, non membrorum poſitionem, ſed iudiciariam ſignificat poteſtatem, qua illa maieſtas nunquam caret, ſemper digna dignis tribuendo. Quanuis in extremo iudicio multo manifeſtius inter homines, vnigeniti filij Dei, iudicis viuorum atque mortuorum, claritas fulſura ſit. Et Hieronym. Danie. 9. capit. ait. Quando propter peccata noſtra corripimur, vigilat ſuper nos Deus, & viſitat. Quando vero à Deo deſerimur & non iudicamur indigniq́ue ſirmus correptione Domini, tunc dormire dicitur. Vnde in Pſalmis legitur. Surrexit quaſi dormiens Dominus, & quaſi crapulatus à vino. Malitia enim noſtra inebriat Deum. quæ quando in nobis corripitur euigilare dicitur, & de ſua ebrietate conſurgere, vt nos à peccato ebrius, euigilare faciat. Item Theophil. Lucæ. 14. ait. Quando vindicatiuam Dei virtutem ſcriptura ſignificat, pantheram, & vrſum, & pardum eum vocat. Quando autem miſericordiam vult inſinuare, hominem inducit: ſicut apud Lucam, miſericordiſsimam eius diſpenſationem intelligens, quam operatur in nobis, qua nos facit participes carnis filij ſui, hominem eum nominat. Item ait Hiero. Michęæ. 1. Dicitur dominus egredi

Sedere. *Vigilare.* *Dormire.* *Homo, deus quando dicatur.*

Egredi. egredi de loco ſuo, nnn quod derelinquat locum ſuũ, nam de apoſtolis egrediebatur ſermo domini, & tamen non relinquebat eos. Item Auguſti. epiſtola. 119. cap. 26. ait, Digitus, ſpiritum ſanctum ſignificat. cum enim vnus euãgeliſta dixiſſet, *Luca. 11.* in digito Dei eijcio dæmonia, *Matth. 12* alius hoc idem ita dixit. In ſpiritu Dei eijcio dæmonia. *Iuramentũ Dei.* De iuramento quoque Dei nõnihil diſſerere oportet. & nota quod non vbique iuramentum in ſcripturis inſeritur, ſed vt dicit Auguſt. libr. 19. contra Fauſtum, Vbi eſt conſideratio maior atque propenſior, illis in locis iuramentum inuenitur. *Iuramentũ vete. inſtru mẽto quod fuerit.* Quibus tamen verbis iuramenta proferri ſoleant in vtroque inſtrumento, his verbis tradit Hierony. Ezechielis. 16. In veteri, inquit, teſtamento iuramentum eſt. Viuo ego, dicit dominus. In nouo autem. Amen amen dico vobis. & iterum. Ieremiæ. 4. ait, Viuit dominus, in veteri teſtamento, Iuſiurandum eſt, ad condemnationem mortuorum deorum, per quos iurant idololatræ & Philippus presbyter libro. 2. in Iob capit. 27. circa principium, ait. Hoc iuramento, viuit Deus, poſteà prophetæ vſi ſunt, & ipſe dominus aliquoties ita iurat, inquiens per prophetas. Viuo ego, ait Dominus. Oportet tamen quid ſibi velit & quid ſignificet iuramentum, aperire. de qua re ſic ſcribit Eucherius *Iurare Dei quid ſit.* in quæſt. Pſalmorum. Iurare domini eſt immutabiliter promittere. & Damaſce. libro. 1. capit. 14. ait, Iuramentum ſignificat immutabilitatem conſilij Dei, eo quod apud nos contractus qui inuicem fiunt per iuramentum rati ſunt, & habent firmitatem. Et Baſilius ſermone. 1. in Pſalm. 14. ait, Nominant prophetæ iuramentum multis in locis, immutabilem firmãq; rei cuiuſlibet confirmationem, vt iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. &, Iurauit dominus & non pœnitebit eum. Non quod Deum ad teſtimonium dictorum, fidemque dubietati faciendam, induxerit, ſed quod is immutabili decreto gratiam promiſſionis confirmauit.

Iurat ſecundo Deus propter hominum incredulitatem, vt illos certiores reddat. Vnde Baſilius homil. de Pœnitentia. Hoc iuſiurandum, Viuo ego dicit dominus, Deo competit. quia maiorem ſe non habet. Iurat autem propter hominum incredulitatem. & Hierony. in comment. epiſtolæ ad Titum capit. 1. ait, Dominus iureiurando quædam in prophetis pollicetur, vt nos ſecuriores efficiat, & magis ſperemus futura eſſe quę prædicta ſunt, & tota mente credentes, ad ſequenda ea quæ ventura ſunt, præparemur.

Tertiò, iurat Dominus noſtris ſe attemperans affectibus. Nam aliàs omnia Dei verba iuramenta ſunt. Hoc eſt quod ait Hierony. Iſaiæ. 14. Iurat Dominus cui non iuranti credendum eſt, humano loquens affectu. Lege Philonem libr. 2. allegoriarum legum ſacrarum, verſus finem.

Nomina quæ de Deo dicuntur, aliqua ſunt ex creaturis deſumpta, alia quæ in creaturis minimè inueniuntur, de quibus vtriſque oportet ſermonem inſtituere. & primo de vltimis. de quibus ſic ſcribit Auguſti. libro. 1. de Trinitate capit. 1. Nomina quæ *Nomina Dei nõ ſumpta ex creaturis.* de Deo propriè dicuntur, & quæ in nulla creatura inueniuntur rarò ponit ſcriptura diuina. Sicut illud quod dictum eſt ad Moyſen. Ego ſum qui ſum. & qui eſt miſit me ad vos. Cum enim eſſe aliquo modo dicatur & corpus & animus, niſi proprio quodam modo vellet intelligi, non id vtique diceret. Et illud quod ait Apoſtolus. Qui ſo- *1. Timo. 6.* lus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſſibilem. cum & anima modo quodam immortalis eſſe dicatur, & ſit. non autem diceret, ſolus habet, niſi quia vera immortalitas eſt, quam nulla poteſt habere creatura, quoniam ſolius eſt creatoris. Hoc & Iacobus dicit. *Iacob. 1.* Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt commutatio, nec momenti obum- *Pſal. 101.* bratio. Hoc dicit & Dauid. Mutabis ea & mutabuntur, tu verò idem ipſe es. Proinde ſubſtantiam Dei ſine vlla ſui commutatione mutabilia facientem, & ſine vllo ſui temporali motu temporalia creantem, intueri & plenè noſſe difficile eſt, & ideo eſt neceſſaria purgatio mentis noſtræ, qua illud ineffabile videri poſſit.

De ſecundo nominum genere, hoc eſt de *Nomina Dei ex creaturis aſcen. ad Deum.* nominibus diuinis ex creaturis deſumptis, oportet fuſius tractare, & in illis diutius immorari, ad certaque capita ea reducere, vt tenacius memoria teneri poſſint. De illis ſic ſcribit Gregorius libro. 32. moral. capit. 6. Omnipotens Deus, inquit, ad ſua nos trahens, vſque ad noſtra ſe humiliat, atque vt alta inſinuet, humilibus condeſcendit, quatenus paruulorũ animus rebus cognitis enutritus, ad inquirẽda exurgat incognita, atq; ab eo qui

Digitized by Google

eo qui longe ſuper ipſum eſt,quædam iuxta
ſe audiens,quaſi quibuſdā ad illam paſsibus
moueatur. Vnde fit vt per ſcripturam ſuam,
Aliquando à corporibus hominū, Aliquan-
do à mētibus, Aliquādo verò ab auibus, Ali-
quādo etiā ab inſenſatis rebus quaſdā longe
diſsimiles in ſe ſimilitudines trahat. Plerun
que enim à corporibus hominū in ſe ſimilitu
dinē trahit,ſicut de eo quod propheta ad Iſ-
Ezechiel.2 raelitas ait. Qui tetigit vos,tāgit pupillā ocu-
li mei. Et ſicut de eo,rurſum ſperanti homine
Pſalm.90. per prophetā dicitur. In ſcapulis ſuis obūbra
bit tibi. Conſtat nimirū quod in natura ſua,
nec oculum Deus,nec ſcapulas habeat , ſed
quia nos per oculū cernimus , in ſcapulis ve-
ro onera ſuſtinemus, Deus ꝙ omnia videt,o-
culū habere perhibetur,quod vero nos tole-
rat,atque eo ipſo quo tolerat,ſeruat,obūbra-
re nobis in ſcapulis dicitur. Aliquando verò
à mentibus in ſe ſimilitudinē trahit,ſicut per
Iere.2. prophetā ad Iſraël dicitur , Recordatus ſum
Iſaie.49. tui miſerans adoleſcētiā tuā.& rurſum,ſpon-
ſæ comparationem loquens,ait. Si illa oblita
fuerit,ego tamen non obliuiſcar tui. Quomo
do Deus præteritorum reminiſcitur cū ipſa
quæ in ſemetipſis prætereunt,eius nutui præ
ſentia ſemper aſsiſtūt? Aliquando ab auibus
& quadrupedibus in illum ſimilitudo trahi-
Deut.32. tur,ſicut per Moyſen dicitur, Expandit alas
Pſalm.16. ſuas & aſſumpſit eos. & ſicut propheta ait.
Sub vmbra alarū tuarum proteges me. quia
leui & blanda nos protectione refouet, dum
ſuas in nos miſericordias exerit. Aliquando
etiam inſenſatis rebus propter infirmitatem
noſtram alta condeſcenſione ſe comparat, ſi
Amos.2. cut per prophetā dicit. Ecce ego ſtridebo ſu-
per vos,ſicut ſtridet plauſtrū onuſtum fœno
Iſaie.40. fœnum eſt enim vita carnaliū. Vnde omnis
caro fœnū. ſtridere eſt iniquitates peccātiū
cum querela tolerare. Cum ergo longe diſ-
ſimiles in ſe ſimilitudines trahat ſcriptura,ſo
lerter intuendum eſt,quod quædam talia ali
quādo dicātur in Deo propter effectum ope
ris,aliquando autē ad indicandā eius ſubſtan
tiam maieſtatis. Nam cum in Deo oculus,ſca
pulæ atque alæ nominātur, effectus quidam
operationis oſtēditur. Cum vero manus, bra
chiū,dextera vel vox in Deo dicitur,per hec
vocabula conſubſtantialis eius filius demō-
ſtratur. Ipſe eſt quippe manus & dextera,de
Deut.32. qua per Moyſen pater loquitur dicens. Tol-
lam in cælum manum meam , & iurabo per
dexteram meam. Ipſe brachium de quo pro-
pheta ait. Brachium domini cui reuelatū eſt.
Ipſe vox quia eum pater gignendo dixit. Fi- *Pſalm.32.*
lius meus es tu,ego hodie genuite. Item li.20
Moral.cap.23.ait. Sanctus ſpiritus homini-
bus intelligentibus inſinuans,quam ſint inef
fabilia etiam ſumma nomina diuina,his ver-
bis nonnunquam de Deo vtitur, quæ apud
homines habentur in vitio,vt ex his quæ in-
digna videntur hominibus,& tamen dicun-
tur de Deo,admoneātur homines,quod nec
illa iam Deo digna ſunt,quæ dum digna ha-
bentur apud homines,digna putantur Deo. *Not.*
Dicitur enim Deus zelans , ſicut ſcriptum
eſt. Ego Deus zelotes. Dicitur iratus. Vn- *Numeri.11*
de ſcriptum eſt. Iratus eſt Deus contra Iſ-
rael. Dicitur Deus pœnitens , ſicut ſcriptum
eſt. Pœnitet me feciſſe hominem ſuper ter- *Gene.6.*
ram. Dicitur miſericors, ſicut ſcriptum eſt.
Miſericors & miſerator dominus,patiens, &
multum miſericors. Dicitur præſcius , ſicut *Rom.8.*
de illo ait Apoſtolus. Quos præſciuit & præ
deſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.
Cum nec zelus,nec ira,nec pœnitentia , nec
propriè miſericordia, nec præſcientia poſsit
eſſe in Deo. Hæc enim omnia ab humanis in
illum qualitatibus tracta ſunt , dum ad no-
ſtræ infirmitatis verba deſcenditur , & quaſi
quibuſdam nobis gradibus factis , & iuxta
nos poſitis, per ea quæ nobis vicina conſpi
cimus , ad ſumma eius aſcendere valeamus.
Zelare enim dicitur qui cum cruciatu men-
tis caſtitatem cuſtodit vxoris. Iraſci dicitur
qui furore animi contra puniendum vitium
accenditur. Pœnitere dicitur, cui id quod
facit diſplicet,& econtra mutando aliquid a-
liud facit. Miſericors dicitur, qui pietate ad
proximum promouetur. miſericordia au-
tem à miſero corde vocata eſt,eo quod vnuſ
quiſque intueatur quempiam miſerum , at-
que ei compatiens, dum dolore animi tan-
gitur,ipſe cor miſerum facit,vt eum à miſe-
ria liberet cui intendit. Præſcire dicitur,qui
vnamquanque rem antequam veniat,videt;
& id quod futurum eſt priuſquam præſens
fiat,præuidet. Deus ergo quomodo zelans
eſt qui cuſtodiēda caſtitate noſtra nullo men
tis cruciatu tāgitur? Quomodo iraſcitur qui
in vlciſcēdis vitijs noſtris nulla perturbatio-
ne animi cōmouetur? Quomodo eſt pœnitēs
qui id quod ſemel fecerit ſe feciſſe nūquā do
let? Quomodo habet miſericordiā qui cor nū
quā miſerum habet? Quomodo eſt præſcius
dum nulla niſi quæ futura ſunt,præſciantur?
Et

Digitized by Google

Et ſcimus quia Deo nihil futurū eſt, ante cuius oculos præterita nulla ſunt, præſentia nō transeunt, futura non veniunt, quippe quia omne quod nobis fuit & erit, in eius proſpectu præſto eſt, & omne quod præſens eſt, ſcire poteſt potius quam præſcire. Et tamen dicitur zelans, iratus, pœnitens, misericors, præſcius, vt quia caſtitatem animæ cuiuſq; cuſtodit, humano modo zelans vocetur, quanuis mentis cruciatu non tāgatur. Et quia culpas percutit dicitur iraſci, quanuis nulla animi perturbatione moueatur. Et quia ipſe immutabilis, id quod voluit mutat, pœnitere dicitur, quanuis rem mutet conſilium nō mutet. Cum miſeriæ noſtræ ſubuenit, misericors vocatur, quāuis miſeris ſubueniēs, cor miſerum non habeat, & quia ea quę nobis futura ſunt videt, quæ tamē ipſi præſto ſunt, præſcius dicitur, quāuis nequaquam futurū præuideat, quod præſens videt. Nam & quæq; ſunt, nō ab æternitate eius ideo videntur quia ſunt, ſed ideo ſunt, quia videntur. Dum ergo ad verba mutabilitatis noſtræ deſcenditur, ex eis quibuſdam gradibus factis aſcendat qui poteſt ad incōmutabilitatem Dei, vt videat ſine zelo zelantem, ſine ira iraſcentem.

Pſal. 120. Dicitur dormire. Ierem. 14. Surge cur dormis domine? non quod dominus dormiat de quo dicitur. Non dormitabit, neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael. Sed quod his videatur dormire quos deſerit.

Inclinat aurem, & videt & aperit oculos, Deus, ἀνθρωποπαθῶς, quando ex audimur, & nos reſpicere dignatur. Auertit faciem quando illo ſumus indigni. Itē dicitur Deus ignorare aut neſcire, non quod Deus neſciat, ſed quod indigna ſua notitia, ignorare ſe dicat, *Luca. 13.* iuxta illud Euangelicū. Diſcedite à me operarij iniquitatis, neſcio vos, nouit enim dominus eos qui ſui ſunt. aut ἀνθρωποπαθῶς hæc de Deo accipienda ſunt.

Brachium extenſum aut excelſum, percutientis Dei, indicium eſt.

Poſtulamus vt Deus recordetur aut memor ſit, vt nobis indigentibus auxilium conferat, & palàm faciat quod antea fuit occul-*Gene. 9.* tum. vt in Gene. Recordabor fœderis mei. & *Exod. 6.* in Exodo. Recordatus eſt dn̄s pacti quod pepigerat cum Abraham, Iſaac, & Iacob.

Obliuiſci dicitur, quando afflictis cito nō auxiliatur, nec ſuppetias fert.

Ignis. Ignis dicitur Deus, vt ait Hiero. Iſaiæ 66. aut quo ſuſtinentibus pœnas ignis eſſe videatur. Vnde, dominus noſter ignis conſumens eſt. aut quia quicquid vitiorum in nobis eſt, fœnum, ligna, ſtipulamq; conſumat, & ſpinas, id eſt ſolitudines ſeculi, quas ꝑ bono ſemine terra attulit infœcunda. Hunc puto ignem ſediſſe ſuper linguas Apoſtolorū omniūque credentium quando linguis varijs loquebantur, & omnis erroris fugabant tenebras, & illuminabant corda eorum qui recipiebant ſermonem domini. & iterum in eodem loco ait. Quomodo quando aſſumit, Deus habitum iudicantis, ſolio ſedere dicitur, ſic quando ad vindictam venit vt debellet aduerſarios, in habitu victoris & triūphantis oſtēditur, vt in Pſalm. Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium his curribus & equis Eliſeus erat circundatus quos puer eius videre non poterat. *4. Reg. 6.*

Manus. Brachium. Digitus. Manus aut brachium Dei eſt, & digitus Spiritus ſanctus. Patris & filij & Spiritus ſancti vna ſubſtantia eſt, non te ſcandalizet mēbrorum inæqualitas, cum te ædificet & inſtruat vnitas corporis. Iſte eſt digitus quem confitentur Magi, dicentes. Digitus Dei eſt iſte, quo tabulæ lapideæ ſcriptæ ſunt in monte Sinai. vt ait Hierony. Matth. 12.

Vterum & vuluā non habet Deus, ſed eandem ſubſtantiam patris filijq; demonſtrat.

Sedens cur Deus dicatur. Quandocunq; ſedens inducitur Deus, dupliciter intelligitur, aut quaſi rex, aut quaſi iudex. Quaſi rex quidem videtur ab Iſaia. *Iſaie. 6.* Vidi, inquit, dominum ſedentem ſupra thronum excelſum & eleuatum. Quaſi iudex verò à Daniele videtur. cum ait. Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt. Hinc Hierony. ad Epheſ. 1. ait, Quod ait Paulus, ſedere faciens eum ad dexteram ſuam in cęleſtibus. Per humanam ſimilitudinem, Dei potentiam demonſtrat, non quo ſolium ponatur, & Deus pater in eo ſedeat, ſecumq; filium habeat reſidentem, ſed quo nos aliter, iudicātem atq; regnantem niſi per noſtra verba intelligere nequeamus. Ad hoc & pertinet illud. Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis. *Pſal. 109.* Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Si enim iuxta regnantis habitum filius ad patris dexteram ſedet, neceſſè eſt vt iuxta eandem ſimilitudinem, maior ſit ab eo qui in læua parte conſederit. Quod vt ſciamus, intelligi aliter, quā litera ſonat, idē pſalmus addit. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Dominus à dextris tuis. Quomodo cum filius patri ad dexte-

dexteram ſedeat, rurſum pater à dextris eius eſſe perhibetur? aut qua ratione terra ſcabellum, & cælum thronus, cum terram pugillo continere dicatur, & cælum palmæ extenſione metiri? *Iſaia. 40.* Nõ enim poteſt intra id eſſe quod ab eodem continetur, nec in manu incluſum tenere à quo ipſe iuxta ſedentis habitum circundetur. Sicut ergo proximum eſſe Deo, vel ab eo procul recedere, non ſecundum locorum ſpacia, ſed iuxta merita ſentiendum eſt, quod ſancti iuxta eum ſint, peccatores *Pſalm. 72.* verò, de quibus dicit propheta. Ecce qui elõgant ſe à te peribunt. Sic in dextris vel ſiniſtris Dei eſſe, accipiendum eſt, quod ſancti à dextris eius ſint, peccatores verò à ſiniſtris. Sed & ipſum verbum ſedere, regni ſignificat poteſtatem, per quam beneficium Deus eis tribuit, ſuper quibus ſedere dignatur, quod ſcilicet regat eos, & in curru ſuo habeat, & ad nutum proprium vaga prius & libera colla conuertat. Ad hunc modum tu ipſe poteris innumera nomina diuina ex ſcripturis decerpere & corrogare, ſi hæc te cura remordet. Noſtri inſtituti erat, ſummatim inſignia quæque colligere, vt faciunt illi qui præclariſsimas vrbes, latiſsimos & vaſtiſsimos campos breui verborum circulo depingunt. Nam ſi vlterius excedere progredique curarem, & fuſius explicare vniuerſa contenderem, & ſtudioſis ſocordiæ notam inurere, & de illorum ingenio diffidere, viderer. Profectò ſi vellem omnia, quæ in ſcripturarum & ſanctorum indefeſſa & diuturna lectione annotaui, & coaceruaui, afferre, facilè poſſem. Nam plenum mihi ſentio pectus aliorum & non deteriorum, quæ dici poſſent, quod verò à me ipſo nil tale cognouerim, intelligo, meæ inſcitiæ conſcius. *Socrates.* Reliquum eſt igitur me inſtar vaſis, hęc ex aliorum fontibus hauſiſſe, vt oſtenderem vobis latentes venas aquæ viuæ, vos altiſsimum puteum defodite & aperite, ex quo vberrimas aquas haurire poſsitis, quas Chriſtus à vobis petat, inquiẽs, Da mihi bibere.

Finis libri ſecundi Theologicarum Hypotypoſeon.

LIBER TERTIVS HYPOTYPOSEON, HOC EST INFORMATIONUM THEOLOGICARUM, AD AMPLISSIMUM VIRUM DO.

Petrum Pontium Legionenſem, Præſulem Placentinum, Martino Martini Sacræ Theologiæ Magiſtro, ac ſacrorum Bibliorum Primario interprete, authore, incipit.

¶De multiplici filij Dei aduentu. CAP. I.

POSTQVAM difficillimam diſputatiõem, Præſul ampliſsime & doctiſsime, de diuina natura, vtcunque ſuperiori volumine peregimus, ſequitur tertium volumẽ, quod, aduentui filij Dei & eius generationi tam temporali quàm æternę, dabitur. Sed in primis quarundam quæſtionum expeditionem & diſſolutionem oportet præmittere quæ ſi diligenter à nobis fuerint perueſtigatæ & diſſolutæ, magnum afferent momentum ad exactam diuinarum ſcripturarum intelligentiam. Et primo quidem loco, de aduentu filij Dei agendum eſſe videtur. Hac quippè quæſtione abſoluta, reliqua omnia quæ cum illa cohęrent & ſunt affinitate coniuncta, planiora & expeditiora euadent. De aduentu quidem multæ quæſtiones ſcitu di

m gniſi-

Digitized by Google

Quæſtio Theologica

gniſsimæ ſeſe offerunt explicandæ. In primis illa, Vtrum Adam non peccante, dei filius humanam noſtrã naturam aſſumpſiſſet. Qua de re non modica controuerſia & concertatio eſt inter Doctores tàm ſacros quàm ſcholaſticos. Attamen qui ſaniori & ſolidiori mente ſunt præditi, & meliori literatura referti, non verentur affirmare, nunquam Chriſtum fuiſſe aſſumpturum carnem noſtram, niſi prius Adã deliquiſſet. Cuius rei in prõptu eſt ratio. Nam ea quæ ex ſola Dei voluntate pendent, nobis nota eſſe non poſſunt, niſi nobis id referent & aperiãt ſcripturæ, quæ ſunt veluti interpretes & internũtiæ diuinæ voluntatis. Cùm igitur in ſcriptura vbicunque aſtruitur incarnationis ſacramentũ, cauſa vna tantum prodatur, peccatum Adæ, peccato igitur ceſſante, ceſſabit vtique ipſa incarnatio. Sic certè ait Apoſtolus. 1. Timot. 1. Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere quorum ego primus. Et ad Galat. 4. Miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, natum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, & in adoptionem filiorum reciperemur. Et Matth. 18. Venit filius hominis ſaluum facere quod perierat. Deinde hoc maximè excitat & euehit animos noſtros ad Deum, ſi Chriſtum noſtræ ſalutis tãtum cauſa, naturam humanam aſſumpſiſſe, nouerimus. Vnde nulla fulti ſunt ratione, qui autumant Chriſtum aſſumpturum fuiſſe humanitatem noſtram, etiam Adam non peccante, vt mundus perfectus & omnibus numeris abſolutus redderetur. Nam ſi ad ipſius mundi pulchritudinem, eximijumque ornatum oculos conijcias, tanta eſt eius pulchritudo, vt ex creaturis creator, nõ vt ex vngue leo tantùm, ſed vt ex miro opere, eximij operis, effector & auctor, intelligi & cognoſci poſsit. Si verò ad eum qui mundũ incolebat, ſanctitatem aſpicias, tanta erat munditia prę ditus, quanta par eſt, illi homini ineſſe, qui deũ habuit plaſmatorẽ. Vnde non immeritò voce domini meruit laudari & approbari. Vidit, inquit, Deus cunctaquæ fecerat, & erant valde bona. Quin & nefas eſt, affirmare, quod nonnulli aſſeuerare videntur, nempè deum eſſe mundi partem, cum omnem perfectionem creaturarum excellat ſuperetque. Hanc ſententiam amplectuntur patres priſci multi, vt Cyrillus. lib. 5. de Trinita. vltra mediũ. & Auguſtinus & Leo Papa & S. Thomas. 3. Part. q. 1. Art. 3.

Alij econtrà aſſeuerant Chriſtum carnẽ fuiſſe aſſumpturum, quamuis Adam non deliquiſſet. Nam aliàs Chriſti incarnatio deeſſet ad hoc quod mundus perfectus redderetur, colliguntque ad hunc modum, Aliquis eſt homo ſine viri & mulieris coniunctione progenitus, vt Adam, alius ex viro & muliere genitus, vt Habel, & cæteri homines ferè, qui à primo parente originem trahimus, & alius eſt homo productus à viro ſine mulieris ſubſidio, vt Eua. oportuit ergo ad mundi abſolutionem, hominem quendam naſci ex muliere abſque viro. Alioqui non eſſet dei opera perfecta, quod eſt contra Moyſen in Deut. ca. 32. Præterea, natura humana non eſt magis capax dei poſt peccatum quam antè fuerat, ſed poſt peccatum eſt capax vnionis verbi diuini, ergo etiam ante peccatum. Item ſi per peccatum Adæ tantorum bonorum cumulus humano generi acceſsit, ergo laudandus eſt, eo quod tantorum nobis fuerit cauſa bonorum, quæ nobis obuenerunt ex Chriſti incarnatione. Præterea Adam ante peccatum cognouit coniunctionem Chriſti & eccleſiæ, de qua Paulus loquens ait. Sacramẽtũ hoc magnũ eſt, dico autem in Chriſto & eccleſia, ergo futura erat incarnatio ipſo Ada nõ peccante. Deinde oportuit vt ingenti opere aliquo oſtenderet ſapientiam & potentiã ſuam Deus, ſed nullũ eſt incarnatione maius. Alia argumenta afferri poterãt, ſed de his hactenus.

Homo quatuor modis eſt progenitus.

Quæſtio. 2.

Attamen poſtquã Adam deliquit, & vniuerſos mortales ad idem ſcelus ſecum pertraxit, (aut vt ait Paulus, in quo omnes peccauerunt,) adeò neceſſaria fuit filij dei incarnatio, vt abſq; illa, aditus ad ſalutem pateret, nulli. Porrò annotandum eſt quod duplex eſt neceſsitas. Prima vocatur neceſsitas ſimpliciter, quæ eſt ſine qua res non poſſet conſiſtere, aut diu durare, ſic ad vitam, inſpirationem & reſpirationem eſſe neceſſariam dicimus. Alia eſt neceſsitas finis, quando ad conſequẽdum finẽ aliquem, certis indigemus medijs, vt id quod volumus aſſequamur, ſic equus neceſſarius eſt ad iter faciendum, & deambulatio neceſſaria eſt ad bonam valetudinem. Primo modo incarnatio nulli ſubiacet neceſſitati, natura quippè diuina quibus homines à ſcelere ſoluat, nullis eſt adſtricta legibus, nec habet certũ modũ cõſtitutũ, quo à morte homines eripere teneatur. Sed cùm ex his quę fieri poſſunt, ꝙ decentius eſt & inter alia

Neceſsitas duplex.

ennnere

eminere videtur, Deus faciat, nullum conuenientiorem modum, nec maiori ſapiẽtia præditum potuiſſe inueniri arbitrandum, quam hic, qui nobis obtigit, qui eſt per incarnationem filij Dei. Repullulant tamen & ſuboriũtur ex proximè dictis nonnullæ quæſtiones Theologicæ, quarum prima eſt, An merus homo abſque gratiæ ſubſidio poſsit pro nobis plenè ſatisfacere. Cui quæſtioni occurrens Sanct. Thom. 3. part. quæſt. 1. ait, puri hominis ſatisfactio ſufficiens eſſe nõ potuit pro peccato. Tum quia tota natura humana erat per peccatum corrupta, nec bonum alicuius perſonę vel etiam plurium poterat per æquiparantiam totius naturæ detrimentum compenſare. Tum quia peccatum contra Deum commiſſum quãdam infinitatem habet, ex infinitate diuinæ maieſtatis læſæ. Tanto enim offenſa eſt grauior, quanto maior eſt ille in quem delinquitur. Vnde oportuit ad condignam ſatisfactionem, vt actus ſatisfacientis haberet infinitã efficaciam, vt puta exiſtens, ab homine ſimul & Deo. Contrariam ſententiam Scotus libr. 4. D. 15. ſic probare contendit. Homo potuit facere tantum bonum quãtum fuit malum ab eodem commiſſum, ergo potuit proprie ſatisfacere. probatur antecedens, quia dilectio Dei eſt tantum bonum, ſicut actus malus illi oppoſitus, malum, ſed actum malum potuit patrare homo, ergo & facere actum bonum. Alioqui Deus feciſſet homines ad bonum imbecilles, & ad malum procliues, quod eſt prouidentiam Dei & ſapiẽtiam accuſare. Item ad æquam ſatisfactionem ſatis eſt vt reddatur, quod ablatum eſt, ſed actui ſecundo poteſt ineſſe tantum bonum, quantum inerat mali priori actui: & hoc eſt ſatisfacere. ergo. Præterea, per ſolam contritionem poſſet Deus propitiari peccatori. ergo. Pro clariori intelligentia nota primo quod iure naturali teneatur qui offendit aliquem, offenſo ſatisfacere, & qui offenſus eſt non cogitur dimittere, ſine ſatisfactione. Secũdo ſatisfactio eſt opus iuſtitiæ redigens illos duos ad æqualitatem. Tunc dico quod purus homo ſine gratia nõ poteſt proprie ſatisfacere. Quia tota natura eſt ob peccatũ corrupta & debilitata & Deo non grata, nec digna vt eius opera ab eo acceptentur. ergo non poteſt ſatisfacere. nam ad ſatisfactionem exigitur vt duo illi redigãtur ad æqualitatẽ. ſed homo non poteſt reddere æquale Deo. quia eſt Dei inimicus conſtitutus. ergo. At dices homo in puris naturalibus creatus poterit ſatisfacere. Minime. Quia cum careat gratia, eſt indignus vt dicunt logici, contradictoriè, ideo non tenetur illam ſatisfactionem acceptare, quod eſt contra Scotum, qui affirmat quod ille poterit ſatisfacere, operãdo tantum bonum, ſicut peccatum erat malum. Adhuc vrget Scotus, ſic; Auerſio à Deo, ideò eſt infinita, quia eſt receſſus ab infinito bono, ergò conuerſio ſimiliter ad infinitum bonum, quæ fit. V. g. per dilectionem Dei, erit eiuſdem aut ęqualis bonitatis. Cui ſic occurrimus, peccatũ nõ ideò dicitur habere infinitam malitiam, quia circa obiectum infinitum, nam ſic veniale peccatum eſſet infinitum. Sed quia offenditur infinita maieſtas & bonitas Dei. Sic actus bonus à gratia procedens quia eſt cõuerſio ad infinitum bonum, habet quandam infinitatem. & actus bonus moralis deſtitutus à gratia, non eſt infinitus; quia non placet Deo, ideoque non poteſt perfectè eſſe ſatisfactorius. Lege Cyrillum lib. 4. de trini. poſt principium. & Baſilium. Pſalm. 48.

Alia quæſtio. Vertitur præterea in quæſtionem an purus homo cum gratia poſsit ſatisfacere. Voco purum hominem, vniuerſos mortales ſiue gratia ſint præditi, ſiue illa careant, dum dij non ſint. Porrò vt quæſtioni reſpondeamus, hac diſtinctione vtendum. Duplex eſt ſatisfactio; quædam eſt perfecta cum redditur & accipitur æquale. Alia eſt imperfecta, cum æquale non redditur, ſed ex beneficentia acceptantis & benignitate ſola ęquale fit. Satisfactio perfecta adhuc eſt duplex, prima perfectiſſima & omnibus numeris abſoluta, cum tota oritur ex ſatisfaciente & nil ex acceptãte, vt debeo fœneratori centum, & ſoluo ex meo ære, ſatisfacio. Alia eſt ſatisfactio quæ ex vtroque conſtat, nempè ex ſatisfaciente & acceptante. vt ſi daturus eram creditori centum, & remittit, qui dat alter nõmine meo pecunias, vt illi ſoluam. Primo modo ſatisfecit Deus. Secundo modo homo in gratia conſtitutus. Vnde ſatisfactio hominis in gratia exiſtentis, non ſufficit, ſi deſit liberalitas acceptantis. ſatisfactio vero Chriſti mera iuſtitia innititur, abſque liberalitate patris acceptantis.

Quæſtio tertia. Quæro tertio, an Chriſtus potuerit ſatisfacere iuxta exactam iuſtitiæ rationem. Nullus profectò niſi omnino ineptus inficias ire poterit, quin Chriſtus plenè ſatisfecerit pro

Digitized by Google

vniuerſo humano genere. Nã actiones Chriſti non ſolũ erant hominis ſed Dei. Cũ actiones illæ eſſent ſuppoſiti diuini, hanc ob cauſam concedimus. Deus patitur, quia humanitas patitur. &, homo intelligit, quia anima intelligit. Igitur cum actiones ſint diuini ſuppoſiti, meritum illius erit infiniti pretij. præterea opus, quid ſit à meliori, aut ab eo qui arctiori amicitia eſt Deo coniunctus eſt, melius, quam ſi à deteriori prodiret. Nam incrementum bonitatis, auget meritum, ſed Chriſti opera erant infiniti ſuppoſiti. ergo ſatisfactio erat infinita. Hactenus de his dictum ſit, ad ea, quæ inſtituto noſtro ſunt propinquiora, accedamus.

Duo aduentus filij dei.

Duo ſunt aduentus filij Dei, primus in carnis humilitate, ſecundus in deitatis virtute. De quibus ſic ſcribit Hiero. in quæſt. ad Algaſiam quæſtio. 11. Duos eſſe aduentus Domini ſaluatoris, & omnia prophetarum volumina docent, & euangeliorum fides, quod primum in humilitate venerit, & poſteà ſit venturus in gloria, ipſo Domino proteſtãte. quæ ante conſummationem mundi ventura ſint, & quomodò venturus ſit Antichriſtus, quando loquitur ad Apoſtolos, Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Danie. propheta, ſtantem in loco ſancto (qui legit intelligat,) tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto non deſcendant tollere aliquid de domo ſua. Et iterum. Tũc ſi quis vobis dixerit, ecce hic Chriſtus aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet vſque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Deinde, tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis à ſummo cælorum vſque ad terminos eorum. Rurſum de Antichriſto loquitur ad Iudæos. Ego veni in nomine patris mei, & non credidiſtis mihi. Alius veniet in nomine ſuo, illum recipietis. Quæ tamen præcedere debeant ſub Chriſti aduentu, in epiſtola prima ad Theſſalonic. docet Paulus, vt cùm illa facta viderint, aduentum Chriſti in foribus eſſe intelligant. Niſi, inquit, venerit diſceſsio primum, quod Græcè dicitur ἀποστασία, vt omnes gentes quæ Romano imperio ſubiacent, recedant ab eis, & reuelatus fuerit, id eſt oſtenſus, quem omnia prophetarum verba pronuntiant, hominem peccati in quo fons omnium peccatorum eſt, & filius perditionis, id eſt diaboli, ipſe eſt enim vniuerſorum perditio, qui aduerſatur Chriſto & ideò vocatur Antichriſtus, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, vt cunctarum gentium Deos, ſiuè probatam omnem & veram religionem ſuo calcet pede, & in templo dei, vel Ieroſolymis (vt quidam putant,) vel in eccleſia, vt verius arbitramur, ſederit, oſtendens ſe tanquam ipſe ſit Chriſtus, & filius Dei. Niſi fuerit Romanum imperium ante deſolatum, & Antichriſtus præceſſerit, Chriſtus non veniet, qui ideò ita venturus eſt, vt Antichriſtum deſtruat. Hæc ille. Si alia multa de Antichriſto noſſe deſideras, ab eo, eodem ex loco pete.

Regia Antichriſti vbi

Item Euthymius, Ioannis. 3. capit. verſus finem, ait. Duo Chriſti ſunt aduentus, qui iam factus eſt, qui futurus eſt. non ſunt hi duo, ad eoſdem fines, Eſt enim primus non vt inquirat, ſed vt remittat, quæ ab hominibus perpetrata ſunt. Secundus verò non vt remittat, ſed vt inquirat. De primo ſic loquitur Chriſtus. Iohan. 3. Non miſit Deus filium ſuum, in mundum, vt condemnet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per eum. At etiam hic primus condemnationis erat. nam ante hunc lex naturalis erat, & lex ſcripta & prophetæ, doctrinæ, & ſignorum exhibitiones, aliaque multa quæ vitæ inſtituta corrigerent, & conſequens erat vt omnium tranſgreſsiones punirentur. Sed cum admodũ humanus eſſet, non ſtatim de malis inquirebat, ſed ignoſcebat, nã ſi inquiſiſſet, omnes ſimul punirẽtur, omnes ſiquidẽ peccauerãt. Nũc ergo in primo aduẽtu venit, vt de prætentis veniam tribuat, & de futuris ſecuros reddat. Poſt modũ autem veniet vt condemnet, & de his qui non crediderunt vltionẽ ſumat.

Euthimius

Si non veniſſem, inquit dominus, & locutus eis non fuiſſem, peccatum nõ haberẽt, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. *Iohan. 15.*

Præterea Irenæus libro. 4. aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium. capit. 56. ait, Duos aduentus Chriſti omnes annunciauerunt *Irenæus.*

runt prophetę, vnum quidem, in quo homo in plaga factus eſt, ſciens ferre imbecillitatẽ, in pullo aſini ſedens, & reprobatus lapis ædificantibus, & ſicut ouis ad victimam adductus, & per extenſionem manuum diſſoluens quidem Amalech, congregans autem diſperſos filios à terminis terræ, in ouile patris, & recommemoratus mortuorum ſuorum, qui ante dormierant, & deſcendens ad eos, vti erueret eos & ſaluaret eos. Secũdum autem, in quo ſuper nubes veniet, ſuperducens diem quæ eſt ſicut clibanus ardens, & percutiens terram verbo oris ſui, & ſpiritu per labia ſua interficiens impios, & ventilabrum in manu habens, & emundans aream ſuam, & triticum quidem in horreum colligens, cõburens autem paleas in igne inextinguibili.

Origenes. Item Orige. homi. 8. in Ieſum Naue. ait, Aduentus Chriſti, vnus quidem in humilitate, completus eſt, alius verò ſperatur in gloria, & hic primus aduentus in carne, myſticò quodam ſermone in ſcripturis ſanctis vmbra eius appellatur, vt Ieremias denuntiat dicens, *Threno. 4.* Spiritus vultus noſtri Chriſtus dominus, cui nos diximus, in vmbra eius viuimus in gentibus. & Gabriel cum Euangelizaret Mariam de natiuitate eius, dicit. Virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Propter quod intelligimus quàm plurima primo hoc aduẽtu eius adumbrari, quorũ impletio in ſecundo conſummetur aduentu. Et Paulus dicit, *Epheſ. 2.* quia reſuſcitauit nos cum eo, ſimulq; ſedere fecit in cæleſtibus. Et vtiq; nõdum videmus credentes, aut reſuſcitatos eſſe, aut in cæleſtibus conſediſſe, ſed adumbrata hæc ſunt nũc per fidem, quia ſpe à mortuis operibus eleuamur, & cor erigimus ad æterna. Implebitur autem hoc in ſecũdo aduentu eius, vt ea quę nunc fide & ſpe præſumpſimus, tunc etiam rerum effectu corporaliter teneamus. Lege *Tertullia.* de hac re Tertullianum in libr. aduerſus Iudæos parum poſt principium, & iterum verſus finem. & D. Theodoretum in Epitome, cap. de ſecundo aduentu. & Auguſti. Pſal. 7. & 9. *Didymus.* Denique Didymus in expoſitione cap. primi, epiſtolæ. 1. Petri ait, Duo ſunt aduentus Chriſti. *Myſticè duo aduentus exponũtur.* Vnus quidem intelligibilis ſecundum quem recipitur tanquam Deus verbum. Alter verò ſenſibilis ſecundum quem videtur ex Maria progreſſus, ſed diuinior intelligibilis quam ſenſibilis, qui etiam prauis hominibus eſt collatus. Poſſunt hi duo aduentus myſticam quandam aliam interpretationem recipere, nempè duplici deſcenſu & illapſu Dei in credentium animos. vt exponit Origenes, inquiens. *Origenes.* Et eſt aliter videre duplicem Chriſti aduentum, id eſt aduentum verbi in animam. Primum quidem in rudes & tunc incipientes cognoſcere Chriſtum, quoniam non poſſunt videre lucidita tem pulchritudinis, dicunt, Vidimus eum & *Iſaia. 53.* non habebat ſpeciem neq; decorem, ſed ſpecies eius inhoneſta. Species autem inhoneſta verbi, ſtulta prædicatio eſt de Chriſto, quando prædicamus Chriſtum & natum & crucifixum. Secundus autem aduentus Chriſti, in viris perfectis, de quibus dicit diſpenſator verbi ipſius. Sapientiam loquimur inter *1. Corin. 2.* perfectos. Hi autem perfecti amatores facti ſunt pulchritudinis eius, & rogant verbum vt accingat ſe rationabilem gladium ſuum, & circumponant eum ſuper myſterium natiuitatis carnalis, quæ appellata eſt myſterialiter fœmur. Huiuſmodi diſcipuli laudant pulchritudinem & decus verbi, & huic ſecundo aduentui, iuncta eſt conſummatio ſeculi in viro ad perfectionem venienti, & dicenti. Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, *Galat. 6.* per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. ſi ẽm mundus crucifixus eſt iuſtis, quibus mundus crucifixus eſt, facta eſt eis etiam conſummatio mundi. Neceſſariò ergo qui habẽt fiduciam accedendi ſecretè ad Chriſtum, ſi volunt diſcere ſignum aduentus Chriſti, & conſummationis ſeculi, præbeant ſe dignos videre ſecundum aduentum ipſius.

Sunt innumerabiles alij aduentus, qui licet ſub certa regula comprehendi non poſſunt, paſsim tamen inueniũtur in ſcripturis, quos omnes breuiter his verbis depingit *Origenes.* Orige. homil. 1. In Iſaiam verſus finẽ. Non eſt, inquit, vnus domini mei Ieſu Chriſti aduentus quod deſcendit ad terras, & ad Iſaiam venit, *Innumeri aduentus Chriſti.* & ad Moyſen venit, & ad populũ venit, & ad vnumquenq; prophetarum venit, neq; tu timeas, etiam ſi iam in cœlo receptus eſt, iterum veniet. Quia autem & ante præſentiã carnalem ad homines venerit, ipſum accipe teſtem denuntiantem atq; dicentem, *Matth. 23.* Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui miſsi ſunt ad te, quoties volui colligere filios tuos. Quoties volui. Non dicit, non vidi te niſi iſto aduentu, ſed dicit quoties volui. Et per ſingulos prophetarum conuertẽs ſe, Ego, inquit, eram Chriſtus, qui loque-

loquebar per prophetas. Dixi, neque tu timeas, & nunc mittitur Ieſus Chriſtus. Non mentitur. Vobiſcum ſum, ait dominus, omnes dies vſque ad conſummationem ſeculi. Non mētitur. Vbi duo vel tres collecti ſunt in nomine meo, & ego ſum in medio corū. Hæc ille. Ex cuius verbis colligi poteſt, Chriſtum fuiſſe locutum in veteri inſtrumento non angelum, vt ſuperius à nobis diſputatum eſt latiſsimè.

Lege Reg. 3. & 5. lib. decimi.

Præcurſores vtriuſq; aduentus qui Theophila.

Vterque aduentus tam primus quam ſecundus, ſuos habuit præcurſores, primus habuit Ioannem, ſecundus Eliam Teſbitem habiturus eſt. De illis ſic ſcribit Theophi. Matthæi 11. Præcurſor Ioānes Baptiſta, & Elias, idem ſortiti ſunt miniſterium. Ioannes quidem prioris aduētus præcurſor, vt apud Malachiam ca. 3. Ecce ego mitto angelum meū & præparabit viam ante faciem meā. Poſterioris præcurſor futurus eſt Elias. Ecce, inquit, mitto vobis Eliam Teſbiten. & Marci 9. cap. ait. Duo ſunt aduētus Chriſti, & is qui factus eſt, & is qui futurus eſt. Prioris præcurſor fuit Ioannes, poſterioris autem erit Elias. Chriſtus tamen vocat Ioannem Eliam (inquiens. Dico vobis Eliam veniſſe, & fecerunt illi quæcunq; voluerunt ſicut ſcriptum erat de illo) eo quod acriter reprehendebat & æmulabatur & quod ſolitudinem amabat. Deinde vrget Chriſtus Phariſæos ſuſpicantes quod prioris aduentus eius præcurſor ſit Elias, & non Ioan. cum ait, Elias quidem vbi venerit prius reſtituet omnia, & quemadmodum ſcriptum eſt de filio hominis, vt multa patiatur & contemnatur. Hoc eſt, Elias quidem Teſbites quando veniet facturus eſt pacem cum Iudæis qui non crediderunt, & adducturus eſt illos ad fidem, & ita ſecundi aduentus præcurſor eſt futurus. Nam ſi primi aduentus præcurſor fuiſſet Teſbites reſtituturus omnia, quomodo ſcripta eſſent de filio hominis, quod hæc & illa debeat pati? Denique iterum repetit Lucæ cap. 1.

Marci. 9.

Annotatio.

Ego tamē arbitror Theophilactum συνεκδοχικῶς Eliam ſolum ſecundi aduentus præcurſorē nominare voluiſſe, ita vt ab illo qui celebrior erat, & magis in ore hominū verſabatur, ille qui minus notus erat intelligēdus veniret, vt Ruth 4. dicitur. à Rachel & Lia fuiſſe deriuatas 12. tribus Iſrael, cum etiam à Balia & Zelpha, quæ ancillæ erāt, originem traherēt tribus, vt li. 9. Reg. 4. expoſuimꝰ. Igitur in animo eſt oſtendere & ex priſcorum monumētis eruere, non ſolum Eliam ſed etiā Henoch, & Ioannem Euangeliſtā adhuc in viuis eſſe. Deinde conſtituā qui ſint quos arbitrer futuros ſecundi aduentus domini præcurſores, & mox quam ob cauſam ad hanc functionem obeundā electi ſunt hi non alij.

Quod Elias & Henoch viuant, & vt ait ille, ſuperant adhuc & veſcuntur aura ętherea, affirmat ſcriptura. Eccleſiaſtici 44. Henoch, placuit Deo & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. & 49. Nemo natus eſt in terra qualis Henoch, nam ipſe receptus eſt à terra. & Gene. 5. Ambulauit Henoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. & ad Hebræos. 11. Fide Henoch tranſlatus eſt, ne videret mortem, & non inueniebatur, eo quod tranſtulit eum Deus, ante tranſlationem enim eius, teſtimonium habuit, quod placuerit Deo. Irenæus quoq; libro 4. cap. 30. ait, Et Henoch ſine circunciſione placens Deo, cū eſſet homo, Dei legatiōe ad angelos fungebatur, & tranſlatus eſt, & cōſeruatur vſq; nunc, teſtis iuſti iudicij Dei, quoniam angeli tranſgreſsi deciderunt in iudicium, homo autem placens, tranſlatus eſt in ſalutem. & libro. 5. circa principium. ait, Quoniam Henoch placens Deo in quo placuit corpore tranſlatus eſt, tranſlationem iuſtorum præmonſtrans. Theophilactus quoque ad Hebræos 11. ait, ſcimus quod viuens tranſlatus ſit Henoch & viuat, vbi autem & quomodo, incertum eſt, ſcriptura hoc nō patefaciente. atque eadem verba repetit Oecumeni. eodem in loco. Tertullianus quoque in libro aduerſus Iudæos parum poſt principium ait, Henoch iuſtiſsimum, non circunciſum, nec ſabbatizātem de hoc mundo tranſtulit, qui nec dum mortem guſtauit, vt æternitatis candidatus, iam nobis oſtēderet, nos quoque ſine legis onere, Deo poſſe placere. Atque ita dicit Epipha. libr. 1. aduerſus hæreſes, in limine eius. οὐκ οἶδε θάνατον. Denique Honorius in Chronico, ait. Henoch vixit trecentos 65. annos & tranſlatus eſt in Paradiſum. Hic literas reperit, & libros conſcripſit. Huius tempore Adam mortuus eſt. Dicit Honorius literas inueniſſe Henoch, propter prophetiam quam edidit, cuius meminit Iudas in epiſtola ſua & Hieronymus enarrans epiſtolam ad Titum, & Tertullianus in libro de habitu muliebri. & Auguſti. de ciuit. libr. 18. cap. 38. ſed quod non fuerit recepta nimia fecit antiquitas.

Henoch nō dum mortuus.

Irenæus.

Tertullia.

Æternitatis candidatus Henoch.

Melius hic de literis quā Augu. li. 18. de ciui. dei c. 39.

Prophetia Henoch apocrypha.

De Elia

De Elia quoq; aperta ſunt teſtimonia ſcripturarum.4.Regum.2.Cum pergerent Elias & Eliſæus,& incedentes ſermocinarentur,ecce currus igneus,&equi ignei diuiſerunt vtrũque, & aſcendit Elias per turbinem in cælum, id eſt aerem, Eliſæus autem videbat & clamabat.

De vtroque ſimul ſunt ſanctorũ teſtimonia innumera.in primis Eucherius libr. 1. in Gene.capit.18. ait.Primi parentes ex ligno vitæ,vigorem immortalitatis ſumentes,perducerentur ad numerum ſanctorum, quem ſpectat quantitas prædeſtinatorum.Nec mirãdum eſt,vt ſi non peccaſſent,ſemper viuere potuiſſent.Dum Henoch & Elias, in Adã *Tertullia.* quidem mortui, hactenus tamen viui eſſe creduntur in corpore.Et Tertullianus in libro de reſurrectione carnis,in eius fine. Hodie Henoch & Elias, nondum reſurrectione diſpuncti,quia nec morte functi, qua tamen de orbe tranſlati,&hoc ipſo iam æternitatis candidati,ab omni vitio & ab omni iniuria & contumelia immunitatem carnis ediſcunt *Hierony.* quia credi oportet, hæc futuræ integritatis eſſe documenta. Item Hieronymus Amos. 9.Henoch & Elias rapti cum corporibus in *Auguſt.* cælum,dei reguntur arbitrio. Præterea Auguſt.lib.9.ſuper Gene.cap.6.ait.Elias & Henoch in Adam mortui. Vnde ad hanc vitam creduntur redituri,vt moriantur.Nunc tamen in alia vita ſunt,vbi ante reſurrectionem carnis,antequam animale corpus,in ſpiritale mutetur,nec morbo,nec ſenectute de- *Chryſoſt.* ficiunt. Et Chryſoſt. homil.22.in epiſto. ad Hebræos. Multi,inquit, quærunt quo tranſlatus ſit Henoch, & quare tranſlatus ſit, & quare non fuerit mortuus,nec ipſe,nec Elias etſi adhuc viuunt, quomodò viuunt & quali habitu, ſed ſuperuacuaneum eſt iſta quærere. Quia verò tranſlatus eſt iſte, & aſſumptus ille, ſcripturæ dixerunt, vbi autem ſit & quomodo non addiderunt.Nil autem amplius quam quæ neceſſaria ſunt dicunt. Hoc factũ eſt,vt anima humana ſpem acciperet, quod ſoluetur mors,& dãnetur diabolica ty- *Hierony.* rannis.Hiero.ſimiliter lib.3.contra Pelagianos,inquit.Hanc mortem,qua bruta ſoluuntur animalia,Henoch & Eliam nondum vidiſſe cognoſcimus. Denique Ambr. 1.Cor. 4.ait.Perſecutiones.& preſſuras vltra cæteros paſſus eſt Paulus,ſicut paſſuri ſunt Elias & Henoch,qui vltimo tẽpore futuri ſunt apoſtoli.Mitti enim debent ante Chriſtũ ad præparandum populum Dei,& muniendas omnes eccleſias ad reſiſtendũ Antichriſto,quos & perſecutiones pati & occidi lectio Apocalyp. teſtatur. Horum tempus ſuo tempori comparauit Apoſtolus,dicens.Quaſi morti deſtinatos,ad hoc enim venturi ſunt vt occidantur. Erunt etiam Elias & Enoch ſpectaculum,vſque adeo vt corpora eorum in platea proijciantur,in conſpectu totius populi infidelis. Cauſam quare vſque in diem iudicij illi ſeruati ſint,prodit Tertul.lib.de ani- *Tertullia.* ma capit.de vi mortis, inquiens. Tranſlatus eſt Henoch & Elias nec mors eorum reperta eſt, dilata, ſcilicet, Cæterum morituri reſeruantur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant. Hoc eſt, cum ipſi technas & dolos Antichriſti conati fuerint labefactare, ab illo trucidabuntur, & Damaſcenus libro quarto.capite vigeſimoſeptimo. ait. Mittentur Henoch & Elias,& conuertent corda patrum in filios,id eſt,Synagogam ad Chriſtũ, & ad prædicationem apoſtolorum,& ab illo interficientur.& tunc veniet Dominus è cælo vt illum conſcendentem viderunt Apoſtoli. Hæc ille.

Hi enim duo Chriſti doctrinam aſtruent & defendent.vt in ore duorũ ſtet omne verbum. Hi verò potiſsimum electi ſunt, vt hoc munus obirent, vt non ſolum ex lege naturę ſed ex lege ſcripturæ doctrina Chriſti confirmetur & probetur. Addunt aliqui huic numero, tertium,Iohannem euangeliſtam, *De Iohanne* vt Chriſti doctrina etiam ex ſanctis noui te- *Euãgeliſta.* ſtamenti ſuffragium habeat. Hoc an verum ſit,pendet ex alia quæſtione, de qua non eſt modica concertatio inter ſacros Doctores, an videlicet Iohãnes diem ſuum obierit, nec ne. ſancti quidem qui modo à me citati ſunt, *An Iohãnes* duos tantum excipiendos eſſe à morte nem *diem ſuum* pe Henoch & Eliam,autumant. De Iohanne *obierit.* verò ſilent prorſus, non taciturì ſi cum illis annumerandum eſſe cenſuiſſent. Pręterea innumera ſunt ſanctorum teſtimonia qui ingenuè fatentur diem ſuũ obijſſe. In primis Ter *Tertullia.* tullia. in libro de anima. capit. De mortis *Euthy.* vi. obijt, inquit, Iohannes quem in aduen- *Opinio aliquorum.* tum Domini remanſurũ fruſtra fuerat ſpes. Item Euthy.Matth.43. ait. De Iohanne quęſtio eſt apud multos, aiunt enim quod quia infallibile eſt Chriſti vaticinium, Calicẽ quidem meum bibetis,&c.& ille nondum martyrij mortem ſuſtinuit, non enim mortuus eſt,ſed adhuc viuit, & cum Henoch & Elia

circa ſeculi conſummationẽ occidendus eſt. Chryſoſtomus tamẽ manifeſtè docet, quod mortuus eſt. Nam interpretando eius euangelium, ait de illo. 2. homil. Euangelio totum comprehendit orbem, corpore verò mediã obtinuit Aſiam, dico ſanè Epheſum, anima autem ad illum ſeceſsit locum qui ſanctis cõgruus eſt. In prima vero homil. dicit, quod etiam Christi bibit poculum, & baptiſmo eius baptizatus eſt, voluntate enim interemptus eſt, plagis martyrij ſuſceptis, & paſſus innumera propter Chriſtum pericula. Nam martyr dicitur non ſolum qui violente mortuus eſt propter Chriſtum, verum qui flagellatus eſt, & alia paſſus eſt propter eũ. Quod autem mortuus ſit ipſe in euãgelio ait. Non dixit ei Ieſus. Non moritur.

Ita Grego. hom. 35. in euange. ſed S. Tho. 2. 2. q. de martyrio hoc negat & rectè ſanè.

Theophilactus.

Item Theophi. Ioan. 21. ait, Cum audiſſet Petrus quod moriturus erat pro Chriſto, dixit, & Ioannes quid? non morietur & ipſe? Chriſtus hoc non reiecit, omnis enim qui natus eſt morietur. Dixit autem, ſi voluero manere, hoc eſt viuere eum vſque ad conſummationem ſeculi, vt & tunc de me teſtetur quid ad te? vnde affirmant viuere eum, & ab Antichriſto occidendum (cum Elia) prædicantem Chriſtum. Quanuis monumentum eius oſtendatur, quid hoc? nam viuens ingreſſus eſt in illud, & inde tranſlatus ſicut Henoch & Elias. & quanuis non fuerit mortuus tamen morietur. Alij affirmant quod mortuus fuerit. Hactenus ille. Et Hierony. Matth. 20. ait, Quomodo Ioannes bibit calicem, cum propria morte viam finierit. Si legamus eccleſiaſticas hiſtorias in quibus fertur, quod ipſe propter martyrium ſit miſſus in feruentis olei dolium, & inde ad ſuſcipiendam coronam Chriſti athleta proceſſerit, ſtatimq; relegatus in Pathmos inſulam fuit, videbimus martyrio animum non defuiſſe, & bibiſſe calicem, licet perſecutor non fuderit ſanguinẽ. & in lib. de viris illuſtribus ait. Confectus ſenio. 68. poſt paſsionem dñi anno mortuus, iuxta Epheſum ſepultus eſt. Et Beda Ioan. ca. 21. ſicut in patrum literis inuenimus, cum longo confectus ſenio, ſciret imminere ſibi diem receſſus ſui, conuocatis diſcipulis ſuis, poſt monita exhortationum vltimum eis vale fecit. Deinde deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione, appoſitus ad patres ſuos, tam liber à dolore mortis quam à corruptione carnis inuenitur alienus. Et Euſebius lib. 3. eccleſia. hiſtoriæ capit. 31. affert epiſtolam Polycratis Epheſini epiſcopi, ad Victorem epiſcopum Romæ. in qua hæc verba leguntur. καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ ςῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορηκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος. οὗτος ἐν ἐφέσῳ κεκοίμηται. Hoc eſt. Ioã. qui iacuit ſupra pectus domini, qui ſacerdos, martyr & doctor erat, Epheſi iacet. Ex his colliges de hac re varias eſſe ſententias. prima quam affert Euthy. quæ Theophil. non diſplicet nec Georg. Trapezum. qui iuſtum volumen in hac quæſt. compleuit, affirmant Ioan. nondum fuiſſe mortuum, eſſe tamen moriturum, cum trucidabitur ab Antichriſto cum Henoch & Elia, & ita dicit Hippol. in lib. de conſummatione mundi. Alij affirmant diem ſuum obijſſe, hanc ſequũtur ſententiam multi ſcriptores. At Nicepho. lib. 1. ca. 35. ait, Mortuus eſt Ioannes eo quo Dei genitrix modo, cõfeſtim verò reuixit, incorruptibili, ſcilicet, corpore, alterum magiſtri expectans aduentum. Dices tamen duos teſtes in Apoca. 11. referri. ſolue ex lib. 9. Reg. 4. 5. & 6. aut modeſtiæ gratia. Vt 4. Reg. 20. Iſaias vocatur propheta & Iſai. 28. ipſe nomẽ honoris ſuppreſsit. de hoc libr. 9. Reg. 29. & 30.

Hierony.

Ioan. in dolio olei feruentis miſſus.

Beda.

Euſebius.

Q. Theologica.

Si verò tempus aduentus Domini quæritur, qua hora, noctu an interdiu, futurũ eſſe dicatur. Reſpondet Hiero. Matth. 25. Traditio, inquit, Iudæorũ eſt Chriſtum media nocte venturũ, in ſimilitudinẽ Ægyptij temporis, quando paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, & dñs ſuper tabernacula tranſijt, & ſanguine agni poſtes noſtrarũ frontiũ conſecrati ſunt. Vnde reor traditionẽ Apoſtolicã permãſiſſe vt in die vigiliarũ paſchæ, ante noctis dimidiũ, populos dimittere non liceat expectãtes aduentum Chriſti, & poſtquam illud tẽpus trãſierit, ſecuritate præſumpta, feſtũ cunctis agentibus diem. Vnde Pſalmiſta dicebat. Media nocte ſurgebã, ad confitendũ tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Aut vt ait Theophil. Matth. 25. exponens hũc locum. medio noctis clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit. ait, Media nocte dicit clamorem fieri, vt oſtendat, quod inexpectatus veniat dominus, nam quaſi media nocte omnes dormimus, profundo ſomno. At cum clamore venit, tuba enim ſonabit in ſecundo aduentu. Atque ita exponit Auguſt. tum alibi, tum etiam in libr. 83. q. q. 59. inquiens. Media nocte, id eſt, nullo ſciente, aut ſperante, quippe cum ipſe dominus dicat, De die au-

De traditione hac apoſtolica Druthmarus. Matthai. 61.

Pſal. 118.

Matth. 24.

Digitized by Google

1. Theſſ. 5.

die autem illa aut hora nemo ſcit. Et Apoſtolus. Dies domini tanquam fur in nocte, ita veniet. ex quo ſignificatur, cum penitus latere cum venerit. &, Vigilate quia neſcitis diem nec horam. Nec ab illo diſsidet Oecume. 2. Petri. 4. exponens hunc locum. Dies domini ſicut fur in nocte veniet, ait. Incertitudinem aduentus Domini tanquam inſultus, cum minimè ſpectatur, per furem & noctem ſignificauit. per noctem quidem propter incertitudinem. incerta ſunt enim quæcunque in nocte fiunt. Per furem verò eo quod non expectetur, nullus enim expilabitur qui furem expectet, ſed qui hunc minimè expectant illi expilabuntur. Ideo ait Dominus quod ſicut in diebus Noe erant homines lætantes in nuptijs ac poculis, nihilq; cogitantes de futura calamitate quæ ipſos comprehendit, donec oppreſsit eos diluuium, ita & aduentus Domini repente ſuperueniet impijs.

Nox. *Fur.* *Matth. 24*

Tẽpus dici iudicij an poſsit aliquo modo cognoſci à nobis.

Sed in dubium reuocatur an dies iudicij poſsit à nobis ratione aliqua perueſtigari? Ad quam quæſtionem Hiero. in epiſt. ad Cyprianum reſpondet. Mundus in ſex diebus fabricatus eſt, ſex millibus annorum tantũ creditur ſubſiſtere, & poſtea venire ſeptenarium numerum & octonarium, in quo verus exercetur ſabbatiſmus, & circumciſionis puritas, reditur. Et Irenæus lib. 5. cap. quod incipit. Venit verbum Dei, ait. Quot diebus hic factus eſt mundus, tot & millenis annis conſummatur. Eſt enim dies domini quaſi mille anni. Hanc eandem coniecturã recitat Aretha in Apocaly. cap. 63. quamuis illi non placeat. Præterea Auguſt. Pſal. 6. eandem ferè recitat coniecturam ex aliorum tamen ſententia, his verbis. Aduentus Domini ad iudicandum, cõputatis annis ab Adam, poſt ſeptem annorum millia futurus creditur. Vt ſeptem annorum millia tanquam ſeptem tranſeant dies, deinde illud tempus tanquam dies octauus adueniat. Sed quoniam dictum eſt à domino. Non eſt veſtrũ ſcire tempora quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et, de die verò illa & hora nemo ſcit, neq; angelus, neq; virtus, neq; filius niſi ſolus pater. Et illud quod ſcriptum eſt. Tanquam furem venire diem domini, ſatis apertè oſtendit, neminem oportere ſibi arrogare ſcientiã illius temporis, computatione aliqua annorum. Si enim poſt ſeptem millia annorum, ille dies venturus eſt, omnis homo poteſt annis computatis aduentum eius addiſcere. Hanc coniecturam quam affert Auguſti. Pſalm. 6. probat Cantacuzenus Apolog. 4. aduerſus Maomath. Item ipſe Auguſti. Pſalm. 89. poſtquam induxiſſet coniecturam illam, quam ex Hieronymo adduximus, aduerſus eam his vtitur verbis. Cum vigiliæ ſpacium, non habeat amplius quam tres horas, ignoratur à nobis, & tamen auſi ſunt homines præſumere ſcientiam temporum, quod ſcire cupientibus diſcipulis Dominus, ait. Non eſt veſtrum ſcire tempora, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, & definierunt hoc ſeculum annorũ ſex millibus, tanquam ſex diebus poſſe finiri. At Druthmarus Matth. 61. Diem & horam nobis iudicij præfinit, inquiens. Maiores nobis ſcriptum reliquere quod. 8. Calend. Aprilis fuit mundus factus, dominus conceptus & paſſus, & ſimili modo deſtruendus erit. Sed hoc alias. De hac materia lege Auguſti. epiſto. 80. & quæ infrà lib. 6. cap. 3. ſcripſimus.

Hæc eſt traditio diſcipulorum Eliæ. lege Galati. lib. 4. ca. 20.

Coniectura alia quæ mille annos addit ſuperiori.

Actu, 1. *Matth. 24*

Quæſtio de hora iudicij.

Venit deinceps in dubium alia quæſtio quam ob cauſam, tam diligenter Dominus diem Iudicij occultare voluerit? loquor tam de iudicio cuiuſque proprio quàm de communi in ſeculi conſummatione. Ad quam quæſtionem, Oecumenius. 1. ad Theſſal. 6. reſpondens dat quatuor rationes. Primum quidem, quia ſi quis poſtremum ſciret diem, nulla illi virtutis cura eſſet, ſed innumera perpetrando mala extremo ſpiritu ad baptiſmum accederet. Secundò, quia multa peccata metu mortis amputantur, quòd ſi manifeſtum eſſet alicui ſe ad certum tempus non moriturum, omnia intrepide committeret. Tertiò, quia ſi ſciret quiſquam quod omnino tali tempore moriturus eſſet, in continua viueret animi triſtitia, nunc autem ob incertitudinem, continuè in bona ſpe nutrimur. Quartò, quia nec ob id ſancti præmium haberent, quod ſemetipſos in incerta præcipitarent pericula. Si enim manifeſtum eſſet, quod poſt tres annos illi, conſummatio ventura eſſet, nec alio modo poſſet interire omnes ſanè pericula deſpicerent, ſcientes quod ab illis nihil nocumenti eſſent accepturi, id autem quæ virtus eſſet? Et hæc dicta ſint eo quod etiam vniuſcuiuſque finis clàm venturus ſit.

Sed dices nonne de illa die Iudicij dicitur, Deus manifeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit. & vocatur tempus illud, dies iudicij propter rei claritatem & manifeſtationem.

De hac

Cur vocetur dies iudicij. S. Maximus.

De hac re ſic ſcribit. S. Maximus ſermone. 1. aduentus, inquiens. Mouet fortaſſe vos cur Dominus aduentum ſuum indicans noctis ſe tempore oſtenderit aduenturum, cum vtique eius aduētus magna cum claritate Dei, magno cum nitore & timore ſuſcipi deberet à cunctis. Frequenter nanque audiuimus ſacris literis prædicatum, priuſquam Chriſtus adueniat Antichriſtum regnaturum, qui ita tenebras, humano generi, ſuæ prauitatis infundet, vt lucem veritatis nemo penè reſpiciat, & caligine propria operiens mentes hominum, cæcitatem quandam ſpiritualibus oculis exhibebit. Et Chriſt. Druth. Matth. 61. ait, Ideo Deus vltimā horam voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſsit eſſe ſuſpecta, vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſsione præparemur. Neq; mirum ſi diabolus emittat iniquitatis tenebras, cum ipſe nox ſit omnium peccatorum. Ad huius igitur tetram caliginem velut fulgur quoddam Chriſtus adueniet. Et ſicut lucescente die, nox ſubuertitur, ita coruſcante Saluatore, Antichriſtus effugatur, nec vlterius poterit diſſeminare iniquitatis ſuæ tenebras, cum lumen veritatis effulſerit. Hoc eſt, illo tempore veniet Chriſtus, excellenti fulgens clāritate, cū minimè ſperauerint illi, qui technis & verſutijs Antichriſti erunt deluſi.

Iam verò ſigna quæ præceſſura ſint iudicium, nulla ita certa & fixa inueniuntur in ſcripturis, quin alio detorqueri poſsint. Veluti cum ait Paulus. Spiritus manifeſtè dicit, quia in nouiſsimis temporibus recedent quidam à fide. & iterum. Scitote quoniā in nouiſsimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa: & rurſum. Erunt homines ſeipſos amantes, amatores pecuniæ, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, irreligioſi. Huiuſcemodi ſcelera quis ignorat quolibet tempore inueniri? Et ex 2. ad Theſſal. 2. nihil colligi manifeſtè poteſt, niſi quod Antichriſtus, cuius typum ſuſtinebat Nero, venturus eſt, & quod illo tempore, nulli aut pauci, Romano parebunt imperio. Signa verò quæ in Euangelio ſecundum Matth. Lucam, Marcum prædicta ſunt fore à Domino, cum interrogatus eſſet à diſcipulis ſuis quādo futura eſſent, quæ de templi euerſione tunc illis prædixerat, & quod eſſet ſignum aduentus eius & conſummatiōnis ſeculi, tunc Dominus ea reſpondit quæ iam ex illo tempore facere moliebatur, ſiue de excidio Hieruſalem, ſiue de aduentu ſuo ad eccleſiam, ad quam vſque in finem venire non ceſſat. De quo aduentu ait. Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus. Siue de ipſo fine, in quo apparebit iudicaturus viuos & mortuos. Cum itaq; (vt ait Augu. epiſt. 80.) Dominus ſigna dicat, quæ ad iſta tria tempora pertinent, ideſt ad excidium illius ciuitatis, ad aduentum in corpore ſuo, quod eſt eccleſia, ad aduentum eius in capite eccleſiæ, quod eſt ipſe. Ad quod horum trium temporum referendum ſit, diligenti conſideratione cernendum eſt. Ne forte quod pertinet ad euerſionem Hieruſalem, ad finem ſeculi referendum putemus, aut è contrario quod ad finem ſeculi pertinet, affirmemus, ad ciuitatis illius excidium pertinere, aut quod pertinet ad eius aduentum in corpore ſuo quod eſt eccleſia, dicamus pertinere ad eius aduentum nouiſsimum, in corpore ſuo, quod eſt caput eccleſiæ, aut rurſus quod pertinet ad aduentum eius nouiſsimū per ſeipſum, ad eum pertinere aſſeueremus aduentum qui eſt per eccleſiam. In his quædam ſunt manifeſta, alia obſcura. Ad Hieruſalem pertinet, quod dictum eſt. Cum videritis Ieruſa. circumdari ab exercitu. Ad aduentum Domini nouiſsimum pertinet quod dicitur. Cum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam propè eſt regnū Dei. & illud, Væ prægnantibus & nutrientibus, &c. Hæc latius proſequitur Auguſt. in epiſto. illa. lege quoque Theophilactum Matth. 24. & reliquos capitis illius enarratores.

1. Timo. 4.

2. Timo. 3.

Triplex aduẽtus ĩ carne, per inſpiratiões quotidie hic diſpungendum.

Matth. 26.

¶ De Antichriſto. Cap. II.

NOTVM eſt illis, qui ſtudio ſcripturārum aliquātulum animum adhibuerunt, Antichriſtum eſſe venturum, ſed quæres, quis Antichriſtus hic futurus ſit, nam ſunt duo Antichriſtorum modi, primò nanque Antichriſti vocātur omnes qui negant filium Dei in carne veniſſe, & humanitatē diuinitati coniunctam ſuſcepiſſe, & oēs deinde hæretici vt Lutherus & alij, qui à certis dogmatis religionis noſtræ abhorrent Antichriſti ſunt. De hoc Ioannes. 1. epiſt. catho. c. 2. Audiſtis inquit, quod Antichriſtus venit, nunc Antichriſti multi ſunt. Peculiari tamē noīe Antichriſtus dicitur ille, qui ſub ſeculi cōſummationem vēturus eſt. De quo dñs Ioan. 5. ego

veni

veni in nomine patris mei & non ſuſcepiſtis me, alius veniet in nomine ſuo, & illum recipietis. & 2. Theſſal. 2. Paulus loquens de die illo. Niſi venerit diſceſsio primum & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditiōis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus aut colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquā ſit Deus, & nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore, nam myſterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduētus ſui, eum cuius eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, &c. Hic nefarius ac ſceleratus homo, futurus eſt ſentina vitiorum omnium, & filius perditiōis aut potius ipſa perditio. In illo dæmon totas vires ſuas oſtēdet & exeret, eritq; adeo infenſus Chriſto, ac nomini Chriſtiano, vt pactū ſempiternū calcare, & ſibi nomen diuinum arrogare & tribuere conetur. Qua appellatione vſurpata, infinitos homines fraudulentis quibuſdam technis, & falſis miraculis, ad ſe alliciet quorū auxilijs fretus ferè orbem vniuerſum ſub ſua rediget poteſtate. Sedemq; regni ſui, eliget templum Dei (hoc eſt templum Hieroſolymitanum, ſi Irenęo credimus affirmanti hoc lib. 5. & Damaſceno lib. 4. cap. 27. dicenti. In templo Dei ſedebit, non noſtro, ſed veteri Iudaico, non enim nobis, ſed Iudæis veniet, non pro Chriſto, ſed aduerſus Chriſtum, aut iuxta Hiero. & Theophi. 2. ad Theſſalo. 2. & Oecume. & Theodoretū in eodem loco, & iterum in epitome, ſedem eliget in eccleſia Dei viui, quæ columna & firmamentū veritatis eſt) & ita ſe in illa geret ac ſi eſſet filius Dei. Sed quæres quam ob cauſam venturus ſit Antichriſtus, quam affert vtilitatem populo electo ipſius aduentus? Dicimus quod vt hi qui probati ſunt, manifeſti fiant, & eorū pateat ſanctitas & integritas. aut vt inquit Apoſtolus. Vt iudicentur, hoc eſt condemnentur, omnes qui non crediderunt veritati, nec voluerunt Chriſto parere. Veluti Iudæi qui nolentes Chriſto fidem adhibere, hoc vtebantur prætextu. propterea ſe non credidiſſe Chriſtum eſſe Deum, quod ſcriptum ſit. Audi Iſrael Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Verum & teſtimonium hoc apertè trinitatem perſonarum probat. Sed

Sedes regni Antichriſti quo in loco collocabitur.

admittamus quod vnus ſit princeps, quomodo Antichriſto tanquam Deo fidem adhibuiſtis? Vides quomodo illorū ora obſtruūtur. Chriſto quidem non crediderunt quod Deus eſſet, Antichriſto verò & credent & ipſum adorabunt. Quid ad hæc dicent, quod ſigna fecerit Antichriſtus? At maiora fecit Chriſtus. An dicent quod in ſcripturis de illo crebra inculcātur teſtimonia? At de Chriſto ſanè, quaſi de Saluatore, de Antichriſto verò veluti de eccleſiæ deuaſtatore & homine nefario, innumera teſtimonia ſubinde inculcantur. Poſtquā mores eius paucis adumbrauimus, ad perſcrutādum patriam eius & genus, ſermonem noſtrū conuertamus. Nonnulli affirmant eum Babylone naſciturum, vt in vrbe quę omnium malorum extitit officina, ſummus malorum artifex ſcelerumq; inuentor Antichriſtus naſcatur. Alij cum videant Babylonem iuxta Iſaiæ vaticiniū funditus fuiſſe euerſam, nec poſtea condendam fuiſſe, per Babylonem Romam intelligunt, non ineptè quidem. nam hoc nomen illi, Petrus in prima catholica epiſtola tribuit iuxta Hierony. & Euſebium. Præterea ex concubitu nefario & inconceſſo erit progenitus, nam vt ait Damaſce. lib. 4. cap. 27. erit, inquit, homo ex fornicatiōe natus, & in eo diabolus inhabitabit, educabitur occultè, & repentè inſurget, & eleuabit ſe & regnabit, & in exordijs regni ſui, ſeu tyrannidis ſimulata bonitate, cum aſſecutus fuerit potentiam perſequetur eccleſiam Dei, & manifeſtabit malitiam ſuam, & edet ſigna ficta, & infirmos fide decipiet, & ſeparabit à Deo, ſi fieri poſſet, electos. Erit natione Iudæus, à tribu Dan ducens originē, vt ait Ambro. lib. de benedictionibus Patriarcharum, capit. 7. & Eucherius lib. 3. in Gene. cap. 38. (cum dixiſſet Moyſes ca. 49. fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro, ſalutare tuum ſpectabo domine) ait. Nonnulli de tribu Dan venire antichriſtum arbitrantur, eo quod hoc loco Dan & coluber & mordens aſſeritur. Vnde dum Iſraeliticus populus terras in caſtrorum portione ſuſciperet, prius Dan ad Aquilonem caſtrametatus eſt, illum ſignificans, qui in corde ſuo dixerat. Sedebo in monte teſtamēti in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo: Hæc ille. Et in Apocalypſi capit. 7. cum numerantur tribus Iſrael, & ex qualibet tribu. 12.

Non erit filius Diaboli vt Hippolyt' et Theodo. in epitome, & alij innuere vidētur ſed in eo totas exeret vires. Hiero. Dan. 7. ibi. Conſiderabam.

Antichriſtus Iudæus natione.

Hippolytus in lib. de cōſummatione mundi. Tribus Dan.

Digitized by Google

bu. 12. millia ſignatorum, tribus Dan in illa
ſupputatione omittitur, eo quod obſcura &
ignobilis eſſet, ob talem alumnum ex illa na
ſciturum. Sicut è contrario tribus Iuda nobi

Iuda tribus nobiliſsima

liſsima eſt, & vt ait ſcriptura, nequaquam
minima es inter principes Iuda, ex te enim
exiet dux qui regat populum meum Iſrael.
Item Chriſtus de virgine immaculata, iſte
ex fornicatrice naſcetur, vt non tantum in
viuendi modo, ſed in ordine & progreſſu na
ſcendi antichriſtus, ideſt Chriſto contrarius

Recentiorũ opinio de Antichriſto.

appellandus ſit. Non deſunt tamen nonnul-
li noſtræ tempeſtatis ſcriptores qui arbitran
tur Machometum, aut Lutherum aut Soly-
manum regem Turcarum fuiſſe Antichri-
ſtum hunc, in ſcripturis decantatum. quo-
rum ſententiam nullus, qui ſcripturas lege-
rit recipiet. Nam iſti nulla ediderunt miracu
la, Antichriſtus vero tot faciet vt decipiat ſi
fieri poſsit, etiam electos Dei.

Nonnulla de Antichriſto prophetiæ.

Regula.

Huius nephariæ, & importunæ belluæ
multa præceſſerunt vaticinia prophetarum,
ſub improbiſsimorum regum perſona, præ-
dicta. Nam iuxta Hierony. in comment. Da
nielis 11. Hunc eſſe morem ſcripturæ ſan-
ctæ nouimus, vt futurorum veritatem præ-
mittat in typis, iuxta illud, quod Domino
ſaluatore in 71. Pſalmo dicitur, qui prænota
tur Salomonis, & omnia quæ de illo dicun-
tur, Salomoni non valent conuenire. Neque
enim permanſit ille cum ſole, & ante lunam
generationis generationum, nec dominatus
eſt à mari vſque ad mare, & à flumine vſque
ad terminos orbis terrarum, neque omnes
gentes ſeruierunt ei, neque ante ſolem per-
manſit nomen eius, nec benedictæ ſunt in
ipſo omnes tribus terræ, neque omnes gen-
tes magnificauerunt eum. Ex parte autem
& quaſi in vmbra & imagine veritatis in Sa
lomone præmiſſa ſunt, vt in Saluatore perfe
ctius implerentur. Sicut igitur Saluator ha-
bet Salomonem & cæteros ſanctos in ty-
pum aduentus ſui, ſic & Antichriſtus peſsi-
mum regem Antiochum, qui ſanctos perſe-
cutus eſt, templumq́; violauit, rectè typum
ſui habuiſſe credendus eſt. De quo ſic ſcribit

Dan. 11.

Daniel. Veniet clam & obtinebit regnum
fraudulentia, & brachia pugnantis expugna
buntur à facie eius & conterentur, inſuper
dux fœderis, &c. in cuius loci expoſitione
ad hunc modum ſcribit Hierony. Antichri-
ſtus conſurgere habet de modica gente, id
eſt de populo Iudæorum, & tam humilis

erit atque deſpectus, vt ei non detur honor
regius, & per inſidias & fraudulentiam obti-
neat principatum, & brachia pugnantis po-
puli Romani expugnentur ab eo & conte-
rantur. Hæc ille. Nam dubium non eſt quin

Lege Hier. in proœ. li. 11. in Iſa.

Viciſsitudo regnorum totius orbis & illorum deuaſtatio.

Romanorum imperium Antichriſtus aboli-
turus ſit, quemadmodum Medorum impe-
rium à Babylonico diſſolutum eſt, & Baby-
loniorum à Perſis fuit euerſum, & Perſa-
rum imperium à Macedonibus, Macedonũ
à Romanis, ita & Romanorum imperium
ab Antichriſto, & Antichriſti imperium à
Chriſto redemptore noſtro, qui aboliturus
eſt omnem principatum & poteſtatem, vt
ipſe ſit omnia in omnib⁹. Addit deinde Hie-
rony. in eiuſdem loci expoſitiõe. Hoc faciet
quia ſimulabit ſe ducem eſſe fœderis hoc eſt
legis & teſtamenti Dei. & ingredietur vrbes
ditiſsimas, & faciet quæ non fecerunt patres
eius, & patres patrum illius. Nullus enim Iu-
dæorum abſque Antichriſto in toto vnquã
orbe regnauit. Et contra firmiſsimas cogita-
tiones ſanctorum, inibit conſilium, facietq́;
vniuerſa vſq; ad tempus, donec cum Dei vo
luntas facere iſta permiſerit. & poſt parum
addit Hierony. Antichriſtus multa deceptis
munera largietur, & terram exercitui ſuo di-
uidet, quouſq; terrore non quiuerit, ſubiuga
bit auaritia. & in fine capi. illius ait, aſſerunt

Interitus Antichriſti quo in loco ſit futurus.

in vertice montis Oliueti Antichriſtum eſſe
periturum, in illo loco ex quo Chriſtus aſcẽ
dit ad cęlos. Item Dan. 5. ſub perſona Baltha
ſar ſic ait propheta. Tu Balthaſar non humi
liaſti cor tuum, ſed aduerſus Dominum cæli
eleuatus es, deos aureos, & argenteoſque, æ-
reos, qui non vident neq; audiunt, neq; ſen-
tiunt, laudaſti. Porrò Deum qui habet ſtatũ
tuũ in manu ſua, & omnes vias tuas, non glo
rificaſti. Præterea cap. 7. de eodem Antichri
ſto loquens. Ecce oculi quaſi oculi hominis
erant in cornu iſto, & os loquẽs ingentia, ſci
licet, cõtra Deum. & ſtatim loquens de euer
ſione imperij Romani & aliorum regnorum
illi ſubditorum, ait. Vidi quoniam interfecta
eſſet beſtia, & perijſſet corpus eius, & tradi-
tum eſſet ad comburendũ igni, aliarum quo
que beſtiarum ablata eſſet poteſtas. & tem-
pora (ideſt nam tempora) vitæ conſtituta eſ-
ſent eis vſq; ad tempus & tempus. & ſubdit.
ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis ve-
niebat, &c. & ſtatim. & ſanctos altiſsimi con-
teret, & putabit quod poſsit mutare tempo-
ra & leges. & poſt parum. tradetur in manu
eius

eius vſq; ad tempus & tempora & dimidium temporis, in cuius loci interpretatione ſic loquitur Hiero. Tempus annum ſignificat, tempora, iuxta Hebraici ſermonis proprietatem, duos annos præfigurant. Dimidium autem temporis, ſex menſes, quibus ſancti poteſtati Antichriſti permittendi ſunt. De quo tempore ſaluator in Euangelio loquitur. Niſi abbreuiati fuiſſent dies illi nequaquam ſalua eſſet omnis caro. Præterea verſus finem cap. 8. loquitur propheta de Antiocho Epiphane ad hunc modum. Poſt regnum eorum cum creuerint iniquitates, conſurget rex impudẽs facie, & intelligens propoſitiones, & roborabitur fortitudo eius, ſed non in viribus ſuis, & ſupra quam credi poteſt vniuerſa vaſtabit, & proſperabitur & faciet, & interficiet robuſtos, & populum ſanctorum ſecundum volũtatem ſuam, dirigetur dolus in manu eius, & cor ſuum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra principem principum conſurget, & ſine manu conteretur. Sed quæres cum Apoſtolis quando hæc erunt? Cum prędicatum fuerit inquam euangelium in vniuerſo orbe terrarum, vt videmus per Hiſpanos noſtros iam cœptum eſſe perfici, dum ad gentes barbaras, & Incognitas, & quam longiſsime ab orbe noſtro ſemotas, iter illic, aſsiduo labore & incredibili induſtria, patefactum eſt. De quibus Seneca, in Medea, Hiſpanus & ipſe, videtur ſcripſiſſe.

Tempus, tẽpora & temporis dimidiũ quid.

Hiſpani.

Venient annis
Secula ſeris, quibus oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Tiphyſq; nouos
Detegat orbes, nec ſit terris
Vltima Thule.

Prędicato inquam euangelio totius mundi regnum inuadet Antichriſtus, eoq; potietur tribus annis cum dimidio, ſed ſtatim à regno ſuo deturbabitur, ſuperueniente Chriſto redemptore noſtro, in nubibus cæli & patris gloria, & Antichriſtum & Antichriſti aſſectatores, & ſcelerum eius miniſtros, In inferni barathrum detrudet, iuſtos autem ſecum adducens, & (vt ait ille, captiuam ducens captiuitatem,) quietem illis & æternum præſtabit Sabbatiſmum.

Sed dices ſi tot tumultus & ſeditiones prę ceſſuræ ſunt aduentũ Domini, quomodo ait Paulus, Cum dixerint pax & ſecuritas repentinus eis ſuperueniet interitus, nonne Elias antea venturus eſt, & antichriſtus? quomodo repentinus? Huic quæſtioni ſic occurrit Oecume. prima ad Theſſa. 5. cap. inquiens. Dicimus, inquit, quod hæc ſigna quidem ſinis erunt, aduentus autem Chriſti, non ita, nam hic repẽtinus erit, ipſe enim reddet vnicuique iuxta opera ſua, & recte poſuit Paulus exemplum vxoris prægnantis, cum ait. ſicut dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. Etenim illa quoque ſigna partus, habet multa, ipſius autem horę aut diei, non ita.

1. Theſſ. 5.

¶ De varijs ſignificationibus huius nominis Generatio.

CAP. III.

ANtequam ſeriem generationum Chriſti redemptoris noſtri enarrare incipiam, neceſſarium mihi viſum fuit, explicare, varias huius nominis, Generatio, ſignificationes, illas potiſsimum quæ plurimum adiumenti ad myſticam intelligentiam ſcripturarum præſtãt. Et primo quidem generatio, vt inquit Chryſoſt. ho. 2. in Matt. non eſt ſola cuiuſq; natiuitas, ſed tota negotij œconomia, id eſt, rerũ adminiſtratio. Vnde Euãgelium vocatur, liber generationis Ieſu Chriſti, & Moyſes, Geneſin vocauit, librũ generationis cæli & terræ, cum certè non de cælo ſolum terraq; loqueretur, ſed de cunctis quæ in ipſa ſubſiſtunt, &, Hæ ſunt generationes Eſau. Hoc eſt, generatio non ſolum natiuitatem & ortum alicuius, ſed perpetuam alicuius hominis aut rei geſtę hiſtoriam ſignificat.

Generatio interdum pro ſeculo accipitur aut ætate integra, aut centum annorum interuallo. Sic dicitur quod Noe fuit vir iuſtus in generatione ſua. Hoc eſt, ex illis qui ætate Noë vixerunt, ipſe alios probitate & ſanctitate excellebat, & iterum. Quarta generatione reuertẽtur huc, Id eſt quadringẽteſimo anno. Et ſi qui ſunt ſancti & iuſti, vocatur generatio iuſta. Si qui vero praui ſunt, & à Deo deſciſcunt, generatio praua, peruerſa, & adultera vocantur.

Geneſ. 6.

Item pro creatione accipitur, Gene. 2. Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ.

¶ Præterea Generationem vocat ſcriptura, vt ait Theophy. Luc. 21. non eos qui tunc viuunt, ſed omnium fidelium, aut infidelium generationem, vt. Hæc eſt generatio quærentium

Duæ ſunt gñationes vna bonorũ, alia iniquorum.

Digitized by Google

tium eum, quærentium faciem Dei Iacob. & Generatio praua & adultera ſignum quærit, & Philippus Presbyter lib. 2. comment. Iob. cap. 22. ait. In generatione non homines præſentis ætatis, ſed criminum imitatores, intelligimus. Vnde in Euangelio. Veniet ſuper generationem iſtam, omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ab Habel iuſto. Porro vt hæc clarius & expeditius intelligi poſsint, annotandum eſt, quod diligenter Hierony. Matt. 23.

Regula. ſcriptum reliquit. Regula eſt, inquit, ſcripturarum duas generationes bonorum & malorum noſſe, hoc eſt ſingulorum ſingulas. De

Pſal. 13. bonis ſumamus exempla. Quis aſcendet in montem domini? Cumque plures qui aſcenſuri ſunt in montem deſcripſiſſet, qui diuerſis fuere ætatibus, poſtea infert. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærẽtium faciem Dei Iacob. Et in alio loco de omnibus ſanctis. Generatio iuſtorum benedicetur. De malis vero in euangelio. Generatio viperarum. Et, Venient hęc omnia ſuper generationẽ iſtam.

Ezech. 14. Et in Ezechiele cum peccata terrę deſcripſiſſet, adiecit. Si Noe, Iob, & Daniel, ibi fuerint inuenti, non dimittam peccata terræ illi, omnes iuſtos qui ſimiles forent virtutibus eorũ per Noe, Iob, & Daniel, volens intelligi. Sic ſanguis Habel iuſti vſque ad Zachariam filiũ

2. Para. 24. Barachiæ vel Ioiadæ ab illa generatione malorum requiritur Iudæorum, cum neutrũ eorum occiderit. Ergo & iſti qui ſimilia Cain, & Ioas qui Zachariam occidit, contra apoſtolos geſſerint, de vna generatione referuntur. Hæc ille. Iſtæ duæ generationes ab ipſis mundi primordijs apparere cœperunt, & vſque in ſeculi finem duraturæ ſunt, de illis adhunc modum ſcribit Theodoretus in epitome ca. de Angelis. Erant in principio mundi duo genera hominum, genus Cain, & genus Seth. Genus quidem Cain erat execrandum & maledictum. Genus autem Seth, pietatis & religionis curam gerebat. Enos enim filius eius ſperauit inuocare nomen Domini, hinc qui ex eo natiſunt, qui filij Dei appellabantur, cauebant ne cum genere Cain permiſcerentur. Hæc ille. Ab his duabus generationibus, ſiue generibus hominum, duæ vrbes habitantur. Alterius ciuitatis, cuius nomen eſt

Sub alia metaphora de eiſdẽ duabus generationibus. Babylon, habitatores ſunt omnes ſicarij & homicidæ, & nephariorum hominum phalanges, qui ſub dæmonis tyrannide (qui habet primatum ſuper filios diffidentiæ) merẽt & degunt. Alterius ciuitatis, quæ Ieruſalem vocatur, incolæ ſunt cuncti qui cum Paulo municipatum habent in cælis. De his hæc tradit Auguſti. Pſalm. 61. omnes qui terrena ſapiũt, omnes qui fœlicitatem terrenam Deo præferunt, omnes qui ſua quærunt non quæ Chriſti, ad vnam illam ciuitatem pertinent, quæ dicitur Babylonia myſticè, & habet regem diabolum, omnes autem qui ea quæ ſurſum ſunt ſapiunt, qui cæleſtia meditãtur, qui cum ſolicitudine in ſeculo viuunt, ne Deum *Babylon.* offendant, qui cauent peccare, quos peccan- *Ieruſalem.* tes non pudet confiteri, humiles, mites, ſancti, iuſti, pij, boni, omnes ad vnam ciuitatem pertinent, quæ regem habet Chriſtum. Illa enim in terra quaſi maior eſt tempore, non ſublimitate, non honore. Ciuitas illa prior nata, ciuitas iſta poſterior nata. Illa enim incepit à Cain, hæc ab Habel. Hæc duo corpora ſub duobus regibus agentia ad ſingulas ciuitates pertinentia, aduerſantur ſibi vſq; in finem ſeculi, donec fiat ex commiſtione ſeparatio, & alij ponantur ad dexteram, alij ad ſiniſtram, dicaturque illis. Venite benedicti patris mei. Illis autem. Ite in ignem ęternum. Ideo ciuitas illa maior ætate, quia prius natus eſt Cain & poſtea Habel, ſed in his maior ſeruiet minori. Illa maior ætate, iſta malor dignitate. Quare illa maior ætate? Quia non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale. Quare iſta maior dignitate? quia maior ſeruiet minori. Cain ergo prior ædificauit ciuitatem, & ibi ædificauit vbi nulla erat ciuitas. Vt verò ædificaretur Ieru. non ita ędificata eſt vbi non erat ciuitas, ſed erat ciuitas prius quæ vocabat̃ Iebus. ea capta, ædificata eſt noua ciuitas, vetere deſtructa, & appellata Hieruſalẽ. Vnuſquiſq; ergo natus ex Adã nondum pertinet ad Ieru. portat enim ſecum traducem iniquitatis, pœnãq; peccati, deputatus morti, & pertinet quodãmodo ad veterem ciuitatem. Sed ſi futurus eſt in populo Dei, deſtruetur vetus, & ædificabitur nouus. Ideò Cain ciuitatem ædificauit vbi non erat ciuitas, à malitia enim quiſque incipit, vt fiat bonus poſtea. Nam ſicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita, &c. omnes in Adam morimur, trãſeamus ad Ieru. deſtruetur vetus, & ædificabitur homo nouus. Vndè, exuite veterem hominem, & induite nouum. Mala ergo ciuitas à principio vſque in finem currit, bona ciuitas mutatione malorum conditur. Et ſunt iſtæ duæ, ciuitates permixtæ interim, in fine ſeparandæ,

dæ, aduerſus ſe inuicem confligentes, vna pro iniquitate, altera pro iuſtitia, vna pro vanitate, altera pro veritate. Et aliquando iſta commixtio temporalis facit, vt quidam pertinentes ad ciuitatem Babyloniam, adminiſtrent res pertinentes ad Ieruſalem. Et rurſum quidam pertinentes ad Ieruſalem, adminiſtrent res pertinentes ad Babyloniam. Fuerunt reges magni in Ieruſalem, omnes iniqui ciues erant Babyloniæ, & adminiſtrabant res Ieruſalem, omnes in finem inde ſeparandi. Rurſus inuenimus ciues de Ieruſalem, adminiſtraſſe res quaſdam pertinentes ad Babyloniam, vt Daniel cum telliquis pueris. Item Auguſt. in quæſtio. ex vtroque teſtamento mixtim. quæſtione. 111. ait. Duæ generationes ſunt, vna eſt ex parte iniquitatis, quæ eſt mater Cain. Altera ex parte iuſtitiæ, quæ eſt mater Habel. Hæc in fide conſtitit & bona conuerſatione, illa in perfidia & obliquis operibus. iſtæ ſunt duæ leges, boni & mali, dei, & diaboli, & quam ſecutus quiſque fuerit, eius appellabitur filius. Lege eum libr. 15. de ciui. Dei cap. 1.

Vt harum vrbium ciues cognoſcere valeas, certa quædam à nobis ſigna proferenda ſunt, quibus quæ probata pecunia, aut adulterina ſit, cognoſcere poſsis, & quis verus, quis ve falſus ciuis vrbis Ieruſalem cenſendus ſit. Qua de re Auguſt. trac. 50. in Iohan. ſic ſcribit. Vnus bonus in ſcriptura corpus bonorum ſignificat, & vnus malus corpus malorum. Quomodo, verbi gratia Petrus corpus bonorum, corpus eccleſiæ, imo corpus eccleſia, ſed in bonis. Sic Petro dicit dominus. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quæcunque ſolueris in terra ſoluta erunt & in cælo. ideſt, tibi pater hoc myſterium reuelauit, ego tibi & toti eccleſiæ. Nam ſi hoc tantum dictum eſt Petro, non facit hoc eccleſia, ſed abſque dubio facit eccleſia, ſi ergo in eccleſia fit, Petrus quando claues accipit, eccleſiam ſanctam ſignificauit. Item pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis. non dixit habebis, ad ſolum Iudã, ſed habebitis, ſed in perſona Iudæ ſignificati ſunt in eccleſia mali. Hæc ille. Iuxta hunc canonem vnuſquiſque ſanctus, vt Dauid, Samſom, Iſaias, Paulus, vniuerſos electos ſignificat. vt Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine eius baptizati fuiſtis. Eodem modo Saul, Ananias, Nabuchodonoſor, omnes reprobos. Babyloni & Ægyptus, & Samaria omnes cunctorum malorum officinas. et. 1. Theſſa. 4. Deinde nos qui viuimus ibimus obuiam Chriſto. Nunquid Paulus vſque ad finem ſeculi viuet, minimè vt Theſſali arbitrabãtur, & ipſe dicit. 2. Theſ. 2. Sed ſe cum bonorum congregatione connumerat. & Matt. 23. loquens dominus cum Iudæis, exquirentur, inquit, hæc omnia ab Habel iuſto vſque ad Zachariam filium Barachiæ quem crucifixiſtis inter templum & altare. attamen Zacharias non eſt interemptus ab illis Iudæis, ſed à priſcis illorum patribus. & ad Hebræ. 1. Nouiſsimè locutus eſt nobis in filio. & cap. 2. ab eis qui audierunt in nos confirmata eſt. ex his locis perperam negauit Caie. illam epiſtolam eſſe Pauli. cum Paulus in apoſtolorum collegio nunquam fuerit, ad quod dominus tunc locutus eſt. Sed ex regula ſoluitur quæſt. &. 2. Cor. 2. Ne excellentia reuelationũ me extolleret, datus fuit mihi ſtimulus carnis, (ideſt homines qui acerbè inſectantur me,) angelus Satanæ. vocat vnumquẽq; hominem improbum, angelum Satanæ. Ad hunc ſenſum vniuerſa Iſaiæ onera interpretanda ſunt. Deinde annotandum eſt ex Ambro. de vocatione gentium cap. 3. dicente. Illam in ſcripturis dictionẽ debemus aduertere, quia id quod ad diuerſorum temporum homines pertinet, ita promittitur, quaſi de vna eiuſdem ætatis generatione dicatur. Sic Petrus ſcribens ſui & futuri temporis gentibus ait. Vos genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ideſt à Domino emptus, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti. Hæc ille. Exemplis multis facile hæc regula poteſt locupletari. vt ex Pſalm. 23. Hæc eſt generatio quærentium eum, &c. Non loquitur Dauid de vna hominum ætate, ſed de vniuerſa eccleſia quæ cœpit ab Habel iuſto, & duratura eſt vſque ad diem iudicij poſtremum. & Matthæi. 5. Beati eſtis cum vos maledixerint, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum, ideſt, multa mala, aduerſus vos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam. &c. Et ferè cum dominus loquitur ad Apoſtolos, non tam ad illos dirigit ſermonem, quam ad vniuerſum populum Chriſtianum, cuius illi e-

De hac Regula vide lib. 10. Reg. 39.

1. Theſ. 4.

1. Petri. 2.

rant veluti ſeminarium, vt cum dicitur, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. &. Vos eſtis ſal terræ, & Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi, & Matt. 24. Amen dico vobis non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, non tam intelligit de generatione vel ætate illorum qui tunc in viuis erant, quam de cuncto populo Chriſtiano qui in fide & dilectione Dei perſtabit vſque ad finem ſeculi, & ſtatim, tradent vos in tribulationem & occident vos, & Lucæ. 12. Eſtote parati quia neſcitis qua hora veniet. Simili modo loquitur ſcriptura de improborum generatione. Pſalm. 11. Cuſtodies nos à generatione hac in æternum, & alibi. Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. & Generatio praua & adultera ſignum quærit.

Attamen vt hæc clarius percipi poſsint, oportet rimari modum generationis patrum ſpiritualium, ſed illa intelligi non poteſt, niſi prius quæ ſint duo illa patrum bonorum & malorum genera præmittamus. Duplices, inquit Origenes, habemus patres, & vna ſpecies eſt peſsimorum, ſiquidem antequam crederemus, Zabulus pater noſter fuit, vt & ſermo euangelicus oſtendit dicens. Vos de patre Zabulo nati eſtis. Cum autem credidimus facti ſumus filij Dei. Si ergo poſt hæc peccauerimus, conuertimur ad iniquitates patrum, non ſimpliciter, ſed priorum patrum. Vnde Pſal. 44. Audi filia & vide & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Quaſi pater cœpit, audi filia, ergo duplices noſtri patres ſunt. Sed obliuiſcere, inquit, domum patris tui, prioris. Si igitur oblitus domum patris tui prioris, rurſum fueris ad peccata conuerſus, incidiſti in id peccatum, de quo ait Iere. Donuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priorum. Dicebamus dudum Zabulum patrem noſtrum fuiſſe antequam Deus factus ſit pater noſter, (ſi tamen nunc non habemus etiam patrem Zabulum,) quod de Ioann. epi. approbari poteſt. Omnis qui peccatum facit, ex Zabulo natus eſt. Toties ex Zabulo naſcimur, quoties peccamus. Infœlix ille qui ſemper generatur à Zabulo. Rurſumque multum beatus qui ſemper ex Deo naſcitur. Nec enim ſemel dicam iuſtum ex Deo natum, ſed per ſingula virtutis opera ſemper iuſtus, naſcitur ex Deo. Hoc de ſaluatoris noſtri quotidiana natiuitate poteſt probari, vt id obtineamus in iuſtis, quod in domino præceſsit. Saluator noſter, ſplendor eſt gloriæ, ſplendor non ſemel naſcitur, & deinceps deſinit naſci, quotieſcunque ortum fuerit lumen, ex quo ſplendor oritur, toties & oritur ſplendor gloriæ, ſic filius ex patre ſemper naſcitur. Hæc eadem totidem verbis repetit Homilia. 9. in Iſaiam.

Ho. 6. in Ieremiam.

Duo patrũ genera in ſcripturis.

Zabulus.

Splendor gloriæ dominus.

Annotatio.

APud Origenem & Hilarium & cæteros eccleſiaſticos ſcriptores, qui dicitur Latinè calumniator, Græcè diabolus, Hebraicè vocatur Zabulus, hoc eſt, deorſum fluens, eo quod à cæleſtibus ad terrena corruerit, vt docet Hiero. ad Ephe. 6. Hoc conſtat Eraſmũ fefelliſſe, qui in annotationibus in nouum Inſtru. & in prologo Hilarij, aſſeruit, librariorum incuria in libris priſcorum inoleuiſſe hunc errorem, vt Zabulus pro Diabolo legeretur. Vel dicitur, inquit ille, à ζα, augmentatiua particula, neſciens Hebraicum eſſe hoc nomen, non Græcum.

Zabulus.

Sed vt ad inſtitutum reuertamur, oportet explicare modum generationis patrum, non tam carnalium quam ſpiritualium, quam diuinitus explicauit Orige. Hom. 4. in Ezech. Meminiſſe debemus, inquit, quia vt homo generat hominem, & Iſrael populus generat populum Iſrael, & Ruben generat Ruben, Simeon generat Simeon, & Leui Leui. Sic ea quæ in benedictionibus Iacob, per Moyſen, de Ruben, & Simeon & cæteris, dicuntur, non ſic conueniunt Patriarchis, vt his qui cognominis eorum propter familiæ radicem extiterunt. Beniamin lupus rapax, ad matutinum comedit, & ad veſperam dabit eſcam. Beniamin ille nunquam fuit lupus rapax, nec in veſpera dedit eſcam, ſed is qui natus eſt ex tribu Beniamin, Hebræus, ex Hebræis, iuxta legem Phariſæus, hoc eſt Apoſtolus Paulus. Beniamin iſte prædicabatur lupus rapax, ad matutinum comedens, quando iuuenis fuit, & in veſperam dans eſcam, quando credens, ſpiritualem præbuit cibum à ſe eccleſijs inſtitutis. Igitur Beniamin Beniamin generat. Quomodo ergo homo ex homine, & Beniamin ex Beniamin, ſic Iuda ex Iuda, Ruben ex Ruben naſcitur. Ruben quippe viuat & nõ moriatur, & ſit multus in numero. In tantum non erat de patriarcha ſermo, ſed de populo

Modus generationis patrum ſpiritualium.

Paulus apoſtolus lupus rapax.

Geneſ. 49.

pulo qui de patriarcha deſcenſurus erat. Hæc dicta ſunt vt hunc locum Ezechie. capit. 14 exponamus. Si fuerint, inquit in medio vrbis, Noë, Iob, & Daniel, non erit anima mea

Locus eximiè expoſitus ex Ezechiele cap. 41.

cum populo illo. Quomodo enim Iſrael, Iſrael generat, & Iob Iob, & Ruben Ruben & reliqui reliquos, ſic Noe Noe. Et dicam quia de filijs Noe, Sem Noe fuit, Cham vero Noe non fuit: Neque enim habuit ſimilitudinem patris ſui. Et vt non omnes qui ex Abraham, filij Abraham, licet ſint de ſemine eius, non ſunt filij ipſius quoniam peccatores ſunt, ſic hi qui habent ſimilitudinem factorum Danielis, Daniel ſunt, qui imitantur patientiam Iob, Iob fiunt. Noli ergo dicere, beatus Noe quoniam dignus effectus eſt, vt in diluuio ſolus eligeretur à domino, & cæteris inundatione pereuntibus, cum ſuis ſeruaretur incolumis, ſed conſidera, quia ſi tu feceris ea quæ fecit Noe, eris Noe. Audi ſaluatorem dicentem. Si eſſetis filij Abrahæ opera Abrahæ faceretis. Igitur ſi quis filius eſt Abraham faciat geſta Abraham, ſi quis filius eſt Noe, ſi quis filius eſt Daniel. faciat opus quod fecit Daniel. & Noe. Siquis ſubſtantiam ſuam perdit, & ſuſtinet patienter, tam iacturas rerum familiarium, quam mortes filiorum, & dicit. Dominus dedit Dominus abſtulit, vt domino viſum eſt, ita factum eſt.

Tres hi viri multo tēporum interuallo fuerūt ſeiūcti.

Qui incenditur corporis malis, & flagellatur vario morborum dolore, & in ipſius ſupplicijs glorificat dominum, imitator eſt Iob Atque ita Noe, Daniel, Iob, in eodem poſſunt tempore reperiri. Quod autem Ezechiel non dixerit de his quos in ſcripturis lectitamus, ex alio loco approbare conabor. Daniel traditus eſt eunuchorū principi cū alijs pueris, qui Eunuchus fuit, & tamen Ezechiel ait.

Daniel. eunuchus.

Noe. Daniel, Iob, filios & filias non liberabūt. Fingamus quod filios habuerit Noe, quomodo filij Danielis docebuntur, quem eunuchum fuiſſe tradunt Iudæi: verum quia fertilis & ſancta fuit anima eius, & propheticis diuiniſque ſermonibus multos filios procreauit, ideo dicitur. Si fuerint in loco iſto Noe, Daniel, Iob, ipſi ſoli ſaluabuntur. Et nos ergo poſſumus fieri Daniel, & vt non enumerem omnes ſanctos, poſſum eſſe Paulus, ſi fuero imitator eius dicentis. Imitatores mei eſtote. & Filioli mei quos iterum parturio. Habeto virtutes & eſto filius eius & Chriſti. Cum fueris Chriſti, eris & patris, quia vnius ſunt naturæ. Ad hoc laborat iuſtus vt Danielis & Iob & Noe, & Abrahæ filius oſtendatur, ad adoptionem Dei, & iam non vocetur hominum nominibus, ſed vocabulis filiorum Dei. omnis multitudo (quantumuis magna ſit) ſi ſimilium eſt, vnus homo eſt, & non plures qui ſimiles ſunt.

Vnus plures ſancti.

Non plura corpora ſed vnum corpus omnes ſumus, Iuxta id quod ſcriptum eſt. Vos eſtis corpus Chriſti & membra ex parte. Et ſaluator venit ſaluare quod perierat, in ſacramento. 99. ouium non errantium, & vnius perditæ. Quomodo vnum corpus plura ſunt corpora, & vna ouis plures ſunt oues quæ perierant, hoc pacto omnes Noe, Daniel, & Iob in vnū Noe Iob & Daniel redigūtur. Lege eundē Originem. Hom. 20. Numerorum. Sunt aliæ huius nominis ſignificationes quas oportet breuiter & ſuccincte percurrere, ac ſtudioſis relinquere illas fuſius dilatare & locupletari. De illis ſic ſcribit Orige. tract. 30. in Matth. In multis, inquit locis, obſeruauimus nomen generationes dupliciter accipi. Vnā quidem Iudæorum, alteram autem gentium ſic intelligemus & Eccleſiaſten dicentem. generatio vadit & generatio venit, terra autem in æternum ſtat. De populo enim Iudęorum prophetans, qui fuerat tranſiturus, hoc eſt, à Deo receſſurus, ait. Generatio vadit. De populo autem gentium credituro, dixit. Generatio venit. Tale aliquid puto & in Pſalmo dici à Moyſe in oratione ipſius. Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem.

Pſal. 89.

Duarum enim generationum refugium eſt Deus. quia vnus Deus qui iuſtificat circuncïſionem ex fide & præputium per fidem. Hoc idem dicit Hierony. in comment. Eccleſiaſtes. in expoſitione huius loci. Generatio vadit. &c. Item in comment. Pſalm. 145. titu. Hierony. In omnibus ſcripturis generatio & generatio, ad duos populos videlicet Iudæorum & gentium refertur. Poteſt & aliter exponi iuxta Hiero. Danie. 4. cuius hæc ſunt verba. Quod in ſcripturis dicitur generatio & generatio, ſimpliciter accipitur pro eo quod eſt in omnia futura tempora: Alij generatio & generatio, duas generationes, legis & Euangelij, ſignificare putant.

Duplex eſt quoque generatio vt ait Aug. Pſal. 88. vna carnis, alia ſpiritus. nunc eſt generatio carnis & ſanguinis. erit poſt alia generatio futura ſpiritus, in mortuorum reſurrectione.

In progeniem & progeniem,& in generationes generationum,aliaq; ſimilia,idem ſignificant quod ſemper,apud Hebræos, iuxta Euthy. Luc.1.

Generatio in ſcripturis vocatur tempus vitæ viri vnius,ſic legimus. Quarta generatione reuertentur filij Iſrael in terram ſuam,quę hoc pacto numerantur. Leui ingreſſus eſt in Ægyptum cum Caath filio ſuo, texiturque generatio hoc modo. Leui genuit Caath. Caath genuit Amram,Amram genuit Aarō, Aarō genuit Eleazar,Eleazar genuit Phinees. & Eleazar cum patre ſuo egreſſus eſt de Ægypto. Quid hoc vocabulum ſignificet apud auctores ſeculi docet Suidas in Verbo γενεά. inquiens, γενεὰ κατ' ἐνίους μὲν ἔτη ζ. ὅθεν καὶ λέγουσιν οἱ ἰατροὶ πρὸ τῶν δύο γενεῶν μὴ δεῖν φλεβοτομεῖν, τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον λέγοντες, ὡς ἔτι προσδεόμενον αἵματος, καὶ οὐδέπω ἔχοντα περισσὸν αἷμα. κατ' ἐνίους δὲ, λ' ἔτη· ὅθεν καὶ τὸν Νέστορα βούλονται ἐνενηκονταέτη γεγονέναι, καὶ τριγέρων ὁ τρεῖς γενεὰς βιοὺς, τυγχάνει ἐνενηκοντούτης. Νέστωρ ἐν Πύλῳ ἐτάφη τὸν βοῦν ἔχω τριτογέρων. Hoc eſt, Generatio iuxta nonnullos eſt ſeptem annorum interuallum. Vnde medici dicunt ante duas generationes non oportere venam ſcindere, intelligentes decimumquartum annum. Quia tunc langui ne indigent. Iuxta alios autem tempus triginta annorum. Hinc volunt Neſtorem tantum nongentos vixiſſe annos, & vocatum fuiſſe trigeronta, eo quod tres impleuerit generationes,& tumuli eius in Pylo, hæc eſt ſuperſcriptio. τριγέρων. At Cicero in lib. de ſenectute, trecentos affirmat compleuiſſe annos. Hoc eſt tres generationes vixiſſe.

Exo.6.1. Paralip 6. Num.26.

¶De duplici Chriſti redemptoris noſtri generatione, temporali videlicet, & æterna.

CAP. IIII.

SI aliquis locus perplexus & obſcurus in diuinis ſcripturis ſeſe legentibus offert, hic eſt vel maximè quem tractandum atq; explicandum hoc tempore ſuſcepimus. Tot enim ex vnaquaq; generatione oboriuntur inextricabiles quæſtiones & pullulant, vt nō veluti ab Hydra vno capite amputato ſeptem continuò renaſcantur, ſed ab vnaquaque generatione, infinitæ propè quæſtiones exoriantur. Atque ideò fateor me imprudenter egiſſe, qui ſponte hoc oneris ſubire voluerim. Nam quis ego ſum vt rem tantam & tam longè ab hominum cognitione ſemotam, poſſim mente complecti, & ſermone explicare? Verum ſi in reliquis rebus à me offenſum ac titubatum eſt, hac tamen in re me prudenter egiſſe,nullus ibit inficias, quod ferè ſemper,maiorum auctoritate ac fide innixus ſim: vt ſi nonnunquam à veritate deflexero, in ſcitiæ meæ veniam ab æquis lectoribus deprecari poſſim. Cùm igitur de Chriſti generatione acturus ſim, oportet ab ouo,vt dicitur, eius maiores numerare & ad faſtos illos deducere & reuocare. Nam nō ſolum de Chriſto,ſed de vniuerſis populi Iſraelitici ducibus verum eſt, quod Auguſti. ſcriptum reliquit, lib.7.q. in librum Iudicum.q.2. Non ſolet, inquit, duces nominare ſcriptura cum conſtituuntur, niſi commemorata origine parentum aut maiorum. Hæc ille. Nec ſolum de ducibus verum eſt, ſed de omnibus claris viris recipiendum eſt. Quod in nonnullis nonnunquam fuiſſe omiſſum, non videtur myſterio vacare, atque ideo illorum virorum quorum nomina in ſcripturis prætermiſſa vt ab antiquis patribus tradita nobis ſunt, non pigebit referre, ne quid deſit curioſitati, vt Melchiſedech vocatur à Paulo ad Hebræos ſcribenti, ἀμήτωρ, καὶ ἀπάτωρ, καὶ ἀγενεαλόγητος, nō quod patre, matre aut maioribus caruerit, ſed quod illorum nomina in diuinis ſcripturis non tradantur. Porrò illorum nomina ne perpetuo hominibus laterent, ſcripta reliquit, ſanctiſſimus & doctiſsimus vir Epiphanius. lib. 2. aduerſus hæreſes, in hæreſi, Melchiſedechianorum, ſic inquiens. Παρά τισι τοῦ Μελχισεδὲκ ὁ πατήρ τι καὶ ἡ μήτηρ ἐμφέρεται. οὐκ ἔχει δὲ κατὰ τὰς ῥητὰς γραφὰς ἐνδιαθέτους. ὅπου δέ τινες Ἡρακλᾶν καλεῖσθαι αὐτοῦ πατέρα, μητέρα δὲ Ἀσταρώθ, τὴν καὶ Ἀστερίαν. Hoc eſt. A nonnullis nomen patris & matris Melchiſedech memoriæ proditum eſt. (Nam in ſcripturis ab eccleſijs receptis nullibi inueniuntur.) Ferunt enim illi, patrem eius Eraclan fuiſſe vocatum, matrem vero Aſtaroth, aut iuxta alios Aſterian, & verſus finem illius capitis recitat opinionem Iudæorum afferentium cauſam ob quam parentum eius nomina omiſſa ſut. ἰουδαῖοι φα

σκουσι

Duces Iſrael.

Melchiſedech patres qui.

Epiphanius.

Digitized by Google

σκουσι τὸν τοιοῦτον, δίκαιον μὲν ἦναι, καὶ ἀγαθὸν,
καὶ ἱερέα τοῦ ὑψίστου διὰ δὲ τὸ ὑὸν εἶναι πόρνης φα-
σι, τὴν μήτερα αὐτοῦ μὴ γεγράφθαι, μηδὲ τὸν πα-
τέρα αὐτοῦ γινώσκεσθαι. ἐξέπεσε δὲ καὶ τούτων ὁ λη-
ρώδης λόγος. καὶ γὰρ καὶ ῥαὰβ πόρνη ὑπῆρχε, καὶ ἐστι γε-
γραμμένη, καὶ ζαμβρὴ πορνεύσας γέγραπται. καὶ χασ-
βιθὴ μετ' αὐτοῦ καὶ περὰ ἀλλοτρία οὖσα, καὶ οὐκ ἀπὸ
γένους Ισραὴλ ἀναγομένη. Hoc eſt, Iudæi affir-
mant hunc Melchiſedech iuſtum virum &
ſanctum & altiſsimi ſacerdotem fuiſſe, & pa-
teotum illius nomina ideò ab ſcripturis negle
cta fuiſſe, quia ex ſcorto natus eſſet. Sed ine-
ptus eſt talis ſermo. Nam Rahab meretrix
erat, & eius meminit ſcriptura, & Zambri for
nicatus eſt cum Cozbi Madianitide, & no-
men illorum non fuit omiſſum, quamuis
illa eſſet alienigena, nec ex Iſrael originem
duceret. Et poſtquam de Melchiſedech ſer-
monem abſoluiſſet, ſubdit Epipha. πόσοι
δὲ ἄλλοι οὐ γενεαλογοῦνται κατὰ τὸ φανερώτατον,
δανιὴλ, Σεδράχ, Μισάκ, Ἀβδεναγὼ, ἠλίας ὁ θεσβίτης
καὶ ἐν πάσαις ῥηταῖς βίβλοις οὐδαμοῦ ἐμφέρονται τού-
των οἱ πατέρες τε καὶ μητέρες, εὑρήκαμεν ἐν παραδό-
σεσι τοῦ δανιὴλ τὸν πατέρα σαβρὰν καλούμενον, ἠ-
λίας ὁ θεσβίτης ἀδελφὸς γέγονεν ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, ἐξ
ἱερέων δὲ καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, ὑιὸς δὲ τοῦ ἀχιμαὰμ
ἀχιμαὰμ δὲ, ὑιὸς τοῦ σαδοὺκ, σαδοὺκ δὲ τοῦ ἀχι-
τώβ, ἀμορία, ἀμορίας ὑιὸς τοῦ μωρία, μωρίας τοῦ ζαζᾶ
τοῦ ἀζία, ἀζίας τοῦ φινεές, φινεὲς ὑιὸς τοῦ ἐλεάζαρ. ἐλεά-
ζαρ ὑιὸς τοῦ ἀαρὼμ, τοῦ ἱερέως δηλονότι. ἀαρὼν ὑιὸς τοῦ
ἀμράμ, ἀμράμ τοῦ καάθ, καάθ τοῦ λευὶ, λευὶ τρίτος
ὑιὸς ἰακώβ, ἰακὼβ δὲ ἀδελφὸς μὲν ἡσαῦ, παῖς δὲ τοῦ
Ισαὰκ, ὑιὸς τοῦ ἀβραάμ. Hoc eſt. Sũt ne alij quo
rum genealogia non tradita ſit apertè, Danie
lis, Sidrach, Miſach, Abdenago, & Eliæ, quo-
rum parentes in diuinis ſcripturis nullibi in-
ueniuntur. In traditionibus tamen maiorum
Danielis patrem appellatum fuiſſe Sabram
legimus. Eliæ vero generatio ſic habet. Elias
Thesbites habuit fratrem Iodae ſacerdotem,
ex quo manifeſte colligitur fuiſſe ipſum ex
ſacerdotali genere progenitum, erat Elias A-
chimaam filius, & Achimaam vero Sadoci,
Sadoc verò Achitobi, filij Amoriæ, Amo-
rias filius erat Moriæ, Morias vero Zazæ,
filij Aziæ, Azias ipſius Phinees filius Elea-
zari, Eleazar filius erat Aaron ſummi ſacer-
dotis. Aaron filius erat ipſius Amrã, Amrã
ipſius Caath, Caath verò Leui, Leui verò ter-
tius erat ex filijs Iacob. Iacob quidem frater
erat Eſau, & Iſaac filius, qui erat filius
Abraham. De tribus pueris ad hunc mo-
dum ſcribit. φύσιν δὲ τῶν τριῶν παίδων, σεδράχ,

Numerorũ 25.

Danielis pater quis.

Eliæ generationis ſeries.

Trium puerorum maiores ignoti

μισὰκ, ἀβδεναγὼ, οὐδὲ ἐν ἀποκρύφοις, οὔτε ἐν πα-
ραδόσεσιν εὕρομεν. Hoc eſt. Patres natura-
les trium puerorum, Sidrach, Miſach, Ab-
denago, nec in reconditis libris nec in tra-
ditionibus vnquam inuenimus. Lege eun-
dem in libro de vitis patriarcharum. Apud
Romanos etiam aliquorum Illuſtrium viro-
rum patres nunquam cogniti ſunt, vt Cato-
nis & Marij, vt inquit Ælianus lib. 12. Variæ
hiſtoriæ.

Ad generationem Chriſti enarrandam ac
ceſſuri, vt ordine claro & expedito progre-
diamur, oportet hac diſtinctione vti, ex Theo
philacto deſumpta (in comment. epiſtolæ
ad Rom. capit. 1. in huius loci expoſitione.
Qui natus eſt ex ſemine Dauid ſecundum
carnem.) dicenti. Hic perſpicue duas gene-
rationes ob oculos ponit Paulus, per hoc
quod ait, de filio ſuo, (hoc eſt Deo,) ſuper-
nam generationem, per hoc autem quod ap-
ponit ex ſemine Dauid, inferiorem hanc hu-
manam, intelligens. Item Hieronym. Mat-
th. 1. Duplex eſt generatio. prima diuinita-
tis, de qua Iſaias ait. Generationem eius quis
enarrabit? alia eſt humanitatis, qua Chriſtus
carnem aſſumpſit, de hac ait Matthæus. Li-
ber generationis Ieſu Chriſti. A carnalibus
autem cœpit euangeliſta, vt per hominem,
Deum dicere incipiamus. Item Iſaiæ. 53. in
expoſitione huius loci. Generationem e-
ius, ait. Hoc dupliciter intelligitur. Aut
enim de diuinitate eius accipiendum eſt,
quod impoſsibile ſit diuinæ natiuitatis noſ-
ſe myſteria. De qua ipſe loquitur in Pro-
uerbijs. Ante omnes colles generauit me.
Iuxta illud quod alibi legimus. Quis co-
gnouit ſenſum Domini, id eſt nullus. Aut
de partu virginis, quod difficulter poſsit ex-
poni. Denique cum Mariæ diceretur ab an-
gelo. Concipies & paries filium. Illa reſpon-
dit. Vnde mihi hoc, quia virum non co-
gnoui? Cui rurſum angelus, Spiritus ſan-
ctus veniet ſuper te, vt vel ab Angelo vel
ab euangeliſta tantum natiuitatis huius
ſacramenta dicantur. Cuius narrator ra-
riſsimus eſt, ſecundum illud. Quis ſapiens
& intelliget hæc? Auguſt. quoque lib. 2. de
coſenſu euangeliſtarum ca. 1. ait Matthæus
in exordio ſuo ſatis oſtendit generationem
Chriſti ſecundum carnem ſe ſuſcepiſſe narrã
dam. Secundum hanc quidem Chriſtus filius
hominis eſt, quod etiam ipſe ſe appellat, com
mendans nobis quid miſericorditer digna-

Duplex Chriſti generatio.

Iſaia. 53.

Locus Iſaiæ expoſitus.

Prouer. 8.

Oſea. 14.

 tus

Digitized by Google

tus ſit eſſe pro nobis. Nam illa æterna generatio, ſecundum quam filius Dei vnigenitus eſt ante omnem creaturam, quia omnia per ipſum facta ſunt, ita ineffabilis eſt, vt de illa à propheta dictum intelligatur. Generationem eius quis enarrabit? Deniq; Chryſoſto. ho. 2. in Matt. ait. Duplex eſt facta generatio, prima huic noſtræ ſimilis, altera noſtram naturam eminenter excedens. Quod enim natus ex fœmina eſt, nobis competit, quod verò non ex ſanguine, nec ex voluntate viri aut carnis, ſed ex Spiritu ſancto, aliam nobis ſublimiorem futuramque generationem prodit, quam nobis ex ſpiritu gratuito conferet. *Ioann. 1.*

Maiores Chriſti, à primo parente vſque ad ipſum, ſexagintaduo ſupputantur, quos ſummatim enumerat Epiph. libr. 3. aduerſus hæreſes. ca. vlti. quod inſcribitur. Σύντομος ἀληθὴς λόγος περὶ πίστεως καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. ait, ἑξήκοντα καὶ δύο γενεαὶ καὶ πατριάρχαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Χριστοῦ ἐμφέρονται διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν ἐντελεστέρων ἀνδρῶν, πρὸς τὸν θεὸν τὴν γνῶσιν ἐσχηκότων, ἢ δι' ἑτέραν τινὰ ἀρετὴν τὴν βασιλικήν τε δόξαν καὶ ἐμβρίθειαν μετεσχηκότων, ὁ καταλόγος τοῦ ἀριθμοῦ ἐμφέρεται ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. καὶ γὰρ γενεαὶ παρεληλύθασιν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Νῶε δέκα καὶ ἀπὸ τοῦ Νῶε ἄχρι τοῦ Ἀβραὰμ ἄλλαι δέκα, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι Δαβὶδ γενεαὶ ιδʹ. ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας, γενεαὶ ιδʹ. καὶ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ ιδʹ. ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἄχρι Χριστοῦ ἑξήκοντα δύο γενεάς. αἱ τινες ἑξήκοντα διὰ τὴν συντομίαν ἠρίθμηνται. καὶ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἑβδομήκοντα δύο στελεχῶν φοινίκων ὑπαρχόντων, ἑβδομήκοντα ἡ γραφὴ ὠνόμασε. καὶ εἰς τὸ ὄρος προσκεκλημένων ἑβδομήκοντα, ἑβδομήκοντα δύο εὑρίσκονται σὺν τῷ Ἐλδὰδ καὶ Μωδάδ. καὶ ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνεύσαντες ἐπὶ Πτολεμαίου. διὰ δὲ τὴν συντομίαν, εἰώθαμεν λέγειν τῶν ἑβδομήκοντα τὴν ἑρμηνείαν. Hoc eſt, ab Adam vſque ad Chriſtum ſexaginta duas generationes decurriſſe legimus, nimirum tot quot patriarchæ, qui aut eximia ſanctitate, aut regni dignitate pollebant, extiterunt. Nam ab Adam vſque ad Noe decem ſupputantur generationes, à Noe ad Abraham vſque totidem, ab Abraham vſque ad Dauid generationes. 14. à Dauid vſque ad Babylonicam captiuitatem quatuordecim ſimiliter, à captiuitate vſque ad Chriſtum. 14. Atque ita ſi ab Adam vſque ad Dauid omnes generationes ad ſummam reuocemus, ſexagintaduas inueniemus generationes, quas tamen ſexaginta ſcriptura vocauit, breuitatis curam gerens, veluti in deſerto. 72. erant palmæ, & 70. tantum ſupputantur, & ſeptuaginta ſenes in montem aſciti ſunt, cum eſſent ſeptuagintaduo cum Elad & Modad, ſub Ptolemæo ſeptuaginta duo numerantur interpretes fuiſſe, & ob breuitatem conſueuimus appellare interpretationem ſeptuaginta. Aut vt ex eodem Epiphanio libr. 1. contra hæreſes. tom. 1. & ex Ancyroto, colligi poteſt, ad hunc modum iſtæ ætates aut generationes poſſunt ſupputari.

Ab Adā vſque ad Noe decem ſunt generatiōnes, à Noe ad Abrahā decem generationes.

Num. 11.

Ab exordio mundi vſque ad diluuium deuolutæ ſunt decem generationes, ex quibus ſeptimum locum occupat Henoch, de quo dicitur in epiſtola Iudæ, Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam Henoch. illorum ſeries ſic diſponenda eſt. Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathuſala, Lamech, Noe. Iſtæ decem generationes ad Diluuium vſque pertingunt; & iuxta Ioſephum, lib. 1. Antiqui. ca. 4. amplectuntur duo millia annorum, & ſexcentos & 56. Verum iuxta Epiphanium. lib. 1. aduerſus hæreſes, parum poſt principium. Numeros annorum iſtarum generationum eſt, duo millia annorum & ducenti ſexagintaduo anni. Iſtæ enumerationes multum inter ſe diſſident. ob corruptionem quæ in libris Græcorum & Latinorum inoleuit. De qua re diſputat Augu. lib. 15. de Ciui. ca. 10. & S. Euche. in Gen. Volo tamen in ſtudioſorum gratiam vniuerſas generationes mundi in quatuor ſtatus diuiſas, percurrere, ex eodem Epipha. in citatis locis, qui ſic ſe habent.

Decē generationes à Noe ad diluuiū vſq; Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Peleg, Reu, Sarug, Nachor, Thare Abraham.

Primus ſtatus hominum incipiens à creatione mundi, ad diluuium vſque peruenit, & vocabatur Barbariſmus, eo quod nulla lex eſſet tunc diuina hominibus lata aut promulgata. *Mundi barbariſmus.* Secundus ſtatus à diluuij tempore vſque ad Babylonicæ turris ædificationem, & adhuc ad Serug vſque protenditur, qui poſt turris ædificationem duas vixit generationes. Hic ſtatus appellatus fuit Scythiſmus, qui hinc nomen traxit, quod illi qui tunc viuebant à diluuij inundatione fugientes, & in loco tuto ſe recipientes, ex Armenia profecti ſunt, & vtramque Scythiam occuparint. *Scythiſmus* Tertius ſtatus à Serug vſque ad Abraham, vocatus fuit Græciſmus, in illo idolorum cultus repertus eſt, non quidem ex lapide & auro factorum, ſed penecillo in parietibus de pictorum. *Græciſmus.* Nam parum poſt à Thare

Aug. arbitrat Thare inſignu pietatis fuiſſe virum lib. 16. de ciui. dei. c. 13. de hoc lib. 10. Reg. 21.

Iudaiſmus.

à Thare Abrahæ parente, qui figulinam artem exercebat, ex luto ſimulacra facta ſunt, Deinde Abraham Iudaiſmi fecit initium, viceſima ab orbe condito generatione, hi poſtea mutato nomine Hebræi, deinde Iſraelitæ vocati ſunt, poſtquam Iacob angelo ſuperato, Iſrael ſibi & poſteris, nomen inuenit. His ſtatibus, quartus anguſtior & excellentior ſucceſsit, nempe Iudæorum ſpiritualium, qui circuncisionem præferunt non in carne ſed in ſpiritu. Hi ſtatim Galilęi, ſuccedente tempore à Chriſto redemptore, Chriſtiani vocati ſunt. Hæc ſtatuum diſtributio poteſt ex Paulo ad Col. 3. elici. inquit enim. Vbi (id eſt in noua creatura) non eſt gentilis & Iudæus, circunciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber. & ad Rom. 1. Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum. Sapientes vocat Iudęos, inſipientes vero Scythas.

Cur euãgeliſta recenſent Chriſti generationem.

Quæres fortaſſe, quo conſilio ducti euãgeliſtæ, generationũ ſeriem inſtituerint recenſere. Huius rei cauſam affert Chryſoſto. ho. 4. in Matthæ. his verbis. Vt, videlicet, ex enumeratione generationum, ſtudioſum auditorem excitent ad temporum ſupputationem, oſtendentes hunc eſſe Chriſtum à prophetis prædicatum. Cum enim generationum numerum percurreris, & didiceris, ipſum eſſe qui ante promiſſus eſt, facile ſuſcipies, quod in Chriſti natiuitate accidit. In annorum itaque enumeratione admonet auditorem, vt credat, quod ille ſic quem patriarcha Iacob promiſit, affuturum, deficientibus ex Iuda principibus. Quem etiam Daniel poſt illas hebdomadas venturum eſſe prædixit. Quod ſi aliquis illos annos, qui in hebdomadarum numero Danieli ab angelo numerati, ab inſtauratione Ieruſalem voluerit ſupputare, & ad ipſius natiuitatem numerando deſcẽdere, videbit hos Matthæi annos, illis qui à Daniele ſignati ſunt, conuenire.

Geneſ. 49.

Hebdomadarum initium iuxta Chryſoſto.

Cur Matt. non narrauit continẽter 42. generationes.

Cur Matthæus neglexit complecti omnes Chriſti generationes ſub quodam certo numero, & integro, ſed illas in tres partes diuiſit. Qua de re Chryſoſto. hom. 4. in Matth. ad hunc modum ſcribit, omnium generationum ſeriem in tres partes diuiſit Matthæus, oſtendens quod nec mutatis quidem politijs, ille vnquam populus ſit melior effectus. Sed ſiue Ariſtocratiæ, ſiue regno, ſiue oligarchiæ pareret, in eadem morum prauitate permanſerit. Et neque cum ducum, neque cum regum, neque cum ſacerdotum poteſtate regeretur, ad ſtudium virtutis acceſſerit. Item in 2. opere titulo Chryſoſt. in Matthæ. ho. 1. in huius loci expoſitione, omnes ergo generationes, &c. ſic legimus ſcriptum. Quum potuiſſet euangeliſta breuiter numerum generationum explicare, dicens, ab Abraham vſque ad Chriſtum generationes ſunt. 42. qua ratione ter generationes præcidit, & in tres partes diuiſit, per generationes quatuordecim: Quia ter completis. 14. generationibus, mutatus eſt Iudæis reipublicæ ſtatus. Ab Abraham enim vſque ad Dauid fuerunt ſub iudicibus, à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, ſub regibus, à tranſmigratione vſque ad Chriſtum, ſub Pontificibus. Hoc ergo vult monſtrare, quoniam ſicut ſemper ter completis quatuordecim generationibus, mutatus eſt hominum ſtatus, ſic completis quatuordecim generationibus, à tranſmigratione vſque ad Chriſtum, neceſſe eſt à Chriſto mutari ſimiliter hominum ſtatus, quod & factum eſt. Poſt Chriſtum autem iam non ſub iudicibus multis, nec ſub regibus multis, nec ſub Pontificibus multis ſumus. Sed omnes generationes ſub vno Chriſto & iudice & rege & pontifice factæ ſunt, quia trium illorum ſtatuum ſolus habuit dignitatem. Vnde quoniam & Iudices & reges & Pontifices, per ter, tres Chriſti dignitates præfigurabãt, ſemper principia eorum in figura fuerũt Chriſti. Primus iudicum Ioſue. Primus regum Dauid. Primus pontificum Ieſus filius Ioſedech. Hos in figura Chriſti fuiſſe dubitat nemo. Qua ratione quadraginta duæ generationes ponuntur Chriſti, ſecundum carnem naſcentis in mundum. Reſpondet. Quadragintaduo enim, ſex ſeptimanarum numerus eſt. Sex autem numerus, operis & laboris eſt, quoniam in ſex diebus natus eſt mundus, qui poſitus eſt in labore, opere & dolore. Conuenienter ergo Chriſti naſcentis in mundum ad laborem & dolorem, quadraginta duæ generationes ponuntur, myſterium continentes operis & laboris. Hæc ille. De ſanctis illis, qui typum domini præferebant, dictum eſt à nobis cum agebamus de nominibus diuinis & de citationibus & allegorijs & quæ dicenda de illis ſuperſunt ſuis in locis à nobis differentur.

Ioſue.
Dauid.
Ieſus filius Ioſedech.

Numerus ſenarius laboris eſt.

Deinde quæro, cur hi duo patres Chriſti, nempe Abraham & Dauid potiſsimum electi ſunt, vt in generationum capite conſtituerent-

tueren-

Digitized by Google

Cur origo generatio-nũ ab Abrahã & Dauid petita ſit.

tuerentur. Ideo, (vt dicitur homil. 1. ſecundi operis titulo Chryſoſto. in Matth.) Abrahæ & Dauid Chriſtus vocatur filius, quia Chriſtus tres dignitates erat habiturus, regis, prophetæ, & ſacerdotis. Abraham enim duas habuit dignitates. Propheta enim fuit & ſacerdos. Sacerdos, ſicut Deus dicit ad illum. Geneſ. 15. Accipe vaccam triennem. Propheta ſicut ait dominus ad Abimelech de illo. Propheta eſt, & orabit pro te. Rex autem fuit, ex Dauid ducens originem. Ideò ergò amborum filius nominatus eſt, vt vtriuſque patris triplex dignitas, originali iure cognoſceretur in Chriſto, aut vt Chryſoſto. ait, ſecunda in Matthæum homilia Ideo iſti duo primo ponuntur loco, quia erant maximè memorabiles. Ille quidem quod rex & propheta. Hic verò quòd propheta & patriarcha, aut iuxta Hieronymum Matth. 1. ideo cæteris prętermiſsis horum filium Chriſtum nuncupauit, quia ad hos tantum facta eſt de Chriſto promiſsio, vt etiam ait Euthy. in procœmio Matt.

Dauid præponit in generatione à Matth. ipſi Abrahæ.

Cur, ex his duobus viris, Dauid qui multo recentior, & ætate minor fuit quàm Abraham, primum locum occupauerit, & poſt illum, Abraham ſequatur. Quia. (vt ait Chryſoſto. homil. 2. in Matth.) omnium ore verſabatur Dauid, tam ob inſigne honoris & gloriæ, quàm ob ipſius quoque temporis ſpatia iunctiora. Et ſi enim vtrique promiſerat Deus, ſed illud quaſi antiquum, reijciebatur, hoc vero quaſi recens, ab omnibus celebrabatur. Vnde Iudæi Ioa. 5. dicunt, Nõne ex ſemine Dauid, & Bethlehem caſtello (vnde erat Dauid) venit Chriſtus. Et omnes Chriſtum filium Dauid vocabant. Et Ezechiel ait. Protegam ciuitatem iſtam, propter Dauid ſeruum meum. Secundam addu cit cauſam, quare Dauid primo loco ponatur, auctor ſecundi operis titulo Chryſoſto. in Matth. Homi. 1. Quia, inquit, cum propoſitum eſſet euangeliſtæ ex Abraham generationem domini numerare, ſi prius dixiſſet eũ filium Abrahæ, poſtea autem Dauid, neceſſe habuit iterum reuerti ad Abraham, & in ipſo loco biſeum numerare. Et ſumpſit niſallor auctor ille ex Hierony. Matth. 1. cuius hæc ſunt verba. Filij Dauid, filij Abraham. Ordo præpoſterus, ſed neceſſario commutatus. Si enim primo poſuiſſet Abraham, & poſtea Dauid, rurſus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis ſeries texeretur. Additur tertia ratio

Præponitur Dauid. Abrahæ ne generationis cõtextus interrũperetur.

in illo ſecundo opere, cur primo loco ſit Dauid cõſtitutus. Quia regni dignitas maior eſt quam naturæ. Nam & ſi Abraham præcedebat tempore, Dauid præcedebat dignitate. De hac re nonnulla ſcripſimus in titulo de ordine narrationis ſcripturæ.

Diximus ſuperius ad hos duos viros promiſsiones eſſe factas ac Chriſtum ex illorum ſemine eſſe naſciturum. Sed quæres quibus in locis hoc pollicitus illis ſit dominus. Primo Pſalm. 131. Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, & Pſalm. 88. Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit, & thronus eius vt ſol in conſpectu meo, & Iſaias. Egredietur virga de radice Iſai, & flos de radice eius aſcendet, & Lucas & Mattheus demonſtrant Ioſeph è ſtirpe Dauid deſcendiſſe. Facta fuit Abrahæ etiam promiſſio. Geneſ. 20. in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Ad hos duos potiſsimum viros facta eſt à Deo promiſsio, vt intelligamus illas promiſsiones iam eſſe adimpletas in euangelio.

Primo tres euangeliſtæ de generatione carnali, & deinde Ioannes de æterna diſſerit.

Quæro quod fuerit inſtitutum euangeliſtarum in enarratione generationis Chriſti. Tres, (inquit Theophy. ad Roma. 1. ca.) euãgeliſtæ de ortu ac generatione Chriſti ſecundum carnem meminerunt, vt ab hac traducant auditores ad ſupremam illam generationem, de qua Ioannes diſſeruit. Siquidem & ipſe dominus, primum viſus eſt homo, deinde cognitus eſt Deus. Et rurſum in procœmio Euangelij Ioannis ait. Ioannes, quæ nullus alius euangeliſta, nos docuit, ea ipſe intonare auſus eſt. Nam cum alij occupati fuiſſent in carnali ſubſtantia Chriſti explicanda, nihilque clarè dixiſſent de ſubſtantia eius, quam ante ſecula habuit, metuebatur, ne putarent Chriſtum tunc primum ſubſiſtere cœpiſſe, quando ex Maria natus eſt. Ideò Ioãnes de ſuperna generatione tractat: quamuis interim incarnationem verbi nõ relinquit intactam. Dicit enim. Verbum caro factum eſt.

De numero generationũ à Matth. deſcriptarum

Quot ſint generationes ab Abraham vſque ad Chriſtum Hierony. ad hunc colligit modum, in libro manſionum ad Fabiolam, in procœmio illius. Sicut manſiones deſerti à prima vſque ad vltimam ſunt quadraginta duæ, ita generationes de quibus Matth. loquitur, ſunt. 42. Ab Abraham vſq; ad Dauid gene-

Digitized by Google

generationes. 14. à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis. 14. generationes, à transmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim, id eſt, ſimul generationes. 42. Per has currit verus Hebræus, qui de terra feſtinat tranſire ad cælum, & Ægypto ſeculi derelicta, terram promiſsionis ingreditur. Nec mirum ſi in illo numeri ſacramento peruenimus ad regna cælorum, ſub quo dominus à priori Patriarcha peruenit ad virginem, quaſi ad Iordanem, quæ pleno gurgite fluens, Spiritus ſancti gratijs redundat. Has generationes ſic Anſelmus partitus eſt. Omnes, inquit, generationes diuiduntur in tres teſſareſcedecades. Prima eſt ab Abraham vſque ad Dauid, ita quod Dauid ibi includitur, ſecunda à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis, ita quod Dauid ibi non includitur, ſed in tranſmigratione ſub ea continetur. Tertia eſt à tranſmigratione vſque ad Chriſtum, in qua ſi dicamus Iechoniam bis numeratum, tranſmigratio incluſa eſt. De hoc Anſelmi dicto poſtea videbimus.

Deinde videndum in quo differat Matthæus à Luca in enarratione generationum. Qua de re hæc tradit Orige. hom. 28. in Lucam. Non æquè ab euangeliſtis natiuitatis Chriſti ordo narratur, Matthæus enim incipiens natiuitatis illius ſeriem texere, ab Abraham, vſque ad id peruenit, vt diceret. Chriſti autem Ieſu generatio ſic erat. Et deſcribit nō enim qui baptizatus eſt, ſed qui venit in mundum. Lucas vero exponens natiuitatem eius non à ſuperioribus ad inferiora deducit, ſed cùm baptizatum ante dixiſſet, vſque ad ipſum peruenit Deum. Nec eædem perſonæ ſunt in generatione eius, quando deſcendere dicitur, & quando aſcendere. Qui enim fecit eum è cælis tibi deſcendentem, mulieres non quaſlibet, ſed peccatrices, & quas ſcriptura reprehenderat, introducit. Qui vero baptizatum narrat nullius mulieris fecit mentionem. In Matthæo ergo nominãtur Thamar, quæ cum ſocero fraude concubuit. Et Ruth Moabitis, nec de genere Iſrael, & Raab, quæ vnde ſumpta ſit ſcire nequeo, & coniux Vriç quç violauit mariti thorum. Quia enim dominus noſter ad hoc venerat, vt hominum peccata ſuſciperet, & eum qui non fecerat peccatum, pro nobis peccatum fecit Deus. Propterea deſcendens in mundum aſſumpſit peccatorum hominum ac vitioſorum perſonam, & naſci voluit de ſtirpe Salomonis & Roboam,

Ab Abrahã cœpit Mat. quia illi promiſsio facta prius.

Matth. 1. c.

Lucae. 3. c.

Thamar.
Ruth.
Raab.
Bethſaba.

quorum delicta conſcripta feruntur, & de cæteris, è quibus multi fecerunt malum in conſpectu Dei. Quando verò de lauacro conſcendit, & ſecundus ordo deſcribitur, nō per Salomonem ſed per Nathan naſcitur, qui eius arguit patrem ſuper Vriæ morte & ortu Salomonis. Sed in Matthæo verbum Genero. as, adiungitur, in Luca penitus ſiletur. Sic enim ait Matthæus. Abraham genuit Iſaac. Iſaac genuit Iacob, & Iacob genuit Iudam & fratres eius, Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar, & vſque ad finem, genuit, ſemper apponitur. In Luca verò vbi de lauacro conſcendit, Ieſus filius dicitur. Sicut putabatur filius Ioſeph. & in tam multa ſerie nominum, excepto quod putabatur filius Ioſeph, generationis nomen ſcriptum non eſt. In Matthæo non eſt ſcriptum incipiebat, in Luca vero quia de baptiſmate conſcenſurus erat, legitur, incipiebat, ſcriptura referente. Et erat ipſe Ieſus incipiens. Quando enim baptizatus eſt, & myſterium ſecundæ generationis aſſumpſit, vt tu quoque priorem natiuitatem deſtruas, & in ſecunda regeneratione naſcaris, tunc dicitur incepiſſe. Auguſtinus quoque libro. 2. de conſenſu euangeliſtarum. capit. quarto de eadem re, ſic diſſerit. Ad hunc mundum venientem regem Chriſtum Matthæus ſuſcipiens, exorſus eſt ab Abraham, & enumerauit quadraginta homines. Ab ipſa enim gente Hebræorum cuius caput eſt Abraham, Chriſtus venit in carne. Cum enim quater denas generationes tribus Matthæus diſtinxiſſet articulis dicens, ab Abraham vſque ad Dauid generationes. 14. à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, alias. 14. totidemque alias, vſque ad natiuitatem Chriſti, non tamen eas deduxit in ſummam, vt diceret fiunt omnes quadraginta duæ. Vnus quippe ex illis progenitoribus, bis numeratur, id eſt Iechonias, à quo facta eſt quædam in extraneas gentes deflexio, quando in Babyloniam tranſmigratum eſt. Vbi autem ordo à rectitudine flectitur, atque vt eat in diuerſum tanquam angulum facit, illud quod in angulo eſt, bis numeratur, in fine ſcilicet prioris ordinis, & in capite ipſius deflexionis. Et hoc ipſum iam præfigurabat Chriſtũ à circuncisione ad præputium migraturum, & hinc atque hinc vtriſque in ſe credentibus, tanquam lapidem angularem futurum. Sic iam non. 42. quod faciunt ter quatuordecim, ſed propter v-

num

Reges impij in generatione Chri.

Incipiens Chriſt⁹, quã dicitur.

Cõtra receptã opinio. hæc loquitur Auguſt.

Ex ignorãtia linguæ Hebraicæ hæc inquit, de quo ſtatim.

Digitized by Google

num bis numeratum,quadraginta vna generationes fiunt,ſi & ipſum Chriſtum annumeremus,qui huic regendæ vitæ noſtrę terrenę tanquam numero quadragenario regaliter præſidet.quem ad iſtam mortalitatem nobiſcum participandam,quia deſcendentem voluit ſignificare Matthæus,ideo & ipſas generationes ab Abraham vſque ad Ioſeph, & vſque ad ipſius Chriſti natiuitatem deſcendendo commemorauit ab initio Euangelij ſui.Lucas autem non ab initio euangelij ſui, ſed à baptiſmate Chriſti generationē narrat, nec deſcendendo,ſed aſcendendo tanquā ſacerdotem in expiandis peccatis,magis aſsignans,vbi eum vox de cælo declarauit,vbi teſtimonium Iohannes ipſe perhibuit dicens. Ecce qui tollit peccata mundi. Aſcendendo autem tranſit ad Abrahā & peruenit ad deū, cui mūdati & expiati reconciliamur. Merito &* adoptionis originem ipſe ſuſcepit, quia per adoptionem efficimur filij Dei,credendo in filium Dei.Per carnalem generationem filius Dei potius,propter nos filius hominis factus eſt.ſatis autem demōſtrauit, non ſe ideo dixiſſe,Ioſeph filium Eli,quod de illo genitus, ſed quod ab illo fuerit adoptatus, cum & ipſum Adam filium Dei dixerit, cum ſit a Deo factus,ſed per gratiam (quam poſtea peccato amiſit) tanquam filius in paradiſo conſtitutus ſit.Quapropter in generationibus Matthæi,ſignificatur noſtrorum ſuſceptio peccatorum à Chriſto.In generationibus autē Lucæ ſignificatur abolitio noſtrorū peccatorū à Chriſto.Ideo eas ille deſcendens narrat, iſte aſcendēs. Proinde Matthæus ab ipſo Dauid per Salomonem deſcen dit,in cuius matre ille peccauit. Lucas vero ad ipſum Dauid per *Natham aſcendit,per quē prophetā, Deus peccatū ipſius expiauit.Ipſe quoque numerus quem Lucas exequitur abolitionem indicat peccatorum. Quia enim Chriſti aliqua iniquitas,qui nullam habuit, non eſt vtique coniūcta cum iniquitatibus hominū,quas in ſua carne ſuſcepit,ideo numerus penes Matthæū, excepto Chriſto, eſt quadragenarius. Quia verò nos ab omni peccato expiatos, Deo coniungit,ideo in eo numero qui eſt penes Lucā,& ipſe Chriſtus à quo incipit enumeratio,& Deus ad quem peruenit, conumerantur, & fit numerus. 77. quo ſignificatur omnium prorſus remiſsio & abolitio peccatorum.Vnde dominus fratri peccanti non ſolum ſepties,ſed ſeptuagies ſepties,dicit remittendum eſſe peccanti.Nec fruſtra hic numerus ad peccatorum pertinet emundationem. Denarius tanquam iuſtitiæ numerus,decem præceptis legis oſtenditur. Porrò peccatum eſt legis tranſgreſsio,& vtique denarij numeri tranſgreſsio, vndenario figuratur. Et quia vniuerſum tempus, ſeptenario numero dierum voluitur, conuenienter vndenario ſepties multiplicato ad numerum. 77. cuncta peccata perueniunt.In quo numero etiā fit plena peccatorum remiſsio,expiante nos carne ſacerdotis noſtri, à quo nunc iſte numerus incipit,& conciliante nos Deo, ad quem nunc iſte numerus peruenit per ſpiritum ſanctum,qui in columbæ ſpecie, in hoc baptiſmo,vbi nunc iſte numerus commemoratur, apparuit.Deniquè Euthy.in prooœmio Matt. ait. Matthæus cum ad eos qui ex circunciſione erant,ſcriberet,non altius quam vſque ad Abraham genealogiam reduxit, ſed ab hoc principio ſumpto, vſque ad Chriſtum deſcendit,oſtendens ſolum,quod ex ſemine Abraham & Dauid natus eſſet,ſecundum promiſſa ad illos facta. Nihil enim æquè eos delectabat,qui ex Iudæis crediderant, atque audire quod ex ſemine Abraham & Dauid, natus eſſet Chriſtus.Lucas verò perfectam tradit generationem, infernè magis ab ipſo inchoans Chriſto,& ad ipſum vſque Adā aſcēdens, vt demonſtraret, quot generationibus ſeparatus ſit nouus Adam à veteri, & ſuper quot generationes regnauerit peccatum.Differentia igitur rerum demonſtratarum, differentiam facit demonſtrantium. Si quidem Matthæus Abraham neceſſario faciens mentionem,ab hoc merito deſcendit ad Chriſtū, cuius genealogia deſcribitur.Lucas vero qui ad huiuſmodi neceſsitatem mentionis Abrahæ faciēdę nō inducebatur,neceſſario à Chriſto inchoans,quid apud Hebræos conſuetū eſſet diligenter exquiſiuit, & iuxta id quod exquiſierat,genealogiam contexuit. & rurſum Lucæ.6. ea. ait. Lucas à Chriſti natiuitate inchoans ſermonem reduxit ad eius diuinitatem, demonſtrans Chriſtum vt hominē quidē cœpiſſe,vt Deū vero carere principio.

*Hoc retractauit poſtea Aug.nā Chriſtus eſt filius dei naturalis, vt docet S.Th. 3par.q.23 articu.4.

*2. Ret. c. 16.ait dicere debui p cuius nominis prophetā cū alter fuerit, qui hoc nomine vocabatur.

Annotatio.

AVguſtinus libr.2.de conſenſu euangeliſtarum.capi.2. quem modò citauimus, videtur à recepta doctorū aſſertione abhor-

ruiſſe

ruiſſe,cum ait,quadraginta generationes,tan
tum à Diuo Matthæo fuiſſe numeratas. &
hunc ſecutus Beda lib. 1. ſuper Lucam. cap.
10. Nam aiunt Iechoniam bis numeratum
fuiſſe. Quibus Hiero. Matthæi. 1. reſpondet,
inquiens. Iechonias bis ponitur apud Mat-
*Fortè ſecū da, legendū
thæum. Si voluerimus Iechoniam in fine *pri
mæ Theſſaradecadis ponere, in ſequenti non
erunt quatuordecim, ſed tredecim. Sciamus
ergo Iechoniam priorem ipſum eſſe, quē &
Ioakim, ſecundum autem filium non patrem,
quorum prior per kim, ſequns per ch. & n.
ſcribitur, quod ſcriptorum vitio apud Græ-
cos Latinoſque confuſum eſt. Et iterum in
Danielis comment. capit. 1. ait. Nemo putet
eundē in Danielis principio eſſe Ioakim, qui
in Ezechielis exordio Ioachin ſcribitur. In
Daniele enim in extrema ſyllaba kim habet
Iehoiakim, illic chin Iehoiachin. Et ob hanc
cauſam in Euangelio ſecundum Matthæum,
vna videtur deeſſe generatio, quia ſecunda
τεσσαραδεκάς in Ioakim deſinit, filio Ioſiæ, &
Prophyrius
tertia incipit à Ioachin filio Ioakim. Quod
ignorans Porphyrius, calumniam ſtruit ec-
cleſiæ, ſuam oſtendens imperitiam, dum euan
geliſtæ Matth. arguere nititur falſitatē, & ex
hoc loco Hiero, deſumpſit Chriſtianus Dru-
thmari. Ideo verior eſt credenda Hier. ſuppu
tatio dicentis. 42. generationes à Matth. fuiſ
ſe numeratas. quam Augu. Hoc ſentiūt Theo
phy. & Euthymius, & auctor. 2. operis in Mat
thæ. titulo Chryſo. homi. 1. & ipſe Auguſti.
non videtur abhorrere ab hac ſententia in li.
quæſt. in Gene. quæſt. 121. Si hanc ſolutionē
Hiero. intellexiſſet auctor ille ſecundi operis
in Matthæ. titulo Chryſo. ho. 1. quem tamen
Auctor ſecūdi operis in Matth. titu. Chryſo. notatus.
latinè ſcripſiſſe arbitror, nunquam dixiſſet
fuiſſe eundem Iechoniam, qui in primo & ſe-
cundo loco collocatur, ait enim. Iechonias
iſte, (qui eſt filius quidem Ioachim, nepos au-
tem Ioſiæ, ſublato patre ſuo Ioachim de nu-
mero regum, ipſe poſitus eſt pro eis quaſi fi-
lius Ioſiæ) & bis nominatur in Euangelio, ſe-
mel quidem ante tranſmigrationē, videlicet
pro numero. 14. Iterū autē nominatur poſt
tranſmigrationem, quaſi pro numero primo,
hoc modo, Ioſias genuit Iechoniam, videlicet
decimus quartus. Iechonias autem poſt tranſ
migrationem Babylonis genuit Salathiel, vi-
delicet quaſi primus. Et inuenitur hic Iecho-
nias duorum numerum habere, patris ſui &
ſuum. Hic enim Iechonias cum eſſet vnus,
duas habuit conditiones, fuit enim & rex an
te tranſmigrationem, & rex conſtitutus à po
pulo Dei, factus eſt autem priuatus poſt tranſ
migrationem, quaſi ductus captiuus. Ideò
ante tranſmigrationem quidem computa-
tur inter reges quaſi rex, poſt tranſmigra-
tionem computatur inter priuatos, vt pri-
uatus, nec obeſt quod filius Ioſiæ dictus eſt,
cum ſit nepos, quoniam & nepotes rectè fi-
lij appellantur. Similiter ratio illa, quæ ab
Auguſtin. allata eſt, facilè labefactari poteſt.
Præterea quod dicit Auguſtin. eodem loco.
quod Natham ille qui in generatione po-
nitur à Luc. fuerit propheta qui reprehen-
dit Dauid de adulterio. 2. Reg. 12. falſum
videtur. Nam tunc nullum filium ex Bethſa
bee progenuerat Dauid. lege. 1. Paralipo.
capit. 3. & Damaſce. lib. 4. capit. 15. & Augu.
2. Ret. cap. 16.

Deinde videtur quod à captiuitate Baby-
lonica vſque ad Chriſtum non ſunt deuolu-
tæ generationes. 14. imo ſi res altius expen-
datur, nec tredecim reperientur. Cui quæſtio
ni ſic reſpondet Euthy. in proœmio in Mat-
thæo. In tertia, inquit, parte, Matt. duodecim.
ponit perſonas, & ait quatuordecim eſſe ge-
nerationes. Ideo quia ipſum tranſmigratio-
nis tempus in ordine generationis ponit, & ſi-
militer ipſum Chriſtum, ſicut magnus docet
Chryſoſt. Conſentit Theophy. in comment.
Matthæi cap. 1. Vbi, inquit, ſunt à demigra
tione Babylonica vſque ad Chriſtum gene-
rationes. 14. cum tredecim tantum perſonæ
reperiantur? ſi quidē mulier in genealogia recē
ſeretur, poſſemus & Mariā connumerare, &
cōplere numerū, nunc autē mulierē diximus
ad genealogiā nō pertinere, quomodo igitur
dicitur hoc? dicunt quidam, quod demigratio
nē poſuerit, ceu perſonę ordinē occupantem,
& Chriſ. ho. 4. in Matt. quærit, qua ratione in
vltima generatione cū. 12. ſolū poſuiſſet gene
rationes, quatuordecim eas eſſe memorat? Mi
hi videtur captiuitatis tempus in generatio-
num ordine collocaſſe, & ipſe Chriſtus, vnius
numerum generationis implere.

Porrò hęc à veritate longè abſunt. Nec mi
rum eſt illos ſcopum non attigiſſe, cum lin-
guæ Hebraicæ ſubſidio deſtituerentur, ex
cuius cognitione facilè erat percipere Ioa-
chim ſecundæ & tertiæ teſſaradecadis nō eū
dem eſſe. Et ideo accedamus ad Hierony. ſen
tentiam dicentem Matt. 1. Numera à Iecho-
nia vſque ad Ioſeph. & inuenies generatio-
nes tredecim, quartadecima ergo generatio
o in

Digitized by Google

in ipſum Chriſtum reputabitur.

Cur in ſecunda generationum ſerie à Matthæo enarrata à Dauid vſque ad tranſmigrationem in Babylonem, quatuordecim generationes numerantur, cum iuxta hiſtoriæ veritatem ſint decem & ſeptem? De qua quæſtione ſic diſſerit Orige. capit. 1. comment. in epiſto. ad Roma. in huius loci expoſitione. Deſtinatus fillus Dei. Quæſtio eſt, quomodo Chriſtus deſcendat ex ſemine Dauid? quē conſtat non eſſe ex Ioſeph natum, in quem ſeries ex Dauid deſcendentis generationis adducitur. Reſpondetur à noſtris, quod Maria deſponſata erat Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Secundum legem ſine dubio contribuli ſuo & cognato coniuncta eſt, & quamuis dicatur ab angelo ad eam, Eliſabeth cognata tua & ipſa peperit filium in ſenectute ſua, Eliſabeth autem ex filiabus Aaron eſſe dicitur, tamen affirmabitur à noſtris, quod cognationis nomen non ſolum ad contribules, ſed ad omnes qui ſunt ex genere Iſrael poſsit aptari. Vnde Paulus de omnibus ſimul dicit. Qui ſunt cognati mei ſecundum carnem. Verum quam hæc ſint valida, probato qui legis. Nobis hæc intelligenda ſecundum allegoricam rationem videntur, ſecundum quod nihil obeſt, quod Ioſeph pater Chriſti dicitur cum omnino non ſit eius pater. Quia in generationibus, à Matthæo refertur, quod Ioſaphath genuit Ioram. Ioram genuit Oziam. In quarto autem Reg. libro ſcriptum eſt, quod Ioram genuerit Ochoziam, & Ochozias genuerit Ioas, & Ioas genuerit Amaſiam, Amaſias verò genuerit Azariam, ipſum qui interdum Ozias nominatur, & Azarias genuerit Ioatham. Hic ergo Ozias qui & Azarias, cum tertio Regum lib. dicatur Amaſiæ eſſe filius, à Matthæo filius Iorę ſcribitur, tribus in medio generationibus prætermiſsis. Cuius rei diſſertio non ſecundum hiſtoriam, ſed ſecūdum ſpiritualem intelligentiam conſtat, quæ non eſt nunc nobis in tranſitu pulſanda. Interim ſufficit nobis ad eos qui aduerſantur reſpondere, quod ſicut Ieſus, Ioſeph filius eſſe dicitur, ex quo non eſt generatus, & Ozias genitus ex Ioram, ex quo non eſt genitus, ita ex ſemine Dauid ſecundum carnem Chriſtus poteſt accipi, vt quicquid rationis in Ioram aliquis protulerit & in Ioſeph, hoc & in Dauid ſuſcipiendum dicamus. Hactenus Origenes: cuius ſententia omnino reijcienda eſt, prout ex ſupradictis in hoc cap. ſatis conſtat. Item Hieron. Matth. 1. ait. Matthæus inquit Ioram genuit Oziam, Ozias genuit Ioatham. At in. 4. Regum volumine legitur, de Ioram Ochoziam fuiſſe generatum, quo mortuo, Ioſabeth filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ, tulit Ioas filium fratris ſui, & eum internecioni quæ exercebatur ab Athalia, ſubtraxit, cui ſucceſsit in regnum filius eius Amaſias, poſt quem regnauit Azarias eius filius, qui appellatur & Ozias, cui ſucceſsit Ioatham filius eius. Cernis ergo quod ſecundum fidem hiſtoriæ, tres reges in medio fuerint, quos Matthæus prætermiſit. Ioram quippe non genuit Oziam, ſed Ochoziam & reliquos quos commemorauimus. Verum quia Euangeliſtæ propoſitum erat tres teſſaradecades in diuerſo temporum ſtatu ponere, & Ioram generi ſe miſcuerat impijſſimæ Iezabel, idcirco vſq; ad tertiam generationem eius memoria tollitur, nec in ſanctę natiuitatis ordine ponitur. His ſimilia verba leges apud Chriſtianum Druthmari, & apud Hilarium, canone. 1. in Matth. & apud Anſelmum Matth. 1. Item Ioſias genuit Ioacim, Ioacim, Iechoniā. 4. Reg. 23. 24. Iechonias hic & 1. Paraliti. 3. ſic vocatur. Sed. 4. Reg. 24. Ioachin.

Filius.

Præterea non immerito quæritur, cur multo plures perſonæ aſſumantur ad Chriſti generationem contexendam à Luca quam à Matthæo. Auguſtinus hanc quæſtionem ſic diſſoluit in lib. q. in Geneſ. q. 121. inquiens. Non eſt mirum quod numerantibus in Gene. 36. ab Abraham per Eſau patrem gentis Edom, atque per Rahuelem filium Eſau, & Zaram filium Rahuelis, & Iobab filium Zara, cui Iobab ſucceſsit in regno Balach, qui primus in terra Edom rex fuiſſe commemoratur, vſque ad vltimum regem quem potuit nominare Moyſes, plures generationes inueniuntur quam numerantur ab Abraham per Iacob vſque ad Moyſen. Nam illis inueniuntur ferè duodecim, hic autem vſque ad Moyſen ferme ſeptem. Fieri enim potuit, vt ideo ibi plures numerarentur, quia citius moriendo plures alter alteri ſucceſſerunt. Sic etiam contigit, vt aliorum ordinem ſequens Matthæus ab Abraham vſq; ad Ioſeph quadraginta duas generationes enumeret, Lucas autem in ordine alio numerās generationes, non per Salomonem ſicut ille, ſed per Nathan, ab Abraham

Mutat ordinem regū Aug. quem tenuit Moſes. Gen. 36

Additis.20 ſunt.75.

braliam vſque ad Ioſeph quinquaginta quinque numerat.In illo quippe ordine vbi plures nominātur,citiùs mortui ſunt, quam vbi pauciores.

Cur ſicut Babylonicæ captiuitatis meminit Matthæus,non etiam deſcenſus in Ægyptum?Reſpondet Chryſoſt.homi.4. in Matthæ. Quia Ægyptios non amplius timebant Iudæi, Babylonios verò expaueſcebant adhuc.Et quod illud quidem eſſet antiquū, hoc verò recens & nuper factum. Adde quod illuc quidem non propter peccata abducti erant,huc vero ob ſcelera tranſlati erant.

Dauid cur ſolus rex vocetur.

Quæro cur ſolus Dauid rex vocetur, cum dicitur,Genuit Dauid regē,cùm multi alij eadem pollerent dignitate. Quia primus fuit rex ex tribu Iuda.aut quia primus rex fuit ex illis qui aſſumuntur ad ſeriem generationum contexendam. Aut ita eum cognominauit Matthęus volens inſinuare,quod patriarcharum ordo ad regalem dignitatem conſcenderit,cui ordini,per Abrahā (qui promiſsiones accepit)regnum immutabile,& nulli viciſsitudini obnoxium promiſſum erat.

Lege S.Th. 3.par.q.31 Ar.3.ad.5

Cum in generationum ſerie vnus ſemper ab vno quoque, ſucceſſor ponatur, ſtudioſè obſeruandum eſt, quando plures ponantur ſucceſſores,quam ob cauſam eos ponere euāgeliſta ſtatuerit ait Euthy. Non fruſtra plurium fit additio, ſed ſtatim cauſa perquirenda eſt.Fratrum ſiquidem Iudæ,Matthæus fecit mentionē,quia vnus erat Iſraeliticus populus ad duodecim radices relatus, qui ſunt 12.filij Iacob,& videntur etiam hi quaſi progenitores Chriſti nuncupari,tanquā qui tribuum Iſraelitici generis principia ſunt à quo Iſrael natus eſt Chriſtus.Hactenus Euthy. in procœmio Matth. Et poſt parum addit, Ideo fratrum Iudæ fecit mentionem,vt de primogenitoribus euelleret iactantiam. Quatuor e-

Nobilitas generis de qua lib.10 regula.21.

nim ex illis ex ancillis Iacob nati ſunt, & tamen nulli eorum generis obfuit differentia, omnes namque ſimiliter, & patriarchæ fuerunt & capita tribuum.Item Anſelmus,Matthæi.1.Cum Abraham, inquit, plures filios habuerit, cur ſolum Iſaac ponit Matthæi, & cum Iſaac genuiſſet Iacob & Eſau, quare de ſolo Iacob meminit, cum ipſos fratres Iudæ cum ipſo Matth.in generatione computauerit? Ideo videlicet, quia Iſmaēl & Eſau non permanſerunt in cultu Dei, fratres verò Iudæ,in populo Dei ſunt computati, & figura fuerunt duodecim Apoſtolorum.

Cur dixerit Matth.genuit Iudam & fratres eius.

Præterea Chryſo.ho.3.in Matth.ait. Cur cum dicit Matthæ. Iſaac genuit Iacob, nec eius fratris mentionem fecit, ad Iacob autem veniens Iudam & fratres eius annumerat? Quidam propter Eſau malignitatem. Sed ſi hoc verum eſt; cur peccatrices fœminas numerauit?Hic fulget gloria Chriſti, non quia magnos habet progenitores, ſed quia viles. Cauſa ergo eſt, quia nihil commune habebant cum Iſraëlitis, Sarraceni. Iſmaelitæ & Arabes, & quotquot ſunt ex illis patribus procreati.Ideo illos reticuit feſtinans ad eos, ex quibus naſcitur Chriſtus, & vnde propagatur populus Iudęorum. Adhuc etiam quæ-

Refellitur Ambro. de Zarā ſentētia

ro cur Euangeliſta Matthæus ſcripſerit, Phares Zaram de Thamar,cum Zaram ad Chriſti generationem non pertineat,iuxta omnes ſcriptores eccleſiaſticos,vno Ambroſio dempto,ſuper Lucam qui arbitratur Chriſtum deſcendiſſe,nō tantum à Phares ſed à Zara. Cō-

Euthymius

tra quem ſic ſcribit Euthy.in procœmio Mat. Enumerat euangeliſta duos fratres Phares & Zaram, ſolum tamen Phares accepturus erat euangeliſta in genealogia,vt pote per quem ad Dauid genus procedebat.Nunc vero cum ipſo etiā Zaram poſuit,vt typum gereret populi Chriſtiani. Siquidē Phares Iſraelitici populi typus erat,ſicut Zara,primùm quidē manū efferens retraxit eā, deinde Phares egreſſo,tū & ipſe integre exiuit.Ita quoq; vitę euāgelicæ, pars quidē tēporibus Abrahæ apparuit, qua retracta,proceſsit legalis,& poſt hāc perfectè apparuit euangelica.Igitur non fruſtra Zara eſt aſſumptus.Quid tamē ortus iſtorum duorum fratrum portenderet,explicant ſancti doctores.Hi præſertim.Theophy.Mat. 1.Chryſoſt.homil.3.in Matthæ, & Hieron. Michęæ.2.& in epiſto. ad Gala.cap.3.verſus finem. Abroſius.lib.1.de Cain.cap.1.&.2.& lib.3.ſuper. Lucā.& in.2.opere titulo Chryſoſt.in Matth.homil.1.

Thamar. Raab.Ruth Vxor Vriæ.

Quæro pręterea cur Thamar.Raab,Ruth, vxoris Vriæ euangeliſta meminerit, cum eſſent tū alienigenæ,tū etiā peccatrices,omiſsis ſanctiſsimis & lectiſſimis fœminis, Rebecha, Lia & Rachel.Hanc quæſtionem ſic diſſoluit

Hieronym.

Hiero.ſuper Mat.inquiēs. Notādū in genealogia ſaluatoris nullam ſanctarū aſſumi mulierum,ſed eas quas ſcriptura reprehendit,vt

Vid.D.56. cap.Dñs.

qui propter peccatores venerat, de peccatoribus naſcens omniū peccata deleret. Vnde Ruth,Moabitis ponitur, & Bethſabee vxor Vriæ.Et Chriſti. Druth. Peccatrices mulie-

Digitized by Google

res memorantur ab euangeliſta Mat. in Chri
In Decretis ſtigeneratione. Vt oſtendat illum pro pec-
Chriſtian' catoribus de muliere natum. Et Vrias de alie-
Druthmari nigenis erat, non de Iudæis. Qui quamuis bo
nus eſſet, expreſsit typum diaboli, cuius con-
iugio erat prius copulata eccleſia, quam Chri
ſtus concupiuit, cum vidit illam lauãtem, hoc
eſt ſemetipſam à ſordibus ſeculi per lauacrum
dam purificantem. Addit Anſelmus aliam ra
tionem, quæ eſt huiuſmodi. Hoc fecit euange
liſta, vt oſtenderet Chriſtum non ſolum ori-
ginem duxiſſe ex Iudæis, ſed etiam ex genti-
Matth. 2. bus, non de iuſtis ſolum, ſed etiam de pecca-
Anſelm. toribus. Vnde agnus paſchalis præcipitur in
lege, non ſumi de ouili, vbi tantum ſunt oues,
ſed ex illo vbi ſunt oues & capræ, quia naſci-
turus erat de iuſtis & peccatoribus. Item Eu-
Euthy. thy. in proœmio Matth. ait. Non ab re Mat-
thæus meminit quatuor mulierum, ſed quia
Thamar illicite nupta erat, vt poté ſocero ſuo
coniuncta, Raab autem meretrix erat, Ruth
alienigena, vxor Vriæ adultera, quemadmo-
dum ipſarum docent hiſtoriæ. Adduxit autẽ
eas in medium, vt manifeſtum fieret, Chriſtũ
non erubuiſſe ab huiuſmodi deſcendere pro
genitoribus, quorum vnus quidem ex illicitè
nupta natus erat, ille verò ab adultera. Ne-
que enim virtuti dedito, nocet progenitorum
iniquitas. Quiſq; enim ex proprijs operibus,
non alienis, probus iudicatur aut improbus.
Nam ob id venit Chriſtus, non vt noſtra fu-
geret opprobria, ſed vt ea ſuſciperet, ſuiſque
virtutibus perimeret. Vt medicus namq; ad-
uenit Chriſtus, non vt iudex. Alia vero cau-
ſa, eo quod Iudæi, virtutis, quæ circa animum
verſatur, nulla habita cura, de progenitori-
bus plurimum gloriabantur. Reprimit tumo
rem ipſorum, oſtendens etiam illos ex illegi-
timis natos nuptijs, ob hanc cauſam fratrum
Iudæ meminit. Quatuor enim ipſorum ab an
cillis Iacob nati ſunt, & tamen nulli eorum,
generis differentia obfuit: omnes namq; ſimi
liter patriarchæ fuerunt, & capita tribuum.
Tertia vero cauſa eſt, quod mulieres illæ fue-
runt figura eccleſiæ quæ ex gentibus congre
gata eſt. Hæc ille. Hanc vltimam rationem at
tulit quoque Theophy.

Quod Hieron. & cæteri ſancti aſſeuerant,
(Ideo ſolas mulieres illaudatas in generatio-
ne Chriſti poni, vt Chriſtus ex peccatoribus
naſcens, peccata mundaret orbis,) aliquibus
non ſatis arridet. Nam vt ipſe ait Hiero. ideo
tres reges excluduntur à generatione Chri-
ſti, quia Ioram à cuius ſtirpe illi deſcendebãt,
ſe miſcuit filiæ impijſsimę Iezabelis, ideo filij
eius vſq; ad quartam generationem de genea
logia Chriſti auferuntur. Ideo alij dicunt has
mulieres fuiſſe recenſitas, eo quod eſſent vxo
res minus principales & ſecundariæ, non
quia bonæ vel malę. Nam primas vxores enu
merare, opus non erat, cum viro nomina-
to, vxor quę eius eſt corpus, intelligatur fuiſ-
ſe recenſita.

De ſtirpe Raab nihil cõpertum habemus,
nec exploratum, adducemus tamen quod
antiqui ſcriptores ſcriptum reliquerunt. Ori-
genes quidem homil. 28. in Lucam ait. Raab
vnde ſumpta ſit, ſcire non valeo. Auctor ſe-
cundi operis titulo Chryſoſt. in Matth. hom.
1. ait. Raab dicitur meretrix de Iericho, quæ
ſuſcepit exploratores, & cum quærerentur
à rege Iericho, vt occiderentur, abſcondit eos
in ſuperiori parte domus ſuæ. Theophyla.
quoque ſub dubio loquitur. Raab, inquit, pu *Ioſue. 2.*
tant quidam ſcortum, quod exploratores
Ieſu Naue ſuſcepit, ſeruauitq́ue ſuos, & ſer-
uata eſt ipſa. Denique Hebræi dicunt mini-
mè fuiſſe meretricem, ſed cauponam, ad quã
exploratores ſe contulerunt, vt famem ſe-
darent, & vires reficerent. Sed hæc ſenten-
tia falſa eſt prout conſtat ex Paul. ad Heb. 11.
& Iacobi. 2. Item quare nomen matris Salo-
monis non exprimitur à diuo Matthæo,
cum Raab, Thamar & Ruth inſerantur no-
mina? Quia hæ tres ſupradictæ licet crimi-
noſæ fuerint, partubus tamen filiorum, per
quos currit genealogia, non ſolum culpari,
ſed etiam laudari meruerint. Hæc verò adul-
terio & homicidio perpetrato, Dauid regi ge
nuit filium, in tantum culpabili matrimonio,
vt merito videatur in ſaluatoris genealogia
omitti. Aut ne quis arbitraretur propter
peccatum Dauidis à Dei promiſsione exci-
diſſe. Atque ad id innuendum Matth. non tã
tum nomen Salomonis exprimit, ſed eun-
dem ex adultera natum inquit. Hanc ob cau-
ſam putant in Pſalmo dixiſſe. Vt iuſtificeris
in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris.
Iuſtus vtique fuit dominus dum Dauid pro
miſſa ſeruauit. Nam cum homines arbitraren
tur, Deum ei adempturũ benedictionem, ob
inſignem tamen pænitentiam, quod pollici-
tus eſt, præſtitit, ne poſthac de Dei miſericor
dia diffidamus. Aut vt ait S. Thom. 3. part. q.
31. ar. 3. ad. 5. Vxor Vriæ proprio nomine nõ
ponitur, ſed nomine viri deſignatur, tũ ꝓpter
peccatum

Digitized by Google

peccatum ipſius, quæ fuit adulterij & homici dij conſcia, tum etiam vt nominato viro peccatum Dauidis ad memoriam reuocetur. De peccatricibus mulieribus Lucas ſiluit, quia Chriſtum deſignare intendebat vt peccatorum expiatorem.

Quid ſignificet quod ait Matth. in tranſmigratione Babylonis, rectè exponit Euthymius, inquiens, circa tempus tranſmigrationis in Babylonem, ſicut male Anſelmus, qui ait, in tranſmigratione, ideſt, ad hoc vt tranſmigrarent.

Item Lucas in enarratione generationum, ait. Qui fuit Sela. qui fuit Cainã. Qui fuit Arphaxad. At nomen & generatio Cainam, vt ait Beda. lib. 1. in Lucam. cap. 3. iuxta Hebraicam veritatem, nec in Geneſi, nec Paralipomeno inuenitur. Sed Arphaxad, Sela, vel Sale filium, nullo alio interpoſito genuiſſe perhibetur. Sic enim habes. Porro Arphaxad vixit triginta annos & genuit Sale. Item in Paralip. Arphaxad genuit Sela, qui & ipſe genuit Heber. Scito ergo Lucam hanc generationem de. 70. interpretum editione ſumpſiſſe, vbi ſcriptum eſt quod Arphaxad centum &. 35. annorum genuerit Cainã, & ipſe Cainan cum centum triginta fuerit annorum genuerit Sala. Sed quid horum ſit verius, aut ſi vtrumq; verũ eſſe poſsit, Deus nouerit. Nos admonemus lectorem tantam inter vtroſq; codices in ſerie temporum eſſe diſcrepantiã, vt à diluuio vſq; ad natiuitatem Abrahæ in Hebraica veritate anni. 292. In. 70. interpretum tranſlatione. mille. 77. reperiantur comprehenſi. Forte. 70. per recapitulationem addiderunt, vt Matth. in ſecunda ſerie tres generationes amputauit. Hactenus Beda, ſed ſine dubio generatio Cainan ponenda eſt, prout ponitur à B. Luca.

Præterea in quæſtionẽ vertitur cur Mat. & Eſdræ liber, dicant Iechoniam filium fuiſſe Ioſię, Ioſias, inquit Mattheus, genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. At. 4. reg. 23. &. 2. Paralip. 36. tres Ioſię filij, ponuntur, Ioachaz, Ioacim qui & Eliacim vocabatur, & Sedecias, qui & Matthatias dicebatur. A Ioachaz dicunt deſcendiſſe Iechoniam. Dicendum quod quem illi Ioachaz dixerunt, Matthæus Iechoniam appellat, binomyus enim erat ſicut fratres ſui. Nam quæcunque in libro Regum & Paralipomeno dicuntur, illa omnia Eſdræ liber de Iechonia dixit. Nempe quod matrem habuerit Hamital filiam Ieremiæ. & quod viginti trium annorum erat, cum regnare cœpiſſet, & tribus tantum menſibus regnauit. Igitur alius fuit Iechonias filius Ioachaz, cuius fratres nullus liber poſuit. Veriſimile eſt poſt quam Ægyptij à Nabuchodonoſor rege Babylonis fugati ſunt, tranſlatum eſſe & Iechoniam in Babylonem & in ea genuiſſe Salathiel. Ioſias, inquit Matthæus, genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Certè hos ante Iudæorum in Babyloniam tranſmigrationem Ioſias genuerat. Ideo intelligamus, in tranſmigratione pro eo quod eſt, circa tempus tranſmigrationis. Meminit quoque fratrum eius, eo quod omnes ipſi ſimiliter regnauerunt, & pariter à Nabuchodonoſor captiui in Babylonem tranſlati ſunt.

Præterea ait. Matth. Salathiel genuit Zorobabel, Zorobabel genuit Abiud. Sed. 1. Paralipo. 3. dicitur. de Phadia orti ſunt Zorobabel, & Semei, Zorobabel genuit Roſellam. Nos dicimus quod Abiud alio nomine dicitur Moſellam. Deinde cum dicitur in Paralipo. quod Zorobabel fuit filius Phadię filius accipitur pro nepote frequentiſsimè in ſcripturis. nam dicere eundem eſſe, longè abeſt à vero. Anſelmus tamen ſuper Matthæum; poſtquam multorum ſentẽtias recitauit, hæc addit. Salathiel & Phadaia eundem eſſe arbitror, quaſi binomyum, vel Salathiel & Phadaia fratres eſſe, & filios eiuſdem nominis habuiſſe, & hiſtoriographum ſecutum generationem Zorobabel filij Phadaia, non Zorobabel filij Salathiel. *Filius pro nepote.*

Annotandum eſt etiam quod Iudas genuit Phares & Zaram antequam ſe in Ægyptum conferrent Hebræi. In Ægypto verò genuit Phares Eſrom, qui alio nomine vocatur Iephone. 1. Paralipome. capi. 4. & Eſrom, Aram, qui alio nomine in libro. 1. Paralip. dicitur Ram, vt dicit Philippus presbyter libr. 3. ſuper Iob. c. 1. & Aram, Amminadab, Aminadab, Naaſom, & cum Moyſes eduxiſſet eos ex Ægypto, Naaſom fuit dux ſub Moyſe in tribu Iuda per deſertum, in quo genuit Salmon, qui mortuo patre fuit princeps in tribu Iuda, qui cum Ioſue in terrã promiſsionis intrauit, qui duxit vxorem Raab meretricẽ, quæ exploratores recepit. Nam filij Iſrael obſederunt Iericho, & ſeptimo die ad clangorẽ tubæ, muri eius corruerunt, ac Raab quæ poſuerat coccinum in feneſtra, ſaluata eſt cum

tota domo, hanc poſtea duxit Salomon. Iſte genuit in terra promiſsionis ex Raab, Booz, Booz genuit Obeth, ex Ruth, Obeth genuit Dauid, vt ex libro, qui, Ruth inſcribitur, conſtat, & omnes generationes quæ à Matthæo enumerantur, poſſunt cognoſci ex lectione ſcripturarum, exceptis illis quæ ex Abiud ad Ioſeph vſq; protenduntur, quas in nulla hiſtoria inuenire poteris, ni fallit memoria.

Ioſephi generatio cur cõtexta eſt.

Præterea, quare Matthæ. Ioſephi narrat generationem, & non matris Dei, cum nihil ſit commune Ioſeph & Chriſto ſine ſemine nato. Cui quæſtioni Ambroſ. libr. 3. ſuper Lucam reſpondet, inquiens. Conſuetudo eſt ſcripturarum ſemper viri originem quærere, ſic enim habes apud Matth. Phares genuit Eſron, Eſron genuit Aram. Similiter Ioſeph magis quam Mariæ generatio deſcribitur, cum Maria de Spiritu ſancto Chriſtum genuerit, & Ioſeph à Chriſti generatione videatur alienus. Viri enim perſona quæritur, quæ etiam in ſenatu & in reliquis curijs ciuitatum aſſerit dignitatem. Quam deforme autem, ſi relicta viri origine, origo fœminæ quæreretur, vt videretur patrem non habuiſſe, ille totius mundi vocibus prędicandus. Hiero. quoque Matthæ. 1. ait. Quum Ioſeph non ſit pater ſaluatoris; quid pertinet ad dominum generationis ordo deductus vſq; ad Ioſeph? Reſpondebimus primùm, non eſſe conſuetudinis ſcripturarum, vt mulierum, in generationibus, ordo texatur. Deinde ex vna tribu fuiſſe Ioſeph, & Mariam, vnde ex lege eã accipere cogebatur, vt propinquam, & quod ſimul cenſentur in Bethlehem, vt vna videlicet ſtirpe generati. Hoc idem dicit Eucherius in. q. in Matth. & Chriſti. Druthmari. Matth. 1. Præterea Damaſce. lib. 4. c. 15. ait. Non fuit mos Hebræis, nec ſcripturæ diuinæ, genealogias texere mulierum. Nam lex fuit, tribum non deſponſare ex alia tribu. Sic Ioſeph ex tribu Dauid deſcẽdit, vt ex eius ſceptro Chriſtus deſcenderet. Cum ergo euangeliſta oſtẽdat Chriſtum deſcendiſſe ex Ioſeph, ſatisfactum eſſe putandum eſt. Item Anſelmus. Ioſeph duxerat Mariam lege cognationis, & ita per Ioſeph probatur Maria de genere Dauid. Item perrexit cum Ioſeph in Bethlehẽ, vt profiteretur quod de domo Dauid erat. Et angelus ait de Chriſto. Dabit illi Deus ſedem patris ſui. Theophyl. ſimiliter Matthæ. 1. Lex, inquit, erat. Numero. 36. mulierum genealogiam apud Hæbræos non ponere. Propterea euangeliſtæ virginis genealogiam non ponunt. Sed poſita genealogia Ioſephi, & huius genealogia intelligitur. Erat enim lex nõ ducendam vxorem; ex aliena tribu, nec ex aliena familia, hoc eſt cognatione, ſed ex ſua familia, ne poſſeſsiones transferrentur ex vna tribu in aliam. Atque ideo quia talis erat lex, manifeſtum quod Ioſeph genealogia poſita, genealogiam ponat matris Dei. Nam ex eadem plane tribu & familia erat mater Dei. Nam ſi non fuiſſet quomodo ei deſponſata, & ſumpſit ex Chryſoſto. homil. 2. in Matth. At dices, Dauid fuit ex tribu Iuda, & Ioſeph, & Maria erat ex tribu Leui, quia erat cognata Eliſabeth quæ erat ex filiabus Aaron. Cum ergo Ioſeph, non ſit Chriſti pater, oportebat genealogiam Mariæ enarrare non Ioſeph. Reſpondet Auguſt. libr. 2. de conſenſu euangeliſtarum cap. 2. inquiens, firmiſsimè tenendum eſt carnem Chriſti ex vtroque genere propagatam, & regum ſcilicet & ſacerdotum, in quibus perſonis apud illum populum Hebræorum etiam myſtica vnctio figurabatur, id eſt, chriſma, vnde Chriſti nomen elucet, tanto ante etiam illa euidentiſsima ſignificatione pronunciatum, & Auguſt. lib. 23. contra Fauſtum ait. Cum Matthæus dicat, virum Marię eſſe Ioſeph, & Chriſti matrem virginem eſſe, & Chriſtum eſſe ex ſemine Dauid. Quid reſtat niſi credere Mariam non fuiſſe extraneam à cognatione Dauid, & eam Ioſeph coniugem non fruſtra appellatam, propter animorũ confœderationem, quãuis ei non fuerit carne cõmixtus, & quod potius propter dignitatem virilem, ordo generationum vſq; ad Ioſeph perducitur. Sic ergo nos credimus, Mariam fuiſſe de cognatione Dauid, quia ſcripturis credimus, quæ vtrumq; dicunt, & Chriſtum ex ſemine Dauid ſecundum carnem, & eius matrem Mariam, quæ cum viro non concubuit. & Sanct. Thom. 3. parte. quæſtione. 31. articulo. 2. ad 2. ex Gregorio Nazianzen. mutuo accipiens, ait nutu ſuperno contigit, vt regium genus ſacerdotali ſtirpe iungeretur, vt Chriſtus, qui rex eſt & ſacerdos, ab vtriſque naſceretur ſecundum carnem. Vnde Aaron primus ſacerdos ſecundum legem, duxit ex tribu Iuda coniugem Eliſabeth filiam Aminadab. Sic etiam potuit fieri vt pater Eliſabeth habuerit vxorem de ſtirpe Dauid, ratione cuius Maria fuit de ſtirpe Dauid, eſſet Eliſabeth cognata. Aut èconuerſo, pater

Generatio mulieris nõ digeritur in ſcripturis.

ſo, pater

ſo, pater Mariæ de ſtirpe Dauid exiſtens, vxorem habuit de ſtirpe Aaron, aut ſicut ait Auguſt.libro.26.contra Fauſtum. Si Ioachim pater Mariæ de ſtirpe Aaron fuit, credendum eſt, quod mater Ioachim fuerit de ſtirpe Dauid, vel etiam vxor eius, ita vt per aliquem modum Mariam dicamus fuiſſe de ſtirpe Dauid. & Epipha.libro tertio, in hæreſi Antidicomarianorum, ait. ἡ μαρία κατὰ δύο τρόπους συγγενὴς ἐτύγχανε τῆς Ελισάβετ, ἐπειδήπερ αἱ δύο φυλαὶ συνήπτοντο μόναι πρὸς ἀλλήλας, ἥτε βασιλικὴ τῇ ἱερατικῇ, καὶ ἡ ἱερατικὴ τῇ βασιλικῇ. ὥσπερ καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ Ναασὼν ὁ ἀπὸ τοῦ ἰούδα φύλαρχος λαμβάνει τὴν Ελισάβετ θυγατέρα Ααρὼν ἑαυτῷ γυναῖκα. Hoc eſt Maria, duobus modis erat cognata Eliſabeth, quoniam duæ tribus, regalis & ſacerdotalis interſe coniunctæ erant. Sic in Exodo Naaſon dux tribus Iuda, nupſit Eliſabeth Aaron filiæ.

Vides quomodo quando narrauit Matthæus generationem Ioſeph, narrauit Mariæ generationem, quia erant ex eadem tribu & cognatione. Differt tamen Matth. à Luca, quod ille narrat generationem naturalem Lucas verò legalem, quæ à nobis qualis ſit interpretanda eſt, & exorditur ad hunc modũ generationis enarrationem. Qui fuit Eli, qui fuit Matthan. Qui, ſubintellige filius. Nam Eli filius fuit Matthan. Aliqui tamen receptam expoſitionem nituntur labefactare, non inſulſe, vt arbitror, qui dicunt, à Matthæo quidem Ioſeph generationem numerari, à Luca verò, Mariæ coniugis eius, ad hunc modum. Ieſus qui putabatur filius Ioſeph, qui fuit, nempe gener, Eli, id eſt, Eliacim, qui eſt idem cum Ioachim, nomine decurtato, qui Eli fuit Matthat, ſcilicet, filius, & ita nomen filius in tota generatione ſubauditur. Si hoc verum eſt, videndum eſt quomodo ſtare poſſint quæ tradunt eccleſiaſtici ſcriptores, nempe Euſebius.lib.1.hiſto.cap.7.& Aug.lib.2.c.7.&.2.de conſenſu Euangeliſtarum.cap.3.& Damaſce.lib.4.c.15. quorum verba à nobis recitabuntur ſtatim.

Eli ſocer Ioſeph.

¶Vt tandem totam hanc de generatione carnali Chriſti, materiam abſoluamus, oportet nonnulla de generatione naturali & legali, vt à ſanctis patribus accepimus, tradere. De quibus Damaſce.lib.4.cap.15.ſic ſcribit. Lex erat viro moriente ſine prole, fratrem huius defuncti, coniugem ſibi nuptijs copulare, & ſuſcitare ſemen fratri. Quod igitur partu edebatur ſecundum naturam, ſecundi, id eſt, illius qui genuit, erat, ſecundum verò legem, eius qui obierat diem. Ex ſerie igitur Nathan filij Dauid, non propheta qui reprehendit illius peccatum, Leui genuit Melchi. & Panthera. Panther genuit Barpanthera, ſic ab eodem nominatum. Hic Barpanther genuit Ioacim, Ioacim genuit ſanctam Deiperam. Ex ſerie Salomonis filij Dauid Matthan duxit vxorem ex qua genuit Iacob, mortuo autem Matthan, Melchi qui erat ex tribu Matthan filius Leui, frater verò Pantheris, nupſit vxori Matthan, matri quidem Iacob, genuitque ex ea Eli. Erant igitur fratres vterini Iacob & Eli. Iacob quidem ex tribu Salomonis, Eli verò ex tribu Nathan. Defuncto autem Eli ex tribu Nathan ſine liberis, accepit Iacob frater eius ex tribu Salomonis vxorem eius, & ſuſcitauit ſemen fratri ſuo, & genuit Ioſeph. Ioſeph igitur natura quidem filius Iacob eſt, ex deſcenſu à Salomone, ſecundum verò legem filius Eli ex Nathan. Itẽ ex Theophyla. Luc.3. ait. Quærunt quidam quomodo Matth. Ioſephum dicat filium Iacob, Lucas autem filium Eli, impoſsibile aĩt eſt, vnum habuiſſe duos patres. Dicunt itaq; ad hoc, quod Iacob & Eli vterini fratres fuerint ex diuerſis patribus, mortuo autem Eli ſine liberis, Iacob eius vxorem duxerit, ex illa procreaturus filios, & ſic dicunt Ioſeph eſſe filium Iacob, natura, filium autem Eli, lege. Iacob enim ipſum natura genuit & verè, deniq; & naturalis filius eius eſt, Eli vero ex lege. Lex enim iuſsit, ſi quis ſine liberis moriatur, vt eius vxor ipſius fratri copuletur, & quod inde naſcatur, mortui eſſe cenſeatur, tametſi natura ſit viuentis. Nec ſunt euãgeliſtæ inter ſe contrarij. Matthæus enim naturalem patrem Ioſeph, deſcripſit. Lucas autem legalem & putatiuum patrem, hoc eſt Eli, vt ambo oſtẽdant, quod propter hoc natus eſt dominus, vt naturam & legem ſanctificet. Item Hieron. Matth. 1. cum dixiſſet Matth. Iacob genuit Ioſeph, ait. Hunc locum obiecit nobis Iulianus Auguſtus de diſſonantia euangeliſtarum, cur Lucas Ioſeph filium vocauerit Eli, Matth. Iacob. Non intelligens conſuetudinem ſcripturarum, quod alter ſecundum naturam, alter ſecundum legem eius pater ſit. Scimus enim hoc per Moyſen Deo iubente præceptum, vt ſi frater aut propinquus abſque liberis mortuus fuerit, alius accipiat vxorem ad ſuſcitandum

Nathan.

Iacob.

Eli.

Iulianus apoſtata.

Deute. 25.

dum ſemen fratris vel propinqui ſui. Super hoc Africanus & Euſebius in libris διαφωνίας εὐαγγελιῶν plenius diſputarunt. Auguſt. tamen paulo ſecus de hac re loquitur. libr. 2. de conſenſu Euangeliſtarũ. ca. 3. inquiens. Quos mouet quod alios progenitores Matth. enumerat, deſcendens à Dauid vſque ad Ioſeph, alios autem Lucas deſcendens à Ioſeph vſq; ad Dauid, facile eſt vt aduertant duos patres habere potuiſſe Ioſeph, vnum à quo genitus, alterum à quo fuerit adoptatus. Antiqua enim eſt conſuetudo adoptandi etiam in illo populo Dei, vt ſibi filios facerent, quos non ipſi genuiſſent. Nam excepto quod filia Pharaonis Moyſen adoptauerat, illa quippe alienigena fuit, ipſe Iacob nepotes ſuos ex Ioſeph natos, adoptauit. Vnde intelligitur Lucas, patrem Ioſeph, non à quo genitus, ſed à quo fuerat adoptatus, ſuſcepiſſe in Euangelio ſuo, cuius progenitores ſurſum verſus commemorat donec exiret ad Dauid. Cum enim neceſſe ſit in vtroque Euangeliſta vera narrante, vt vnus eorum eius patris originem teneret qui genuerat, alter eius qui adoptauerat Ioſeph. Matthæus autem dicens. Abraham genuit Iſaac, &c. In illo verbo genuit perſeuerans, donec in vltimo diceret, Iacob genuit Ioſeph, ſatis expreſsit ad eum patrem ſe produxiſſe originem generantium, à quo Ioſeph non adoptatus, ſed generatus erat. Et libro. 2. q. in euange. quæſt. 5. plures enumerat vias nodum hunc expediendi, inquiens. Quomodo potuit duos patres habere Ioſeph? Aut vnus erat huic Ioſeph naturalis pater, & alter eum adoptauerat, aut more Iudæorum cũ ſine filijs aliquis deceſsiſſet, vxorem eius propinquus accipiens, filium quem genuit propinquo mortuo deputauit, vt cum ab altero alteri genitus eſſet Ioſeph, conuenienter duos patres habere diceretur, aut vnus euangeliſta patrem eius à quo genitus eſt nominauit, alter vero vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus poſuit, cui propter conſanguinitatis vinculum, in filij loco Ioſeph conſtitueretur. Et denique ait. Secunda cauſa infirma eſt. Attamen libro. 2. retracta. capit. 7. ſic retractat quæ alibi ſcripſerat. In libro tertio contra Fauſtum Manichæum, capit. 3. cum ſoluerem quæſtionem, quomodo potuerit duos patres habere Ioſeph, dixi quidem quod ex alio natus, ab alio fuerit adoptatus, ſed genus quoque adoptionis dicere debui, ſic enim ſonat quod dixi, tanquam eum viuus adoptauerit alius pater. Lex autem filios etiam mortui adoptabat, iubens vt fratris ſine filijs mortui duceret frater vxorem, & fratri defuncto ſemen ex eadem ſuſcitaret, quæ profecto de duobus vnius hominis patribus expeditior, ibi redditur ratio. Vterini autem fratres fuerunt, in quibus hoc contigit, vt vnius defuncti qui vocabatur Eli, duceret alter vxorem, id eſt, Iacob, à quo Matthæus narrat genitum eſſe Ioſeph, ſed vterino fratri ſuo eum genuit, cuius filium Lucas dicit fuiſſe Ioſeph, non vtiq; genitum, ſed ex lege adoptiuum. Hoc in eorum literis inuentum eſt, qui recenti memoria poſt aſcenſionẽ domini de hac re ſcripſerunt. Nã etiam nomẽ eiuſdem mulieris quæ peperit Iacob patrem Ioſeph de priori marito Natham, qui fuit pater Iacob, auus Ioſeph ſecundum Matth. & de marito poſteriore Melchi peperit Eli, cuius erat adoptiuus Ioſeph, non tacuit Africanus. Quod cum Fauſto reſponderem non legeram. Sed tamen per adoptionem potuiſſe contingere, vt vnus homo duos haberet patres, dubitare non poterã. Hęc ille. Hieron. & Aug. vtuntur teſtimonio Africani Chronographi antiquiſsimi, ſed oporteret, vt ipſorũ ſcriptis, nonnihil lucis afferremus, ipſius Africani verba in medium proferre, quæ citantur ab Euſebio Cæſarienſi, lib. 1. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. cap. 7. & à Nicephoro eodem volumine, ab illis pete.

Poterit etiã nonnullos turbare, quod Matthæus dixerit, Salathiel filium Iechoniæ, Lucas vero eundem filium Neri vocauerit. Sed Matth. naturalem filium recenſuit, Lucas verò legalem. Hi quidem ducunt genus, Neri quidem ad Nathan filium Dauid. Iechonias verò ad Salomonem filium ſimiliter Dauid, & rurſus vterque ad Dauid.

De generatione æterna nonnulla à me *De generatione æterna filij Dei.*
hoc loco delibanda ſunt, magis vt cœptum ordinem ſeruem, quam quod ſperem aliquid lucis huic rei afferre poſſe. Nam generatio diuina ſupra omnia eſt, ſupra omnes cogitationes aſcendit & ſenſus. Scriptum eſt *Ioann. 6.*
enim. Nemo venit ad patrem niſi per me. Quicquid igitur de patre cogitaueris, non potes de eo aliquid niſi per filium cogitare, nec poteſt vllus ſenſus ad patrem, niſi per filium, tranſire. Hic eſt, inquit Matthæ. fi- *Matth. 17.*
lius meus dilectiſsimus. Eſt, inquit, quod in *Pſal. 118.*
definenter eſt. Vnde & Dauid. In æternum domine

domine permanet verbum tuum in cælo. Quod enim manet, nec ſubſtantia nec æternitate deficit. Illius generationem ſcire homini impoſsibile eſt, mens deficit, vox ſilet, non noſtra tantum, ſed angelorum. Supra poteſtates, ſupra angelos, ſupra Cherubim, ſupra Seraphim, ſupra omnem ſenſum eſt, quia ſcriptum eſt, pax Chriſti, quæ eſt ſupra omnem ſenſum. Si pax Chriſti ſupra omnem
Philip. 4. ſenſum eſt, quomodo non erit tanta generatio? Tu quoque manum ori admoue, ſcrutari non licet ſuperna myſteria. Nam ſi Paulus ea quæ audiuit raptus in tertium cælum, ineffabilia dicit, quomodo nos exprimere poſſumus paternæ generationis arcanum, quod nec ſentire potuimus nec audire? Verum ſi me trahis ad conſuetudinem generationis humanæ, vt patrem dicas priorem. Si ſecundum hominem loquimur, negare non poſſumus, priores eſſe inter homines patres, filijs. Prior creuit, prior ſenuit. Sed audi Dei filium, & eius naturam à noſtra alienam cognoſce. Audis vterum, cognoſce generationis veritatem, audis cor, verbum intellige, audis dexteram, cognoſce virtutem, audis os, cognoſce ſapientiam, non ſunt hæc in Deo corporaliter æſtimanda. Incomprehenſibiliter generatur filius, impaſsibiliter generat pater, & tamen ex ſe generauit, & ante omnem intellectum generauit Deus verus, Deũ verum. Etenim ſi operatio Dei præcipua eſt, quia non manibus operatur aliquid, non labore conficit, non diebus abſoluit (ipſe enim dixit & facta ſunt) cur non credamus præcipuam generationem eſſe eius in filio, cuius præcipuam operationem in operibus eius agnoſcimus? Dignum certe eſt vt ſpecialiter videatur generaſſe filium. Habeat generationis inuſitatè gloriam, quam habet poteſtatis inuſitatè gratiam. Non ſolum admirabilis ex patre generatio Chriſti, ſed admirabilis etiam ipſa generatio eius ex virgine. Quæ & noſtræ generationi eſt diſsi-
Pſalm. 32. milis. Crede ergo vt tibi iuſſum eſt, noli diſcutere. Scriptum eſt enim. Credidit Abraham Deo. Nec ſolum in generatione filij ſermo defecit, ſed etiam in operibus Dei, omnia opera eius in fide. Opera eius in fide, & generatio ſine fide? Dicet aliquis. Quomodo generatus eſt filius, cum ſit ſempiternus, cum ſit ſplendor lucis æternæ. Quia ſimul ſplendor operatur vt naſcitur. Hoc Apoſtoli exemplum eſt. Noli credere (quod fuerit, vel momentum aliquod) quo fuerit ſine ſapientia, Deus, aut ſine ſplendore, lux.

Euſebius. Cæſarienſis. De hac Chriſti generatione ſic ſcribit Euſebius Cæſarienſis, (quamuis in Arrianam hæreſim poſtea fuerit delapſus,) libro. 1. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. cap. 1. Cum duplex ſit conſiderationis Chriſti modus, ita vt alter perinde habeat, atque caput in corpore, quo videlicet Deus eſſe conſideratur, alter verò pedibus rectè conferatur, quo hominem, nobis ſimiliter paſsionibus obnoxium, ſalutis noſtræ gratia induit. Conſtituuntur illinc & nobis legitima eorum, quæ conſequuntur narratio, ſi totius de illo hiſtoriæ expoſitionem ab his exordium fecerimus, quæ doctrinæ huius ſuprema ſunt capita. Ad enarrandum itaque genus, dignitatem, & naturam Chriſti, nullus omnino ſermo ſufficiet, cum Iſaias dixerit. Generationem eius quis Iſaie. 53.
enarrabit? Patrem quippe nemo cognouit, niſi filius, nec ipſum filium digne quis vnquam cognouit, niſi ſolus pater, qui ipſum genuit. Lucem hanc, (mundum & cuncta ſecula præcedentem, intellectualem & eſſentialem ſapientiam, viuentemque, & in principio apud patrem exiſtentem Dei ſermonem, quis nam niſi ſolus pater, ſincere cognouit, qui ante omnem creaturam & opificium eſt, tam inuiſibilium quam viſibilium, qui primum & vnicum Dei germen eſt, & cæleſtis, rationalis immortaliſque exercitus archidux, qui magni conſilij angelus, & arcanæ vocis paternæ exequutor eſt, qui omnia vnà cum patre condidit, qui cum patre omnium eſt cauſa & origo, germanus & vnigenitus Dei filius, omnium eorum quæ genita ſunt, Dominus, Deus & rex, qui eadem diuinitate, potentia & gloria, dominium & imperium à patre accepit. Etenim ſecundum myſticam de illo ſcripturarum Theologiam, in principio erat verbum, & ver Ioann. 1.
bum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum, eſt nihil, &c. Hoc magnus ille Moyſes, tanquam prophetarum omnium vetuſtiſsimus, teſtatur, qui cum diuino afflatus ſpiritu vniuerſi huius conditionem & digeſtionem deſcriberet mundi fabricatorem & opificem omnium Deum, ipſi Chriſto & præterea nemini, diuino videlicet ipſius & primogenito verbo, inferiorum facturam conceſsiſſe, cum que illo de creando homine colloquutum
eſſe

Digitized by Google

eſſe docet. Dixit enim Deus, faciamus hominem, ſecundum imaginem ac ſimilitudinem noſtram. Ad hanc verò vocem alius *Pſalm. 32.* quidam propheta quàm proximè accedit, hoc pacto Deum hymnis celebrans, ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Quibus verbis patrem inducit factorem tanquam vniuerſalem principem regali ſuo nutu præcipientem, verbum verò Dei illi ſecundo loco addidit, non aliud ab eo quod inter nos prædicatur, paternis iuſsibus obſecundantem. Hunc quotquot à prima humani generis origine, iuſtitiæ ac pietatis virtute præditi honeſtè vixiſſe dicuntur, ſiue quæ circa Moyſis magni Dei cultoris, tempora, ſiuè quæ ante illum vixerunt, vt Abraham & filij eius, & quotquot poſterioribus temporibus, iuſti fuerunt, ac prophetæ etiam, repurgatis mentis oculis contemplantes, & cognouerunt, & tanquam filium Dei venerati ſunt competenti honore. Ipſe verò haud quaquam à paterna pietate degenerans, vniuerſis paternæ cognitionis doctor conſtitutus eſt. Hactenus Euſebius, cui non eſt adhibenda fides in eo quod dicit, filium paternis iuſsibus obſecundaſſe, Arrianus enim eſt. Item Clemens papa epiſt. 1. ad Iacobum fratrem domini, ait. Patrem cùm audis, agnoſce quod habeat filium veraciter genitum, ſicut poſſeſſor dicitur, qui aliquid poſſidet, & dominus qui habet cui dominetur. Deus ergò pater, ſecreti ſacramenti vocabulum eſt, cuius verè filius eſt verbum, & ſpeculum, & character & imago viuens, patris viuentis, in omnibus patri ſimilis, eiuſdemque naturæ. In diuinitate genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur quomodo genuit filium, quod & angeli neſciunt, & prophetis incognitum eſt. Vnde illud di- *Iſaia. 53.* ctum eſt. Generationem eius quis enarrabit? Quam ſecretam originem, cum proprio filio, *Deus.* nouit ipſe ſolus qui genuit. Nec Deus à nobis diſcutiendus, ſed credendus. Qui in nobis ipſis neſcimus, quod ſapimus, quomodo ſapientia, ingenium aut intellectus, aut conſilium aut mens noſtra generat verbum. Sed ſufficit noſſe, quia lux genuit ſplendorem, ſicut *Pſal. 109.* ait propheta. In ſplendoribus ſanctorum *Baruch. 3.* ex vtero ante Luciferum genui te. Et illud. Hic Deus noſter, & non reputabitur alter ad eum & poſt. In terra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Poteſt hæc diuina generatio ex veſtigijs creaturarum aliquo

modo intelligi, & declarari, quamuis longè diſtet ſimilitudo ab ipſa veritate, eam Damaſ- *Damaſce.* cen. lib. 1. capit. 6. ſic explanat. Ipſe, inquit, vnus & ſolus Deus, non ſine verbo eſt, verbum enim habens, non inſubſiſtens habebit, ſed nec eſſe incipiens, nec eſſe deſinens, non enim fuit vnquam, vt fuerit Deus abſque ver- *Verbũ Dei quale.* bo, ſemper autem habet ſui ipſius verbum ex ſe genitum, non inſtar noſtri, ſubſiſtentiam *Verbum noſtrum.* non ſeruans, & in aera fluens, ſed intime ſubſiſtens, viuens, abſolutum, non extra ipſum vt ſeparabile vagans, ſed in ipſo ſemper immanens. Vbi enim erit extra ſe? Atqui quoniam naturæ noſtræ temporalis eſt conditio & facilè diſſolubilis, hanc ob cauſam & verbum noſtrum ſubſiſtentiam non retinet. At verò Deus ſemper exiſtens & perfectus cum ſit, perfectum & intime ſubſiſtens habet ſuum ipſius verbum, & ſemper exiſtens & viuens, & omnia habens quæcunque genitor habet. Quemadmodum ex mente verbum noſtrum prodiens, nec per totum menti idem eſt, nec prorſus omnino diuerſum. Nam ex ipſa exiſtens, non aliud eſt præter ipſam mentem, ſe in apertum agens, nec adhuc vſquequaque aliud à mente eſt, ſed cum ſecundum naturam vnum ſint, aliud eſt ſubiecto. Sic & Dei verbum quod eſt filius qua ſubſiſtit ſecundum ſeipſum, diſcernitur ab eo à quo ſubſiſtentiam habet, qua verò eadem in ſeipſo oſtendit quæ circa Deum conſpiciuntur, illi ſecundum ſubſtantiam idem eſt. Sicut quod omnino eſt perfectum in patre conſideratur, æquè & in eo quod ex ipſo genitum eſt, verbo, contemplari neceſſe eſt, & cap. 7. de proceſsione Spiritus ſancti ad hunc *Damaſcenus.* modum ſcribit. Oportet & verbum ipſum, ſpiritum habere, nam & verbum noſtrum, nequaquam ſpiritus eſt expers. Verum in nobis ſpiritus à ſubſtantia noſtra comperitur alienum, aeris enim attractio & emiſsio, inſpirati & aſpirati, neceſſaria eſt vt corpus conſiſtere queat, per quem quidem tempore prolationis vox verbi efficitur, verbi virtutem ipſa voce perferens. In diuina autem natura ſimplici & incompoſita, ſpiritum Dei eſſe pie confitendum, ob id ipſum quod non ſit verbum Dei imperfectius verbo noſtro. Non eſt enim pium quippiam alienum ſpiritum exiſtimare, extra Deum profuſum, ceu in nobis fit, qui compoſitæ ſumus naturæ. Sed quemadmodum cum audimus Dei verbum non quippiam non ſubſiſtens,

nec

Digitized by Google

nec ex diſciplina progenitum, nec vocis beneficio prolatum, neque in aerem diffluens & diſſolutum, ſed ſubſtantialiter ſubſiſtens, voluntate præditum & efficax, & omnipotens. Simili pacto nos docti ſpiritum coaſſeclum verbi, & manifeſtantem eius operationem, non expirationem ſubſiſtentia deſtitutam intelligimus. ſic enim ad humilia diuinæ naturæ maieſtas deijceretur, ſi ſecundum noſtri ſpiritus ſimilitudinem, is qui in ipſo eſt ſpiritus, intelligeretur, ſed virtutem ipſam ſubſtantialem ſecundum ſeipſam in propria perſona conſideratam, ex patre procedentem, & in verbo requieſcentem ipſumq; manifeſtantem, neq; ſeparari à Deo in quo eſt, nec à verbo poſſibi leeſt, neque in quippiam quod minimè ſubſiſtat refundi. Sed ſecundum verbi ſimilitudinem, ſecundum hypoſtaſin, eſt, viuit, eligit, per ſe mouetur, agit, ſemper bonum vult, ad omne quod voluerit habet potentiam voluntati coniunctam, nec principium habens neque finem. Non enim aliquando patri verbum deeſt, nec vnquam verbo ſpiritus. De his duabus perſonis audi ſcripturam. Primo

Pſal. 118. de verbo ait Dauid. In æternum domine ver

M. bum tuum permanet in cælo, & rurſus, Mi-

Pſal. 106. ſit verbum ſuum & ſanauit eos. De ſpiritu

Pſal. 103. vero idem Dauid. Emitte ſpiritum tuũ & crea

& 32. buntur. Et rurſus. Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Iob, ſpiritus diuinus qui fecit me, & ſpiratio omnipotentis quæ docuit me.

Scholaſtici Scholaſtici Damaſcenum ſequuti, ſic de hac re diſputationem inſtituunt. Non eſt minus efficax intellectus diuinus quam humanus ad gignendum, quia vt ipſe dominus ait,

Iſai. 66. Numquid ego qui alios parere facio ego ſterilis ero? Sed intellectus humanus producit per actum intelligendi quoddam verbum cordis, quod diſtinguitur ab actu intelligendi, ea diſtinctione qua diſtinguitur terminus motus à motu, erit ergo in diuinis eodem modo generatio. Nam ſicut calefactio & calor, non ſunt duæ res, quia motus nihil aliud eſt quam res ipſæ quę mouentur, & agitantur, & illuminatio & lumen non ſunt duæ res diſtinctę, ita nec verbum cordis, ab actu intelligendi diſtinguitur, niſi vt terminus motus à motu. Itē quia ſicut per actionem viſus & voluntatis & cuiuſcunque alterius potentiæ, aliquid producitur, & per actionem ignis, ignis generatur, ita per actum intellectus editur conceptus rei intellectæ, qui ſi in vocem erumpit, vocatur verbum vocis, ſi in mente tantum cōſiſtit, verbum mentis. Præterea annotandum eſt, quod generatio in rebus anima carentibus, eſt mutatio ex non eſſe ad eſſe. *Generatio.* In viuentibus verò rebus, eſt origo viuentis à viuente coniuncto ſecundum rationem ſimilitudinis, in eadem ſpecie, vt in Gene. cap. 5. Genuit Adam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitq; nomen eius Seth. Porrò ſi oriatur ab aliquo, & non ſit inter eos ſimilitudo in ſpecie, filius non eſt. *Auguſt.* Vnde ait Auguſt. in Enchiridio. cap. 38. Chriſtus natus eſt de Spiritu ſancto, cum filius nullo modo ſit Spirituſſancti. Neq; enim quia mundũ iſtum fecit Deus, dici eum fas eſt Dei filium, aut natum de Deo, ſed factum vel creatum ab illo. Non igitur quicquid de aliqua re naſcitur, continuo eiuſdem rei filium nuncupandum. Vt enim omittam alia, aliter de homine naſci filium, aliter capillum, pediculum vel lumbricum, quorum nihil eſt filius. Vt ergo hæc omittam, quoniam tantæ rei deformiter comparantur, certè qui naſcuntur ex aqua & Spiritu ſancto, nō aquæ filios rectè eos dixerit quiſquam, ſed planè dicuntur filij Dei. Igitur hoc quod diximus, ad hoc tantum valet vt admoneamur, non omne quod de alio naſcitur, etiam filium eius de quo naſcitur poſſe dici. Sicut non omnes qui dicuntur alicuius filij, conſequens eſt, vt de illo etiam nati eſſe dicātur, ſicut ſunt qui adoptantur. Dicuntur etiam filij Gehennæ, non ex illa, ſed in illam præparati, ſicut filij regni, qui præparantur in regnum. Hæc ille. Sic proceſsio verbi in diuinis dicitur generatio, procedit enim per modum actionis intelligibilis, quæ eſt operatio vitæ, & à principio coniuncto, & ſecundum rationem ſimilitudinis. Nam conceptio intellectus, eſt ſimilitudo rei intellectæ, in eadem natura exiſtenti. Vndè proceſsio verbi dicitur generatio, & ipſum verbum procedens dicitur filius. In nobis tamen cum intellectio non ſit ipſamet ſubſtantia intellectus (ſicut in Deo, cuius idem eſt intelligere & eſſe) ideo non eſt in nobis eiuſdem naturę verbum, cum illo à quo emanat.

De proceſsione etiam Spirituſſancti nonnihil dicendum eſſe videtur, ſed prius annotandũ eſt, quod duplex eſt actio, prima immanens, vt intelligere & velle, alia tranſiens, vt ſecare, & vri. *Duplex actio.* In diuinis tantum habet locum proceſsio immanens, quæ in duas adhuc diducitur,

Digitized by Google

ducitur, quarum prima eſt intelligere, alia velle. Verbum quidem ex actione intellectus diuini emanat, amor verò actione voluntatis. Nam ſicut per voluntatem amatum eſt in amante, ita per conceptum mentis, res intellecta exiſtit in intelligente. Verum hæc proceſsio voluntatis vel amoris non dicitur generatio. Quia in hoc differt intellectus à voluntate, quod intellectus fit in actu ex eo quod rei alicuius ſimilitudo in intellectu exiſtit. Voluntas tamen non fit in actu ex eo quod ſimilitudo voliti ſit in voluntate, ſed ex hocquod voluntas inclinationem habet ad rē quam exoptat. Quamobrem proceſsio intellectus cum ſit iuxta ſimilitudinem rei, generatio appellatur, proceſsio verò voluntatis cum non ſit iuxta rationem ſimilitudinis ſed ſecundum rationem impellentis ad aliquid, generatio non vocatur, ſed amor & quod ex illo procedit vocatur ſpiritus, quo nomine ſignificatur quidam impulſus vitalis, cum aliquis impellitur ad amandum aliquem. Vides quomodo in diuinis tantum ſint duæ actiones immanentes, intellectus & voluntatis, per quas duæ perſonæ diuinæ emanant, & ideo tres tantum perſonæ ſunt in diuinis, pater, filius, Spiritus ſanctus, & hæ tres vnum ſunt. Poſtquam de Deo & de filij eius generatione & aduentu iuxta ingenioli noſtri tenuitatem tractauimus, ad explicationem diuinarum ſcripturarum calamum conuertamus.

Finis libri Tertij Theologicarum Hypotypoſeon.

LIBER QVARTVS THEOLOGICARVM HYPOTYPOSEON, eodem authore editus, in quo de prophetia, & titulis Prophetarum, & Pſalmorum agitur, ad Illuſtriſsimum virum D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum.

Cognitio ſcripturarum reliqs praſtat ſciētijs.

SACRARVM Scripturarum cognitio tantum reliquis præſtat facultatibus, vt iuxta apophthegma, illę ſeruorũ, hæc Lacedæmoniorũ, illæ hominum, iſta angelorum poſſeſsio iudicanda ſit. Nam quantũ diſtant diuina & æterna, ab humanis & caducis rebus, tantum ſapiẽtia diuina reliquas longo interuallo vincit & ſuperat. Habet quippe auctorem non quemuis è media plebe hominem (vt facultates illæ quæ ab humana proditæ ſunt induſtria, & ingenio hominum ſunt elaboratæ & cultæ) ſed Deum Optim. Maxi. authorem cognoſcunt, & venditant, cuius munificẽtia & liberalitate è cælis ad terras euocata eſt. Quo munere quid excellentius aut diuinius excogitari potuit, aut humano generi optabilius obuenire? Nã cum homo ex duplici conſtet & coagmentetur natura, illa quę ſenſitiua eſt, cum in modum oſtreæ huic corpori adhæreſcat & affixa ſit, iſtarum tantum rerum ſtudio delectatur, & illarum lenocinio allicitur, nec ſe ad vlteriora porrigere aut extendere poteſt. Tamen illa quæ intellectu viget etſi ad ſublimia ſe ſubleuet & erigat, ita ſegnis & iners ex ſe eſt, vt niſi ſuperno illuſtrata lumine ſit, res ſenſibiles aſpernari aut reijcere non poſſit, nec ad illas res aſpirare, quæ ab humanis obtutibus longè ſunt ſemotæ. Huic lumini non paruum præbet fomentum ſcripturę diuinæ aſsidua meditatio, quæ adeo animum hominum à rebus ſecularibus abalienat & diuellit, vt nihil homini cum corpore cõiunctum aut concretum relinquat, ſed ita Deo eum copulat & vnum efficit, vt iuxta Apoſtolum dicere poſsit. Viuo ego iam nõ ego, viuit verò in me Chriſtus. Vnde Petrus & reliqui apoſtoli, qui huius ſapientiæ hauſtu ſe ingurgitauerant, & eximia hac pollebant facultate ſpiritus, quantum illi deferendum eſſet apud Ioannem explicarunt. Nam cum diceret illis dominus. Vultis & vos abire? illi reſponderunt. Quo ibimus domine verba vitæ æternæ habes. Hæc ſola eſt quæ languentis animæ morbos pellit & fugat, docet quippe quid honeſtũ quidve turpe ſit, quid iuſtum, quid iniuſtum, quid fugiendum, & quid in bonis aſciſcendum ſit. Deinde quantum parentibus, cognatis, magiſtratibus deferendum ſit, & vt altiora conſcendam, & ad illa quæ ſunt huiuſce facultatis propria, docet quomodo trias perſonarum diuinarũ, cum eſſentiæ vnitate poſsit conſiſtere, & quomodo colendus ſit Deus in ſpiritu & veritate. Mox de myſterio incarnationis, paſsionis, reſurrectionis, & de manſionibus quæ in domo patris Chriſti nobis paratæ ſunt, agit, & de reliquis ſacramẽtis religionis noſtræ, quæ à ſeculis ſunt abſcondita, quæ à nullo principum, hoc eſt philoſophorum huius ſeculi, cognita ſunt, nec cognoſci potuerũt, ſed nobis Chriſtus, quæ à patre audiuit, ea pandit ac reſerauit. Non tamen negarim nonnulla, quæ ad componendos & conformãdos mores noſtros ſunt apta & apposita, in libris ſapientum ſeculi inueniri, quod Moyſes hoc typo ſignificauit Abimelech, inquiens, non ſemper in pace fuit cùm Iſaac, ſed aliquando ab illo diſsidet, aliquando in pace eſt. Quo in loco, Abimelech, perſonam ſuſtinet ſtudioſorum & ſapientum ſeculi, qui per eruditionem philoſophiæ, multa vera ſunt aſſecuti. Iſaac, qui verbi Dei tenet figuram, nec ſemper diſsidet ab Abimelech, nec ſemper in pace eſt. Quia philoſophia nec in omnibus legi Dei eſt contraria, nec in omnibus conſona. Multi enim philoſophorum, vnum eſſe

Myſterij trinitatis recta confeſſio, eſt ignoratio ſcientia.

Hierony. in præ. li. 18. in Iſa.

Symbolum literarum humanarum.

P Deum

Deum qui cuncta creauit, ſcribunt. Moralis verò & phyſica philoſophia penè noſtris cõſentit. Diſsident vero à nobis, cum dicunt, Deo materiam eſſe coæternam, & cum negant Deum curare mortalia, & prouidentiã eius, ſupralunaris globi ſpacia cohibẽt. Deinde addit ſcriptura, quod alij duo cum Abimelech venerint. Ochozach, qui interpretatur tenens, & Phicol, id eſt os omnium, & ipſe Abimelech pater meus rex. Qui tres imaginem totius philoſophiæ tenent, quæ apud eos in tres partes diuiditur, in rationalẽm, naturalem, & moralem. Iſtæ tres facultates ineunt fœdus cum lege Dei, dicentes. Videntes vidimus quod ſit dominus tecum, & diximus fiat coniuratio inter nos & inter te, & ineamus tecum pactum, ne facias nobis malum. Sed redeamus ad inſtitutum noſtrum, à quo digreſsi ſumus. Melior nunc, poſt quã de deo egi, regulas quaſdam ad arcana ſcripturarum intelligenda, adducere, quas ſi rectè intellexerimus, in poſterum iubeo bene ſperandum fore. Nam vnuſquiſq; ſermo ſcripturæ ſimilis eſt alicui ſeminum, cuius natura hæc eſt, vt cum iactum fuerit in terram, regeneratum in ſpicam, multipliciter diffundatur, & tanto cumulatius quanto vel peritus agricola, plus ſeminibus laboris impenderit, vel beneficium terræ fœcundiori indulſerit. Sic ergo efficitur vt culturæ diligentia, exiguum ſemen, Verbi cauſa, ſinapis quod eſt minimum omnium, efficiatur maius omnibus oleribus, & fiat arbor adeo procera, vt veniant volatilia cæli & habitent in ramis eius. Quapropter vos ſtudioſos hortor moneoque, vt hæc quæ à nobis hoc loco tradentur, verſemini in animo, & in intimo pectore reponatis, & niſi me fallit animus non omnino operam luſiſſe ſentietis.

Geneſ. 21. & 26.

¶ De prophetis tam bonis quã malis, & in Genere de prophetia.

CAP. I.

QVVM de prophetia nobis ſermo futurus ſit, libet exordium ſumere à definitione illa prophetę, quę ſumpta eſt ex Euſebio lib. 5. demõſtrationis euangelicę. ca. 1. Propheras, inquiens, dicimus illos quibus diuinus ſpiritus conſueuit ante oſtendere, lumine ſuo anticipando, non præſentium modo, verum etiam futurorum veram certamque cognitionem. illius hæc ſunt verba. παρ' ὃ μοι δοκοῦμεν εὐλόγως καὶ ἀληθῶς προφήτας ἀποκαλεῖν τοὺς τοιούσδε, παρὰ τὸ προφαίνειν καὶ προφητεύειν ἐν αὐτοῖς τὸ θεῖον πνεῦμα, μὴ μόνον τὰ παρόντα, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων ἀληθῆ καὶ ἀκριβῆ γνῶσιν. Quando dicitur præſentium intellige & præteritorum. Nam licet prophetæ nomen iuxta nominis etymologiam ad futurum tantum ſe porrigat & extendat, tamen verus vates etiam de præſentibus & præteritis debet vaticinari. Vnde quarto Georg. ait Virgilius. Nouit nanque omnia vates, quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. & Home. 1. Iliados de Chalcante loquens ait.

Euſebius.

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,
Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Virgilius.
Homerus.

Ab nomine Propheta, deriuatur prophetia, quæ ab Irenæo libr. 4. capi. 37. definitur. Prophetia, eſt eorum quæ poſt erunt, præſignificatio. aut iuxta Caſsiodorum in prooemio Pſalmorum. Prophetia eſt reuelatio diuina quæ euentus rerum vel per facta vel per dicta immobili veritate pronunciat. Vnde prophetia viſio vocatur, & propheta videns. Multis autem modis hæc gratia donata eſt. Vel per operationes hominum, vt fuit Arca Noe, & Sacrificium Abrahæ, & tranſitus maris rubri. Vel per natiuitates, vt Eſau & Iacob, qui futura ſignificabant. Vel per loquẽtes angelos, ſicut locuti ſunt Abrahæ. Vel per viſiones, ſicut Iſaiæ, Ezechieli. Vel per ſomnia, ſicut Salomoni, Ioſeph, Danieli. Vel per nubem & vocem de cælo, vt Moyſi, vel alijs modis. Dauid nullo horum modorum, ſed cæleſti aſpiratione intus edoctus. Hos vel alios ſimiles modos videtur inſinuaſſe Hierony. in comment. Ezechielis capit. 23. cùm ait. Multa ſunt genera prophetandi, quorum vnum eſt ſomniorum, quale fuit apud Danielem capit. 2. in expoſitione ſtatuæ. & Irenæus libr. 4. capit. 37. fuſè exponit quomodo non ſolum ſermone prophetabant prophetæ, ſed viſione, conuerſatione, & actibus, quos faciebant, ſecundum id quod ſuggerebat ſpiritus. Porrò Chriſtianus Druthmari exponens hunc locum Matthæi. Ecce angelus domini apparuit ei, vniuerſas viſiones ad ſeptem capita reducit. Viſionum, inquit, quibus Deus locutus eſt ante incarnationem, ſeptem genera ſunt. Primum

Irenæus.

mum per aures corporis, ſic Moyſes audiuit
vocem domini loquentis in monte, & omnis
turba exercitus Iſraelis, audiuit eum loquen
tem, decem verba legis. Secundum genus ec
ſtaſis, ſicut Petro quando miſit ad eum Cor-
nelius, & cecidit ſuper eum mentis exceſſus,
& vidit vas linteum mitti de cœlo. Tertium,
ſicut cum vidit Nabuchodonoſor ſtatuam
ex metallis compactam, & arborem abſci-
ſam radicitus, & nihil intellexit. Quartum
per nubem, & ſicut ad Iob per plagam locu
tus eſt. Quintum in corde, ſicut multis ſan-
ctis, vel etiam Balaam. Sextum repletio ſpiri
tus ſancti, ſicut repleuit, 70. ſenes in eremo.
Septimum in ſomnijs. Alij, quod verius eſt,
tria genera eſſe dixerunt. Vnum per corpo-
reos oculos, vt Abraham & Loth angelos vi-
derunt. Aliud in corde tantum, vt Danieli lo
cutus eſt in corde, quæ Balthaſar viderat, &
non intellexerat. Tertium in ſomnis & cor-
de, ſicut ad Iſaiam & omnes prophetas, & ad
iuſtum Ioſeph, quæ viſio alijs eſt excellētior.
Nam nil prodeſt oculis videre, niſi quis men
te videat, & nihil prodeſt in ſomnis videre,
vt Pharao, Nabuchodonoſor, niſi videat, vt
Daniel, & Ioſeph. Auguſtinus quoq; libr. 2.
quæſt. ad Simplicianum quæſt. 1. ſic ſcribit.
Spiritus ſanctus non omnes eodem modo
afficit, ſed alios per informationem ſpiritus
hominum, vbi rerum demonſtrantur imagi
nes. Alios per fructum mentis ad intelligen-
tiam. Alios vtraque inſpiratione. Alios etiā
1 neſcientes. Per informationem ſpiritus ho-
minis, duobus modis fit. Aut per ſomnium,
ſicut non ſolum plerique ſancti, ſed & Pha-
rao & Nabuchodonoſor, vterq; vidit quod
nemo eorum intelligere valebat, ſed tamen
vterque videre poterat. Aut per demonſtra-
tionem in ecſtaſi, quod ſtupor interpreta-
tur, ſiue alienatio à ſenſibus corporis, vt ſpiri
tus hominis diuino ſpiritu aſſumptus capien
dis atque intuendis imaginibus vacet, ſicut
Danieli demonſtratum eſt quod non intel-
Act. 10. ligebat, & Petro vas illud ſubmiſſum de cœ-
lo quatuor linteis. nam & ipſe quid illa de-
monſtratio figuraret, poſtea cognouit. Per
2 fructum autem mentis ad intelligentiam,
vno modo, cum hæc ipſa res quæ demon-
ſtratur alicui quibuſdam imaginibus, quid ſi
gnificent & quo pertineant, alteri reuelan-
tur, quæ certior prophetia eſt, ſicut Ioſeph
meruit intelligere, quod Pharao tantum vi-
derat, & Daniel exponit regi, quod ille cer-
nit & neſcit. Cum vero ita mens afficitur, vt
non rerum imagines coniecturali examina-
tione intelligat, ſed res ipſas intueatur, ſicut
intelligitur ſapientia & iuſtitia, omniſque in
commutabilis & diuina ſpecies, ad prophe-
tiam de qua nunc agimus nō pertinet. Vtro 3
que munere prophetiæ donantur hi, qui &
rerū imagines in ſpiritu vident, & quid va-
leant ſimul intelligunt, aut certè manifeſtis
locutiōibus in ipſa demōſtratione informā-
tur. Sicut in Apocalypſi quædam exponun
tur. Neſcientes autem afficit prophetiæ ſpi- 4
ritus, ſicut Caiphas cum eſſet pontifex pro-
phetauit de dn̄o, quod expediret vnum mori
pro tota gente, cū aliud in verbis quę dicebat
attenderet, quæ nō à ſeipſo dicere neſciebat.

Oportet deinde declarare ad quem ſco-
pum dirigantur omnes viſiones propheta-
rum. Qua de re Auguſti. libr. 17. de ciuitate
capit. 3. hæc tradit. Tripartita reperiuntur
eloquia prophetarum, ſiquidem aliqua ſunt
ad terrenam Hieruſalem ſpectantia. Aliqua
ad cæleſtem. nonnulla ad vtranque. Miſſus
eſt Nathan propheta qui Dauid argueret
de peccato graui, & ei quæ conſecuta ſunt
mala futura prædiceret. Hæc itaque huiuſ-
modi ſiue publicè, id eſt pro ſalute vel vtilita
te populi, ſiue priuatim, cum pro ſuis quiſq;
rebus diuina promererentur eloquia, quibus
pro vſu temporalis vitæ futuri aliquid noſce
retur, ad terrenam ciuitatē pertinuiſſe, quis
ambigat? Vbi autem legitur, ecce dies ve- *Ierem.* 13.
niunt, & conſummabo domui Iſrael, & do-
mui Iuda teſtamentum nouum, &c. Hieruſa
lem ſine dubio ſuperna prophetatur, cuius
Deus ipſe præmium eſt, eumque habere at-
que ipſius eſſe, ſummum illi eſt atque totum
bonum. Ad vtranque verò pertinet, hoc ip-
ſum, quod Hieruſalem dicitur Dei ciuitas, &
in ea prophetatur futura domus Dei, eaque
prophetia videtur impleri, cum Salomon æ-
dificat illud nobiliſſimum templum. Hæc
enim & in terrena Hieruſalem ſecundum hi
ſtoriam contigerunt, & cæleſtis Hieruſalem
figuræ fuerunt.

Hieruſalem primo modo accepta ſcilicet
pro terrena & ſanguinaria. alio modo voca-
tur Babylon, quæ eſt omnium ſcelerum &
iniquitatum officina, & aduerſus hanc om-
nes prophetæ ſua dirigunt vaticinia. Hæc
vrbs Babylon non admittit illam diſtinctio-
nem quam Hieruſalem, ſed pro nefaria vrbe
tantum accipitur, cuius vrbis ciues tanto ſce

leratiores ſunt, quanto in penitiori eius par-
te recipiuntur. De illa hæc ſcribit Origenes
Homi. 2. in Iere. Quomodo corpus noſtrum
in aliquo terræ loco conſiſtit, eodem modo
& anima ſecundum ſtatum ſuum in aliquo
nuncupatiuo terræ loco eſt. V. g. corpus no-
ſtrum aut in Ægypto eſt, aut in Babylone.
Similiter anima in aliquo eiuſdem terræ no-
minis loco eſt, alia in Babylone, alia in Æ-
gypto, alia in Ammonitarum regione. ſic
pro qualitate vitæ locorum diuerſitates di-
ſtinguuntur. In Babylone eſt quando con-
funditur, turbatur, & bella ſuſtinet paſsio-
num. ad iſtam animam ait Iere. Fuge de me-
dio Babylonis, & reſaluate vnuſquiſque ani-
mam ſuam. Donec quis in Babylone eſt, ſal
uari non poteſt. Quod ſi recordatus fuerit,
ibi Ieru. ingemiſcit & dicit. Quomodo canta
bimus canticum domini in terra aliena? Et
quia impoſsibile eſt in Babylone conſtitutũ
Deo organis canere, otioſa quippe ibi ſunt
organa hymnorũ Dei, propterea dicitur per
prophetam. Super flumina Babylonis illic
ſedimus & fleuimus dum recordaremur tui
Sion, in ſalicibus in medio eius ſuſpendimus
organa noſtra. Suſpenſa ſunt organa noſtra
quandiu in Babylone ſumus. Si autem vene-
rimus in Ieru. in locum viſionis pacis, orga-
na quæ ante otioſa pendebant, tunc aſſumũ
tur in manibus, tunc grauiter citharizamus,
& non eſt tẽpus quando non laudemus Deũ
per organa quæ habemus in manibus. Igi-
tur ſemper anima in aliquo nũcupatiuo ter-
ræ loco eſt, & ſicut peccatores in Babylone,
ſic econtrario iuſti in Iudæa. Veruntamen
iuxta qualitatem vitæ & fidei, etiam in ipſa
Iudæa locis inter ſe varijs ſeparantur. Siue e-
nim in Dan eſt, quæ extremæ Iudææ partes
ſunt, ſiue in ſuperioribus paulũ locis, melior-
buſque quàm Dan, ſiue in medijs finibus Iu
dæę, ſiue circa Ieruſalem, & eſt omnium ani-
ma beatiſsima, quæ in media Ieru. conſiſtit.
Qui verò peccator eſt, hic in Babylone eſt,
qui nondum vero vſque ad ſummum malo-
rum culmen aſcendit, in Ægypto & in parti-
bus Ægypti cõmoratur. Et ſicut qui in Iu-
dæa ſunt, non æqualia cuncti poſsident loca,
alius quippè in Ieru. eſt, alius in Dan, alius in
Gath, ſic omnes qui in Ægypto ſunt, non æ-
quales Aegypti partes incolunt. Alius in Ta
phni, alius in Memphi. Verum his qui in
Babylone ſunt, ait propheta. Fugite de me-
dio Babylonis. Non gradatim, non pedeten
tim, ſed cum velocitate. Quicunque confu-
ſam habetis animam à variorum paſsione vi
tiorum, fugite Non dicit, exite de medio Ba-
bylonis, hoc enim poteſt fieri gradatim, ſed
fugite. & addit, de medio. Poteſt quippè eue
nire vt aliquis in Babylone ſit, ſed cum in ex
tremis eius finibus commoretur, quodãmo-
do extra Babylonem eſſe videtur. aliud eſt
enim in medio Babylonis cõſiſtere, vt ex om
ni parte æquale ſit ſpaciũ, & ita in vmbilico
eius quaſi in medio cordis animalis habitet.
Sicut enim animalis medietas cor eſt, & in
euangelio ſecũdum Lucam, cor terræ, medie
tas terræ nominatur, ſic mihi videtur in Eze
chiele dictum, in cor maris poſita Tyrus, &
peccatores à medio Babylonis fugere. Quia
qui valde demerſus eſt vitijs, hic medius ha-
bitator eſt. Qui verò Paulatim relinquẽs ma
lum, & naturam ſuam ad meliora conuertẽs,
non tam cœperit virtutes poſsidere quàm
cupere, iſte licet ex medio fugerit Babylonis
tamen necdum de Babylone diſceſsit.

Quum nomen prophetæ ſit ambiguæ ſi-
gnificationis, oportet eius ſignificationes ex
plicare. Sed vtar verbis Hiero. in commenta.
Ezechielis. ca. 13. qui optimè de hac re loqui *Propheta*
tur. Hanc, inquit, habet ſcriptura conſuetudi *vocat etiã*
nem, vt vnumquenque vaticinationis ſuæ & *pſeudopro-*
ſermonis, prophetam nuncupet. & hanc ob *pheta.*
cauſam pſeudo prophetæ prophetæ vocan- *3. Reg. 18.*
tur. vt prophetæ Baal, & Idolorũ, & prophe- *4. Reg. 10.*
tæ cõfuſionis. & Iere. 28. Tulit Ananias pro-
pheta catenã de collo Ieremiæ. & Threno. 2.
Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta. &
Patres veſtri vbi ſunt & prophetę? nempe fal
ſi. Vnde & Paulus poëtam Græcum prophe *Titum. 1.*
tam vocat. Dixit quidam proprius eorũ pro
pheta. Cretenſes ſemper mendaces, malæ be
ſtiæ ventres pigri. & in Hoſea legimus. ſicut
prophetam inſaniens homo portans ſpiritũ.
Item Hoſeæ. 4. cap. Prophetarum nomen ſe *Hoſea. 9.*
cundum Regulam ſcripturarum, bonis maliſ
que commune eſt. Item Iere. 23. ait, Eſt ſer-
mo contra prophetas, imò pſeudoprophe-
tas, Ieruſalem & Samariæ, quos nunc com-
muni & vulgato nomine prophetas vocat,
de quibus ſcriptum eſt. In prophetis Sa-
mariæ vidi iniquitatem. & in prophetis Ie-
ruſalem vidi horribilia. Quando autem po-
nit coniunctionem, &, oſtendit ſuperio-
ra de prophetis Domini dicta, qui & ipſi
pſeudophetarum ſimiles extiterunt. Por-
rò de malis tantummodo loquens prophe-
tis

tis Gregor. in procemio. 27. libri moralium, ſic ſcribit. Non eſt mirum ſi viri arrogantes implentur ſpiritu prophetico, cum Saul etiam in numero prophetarum fuerit. Sed hoc de Saule cur dicimus, cum ex viſione angeli accepiſſe verba rationabilia & aſinam nouerimus. Sed ſicut irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturæ rationalis acceſsit. Ita ſæpè quilibet indignus, ſancta verba per prophetiæ ſpiritum accipit, ſed tamen ad promerendam ſanctitatis gloriam non pertingit, vt & ſuprà ſe loquendo emineat, & infra ſe viuendo torpeſcat. Sic amici Iob & Caiphas multa de redemptore noſtro prophetarunt. Deniquecum Ezechielis. 14. dicitur. Si errauerit propheta, ego dominus decepi eum, ait Hiero. Propheta dicitur de pſeudopropheta, qui συνωνυμῶς propheta appellatur.

1. Reg. 10.

Nume. 22.

Qua nota pphetæ boni à malis diſtinguebantur.

Sed quæres qua nota boni prophetæ à malis ſecernebantur in veteri populo. cui quæſtioni reſpondet Hiero. in côment. Iſaiæ ca. 3. dicens. Conſtituti erant in populo Iudæorum, ſacerdotalis gradus homines, qui prophetas pſeudoprophetaſq; diſcernerent. Hoc eſt intelligerent quid Dei ſpiritu loquerentur, quidvè contrario. & hauſit ex Origene homi. 1. in Lucam, qui ſic ſcribit. Sicut olim in populo Iudæorum multi prophetiam pollicebantur, & quidam erant pſeudoprophetæ, è quibus vnus fuit Ananias, alij verò prophetæ, & erat gratia in populo diſcernendorum ſpirituũ, per quam alij inter prophetas recipiebantur, nônulli quaſi ab exercitatiſsimis trapezitis reprobabantur. Ita & nũc in nouo teſtamento, multi conati ſunt ſcribere Euangelia, è quibus quoddam eſt ſecundum Ægyptios, aliud iuxta duodecim, aliud ſecundum Thomam, aliud ſecundum Matthiam, ſed non omnes recepti ſunt. Hoc dicit Lucas in procemio Euangelij. Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare, &c. latentem habet accuſationem eorum, qui abſque gratia ſpiritus ſancti ad ſcribenda Euangelia proſilierunt. Matthæus quippe & Marcus & Ioannes & Lucas non ſunt conati ſcribere, ſed ſpiritu ſancto pleni, ſcripſerunt euãgelia. Ex omnibus tamen qui ſcripſerunt nihil aliud probamus, niſi quod eccleſia dicit eſſe recipienda. Hæc eadem totidem verbis ex Origene tranſcripſit Ambr. in procemio commenta. in Lucam.

Euangeliũ ſecundum Ægyptios.
Iuxta 12.
Iuxta Tho. & Matth.

Secundo, teſte Grego. homi. 1. in Ezechie lem prophetæ veri à falſis differũt, quia veri, ſi quid de ſuo ſpiritu dicũt, per ſpiritum edocti citius illud corrigunt. falſi autem & falſa denuntiant, & in ſua falſitate perdurant.

Tertiò, vt ait Hiero. Ezechiel. 13. Prophetarum nomen cum ſit cômune bonis & malis, in eo tamẽ differunt, quod boni prophetæ, dicuntur eſſe ſapientes, mali autem ſtulti & inſipientes. Quorum alterum refertur, ad eccleſiaſticos viros, alterum ad omnes hæreticos, qui Dei ſpiritum relinquentes, nequaquam diuino inſtinctu, ſed proprio corde vaticinantur, vnde nihil vident. Threnorum 2. Prophetæ tui viderunt tibi vana & ſtulta. & Ezechi. 13. Hæc dicit Dominus de prophetis inſipientibus qui ſequuntur ſpiritum ſuum & nihil vident. Qui autem ſapiens eſt, non cordis ſui cogitationes, ſed dei ſpiritum ſequitur. Iuxta illud quod propheta dicit. Poſt dominum tuum ambulabis. Et in alio loco. Deduc me in ſemitam rectam. Et iterum. Spiritus tuus bonus ipſe deducet me in terram. Hoc idem ait Hiero. Oſeæ. 4.

Quartò, vt ait S. Tho. 2. 2. q. 172. arti. 5. ad 2. Dæmones ea quæ ſciunt, hominibus manifeſtant, non per illuminationẽ intellectus, ſed per aliquam imaginariam viſionem, aut etiam ſenſibiliter loquendo. at prophetæ veri, ex illuminatione ſpiritus ſancti loquuntur. & in hoc differt vera à falſa prophetia.

Quintò ait Theophi. 1. Corin. 12. ſignum dat Apoſtolus vatis & prophetæ cum ait. noſtis ꝙ quando gentes eratis, ad idola quomodo ducebamini euntes. Id eſt, ſi apud idola quis vaticinaretur, ab ſpiritu immundo detentus, ceu raptus & abductus. ſic rapiebatur ab ſpiritu ligatus, nil ſciens eorum quæ dixiſſet, ſed planè inſanus. In propheta aliter. Nam is ſobriè cuncta loquitur. Deinde hoc ſit aliud ſignum tibi vaticinij inſani, execrari, blaſphemare, conuitijſq; ineſſere Ieſum. Prophetæ verò ſignum eſt, haud citra præconium nominare domini nomen. hoc eſt, quod ait Paulus. Nemo in ſpiritu loquens dicit Anathema Ieſum. & nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in ſpiritu ſancto.

Conſuetudo fuit in Iſrael, vt inquit Hier. Ezechielis ca. 20. vt quicquid ſcire cupiebãt, à Domino quærerent per prophetas. Saul quærens aſinam pergit ad Samuelem, accepitq; conſilium à puero, vt offerat prophetæ quartam partem Sicli. Ægrotante filio Ieroboam mittitur in Silo ad Ahiam pro- *1. Reg. 9.* *3. Reg. 14.*

phetam vxor eius, deferens munuſcula, pa-
nes & collyridas, vuam & laguncnlam mel-
lis, vt de filij infirmitate cognoſceret. Dauid
quoque propheta, alium interrogat prophe
tam Nathan, vtrum templum domino ædifi
2.Regũ.7. care debeat. Et Achab ſciſcitatur an aſcen-
3.Reg.27. dat, an non in Ramoth Galaad. In Iſaia quo-
Iſaia.37. que & in Regum volumine, quæ Senacherib
4.Reg.19. ventura ſunt nuntiantur. Et Agabus Paulo
Actu.21. quæ ventura erant nuntiabat.

Hanc ob cauſam prophetia appellatur vi
ſio, aut vt verbis vtar Hiero. Oſeæ. 12. Om-
nis prophetia in ſcripturis ſanctis appellatur
Viſio. & affert rationem Theophil. Matth.
1. eo quod prophetæ mente videbãt ea, quæ
videbant, ſpiritu ſancto apparitiones facien
te, & ideo viſiones vocabantur. Quod intelli
go, quando proſpera per illam viſionem pro
mittuntur, aut poſt calamitates proſpera.
1.Regũ.9. Hinc prophetæ boni, vt ait Hiero. Iſaiæ. 1.
prius vocabantur videntes, quia dicere pote
Pſal.24.& rant illud Pſalmi. oculi mei ſemper ad domi
122. num. & ad te leuaui oculos meos qui habi-
tas in cælo. Vnde Apoſtolis à ſaluatore præ
Ioan.24. cipitur. Leuate oculos veſtros, & videte re-
giones, quia iam albæ ſunt ad metendum.
Iſtos cordis oculos ſponſa habebat in Canti
Cantic. 4. cis canticorum, cui ſponſus dicit. Vulneraſti
cor meum ſoror mea, ſponſa, vno ex oculis
Matth.6. tuis, & in Euangelio legimus. Lucerna corpo
ris tui, eſt oculus tuus. In veteri quoque dici
Exod. 20. tur inſtrumento, quod populus videbat vo-
cem domini. Ex quo Montani deliramenta
conticeant, qui in ecſtaſi & cordis amentia,
prophetas putant ventura dixiſſe. Neque e-
nim videre poterant qui ignorabant. Hoc e-
tiam repetit Amos 1. & ca.7. Denique in epi
ſtola ad Paulinum ait. Prophetæ appellabã-
tur videntes, quia videbant enim quem cæte-
Ioan. 8. ri non videbant. Abraham vidit diem eius,
& lætatus eſt, aperiebantur cæli Ezechieli,
qui populo peccatori clauſi erant. Reuela, in
Pſal. 118. quit Dauid, oculos meos, & conſiderabo mi
rabilia de lege tua.

Quanuis prophetæ vocarentur videntes,
non tamen omnia nouerant, nec ipſi Apo-
4 Reg.43. ſtoli. ſed quædam etiã ignorabant. Nam Eli-
1. Theſſ.3. ſæus ignorans mortem filij Sunamitidis, di-
cebat ad Giezi. Dominus abſcondit à me. Et
Paulus ad Theſſalo. Miſi ad vos vt cognoſce
rem de fide veſtra. Quid ignorabat, nonne
erat raptus vſque ad tertium cælum? Huius
ignorantiæ tres ſunt cauſæ potiſsimæ. Prima,
quã affert Oecume. priori ad Theſſa. 2. vt fa
ſtum ipſorũ prohiberet atq; deijceret. Datus
eſt mihi, inquit, angelus ſatan. & Ezechiel, fi-
lius hominis crebro vocatur, ne inſolẽs eſſet
ob excellentiam viſionum. Lege optimum
exemplum apud Ælianum lib.8. varię hiſto
riæ, de Philippo Macedonũ rege. Secunda
cauſa, quam idem Oecume. affert eſt, Ne ho
mines maiores ipſos exiſtimarent, quàm iux
ta humanã naturam. Nam & Paulus & Bar-
nabas Actu. 14. Dij vocantur. Tertia, vt ſcire
mus omnes, quod cum ſimiliter vt nos ho-
mines eſſent tacti affectibus, ſuis laboribus
ac virtute peregerunt quæ operati ſunt. Præ
terea nec ſemper diuina fruebãtur inſpiratio
ne, ne putarent eos gratia & nõ virtute tales
eſſe quales erant. Porrò quod ſancti omnes
multa ignorauerint, & multa illos fefellerint
docet Hiero. in quæſtionibus ad Damaſum
q.3. his verbis. Nullus homo, excepto eo qui
ob noſtram ſalutem carnem eſt dignatus in
duere, plenam habuit ſcientiam, & certiſsi-
mam veritatem. Deniq; Paulus ex parte co
gnoſcit, & ex parte prophetat, & nũc per ſpe
culum videt & in ænigmate. Quia cum vene
rit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte
eſt deſtruetur. Samuel propheta cõnumera- 1.Reg.16.
tus Moyſi in ſacerdotio dei, ad vngẽdum re- Samuel nõ
gem miſſus, cum maximũ filiorum Ieſſe vi- erat ſacer-
diſſet Heliab, ait. Ecce coram domino Chri- dos, ſed mi-
ſtus eius. Et dixit dominus ad Samuel. Noli noris ordi-
reſpicere ad faciem eius, nec ſtaturam illius nis. Hiero-
quoniam reprobaui eum, quia non quomo- nymus li.1.
do Deus videt videt homo. Homo enim vi- cõtra Ioui.
det in facie, Deus autem inſpicit cor, & per nec eſt con
ſingulos filios ſeptem ignorãs, vſque ad Da trarium qđ
uid neſciſſe deſcribitur. Eliſæus quoque qui dicitur. 1.
duplici glorificatus eſt ſpiritu, cuius oſſa vi- Regum. 7.
tam exanimato cadaueri reddiderunt, cum
Sunamitis ad eum veniſſet in montem, & ad
pedes eius flebiliter corruiſſet, Giezi prohi-
bente ne faceret, ait. Dimitte eam quia ani-
ma eius in amaritudine eſt, & dominus ab-
ſcondit à me, & non indicauit mihi. Sancti
quoque viri tantum ea ſciebant quæ eis à do
mino reuelata ſunt, ignorabant vero ea, quæ
illis reuelata non erant, & ad ſingulas viſio-
nes Zacharias & Daniel ſuppliciter Angelũ
deprecantur, vt exponat ſibi quæ ſint illa
quæ viderant. Vnde Iſaac deceptus errore fi
lium ſanguinarium, prætermiſſo eo qui in-
nocenter habitabat domi, voluit benedice-
re. Item Philippus presbyter libro. 2. in Iob
cap. 26.

Digitized by Google

capit. 26. cum Iob. ait. Hæc ex parte dicta ſunt. viarum eius, inquit, Non inuenies quē piam, qui valeat omnia ſecreta Dei myſteria, quaſi ſibi reuelata cognoſcere, propter quod Apoſtolus dixit. Ad hæc quis tam *2. Cor. 2.* idoneus.

Hoc cur fiat, ratio in promptu eſt, quia diuiſiones ſunt donorum & gratiarum, & ideo nec vates ſemper prophetabant, ſed quando eos ſpiritus diuinus arripiebat. Vnde Grego. 2. Moral. capit. 28. ait. Alijs prophetiæ, alijs genera linguarum, alijs virtutes curationum dantur. Sed hæc ipſa dona non ſemper in mente eodem modo ſunt, nam ne ſe mens in præſumptione eleuet, aliquando vtiliter ſubtrahuntur. Nam ſi prophetię ſpiritus pro *4. Regū. 4.* phetis ſemper adeſſet, Eliſæus propheta non diceret. Dimitte eā, anima enim eius in amaritudine eſt, & dominus celauit à me verbū. *Amos. 7.* Si prophetiæ ſpiritus prophetis ſemper adeſſet, inquiſitus Amos propheta non diceret. non ſum propheta, & ſubdit. Nec filius prophetę, ſed armentarius puer ego ſum, vel licans Sycomoros. Quomodo autem propheta non fuit, qui de futuris tot verba prædixit. Aut quomodo propheta fuit ſi de ſe in præſenti vera denegauit? Sed quia eadem hora qua requiſitus eſt prophetiæ ſibi ſpiritum, deeſſe ſenſit, de ſemetipſo teſtimonium veraciter intulit dicens. Nō ſum propheta. Qui tamen ſecutus adiungit, & nunc audi verbum domini. Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ gladio cadent, & humus tua funiculo metietur. Quibus prophetæ verbis apertè oſtenditur, quia dum ſibi illa loqueretur, mox habere prophetandi ſpiritum meruit, quia ſe prophetam non eſſe humiliter agnouit. Poteſt hic locus exponi, non ſum propheta, ideſt, non eram propheta quando Dominus vocauit me. &c. Si *2. Reg. 7.* prophetiæ ſpiritus prophetis ſemper adeſſet Dauid regi de templi ſe conſtructione cōſulenti nequaquam Nathā propheta concederet, quod poſt paululū negaret. Vnde bene *Iohan. 1.* in euangelio ſcriptū eſt. Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizat. In cūctis namque fidelibus ſpiritus venit, ſed in ſolo mediatore ſemper ſingulariter permanet, quia eius humanitatem nunquā deſeruit, ex cuius diuinitate procedit. At Ioh. 14. videtur dici contrarium, apud vos permanebit & in vobis erit. Sed ſciendum quod alia ſunt dona ſpiritus ſine quibus ad vitam nequaquā pertingitur. Alia quibus vitę ſanctitas pro aliorū vtilitate declaratur. Poſterioris generis ſunt, Virtus curationum, genera linguarum, interpretatio ſermonum. Prioris generis ſunt, manſuetudo. humilitas patientia, fides, ſpes, Charitas. In his donis ſine quibus ad vitam perueniri non poteſt, ſpiritus ſanctus ſiuè in prædicatoribus ſuis, ſiue in electis omnibus ſemper manet. Verba ſunt Grego. moral. capit. vlt. quæ pie interpretanda ſunt videlicet quod ſemper maneat in patria. In illis autem quibus per oſtenſionem illius, noſtra vita ſeruatur, ſed aliorum quęritur, nequaquā ſemper in prædicatoribus permanet, quia ſemper quidem eorum cordi ad bene viuendum præſidet, nec tamen per eos virtutum ſigna ſemper oſtendit, ſed aliquando ſe is à ſignorum oſtenſionibus ſubſtrahit, vt eo humilius virtutes eius habeantur, quo habitæ teneri non poſſunt.

Eſt dubium, An prophetæ intelligāt ſuas prophetias. Sed catholici non dubitant, quin intelligant, hæretici tamen negant. Contra hæreticos ſic diſputat Hiero. in proœmio comment. Iſaiæ. Non vt Montanus ſomniauit prophetæ in ecſtaſi locuti ſunt, vt neſcirent quid loquerentur, & cum alios erudirent, ipſi ignorarent quid dicerēt, De quibus *1. Tim. 3.* Apoſtolus ait. Neſcientes quæ loquantur, nec de quibus affirment. Sed iuxta Salomonem. Sapiens intelligit quæ profert de ore ſuo, & in labijs ſuis portabit ſcientiam, etiam ipſi ſciebant quid dicerent. Si enim ſapientes erant prophetæ, quod negarè nō poſſumus, & Moyſes omni eruditus ſapientia loquebatur ad dominum, & dominus reſpondebat ei. Et de Daniele ad principem Tyri dicitur. *Ezechi. 28* Nunquid ſapientior es Daniele? Et Dauid ſapiens erat, qui gloriabatur in Pſalmo. incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti *Pſalmo. 50* mihi. Quomodo ſapientes prophetæ inſtar brutorum animantium quod dicerent ignorabant? Legimus in alio Pauli loco. Spiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt, & *1. Cor. 14.* in ſua habent poteſtate, quando taceant, & quando loquantur. Quod ſi cui videtur infirmum illud eiuſdem Apoſtoli audiat. Prophetæ duo aut tres loquantur, & alij iudicent, ſi autem alij fuerit reuelatum ſedenti, prior taceat. Si ergo intelligebant quæ dicebant, cuncta ſapientiæ rationiſque plena ſunt, nec aër voce pulſatus

ad aures eorum perueniebat, ſed Deus loquebatur in animo prophetarum, iuxta illud
Zachar. 1. quod alius propheta dicit. Angelus loquebatur
Gala. 4. in me. Et Apoſtolus. Clamantes in
Pſalm. 84. cordibus noſtris, Abba, pater. &, Audiam quid loquatur in me Deus. Lege eundem Hieronymum in comment. epiſtolæ ad Epheſios capit. 3. in expoſitione huius loci. & alijs generationibus non fuit notum &c. & in prologo Habacuc. & S. Thom. 2. 2. quæſt. 173. arti. 4. Item de hæreſi Montani lege Euſebium lib. 5. hiſto. ca. 16. & 17. Sed annotandum eſt, non negaſſe Hieronymum ecſtaſin paſſos fuiſſe prophetas, ſed non ita paſſos vt neſcirent quid loquerentur. Nam vt ait Auguſt. lib. 1, quæſt. in Gene. q. 80. ecſtaſis ſolet fieri in magnarum rerum reuelationibus. Sic ab Adam, cum prophetatur ſacramentum illud magnum) vt dicit Apoſtolus) in Chriſto & ecclesia, dicendū eſt ꝙ ecſtaſin paſſus fuerit & ſenſuum alienationem.

De modo quo fiant viſiones propheticæ, ſic ſcribit Hierony. Habac. ca. 2. Prophetica, inquit, viſio, & eloquium Dei, non extrinſecus ad prophetas fit, ſed intrinſecus & in interiori homine manifeſtatur. Vnde apud Zachariam. Angelus qui loquebatur in me.
Pſalm. 82. & in pſalmis. Audiam quid loquatur in me dominus. & Ierem. 28. ait, Prophetæ nequaquam ſuo arbitrio loquuntur, ſed ex domini voluntate, quia prophetia futurorum ſępiſsimè eſt, quorum ſolius Domini notitia eſt. Nam Ieremias tacet cum ab eius collo ab Anania catena lignea aufertur, doloremque diſsimulat, necdum enim à domino, quid loqueretur, fuerat reuelatum. Tandem facto ad eum verbo confidenter loquitur. Item comment. in Pſalm. 84. titulo Hierony. dicitur. Multi putant quando loquitur Moyſes & dicit, hæc dicit dominus. & cum dicitur, factum eſt verbum domini ad Iſaiam, vel Ezechielem, quod forinſecus ſermo fiat, & per iſtas aures audiat propheta, quod loquitur dominus. Non eſt ita. Denique & dominus
Luca. 8. quid loquitur ad Iudæos & Phariſæos? qui
Iſaia. 5. habet aures audiendi audiat. Et Iſaias ait. Dominus addidit mihi auriculam. Quoniā non habebam illam auriculam quæ in corde eſt. addidit mihi vt Dei poſsim audire ſermones. & quodcunque propheta audit, audit in corde. Quando enim clamamus in cordibus noſtris, Abba, pater, clamor ille ſilentij eſt, & ſilentium auditur à domino.

Locutio diuina, vt ait Grego. libr. 28. moral. capit. 2. duobus modis diſtinguitur. Aut per ſemetipſum dominus loquitur. aut per creaturam angelicam eius ad nos verba formantur. Sed cum per ſemetipſum loquitur, ſola nobis vis internę inſpirationis aperitur, & de verbo eius ſine verbis & ſyllabis, cor docetur, quia virtus eius intima quadam ſubleuatione cognoſcitur. Cum vero per angelū voluntatem ſuam dominus indicat, aliquando eam verbis, aliquando rebus demonſtrat, aliquando ſimul verbis & rebus, aliquando imaginibus, cordis oculis oſtenſis, aliquando imaginibus & ante corporeos oculos ad tempus ex aere aſſumptis, aliquando cæleſtibus ſubſtantijs, aliquando terrenis, aliquando ſimul terrenis & cæleſtibus. Nonnunquam etiam per angelum humanis cordibus ita loquitur Deus, vt ipſe quoque angelus mentis obtutibus præſentetur. Verbis per angelum loquitur Deus, cum nihil in imagine oſtenditur, ſed ſupernæ verba locutionis audiuntur. Sicut dicente domino. Pater clarifica filium tuū. Angelus reſpondit. Clarificaui & iterum clarificabo. *Ioan. 17.* Aliquando rebus per angelos loquitur Deus, cū nil verbo dicitur, ſed ea quæ futura ſunt, aſſumpta de elementis imagine nuntiantur. Vt Ezechiel nil verborum audiens, in electri ſpeciem myſteria cognouit incarnationis Chriſti. Electrum ex auri argentique metallo miſcetur, in qua permixtione argentum quidem clarius redditur, ſed tamen fulgor auri temperatur. Aliquando per angelos verbis ſimul & rebus loquitur Deus, cum quibuſdā motibus inſinuat, hoc quod ſermonibus narrat. vt Adam poſt peccatum non vidit dominum, ſed increpationis verba per angelū audiuit. Cum audiſſet vocē domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiē. Cum deambulat Deus receſſum ab homine ſignificat. Aliquando imaginibus, cordis oculis extenſis, per angelos loquitur Deus, ſic *Geneſ. 28.* Iacob vidit ſcalam, & Petrus linteum reptilibus plenum, in ecſtaſi vidit, hoc eſt non ocu- *Actu. 10.* lis corporeis, ſic Paulo in viſione vir Mace- *Actu. 16.* do apparuit, qui tranſire eum in Macedoniā rogauit. Aliquando imaginibus, & corporibus ex aere aſſumptis per angelos loquitur Deus, ſic Abraham tres viros vidit quos in habitaculo terreno ſuſcepit, & illi quædam interna annuntiarunt. Hæc & alia nonnulla ſcribit Grego. loco citato.

Duo

Duo genera prophetarum.

Duo ſunt genera prophetarum, qui vaticinantur de futuris. & qui interpretātur ſcripturas. De his ſic ſcribit Ambro. 1. Corinth. 12. Prophetas duplici genere intelligimus, & futura dicentes, & ſcripturas reuelantes. Sicut enim propheta futura prædicit quæ neſciuntur, ita & hi dum ſcripturarum ſenſum qui multis occultus eſt, manifeſtant, dicuntur prophetare. Sic Paulus dicit. Qui prophetat, eccleſiam ædificat. & Hiero. ad Ephe. 4. capi. ait. Poſuit Deus primo apoſtolos, ſecundo prophetas. Non illos qui futura vaticinantur, quales in veteri legimus teſtamento, ſed qui infideles & imperitos arguant atque dijudicent. Hæc ille. Hoc ſecundo modo ferè ſemper propheta accipitur in nouo inſtrumento, nempè pro his qui ſcripturæ abſtruſos & arcanos ſenſus explanāt. vt Philippi filiæ quę prophetabant. & 1. Timot. 1. Hoc pręceptum commendo tibi ſecundum præcedentes in te prophetias. id eſt, toto animo ſcripturarum interpretationibus incumbe, quemadmodum ante feciſti. & cap. 4. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam. id eſt ideo largitus eſt tibi dominus ſcientiam ſcripturarum, vt alios doceas & erudias. Per, propter, & in a-

Act. 11.

ctibus erant prophetæ dicentes futura, ſicut Agabus, qui vincula Paulo Hieroſolymis futura prophetauit, & futurā famem ſub Claudio prædixit. Præterea cum Paulus. 1. Corinth. 12. dixiſſet. Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam prophetas, inquit Oecume. 1. Corinth. 8. Bene addidit primo de Apoſtolis. nam hi duces ſunt fidei. Prophetas verò ſecundo loco poſuit, non veteres illos dicens, ſed eos qui in vnaquaque eccleſia illo tempore prophetabant, qualis erat Agabus alijque multi. Prophetas dicit Apoſtolus non qui ante tempus gratiæ, ſed qui poſt gratiam fuerunt, vt Agabus, & qui Antiochiæ prophetabant. Verum dices ſi illi erant prophetæ quomodo ait dominus: Lex

Math. 11

& prophetæ vſque ad Ioannem. Dicimus quod de veteribus illis loquitur Dominus, qui de ipſius aduentu prophetauerant. Sic etiam ſoluit S. Thom. 2. 2. quæſt. 174. arti. 6. ad. 3. Prophetæ, inquit, prænuntiantes Chriſti aduentum, non potuerunt durare niſi vſque ad Ioannem, qui digito Chriſtū demonſtrauit. Et tamen vt Hierony. Matth. 11. ait, non hoc dicitur vt poſt Ioannem excludat prophetas. Legimus enim in Actibus Agabum prophetaſſe, & quatuor Philippi filias virgines. Ioannes etiam propheticum librum conſcripſit, & ſingulis temporibus non defuerūt prophetæ. non quidem ad nouam doctrinam fidei depromendam, ſed ad actuum directionem. Ita etiam Euthy. in Matth. ſuper illud. Lex & prophetæ. Item Auguſti. epiſto. 58. ait, Hos prophetas, quos apoſtolos poſuit, non puto illos eſſe, qui ordine temporum ante apoſtolos fuerunt, ſed illos quibus iam ſub apoſtolis per gratiam donabatur, aut interpretatio ſcripturarum, aut inſpectio mentium, aut prædictio temporis ſecuturi, vt Agabus cernebat. qui & famem inſtantem prædixit, & quæ Paulus in Hieroſolymis paſſurus eſſet, & verbo denūtiauit, & ſigno zonæ eius oſtendit.

Prophetia ex præſcientia & ex iudicio operū

Sicut duplices oſtendimus eſſe prophetas, ita & prophetias. Nam prophetia (vt dicitur homi. 1. titu. Chryſo. in Matth. verſus finem, in expoſitione huius loci. Vt impleretur quod dictum eſt à domino.) alia eſt ex præſcientia, & hęc immutabilis eſt, Vt, Ecce virgo concipiet. Alia ex iudicio operum, & hæc ſolet mutari ſecundum quod verba ſonant, non ſecundum intellectum, vt, Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur, ſubintelligitur niſi pœniteat. & apud Iſaiam, dicitur Ezechiæ. Diſpone domui tuæ quia morieris, & non viues. Item quæ eſt ex præſcientia, illa impletur ſolūmodo Dei operatione, vt quod virgo pareret. Alia adimpletur hominum adminiſtratione, vt quod ego ſim vir bonus. Hæc ille. Hoc eſt ſatis erudite & diſertè dictum, etſi nonnihil diſsidet ab hoc S. Tho. 2. 2. q. 171. art 6. ad. 2. & 1. par. q. 19. art. 7.

Nota.

Ad quæ tēpora ſe extendat prophetia.

Ad quot tempora ſe porrigat & extendat prophetia, oportet nunc altius & vberius quàm à nobis explicatum eſt antea, declarare. & quidem vt ait Euthy. in proœmio comment. Ioannis, Prophetia non de futuris tantum eſt, verum etiam de præteritis. Sic Moyſes mundi conſtitutionem enarrans, de præteritis vaticinatus eſt, & de præſentibus, vt cum dixit Chriſtus quæ ſint in corde hominum, & Petrus detexit furtum Ananiæ & Sapphiræ. Præterea Chryſo. in ſecundo proœmio Pſalmorū ait. Vniuerſum genus prophetiæ tripliciter diuiditur, in futurum, præſens, & præteritū. Prophetia enim eſt, Moyſis prophetia, narrantis de Adam & temporibus ab alto repetitis. Quin etiam prophetia eſt eius quod eſt occultum, inuentio, vt à

Petro

Digitized by Google

Petro ſactum eſt, qui furtum Ananię & Sap
phiræ detexit. Eſt magis propriè prophetia,
quæ futura prædicit, eaque eſſe euētura poſt
multas generationes, quemadmodum dixe
runt prophetæ de Chriſti aduentu, & Apo
ſtoli de gentium ad fidem obedientia, & Iu-
dæorum reiectione. Item Beda Gene. 1. cap.
ait. Prophetię tria genera ſunt. Prophetia de
præterito, vt, In principio creauit Deus cœ-
lum & terram. & reliqua. De præſenti, vt ſe-
dens Chriſtus ad dexteram patris. Dicitur
de futuro, inde venturus eſt iudicare viuos
& mortuos. De hac re vberius diſſeruit Gre-
gorius Homilia prima in Ezechielem pro-
22.q.171 arti.3. phetam inquiens. Prophetiæ tria tempora
ſunt, ſcilicet præſens, præteritum, & futurū.
Quorum præſens & præteritum prophetiæ
etymologiam amittunt. Prophetia de futu-
ro eſt. Ecce virgo concipiet & pariet filium.
Iſaiæ.7. Prophetia de præterito. In principio creauit
Deus cælum & terram. De illo enim tempo
re dixit homo, quando non erat homo. Pro
1.Cor.14. phetia de præſenti eſt quando Paulus dicit,
ſi omnes prophetent, intret autem quis infi-
delis vel idiota, conuincitur ab omnibus oc-
culta cordis eius manifeſta fiunt, ita cadens
in faciem adorabit dominum, pronuntians
quòd verè Deus in vobis ſit. Cum igitur dici
tur, occulta cordis eius manifeſta fiunt, mon
ſtratur, quod per hunc modum prophetiæ
ſpiritus non prædicit quod futurum eſt, ſed
oſtendit quod eſt. Vnde rectè prophetia di-
citur, non quia dicit ventura, ſed quia prodit
occulta. Rem quippè quamlibet, ſicut in fu-
turo ab oculis ſubtrahunt tempora, ita ab o-
culis noſtris in præſenti, ſubtrahit cauſa. Vē
tura etenim res occultatur in futuro tempo-
re, præſens autem cogitatio abſconditur in
latenti corde. Eſt etiam prophetia præſens
cum res quælibet non per animum, ſed per
abſentem locum texitur, quæ tamen per ſpi
ritum denudatur. Et ibi fit præſens prophe-
tantis animus, vbi per præſentiā non eſt cor
pus. Nam Giezi longe à propheta receſſe-
4.Reg.5. rat, cum Naaman Syri munera percipiebat.
Cui tamen idem propheta dicit. Nonne cor
meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt
homo de curru ſuo in occurſum tibi?

Hæc prophetiæ tempora ſibi concinunt
ad probationem, vt aliquādo ex futuris præ
terita, aliquando verò ex præteritis proban-
tur futura. exemplum primi. Dixerat Moy-
ſes, in principio creauit Deus cælum & ter-

ram. Sed quis crederet quia verum de præte
ritis diceret, ſi de futuro etiam aliquid non
dixiſſet? In ipſius etenim libri fine aliquid
prophetiæ per Iacob vocem de venturis per
miſcuit, dicens. Non auferetur ſceptrum de *Gene.49.*
Iuda & dux de fœmoribus eius, donec ve-
niat qui mittendus eſt. Et ipſe Moyſes ait.
Prophetam ſuſcitabit vobis de medio fra- *Deute.18.*
trum noſtrorum, tanquam me ipſum audie-
tis, ideſt erit legiſlator vt ego. Et erit quicun
que non audierit prophetam illum, &c. Cur
præteritis vētura permiſcuit, niſi vt dum im *Exemplum*
plentur ea, quæ de futuro prædiceret, oſten- *ſecundi.*
deret etiam, quod de pręteritis vera dixiſſet. *Deute.2.*
Ex præteritis etiam probantur futura. Vnde
rex Babylonis cum ſomnium vidiſſet, miſit
ad Magos & Ariolos, omneſque ſapiētes Ba
byloniæ conuocauit, nec ab eis ſolummodo
interpretationem ſomnij, ſed etiam ſomniū
quæſiuit, vt nimirum ex præterito collige-
ret, ſi quid in eorum reſponſionibus de futu
ro certum teneret. Qui cum dicere nulla po-
tuiſſent, Daniel in medio adductus eſt, qui
de interpretatione ſomnij & enarratione re
quiſitus, non ſolum hoc reſpondit quod in-
terrogatus eſt, ſed ipſam originē ſomnij ex-
plicauit, dicens. Tu rex cœpiſti cogitare in
ſtrato tuo quid eſſet futurum poſt hæc. Et
paulò poſt. Tu rex videbas, & ecce quaſi ſta-
tua grandis. Cuius ſomnij mox vt ordinem
dixit, quicquid ex eo venturum ſequebatur,
aperuit.

Spiritus prophetiæ inquit Greg. ho. 1. in *22.q.171*
Ezechi. nec ſemper nec eodē modo prophe- *arti.4.*
tę animū tangit. Nam ex pręſenti prophetię
ſpiritus, prophetātis animū aliquādo tangit,
atq; ex futuro nō tangit. Sicut Ioannes Ba- *Ioan.1.*
ptiſta venientē dominū videns, ait. Ecce qui
tollit peccata mundi. Sed eū iā moriturus eſ-
ſet, miſsis diſcipulis, requirebat dicens. Tu es
qui vēturus es, an alium expectamus? In qui *Matth.11*
bus verbis oſtenditur, quia in terris quidē ve
niſſe redemptorē nouerat, ſed an per ſemet-
ipſum ad aperienda inferni clauſtra deſcēde
ret, dubitabat. Ex præſenti enim prophetiæ
ſpiritu tactus fuerat, qui humanitatem me- *22.q.2.ar.*
diatoris videns, & diuinitatem eius intelli- *7.ad.2.*
gens, cōſiderabat agnum, qui peccata mun- *Tu dic, qđ*
di tolleret, ſed tactus ex futuro non fuerat, *Ioan. nō in*
qui aduentum illius in infernum neſciebat. *terrogabat*
Aliquādo verò ꝓphetię ſpirit⁹ animū pro *propter ſe*
phetantis ex futuro tangit, atq; ex præſenti *ſed vt do-*
non tangit. Sicut hiſtoria Geneſeos teſtatur, *minus diſci*
cum

pulos eius eruditet, et ad ſe trahe ret. cum Iſaac filiũ ſuũ ad venandũ miſit, cũ minorem filium nempè Iacob Rebecca ad benedicendũ ſuppoſuit. Qui hœdinis pellibus indutus, paterno palpatui corpus fraternum
Gene. 7. finxit. Cui ille minori filio tanquam maiori benedictionem dedit, quæque eſſent longe futura nuntiauit. Sed quis eſſet, qui coram ſe aſsiſteret, ſcire non potuit.

Aliquando prophetantis animum ex pręſenti pariter & futuro tangit. Quod ex libro
Gen. 48. Geneſeos liquido docemur. In illo quippè ſcriptũ eſt, cũ iã ad vitæ terminum appropinquaret Iacob, & duos filios ſuos Ioſeph fecisſet aſsiſtere ante eum, nempè Manaſem & Ephraim vt ex benedictione illius poſſent lõgè poſt futura promereri cui maiorẽ ad dex-
Lege quę ſcripſi libr. 9. Regula. 17. team, minorem verò poſuit ad ſiniſtram, cũq; ille oculis ſenectute caligantibus, nepotes ſuos, quis prior, quis ve eſſet minor humano viſu diſcernere nequaquam poſſet, ductis in obliquum brachijs, dextram manũ minori, ſiniſtrã maiori poſuit. Quod dum corrigere filius vellet, ait. Non ita conuenit pater, quia hic eſt primogenitus. Audiuit. Scio fili mi, ſcio. Et iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur, ſed frater eius iunior maior illo erit. Ahiæ prophetæ animum prophetiæ ſpi-
3. Reg. 14. ritus & ex præſenti atque futuro tetigerat, cum caligantibus oculis eam, quæ ſe eſſe aliã ſimulabat, & vxorem Ieroboam eſſe cognouit, & quicquid ei futurum eſſet, aperuit, dicens. Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimulas? Ego autem miſſus ſum ad te durus nuntius. Vade, & dic Ieroboam, hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quia operatus es malè ſuper omnes qui fuerunt ante te, & feciſti tibi Deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autẽ proieciſti poſt corpus, idcirco ego inducam mala ſuper domum Ieroboam.

Aliquandò ex præterito & præſenti atq; ex futuro pariter animus tangitur prophe-
Luc. 1. tantis, ſicut Heliſabeth venire ad ſe Mariam conſpiciẽs, quia incarnatũ verbũ geſtaret in vtero, agnouit, eamque iam dñi ſui matrẽ vocauit, dicens, Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? de cuius conceptione per angelũ quoq; ad Ioſeph dicitur. Quod enim
Luc. 1. Mat. 1. in ea natũ eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Quæ videlicet Heliſabeth dicit. Beata quę credidiſti, quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à domino. Dicens enim. Beata quæ credidiſti, aperte indicat quia verba angeli, quæ dicta ad Mariam fuerant, per ſpiritum agnouit, atque ſubiungens, Perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à domino, quæ eam in futuro ſequerentur, præuidit. Simul ergo de præterito & pręſenti atque futuro per prophetiæ ſpiritum tacta eſt, quæ & eam promiſsionibus angeli credidiſſe cognouit, & matrem nominans, quia redemptorem humani generis in vtero portauit, intellexit. Et cum omnia perficienda præ diceret, quid etiam de futuro ſequeretur, aſpexit.

Aliquando verò prophetiæ ſpiritus ex præterito tangit animum, nec tangit ex futuro. Sicut in apoſtolo aperte oſtenditur, qui diſcipulis ſuis dicit. Notum vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominẽ, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Christi. Vnde alijs quoque diſcipulis dicit. Secundum reuelationẽ notum mihi factum eſt ſacramentum. Qui tamen hoc ipſum euangelium, quod per reuelationem cognouerat, cũ Ieroſolymam prædicaturus aſcenderet, ait. Ecce ego alligatus ſpiritu, vado in Ieruſalem, quæ in ea euentura ſunt mihi, ignorans. Hoc quippè Euangelij Sacramentum eſt, quia vnigenitus patris incarnatus atque perfectus homo factus eſt. Qui crucifixus, mortuus, & ſepultus, die tertia ſurrexit, die quoque quadrageſima aſcendit in cælum atque in dextera patris ſedet. Qui ergo per reuelationem euangelij agnouit prophetiæ ſpiritu de præterito tactus eſt. Sed quia quid pro eodem euangelio paſſurus eſſet, ignorabat, de futuro proculdubio tactus non eſt. Nam ſic dicit, Niſi quod ſpiritus ſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi, dicens. Quoniam vincula & tribulationes Ieroſolymis me manent. Apertè oſtẽdit quia ea, quę ipſi futura eſſent alijs de ipſo reuelata erãt, nõ autẽ ipſi de ſe. Sicut de illo per Agabũ dicitur. Virum, cuius hæc zona eſt, ita alligari oportet in Ieruſalẽ. *Gala. 1.* *Ephe. 3.* *Act. 20.* *Actu. 20.*

Aliquando prophetiæ ſpiritus tangit ex futuro, nec tangit, ex præterito, ſicut in Heliſei facto ſcriptum eſt, quia cum vnus ex filijs prophetarum materiam ſuccideret, huic ferrum ſecuris in aquam cecidit, qui exclamauit. Heu Heu domine mi, & hoc ipſum mutuo acceperã. Dicit autẽ homo Dei. Vbi cecidit? at ille mõſtrauit ei locũ. Præcidit ergo lignũ, & miſit illuc, natauitq; ferrũ. In quo videlicet prophetę facto cognoſcitur, quia qui *4. Re. 5.*

requi-

requirit,vbi ceciderat,quid eſſet facturus,no
uerat.Sed tamen cum requirit, conſtat, quia
vbi ferrum cecidiſſet,ignorabat. Prophetiæ
ergo ſpiritus, Heliſei mentem ex futuro teti
gerat,ſed ex præterito non tangebat, qui &
ferrum ex profundis dimerſum quia reuoca
turus eſſet ad ſuperficiem, ſcire potuit, ſed
vbi ceciderat omnino neſciuit.

Aliquãdo vero prophetiæ ſpiritus in præ
ſenti ex parte tangit,& ex parte non tangit.
Actu.21. Quod & Petri hiſtoria teſtatur,cum miſsi ad
eum à Cornelio milites, ei ſunt illi homines
per ſpiritum nuntiati. Scriptum quippe eſt.
Et dixit ſpiritus ei, ecce viri tres quærunt te.
Ad quos ille deſcendit, & requirens dicit.
Quæ cauſa eſt propter quam veniſtis?In cu-
ius verbis oſtenditur, quia eandem cauſam
per ſpiritum non audierat, quàm à militibus
requirebat. In præſenti ergo mentem Petri
ſpiritus ex parte tetigerat, & ex parte non te
tigerat, qui adeſſe milites dixit, & pro qua
cauſa venerant,tacuit.

Aliquando ſpiritus prophetiæ in futuro
4.Reg.2. ex parte tangit,& ex parte non tangit.Sicut
prophetarum filij de auferendo Helia ad He
liſeum dicunt. Nunquid noſti quia hodie do
minus tollat dominum tuum à te? Quo ta-
men ablato, ſe ſe per diuerſa diſpergunt,eum
que in rupibus & vallibus quærunt. In futu-
ro ergo eorum mentem prophetiæ ſpiritus
ex parte tetigerat,& ex parte non tangebat,
quando eum,quem tollendum nouerãt,non
inueniendum quærebant. Ex parte itaque
tacti ſunt,atque ex parte non tacti, quia ſcie
bant, quod tolli poſſet,& neſciebant, quod
inueniri non poſſet. Idem quoque Heliſeus
per prophetiæ ſpiritum de futuro ex parte
tactus eſt, & ex parte non tactus, cum regi
4.Reg.3. Iſrael diceret.Percute iaculo terram, & cum
percuſsiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet iratus
eſt contra eum vir Dei, & ait. Si percuſsiſſes
quinquies aut ſexies,ſiue ſepties percuſsiſſes
Syriam vſque ad conſumptionem,nunc au-
tem tribus vicibus percuties eam.Quivtique
nouerat,quod toties percuteret Syriam,quo
ties percuſsiſſet terram, ſed cum ei diceret.
Percute terram, quoties eam percuſſurus eſ-
ſet,ignorabat quippe, & indignabatur, ter-
ram tertio fuiſſe percuſſam. Profecto con-
ſtat, quia de futuro ex parte tactus fuerat, &
ex parte non tactus qui Syriam perceni præ
dixit, ſed terram amplius percuti voluit. Sic
1.Reg.15. Samuel cùm ad vngendum Dauid à domi-

no mitteretur,reſpondit.Quomodo vadam?
audiet enim Saul, & interficiet me. Iuſſu e-
nim domini Saul primũ in regem Iſrael vn-
xerat, quo poſtea propter neglectum Dei
mandatum, reiecto, & Dauid vnxit, nec ta-
men à Saul occiſus eſt. Ex parte ergo de fu-
turo tactus prophetæ animus fuerat, & ex
parte non tactus, qui & vngendum Dauid
in regno nouerat,& quia à Saul non eſſet oc
cidendus,ignorabat.

Sciendum quoque eſt, quòd prophetæ
quidam è proximo tanguntur, atque è lon-
ginquo minimè tanguntur. Alij verò è lon-
ginquo tanguntur, & non tanguntur è pro-
ximo. Alij autem & è longinquo & è proxi-
mo prophetiæ ſpiritu tangũtur. Simul enim *1.Reg.5.*
Samuel venienti ad ſe Saul, atque aſinas pa-
tris quærenti, perijſſe aſinas nouerat,eaſque
inuentas eſſe nuntiabat,& Saulem regem fu
turum prædicit. Dauid quoque quia in eius
regno ſuccederet,nuntiat,ſed quia pater re-
gis æterni futurus ſit,non prædicit.

Quidam verò tanguntur è longinquo, &
non tanguntur è proximo, ſicut idem Da-
uid incarnandum Dei vnigenitum nouerat
de Iudæa, dicens. Homo natus eſt in ea, & *Pſalm.86.*
ipſe fundauit eam altiſsimus. Atque hunc ad
cœlos aſcenſurum,& ad patris dexterã ſeſſu
rum intelligit,dicens. Dixit dominus domi- *Pſal.109.*
no meo ſede à dextris meis. Et tamen multa
quæ è vicino acta ſunt,minimè præuidit. Vt
enim pauca de multis loquar,ſeruum Miphi *2.Reg.16.*
boſeth Siban contra dominum ſuum men-
tientem non intellexit, quippe cui falſam re
ferenti proditionem, bona Miphiboſeth do
mini ſui, protinus adiudicauit. Et Amaſæ *2.Reg.20.*
promittens, dicit, Hæc faciat mihi Deus, &
hæc addat,ſi non magiſter militiæ fueris co-
ram me omni tempore pro Ioab, videlicet
quid ſequeretur ignorans,quia Amaſa idem, *2.Reg.7.*
non ſolum principatum militiæ pro Ioab
non ſuſciperet,ſed etiam per Ioab poſt pau-
lum vitam finiret.

Quidam verò è longinquo tanguntur, &
è proximo,ſicut Iſaias longe poſt futura pro *Iſaia.7.*
nuntiat,dicens. Ecce virgo concipiet. & pa-
riet filium, & vocabitur nomen eius Hema-
nuel. Qui etiam de Ezechia rege prophetiæ
ſpiritu tactus è vicino,quia de infirmitate ſua *Iſaia.38.*
ſurgeret, prædixit, & quot annis poſt infir-
mitatem viueret nuntiauit. Aliquãdo enim
prophetiæ ſpiritus prophetis deeſt,nec ſem-
per eorum mentibus præſto eſt, quatenus
cum

cum hunc non habent, ſe hunc agnoſcant ex
4.Reg.4. dono dei habere, cũ habẽt. Vnde Heliſeus cũ flentem Sunamitidem mulierem à ſuis pedibus per Giezi puerũ auelli prohiberet, dixit. Dimitte illã, anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me & non indicauit mihi.
4.Reg.3. Sic quoq; cũ eum Ioſaphath de futuris requireret, & prophetiæ ei ſpiritus deeſſet, pſalten fecit applicari, vt prophetiæ ad hunc ſpiritus per laudem pſalmodiæ deſcenderet, atq; eius animum de venturis repleret.

Prophetæ aliqui fuerunt ante captiuitatẽ decẽ tribuũ Iſrael, ſiue duarũ, nepè Iudę & Bẽiamin. vt Nathã, Iſaias, Ioel, Hoſeas, Amos. Alij poſt captiuitatem decẽ tribuũ, & duarũ, vt Daniel, Aggæus, Zacharias, Ieremias tamẽ & Ezechiel imminente captiuitate Babylonica vaticiniũ texuerũt, ſed Ieremias in Iuda prophetauit, Ezechiel in Babylone. At Aggeus, Zacharias, Malachias poſt captiuitatẽ Babylonicam.

Prophetæ omnes poſteriores, fuerũt poſt diuiſionẽ. 12. tribuũ à domo Dauid. horũ munus erat populum rebellẽ & immorigerũ minis ad legis cuſtodiã cogere. Priores prophetæ populi geſta, laudes Domini, mores populi conformabant. Ideo hi dicuntur Hagiographi. illi priores prophetę à fine nomine impoſito, licet eſſent omnes prophetæ.

Prophetæ aliqui fuerũt *σύγχρονοι*, id eſt eodem tempore viuentes, vt Hoſeas, Iſaias, Ioël Amos, Abdias. Ionas, Michæas, qui fuerunt regnante Ezechia, in cuius tempore regnum decem tribuum eſt finitum, quod à primo rege Ieroboam vſq; ad vltimum Hoſeæ, manſit annis ducentis quinquaginta. Item. Zacharias, Aggæus, Malachias eodem tempore vixerunt. Denique floruit Sophonias tempore regis Ioſiæ, quo tempore Ieremias publicè, Sophonias in concilijs, Oldas in cœtibus mulierum prophetabant. Alij non vixerunt eodem tempore. vt Daniel, Iſaias.

Verum vt ſcias quo tẽpore aut quibus regibus regnãtibus vnuſquiſq; propheta vixerit, lege regulã quandã quam poſuimus cũ de titulis pſalmorũ agebamus, aut Diuum Theodoretũ in procemio duodecim prophetarum

Prophetæ quidã vocantur minores, quia ſermones eorũ ſunt breues, in maiorũ cõparatione, qui maiores ideo vocãtur, quia prolixa volumina condiderunt. Vnde Ezechi. cap. 2. ait. Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expãdit illum corã me, qui erat inſcriptus intus & foris, & ſcriptæ erant in eo lamentationes & gemitus & Væ. Maiores ſunt, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel. minores Hoſeas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michęas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias.

Ex prophetis aliqui nullam prophetiam ſcripſerunt, vt Nathan, Gad. 2. Reg. 24. Semeias. Achias. Debora. Oldas. Elias. & Heliſeus. Alij ſcripſerunt vt Iſaias, Ieremias & reliqui prophetæ tam maiores quã minores. De hac re extat liber Rabi Moſi Kamhi, quem inſerere hoc loco libuit. Moſes vir Dei ſcripſit Pentateuchũ, hoc eſt quinq; volumina legis, preter octo verſus ab. Et mortuus eſt Moſes vir Dei. vſq; ad finem legis. & librum Iob. Ioſue ſcripſit librũ ſuũ & octo verſus legis. Samuel ſcripſit librum ſuum, id eſt primum & ſecundũ regum, & librum Iudicum & Ruth. Iſaias ſcripſit librum ſuum, & librum prouerbiorũ, & Cantici cãticorum, & Eccleſiaſtę. Ieremias ſcripſit librum ſuum, & librum regũ & Threnorum. Viri Synagogæ maioris ſcripſerunt librum Ezechiel & librum duodecim prophetarum minorum, & librum Danielis & Heſter. Dauid & decem prophetę illi pſalmographi compoſuerũt librum ſuum & librũ Paralipomenon, vſq;. Et fuerunt ſibi fratres filij Ioſaphat. Numerus verſuum legis quinque millia & octingenti & quadraginta quinque literæ legis. 600045. Et prophetarum nouem millia, ducenti & nonaginta quatuor. Et Hagiographorum, octo millia & ſexaginta quatuor. Inuenitur itaque ſumma omnium verſuum Biblię, viginti tria millia, ducenti & tres verſus. Sed huius authoris Rabi Moyſi. ſententia falſa eſt, vt patet ex ſupradictis. *De hoc libro primo cap. 6.*

Annotatio.

Eſt controuerſia inter ſcriptores vter fuerit excellẽtior propheta, Moyſes an Dauid. Nam S. Thomas principatum tribuit Moyſi, Lyranus anceps ac dubius eſt, tamen demum putat Dauid principatum tenere. Nos tamẽ neutræ parti accedimus ob cuius rei intelligẽtiam, annotandum ex Hier. in prologo galeato. Quod ſcriptura veteris inſtrumenti in tres ordines diuiditur. primus ordo cõtinet quinq; libros Moyſis. *Quis excellentior propheta Moyſes an Dauid.*

Secundum prophetarum ordinem faciũt, ſcilicet. Hebræi, & incipiunt a Ioſue. Deinde ſubtexunt Iudicum librum & in eundem cõpingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta

Digitized by Google

eius narratur hiſtoria. Tertius ſequitur Samuel,quem nos regum primum & ſecũdum dicimus.Quartus regum.Quintus Iſaias.Sextus Ieremias.Septimus Ezechiel.Octauus, liber.12.prophetarum.

Tertius ordo Hagiographa, ideſt, ſanctè ſcripta poſsidet. Vocantur autem ἁγιόγραφα, illa volumina quæ potius docent,quam de futuris vaticinantur,licet prophetæ illorum autores etiam ſint appellandi, & primus liber incipit à Iob.Secundus à Dauid,quem quinque inciſionibus & vno Pſalmorum volumine comprehendunt.Tertius Salomon, tres libros amplectens.Quartus Daniel, iuxta Hebræorum opinionem. Sed iuxta nos vnus è quatuor prophetis maioribus eſt,vt diximus in Appendice.4.Hypoty. Quintus liber Paralipomenon.Sextus Eſdras.Septimus Eſter. Ecce Moyſes excluſus eſt à numero prophetarum & Hagiographorum. Deinde Hebræi ſecant vetus inſtrumentum,in legem & prophetas, & prophetæ rurſum ſubdiuiduntur in priores & poſteriores prophetas. Priores ſunt,Ioſue,Samuel,Salomon,Dauid,& cæteri omnes qui à morte Moyſis vſq; ad Iſaiam aliquid ſcriptis mandarunt. Illi qui ab Iſaia vſq; ad Malachiam aliquid literis commiſerunt,poſteriores vocantur.Hoc eſt.12.minores & quatuor maiores prophetæ.Ac vocantur poſteriores, quia poſt ſeparationem tribuum,duarum & decem, à ſe inuicem, ſuas ſcripſerunt prophetias.Ecce Moyſes relegatur à numero prophetarum, tam maiorum, quam minorum, tam priorum quam poſteriorum.Non quòd negem fuiſſe prophetam, fuit etenim.Nam de illo dicitur.Non ſurrexit propheta in Iſrael, qui vidit dominum facie ad faciem, ſicut Moyſes, & Abraham fuit propheta,quia de illo dicitur,Geneſ.20.Propheta eſt & orabit pro te. Verum non appellatur illo nomine,ſed alio excellentiori, videlicet, Patriarcha, quia ſupra vniuerſos homines qui ab illo originem ducebant, regnum obtinebat, & Moyſes legiſlator dicitur. Cuius veluti miniſtri fuerunt omnes prophetæ, ad hoc enim illorum prædicatio tendebat, vt lex Moyſi ſerui Dei diligenter ſeruaretur. & Ioannes Baptiſta & Euangeliſta, licet prophetæ fuerint, prophetæ non vocantur, ſed illis cognominibus à me modo dictis, ſolent ornari. Denique Chriſtus propheta fuit, qui de ſe ait.Nemo propheta ſine honore, & legiſlator ait.Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de medio fratrum veſtrorum,ipſum tanquam me audite, id eſt, erit legis nouæ legiſlator, vt ego veteris. Hoc eſſe conſonum ſcripturis, his teſtimonijs confirmari poteſt. Primum Matthæ.7. dicitur. Hæc eſt lex & prophetæ, & capit. 11. lex & prophetæ vſque ad Ioannem, & capit.22. Hinc vniuerſa lex pendet & prophetæ, & Lucæ. 16.Lex & prophetæ vſque ad Ioann, & iterum.Scriptum eſt in lege pſalmis & prophetis de me,& Diues epulo, habent Moyſen & prophetas. Vides ergo quod nunquam Moyſes numero prophetarum adſcribitur.

Prophetia quædam eſt ſpiritualis,quędam diabolica,nam in ſcripturis propheta & pſeudopropheta eodem nomine appellantur. Alia eſt inter has media, quæ naturalis aut artificialis vocatur. Quarta communis ſeu popularis vocatur. Spiritalis igitur in primis participes ſunt viri ſancti, ex diſpenſatione tamen viris iniquis datur, vt Pharaoni,Balaã & Caiphæ. Diabolicæ autem ſunt participes, qui ipſorum dæmonum ſunt cultores. cuiuſmodi ſunt, qui per farinam & hordeum vaticinantur, & illud vaticinium è quercu, & Dodonæa ſacerdos, & id quoque quod per exta fit,& per volatus & garritus auium, per notas, ſternutamenta & ſortes, quodque ex tonitruis ſumitur, & ex muribus, & muſtelis, & ex lignorum ſtridore,& aurium ſonitu & corporis tremore, & quod ex nominibus & mortuis & ſtellis & aquis,& ex alijs rebus ſexcentis. Nam quod per ſomnia fit, & id quidem apud nos per vocatam cathochen, id eſt, ſpiritus afflatum, eſt. Prænotio tamen non illis à virtute prouenit,vt nobis,ſed potius ab arte quadam praua & malefica. Ac Deus quidem cum aliquid prædicit,ipſe ſolutionem ſubijcit,& tũc euenit res abſque vllo dubio. At illi in quibuſdam fortè fortuna verum dicunt, in plurimis tamen aberrant. Naturalis autem prophetia animalium eſt ratione carentium, hirundines enim grues & formicæ hyemem aduentantem ſentiunt, erinacei quoq; & alcyones eandem habent naturam. Artificialis verò ad medicos pertinet, & ad conſultores & nauium gubernatores, ſi quidem hi morbos & eorum terminationes prædicunt, illi ventorum mutationes, at vero illi ſua prudentia, quid futurum ſit,conijciunt.Communis autem & vulgaris cognitio futuri eſt, quod videlicet poſt tres menſes futura eſt hyems,

hyems. omnes enim ex temporum circuitibus prædictiones cognoſcunt. Non igitur magnifaciendum eſt dæmones prænotionem habere, cum & formicæ & homines ſagaces futura coniectent. Verum non vt diabolus prædixit ſe ſcire & bonum & malum; ſic fuit. Et Balaam cum prædixit, meretrices ſtatue, & propter ipſas prodetur Iſraël, quod potius coniectura eſt, quàm prædictio. nihil enim admirabile iſtiuſmodi prophetiæ habent. Proprium autem prophetiæ eſt præbere linguam obſequentem gratiæ ſpiritus ſancti. Ex Suida in dictione προφητεία.

Non idem ordo eſt. 12. prophetarū apud 70. interpretes, qui in Hebraica veritate continetur. Illi enim ponunt primum Hoſeam, ſecundum Amos, tertium Micheam, quartū Ioel, quintum Abdiam, ſextum Ionam, ſeptimum Nahum, octauum Habacuc, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, vndecimū Zachariam, duodecimum Malachiam. Hebræi autem quos Latini ſequuntur, poſt Hoſeam qui apud vtroſque primus eſt, ſecundum legunt Ioel, tertium Amos, quartum Abdiam, quintum Ionam, ſextum Micheam, ſeptimum Nahum, octauum Habacuc, nonū Sophoniam, decimum Aggeum, vndecimū Zachariam, duodecimum & qui vltimus eſt, Malachiam. Hieronymus in proœmio commentariorum Ioelis prophetæ. Prophetæ maiores hunc habent ordinē. Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel.

Scriptura vetus diuiditur in legem & Prophetas.
Prophetæ, in priores & poſteriores.
Poſteriores, in maiores & minores.

Egimus de prophetis, nunc de pluſquam prophetis, & tātūmodo Iohāni hoc nomē tributum eſt. Quia, vt ait Hiero. li. 2. ad Epheſ. circa principium, quē cæteri propheta rant, ipſe conſpexit, & digito demonſtrauit, dicēs. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quia multi prophetæ & iuſti, cupierunt videre quæ vos videtis & non viderunt. vtiq; videre cupiebant, quę futura cognouerant. Et Matt. 11. cum hæc dixiſſet addidit. Tum etiam quia ad priuilegium prophetale, etiam Baptiſtæ acceſſit præmium. vt dominum ſuum baptizaret. &. q. 1. ad Alga. Vocat Iohannē Dominus nō ſolū prophetā, qui ſoleat ventura prædicere, ſed plus eſſe quam prophetam, quia quē illi venturū eſſe dixerāt hic veniſſe monſtrat, dicens. Ecce agnus Dei, præſertim cū ad faſtigium prophetale, baptiſtæ acceſſerit priuilegiū, vt qui dixerat, Ego à te debeo baptizari, ipſe eum baptizauerit, non præſumptione maioris, ſed obedientia diſcipuli & timore ſerui. Itē Theophy. Matt. 11. ait. Excellentior alijs prophetis eſt Iohā. quia alij prophetæ ſolum vaticinati ſunt de Chriſto, ille oculis aſpexit, quod excellētius eſt. Deinde alij poſtquam nati ſunt prophetārūt, iſte adhuc in ventre matris cōcluſus, Chriſtum cognouit. Et Chriſti. Druth. Matth. 29. Iohan. non ſolum fuit propheta, ſed pluſquā propheta. prophetę namque miniſterium eſt, ventura prædicere, non etiam demonſtrare. Iohan. verò non ſolum prędixit ſaluatorem, ſed etiam digito demonſtrauit, dicens. Ecce agnus. Et Maximus. hom. 3. de natiuitate Iohan. Baptiſtæ. Plus reuera, inquit, eſt Iohannes quam propheta, cū cæteri omnes venturi adhuc Chriſti fuere præcones, hic autem Domini præſentis aſſertor. lege eum, & Auguſtin. lib. 2. contra Petili. Donatiſtam. capit. 27.

De titul. Prophetarum.

CAP. II.

Qvando locū aliquem, (vt inquit Cyrillus. lib. 8. Theſauri. ca. 2.) in ſcripturis rectè intelligere volumus, tria diligenter conſideranda ſunt. tēpus quando ſcriptum eſt quod dicitur. Perſona quæ dicit vel per quam vel de qua dicitur. Et res propter quā aut de qua ſcribitur. Sic enim abſq; errore ſenſum verū poterimus inueſtigare. Cognitione temporis opus eſſe non dubitamus, audientes Apoſtolos dicere ad Chriſtum. Quando hæc erunt & quod erit ſignum aduentus tui? Hymenæus & Alexander ignorantia temporum putauerunt iam factam eſſe reſurrectionem. Perſonarum verò cognitionem Eunuchus in Actibus Apoſtolorum neceſſariam oſtendit, dicens ad Philippum. Quæſo domine de quo propheta loquitur? de ipſo an de ali-

Tempus. *Perſona.* *Res.* *Matth. 24* *2. Timo. 2.* *Act. 8.*

Digitized by Google

quo alio. Et Paul. volens ſaluatoris perſonam intelligi. *Hebr. 7.* In quem dicuntur hæc, inquit, de alia tribu eſt, manifeſtum eſt quod de Iuda ortus eſt dominus. Quod autem rei quoque notitia neceſſario requiratur, inde diſcemus, quod res quæ de ſaluatore ſcribuntur. Verbi cauſa, Ecce virgo concipiet, & ſicut *Iſaia. 7. & 53.* ouis ductus eſt ad occiſionem, ad neminem ſanctorum referri poſſunt, quare ad Chriſtū propriè referuntur. Sic quando filius Dei propter nos factus eſt homo, quando immunditia peccatorum per ipſum purgata, ſedet in dextris virtutis in excelſis, tunc melior angelis cognitus eſt, nō quia naturam in aliud mutauerit, vel quia factus ſit poſtea, quod prius non erat. Non enim de natura filij modo ſermo habetur, ſed de ea quæ tempore incarnationis facta fuit, & lib. 9. Theſauri. c. 4. hæc addit. Neceſſarium eſt ad intelligendas ſcripturas, tempora conſiderare, in quibus dicta ſunt, quæ ſcribuntur. Sic facilè poterimus errores vitare, præſertim in verbis ſaluatoris. Veluti quando dicit ſe diem iudicij ignorare, diſpenſando dixit, vt homini quem aſſumpſit congruentia diceret. Nam alioqui optimè diem illum cognoſcebat, vt alibi nos docuimus, & ipſe Cyrillus ibidem docet. *Libro. 2. barum Hypotypoſeon. cap. 2.* Hæc eadem repetit libr. 10. Theſauri. capit. 3. Hanc ob cauſam Chryſoſtom. homil. 5. de Ozia, ait omnibus prophetis mos eſt regum tempora exprimere. Item Hieron. Iſaiæ. 1. ait. In titulis prophetarum commemorantur, Perſona, Verbi gratia, Iſaias, aut Ieremias. *Perſona.* Cauſa, vt Hebræorum vitia reſecet, aut aliquid prænunciet, aut vt *Cauſa.* mærentem populum conſoletur. *Tempus.* Tempus, ſub quibus regibus prophetiam ediderit. Vt, Viſio Iſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Hieruſalem, in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda. Item Chriſti. Druthmari in procemio Matthæ. ait. In omnium librorum principijs, tria quęrenda ſunt. Tempus. Locus. Perſona. Similiter in Euangelio hæc tria quærenda ſunt. Verbi gratia in Matth. Locus in quo ſcripſit Euangelium, nempe Iudæa, nam ad Iudæos qui crediderunt ſcripſit euangelium. Tempus Caij imperatoris, qui imperij monarchiam tenebat Perſona, Matthæus. *Diſtinctio prophetæ ſub certis regibus obſeruatur diligenter ab Iſaia ab alijs negligitur.* Differt tamen Iſaias in poſitione temporum aliquorum regum à cæteris prophetis vt annotauit Hieron. in comment. Iſaiæ cap. 1. Quia in titulo Iſaiæ dicitur eum prophetaſſe ſub Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechia regibus Iuda, non vt in alijs prophetis confuſe, intelligendum eſt, vt neſciamus quid ſub quo ſpecialiter rege dictum ſit, ſed vſque ad finem voluminis ſcriptum referatur, quid ſeorſum ſub Ozia, quid ſub Ioathan, & qd ſub Achaz, & quid ſub Ezechia, ei à domino reuelatum ſit, ab initio enim Iſaiæ vſq; ad ſextum caput, ſub Ozia facta ſunt, à ſexto vſq; ad ſeptimum, ſub Ioathan, à ſeptimo vſque ad finem ferme decimiquarti capitis ſub Achaz, à fine. 14. vſq; ad finem voluminis ſub Ezechia. Hæc ille. Attamen in reliquis prophetis minime hoc inuenitur diſtinctum, vt Verbi gratia, In Ieremia qui prophetauit in regno Iuda ſpatio vnius & quadraginta annorum. Nam ſub Ioſia qui regnauit vno & triginta annis, prophetauit. 19. annis, ſub Ioachaz filio eius, tribus menſibus, ſub Sedecia filio Ioſiæ & fratre Ioacim, annis vndecim. Sex illi menſes conſtituunt annum vnum imperfectum. Prophetauit ergo Ieremias ſub quinque regibus Iuda. In Ieremia tamen nulla fit mentio de Ioachaz & Ioachin, quod ſub illis exiguo tempore prophetauit. Poſt captiuitatem verò Iudæ prophetauit in Ægypto cum illuc abductus fuiſſet cū reliquijs Iudæ, quæ illuc contra verbum domini ſe receperant, metuentes ne rurſus rex Babylonis Iudam inuaderet, & eius reliquias perderet. Hæc omnia animaduertenda ſunt etiam in lectione, ſanctorum, vt qui hæretici tunc viuerent, &c.

Ad cognoſcendū parentes & patriā vnius cuiuſq; prophetę, annotādum eſt quod Hieron. ex Hebræorum ſententia Sophoniæ. 1. obſeruauit. *Quomodo cognoſcant patres & patria prophetarum.* Cuiuſcunque, inquit, prophetæ pater aut auus, ponuntur in eius titulo, ipſi quoque prophetæ fuerunt. Vnde Amos qui *Amos. 7.* dixerat. Non ſum propheta, nec filius prophetæ, ſed paſtor caprarum vellicans Sycomoros, patris nomen in titulo non habet. Si hoc verum eſt, Sophonias propheta, ex glorioſa maiorum ſtirpe generatus eſt. Habuit enim patrem Chuſi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam, & talem quadrigam ipſe veluti extremus auriga compleuit. Burgenſis tamen Ieremiæ. 1. & Oſeæ. 1. negat hanc obſeruationem in vllo probato ſcriptore Hebręorum inueniri. Sed quantum ipſe ab ſcopo aberret, Hieronymi docuit teſtimonium, & quod nunc, (ex Hebræorum probatiſſimo ſcriptore, Rabi Dauid Canchi, in comment. Oſeæ,) ſubiungam. Cum, inquit, nomen prophetæ aut patris eius, in titulo po-

Digitized by Google

lo ponuntur. perſpicuum eſt non ſolum illũ fuiſſe prophetam, ſed & filium prophetæ. Cum verò nomen prophetæ memoriæ mandatum eſt abſque patris nomine, planum eſt ipſum fuiſſe prophetam, ſed non filium prophetæ. Deinde cum vrbis nomen, prophetæ titulus præfert, notum eſt illius vrbis de qua agitur incolam aut ciuem fuiſſe. Cum vero ponitur nomen prophetæ, vrbis verò omittitur, palàm eſt eum fuiſſe vrbis Ieruſalem ciuem. Igitur iuxta hoc præceptũ Iſaias eius fuit Ieroſolymitanus, & propheta, ipſe & pater eius. *Amos.* Amos namque pater Iſaiæ, non eſt vt nonnulli arbitrantur, tertius ex duodecim prophetis minoribus, ſed alius, nam diuerſis apud Hebræos ſcribuntur literis. pater Iſaiæ, in poſtremis literis, cum Aleph & Çaddic ſcribitur. Propheta ille minor, cum Ain, *Anathoth.* & Çamach. & ecõtra Ieremiæ patria fuit Anathoth, vt ibidem exprimitur quæ eſt in tribu Beniamin. Ioſue. 21. eſtque viculus ſacerdotũ contra ſeptentrionem Ieruſalem, diſtanſque ab ea tertio milliario.

Pondus aut on⁹ quid ſignificet in ſcriptura. Deindè non infrequẽter in titulis prophetarum ponitur pondus aut onus, ſed (vt ait Hiero. in proœmio Habacuc.) nunquam prę fertur in titulo, niſi cum graue & ponderis laboriſque plenum eſt, quod videtur. Quatuor autem prophetæ in duodecim prophetarum volumine ſunt, è quibus tres in principio pondus titulum habent. Nahum, Habacuch. Malachias. Porro Zacharias in medio & circa finem duos huiuſmodi ponit titulos. *Zacha. 9. & 12.* E quibus vnus eſt. onus verbi Domini in terra Adrach, & Damaſci requiei eius. Alter in fine. Onus verbi domini ſuper Iſraël. & Iſaię. 13. capite. ait. Verbum Hebraicum Maça vel onus vel pondus intelligi poteſt. Et vbicunque præpoſitum fuerit, minarum plena ſunt quæ dicuntur. & Ieremiæ. 23. ait. Vbicunque graue eſt quod dominus comminatur, & plenum ponderis vel laboris & importabile, *Pondus ad aliquem & contra aliquẽ quid ſignificet.* in titulo prophetiæ Maça, id eſt pondus, ponitur. Differunt tamen eum dicitur, pondus fit ad aliquem, & pondus contra aliquem. Quia vt dicit Hiero. Malachiæ. 1. Pondus, cum dicitur fieri ad aliquem, Verbi gratia Iſrael, (non contra aliquem) graue quidem eſt, quia pondus appellatur, ſed conſolationis aliquid habet, vt Malachiæ. 1. Onus domini ad Iſrael in manus Malachiæ. Aliud eſt enim quando ad illum vel illũ ſcribimus, aliud quãdo contra illum vel illum, quia in altero pars amicitiæ, in altero inimicitiarũ aperta confeſsio eſt.

Hier. optimè & eruditè interpretatus eſt quid ſignificet hoc nomen pondus iuxta Hebræos. *Theophila. expoſitio exploſa.* Vnde omnes aliæ expoſitiones quę afferri ſolent, ſunt explodendæ. nempe illa Theophi. Nahum. 1. Lemma Niniue, id eſt, aſſumptio Niniue. Quoſdam, inquit, de repente ſpiritus ſancti gratia, apprehendebat prophetas, eoſque detinens & ab humanis ſeparans, ac per ipſos loquebatur futura. Hanc igitur repentinam mentis detentionem Lemma vocauit Nahum, perinde ac ſi dicat, Arrepta mens mea ab ſpiritu pręuidit quę Niniue eſſent obuentura. Vnde omnis prophetia communi vocabulo, Lemma, id eſt acceptio, dici poteſt. Et Habac. 1. ait. Lẽma, id eſt captio ipſa prophetia nominatur, ſiue quod accipitur ex Deo tradita, ſiue propter prophetæ mentis acceptionem, ac propter ab humanis ad diuinas reuelationes, tranſlationem. *Theodoret⁹* Theodoretus quoque Nahum. 1. ait. Aſſumptionem appellat propheta, mentis raptum, & à rebus humanis traductionẽ. Rapta, inquit, mens mea à Deo, quæ Niniue eſſent ventura, præuidit. & iterum Malachiæ. 2. cap. hoc inſerſit.

prophetia quę fauſta annuntiat quo cognoſcitur. Diximus quibus verbis vtatur prophetia, quæ alicui infligit pœnam. nunc de illis dicẽdum, quæ fauſta & proſpera portendunt. De quibus ſic ſcribit Hiero. Iere. 23. Vbicunque proſpera dominus pollicetur, ſiue poſt comminationem meliora promittit, ibi. Viſio dicitur, aut certe, Verbum domini. Et commẽta. Iſaiæ. cap. 1. iterum hoc repetit.

Ponitur, inquit Hiero. in commẽt. Abdię, in prophetarum titulis, Viſio, & nihil poſtea quod viſum ſit, demonſtratur, quia non tam vult dicere ſe vidiſſe, quam ſe optimè noſſe, *De hoc libro nono. Regula. 16 diximus.* aut ſe audiſſe à dño, aut ſibi ita videri viſum fuiſſe. vt apud Iſaiam. Vidi dñm Sabaoth ſedentem ſupra thronum excelſum & eleuatum. & apud Ezechielem. Aperti ſunt cæli & vidi viſiones Dei. & ſtatim ſubiungit. Et ecce ſpiritus turbinis veniebat ab Aquilone. Et poſt viſionem Abdiæ protinus infertur. Hæc dicit dominus ad Ædom, auditum audiuimus à dño, & legatũ ad gentes miſit. &c. De Deutero. cap. 4. huius rei ſumamus exemplũ, in quo non res, ſed verba cernũtur. Attende, inquit, & conſerua animam tuã vehementer, ne forte obliuiſcaris ſermonum, quos viderunt oculi tui. & Iohan. in epiſt. Quod vi-

dimus oculis noſtris, & perſpeximus, & manus noſtræ palpauerunt de verbo vitæ. Et Moyſes vocem domini, quę ad eum loquebatur, vidiſſe ſe dicit. Et populus ſimiliter videbat vocem domini. Si ergo poſt viſionem inferuntur quæ dicta ſunt, & videntur mentis oculis, quæ auribus percipi ſolent, recte, Videns, quia prophetæ antiquitus vocabantur videntes. Item Iſaiæ. 1. capite. Non ſolum Iſaias propheta, ſed alij, quum habeant in titulo, Viſio quam vidit Iſaias, ſiue Abdias, non inferunt quid viderint (verbi gratia. Vidi dominum Sabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum,) Sed quæ dicta ſunt narrant, ideſt. Audi cælum, auribus percipe terra. Et, Hæc dicit dominus ad Idumæam. Auditum audiui à domino. Prophetæ enim prius vocabantur videntes, qui dicere poterant, oculi mei ſemper ad Dominum. Et Andreas in Apocalypſi. cap. 2. Deniq; Chryſoſt. homil. 3. de pœnitentia ait. Viſio quam vidit Iſaias ſuper Ieruſalem & Iudæam. Dic Iſaia viſionem quam vidiſti? Audite cæli, auribus percipe terra, quoniam dominus locutus eſt. Alia præmiſiſti, alia dicis. Incipiens enim dicis, Viſio ſuper Iudæam. Cælum alloqueris, atque in terram ſermonem declinas, dimittens rationales homines; cum elementis irrationabilibus diſputas. Hoc eſt, prophetæ rem, quam audiunt, vel per internam inſpirationem ſuſcipiunt, dicunt ſe vidiſſe, vt fidem adhibeamus prophetiæ, nam hic ſenſus alijs certior & exactior eſt, ne nos igitur ſimus dubij ad credendum, dicunt, adeò certa & comperta eſſe quæ dicuntur ab ipſis, ac ſi ipſi oculis ſuis conſpexiſſent. Sic dicuntur verba Dei videri, ideſt, audiri. Et ratio eſt quia ſenſus ſolemus loco teſtium adducere & vno pro altero vti. Vt oculis noſtris vidimus & manus noſtræ palpauerunt de verbo vitæ.

Iſaia. 6.
Abdias.
De hoc libro. 9. Regula. 15.

Eſt præterea annotandum quod vice tituli, vel veluti procemium dicendorum, ſolent vti prophetæ, his verbis. Hæc dicit dominus, aut alijs ſimilibus. De his titulis ſic ſcribit Hieronymus Ierem. 23. Hæc dicit domious, propterea ſemper iuſertur in prophetis, ne contemnantur quaſi verba prophetarum, ſed admoneantur iugiter, Dei eſſe ſermones quos loquuntur. Item Zachariæ. 1. ait. In paucis verſiculis breuibuſque ſententijs, in Aggæo & Zacharia, additur. Dicit domious exercituũ, vt ſciant dominum eſſe qui præcipit templi ædificationem, & alia quæ ibi dicuntur, aduerſus regis imperiũ, & hoſtes circumfrementes, & hac fiducia ad ædificationem templi concitentur. Item in comment. Ezechielis. cap. 35. ait. Io prophetis ſubinde additur, factus eſt ſermo domini, quia ob humanam fragilitatem, & vitæ huius neceſsitates, interdum prophetiæ ſpiritus recedebat ab eis. Nam ſi ſemper in prophetis eſſet ſermo Dei, & iuge in pectore eorum haberet hoſpitium, nunquam ſic loquerentur. Propterea Iohãnes baptiſta loquitur. Super quem videris Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ deſcendentem & manentem in eo, ipſe eſt. Nunquã enim proprium eſſet Chriſto, quod additur, & manentem in eo, niſi ab alijs non nunquam recederet. Alioqui & ad Moyſen loquitur Deus. Auferam de ſpiritu qui eſt in te, quem vtiq; non haberet, niſi ad eum à domino deſcendiſſet.

Hæc dicit dominus in prophetis cur dici ſoleat.
Vide quæ ſcripſi lib. 10. Regul. 23.
Iohann. 1.
Nume. 11.

Oportet etiam breuiter viciſsitudines gubernationum Iſraelitici populi declarare, vt tituli prophetarum melius iotelligantur. Ex quo, (inquit Beda. Lucæ. 1.) patres ex Ægypto exierunt, ſuę gentis iudicibus, Othoniel, Aiod, Samgar, Gedeon, vſq; ad Samuel prophetam, ac deinde regibus, vſque ad tranſmigrationem Babyloniæ, regebantur. Poſt reditum verò è Babylone per pontifices rerum ſumma gerebatur, vſque ad Hyrcanum regem ſimul & Pontificem, quo, fratris inuidia multis calamitatibus vexato, & ad vltimum ab Herode (cuius patrem ipſe de ignobili aduena, hoc eſt genere Idumæo ſublimem fecerat ac ciuem) vi fraudis interempto, Iudææ regnum ipſi Herodi, iuſſu Cæſaris Auguſti, traditur gubernandum. Et Theophil. Matthę. 1. ait. In tres ordines diſtribuit Matthæus generationes, vt monſtraret quod Iudæi, ſiue à iudicibus gubernarentur, vt qui vſque ad Dauid, ſiue à regibus, vt qui vſque ad tranſmigrationem Babylonis, ſiue à ſacerdotibus, vt qui vſque ad Chriſtum, nihil tamen in virtute profecerunt. Et quod opus habuerint, vero & iudice & rege & ſacerdote, qui eſt Chriſtus. Nam poſtquam defeceruot reges, venit Chriſtus iuxta prophetiam Iacob. Non auferetur ſceptrum de Iuda. Hoc etiam dixit Euthy. eodem loco. Item Euſebius. libr. 1. eccleſia. hiſto. capit. 6. ait. πρὸ μὲν τῆς αἰχμαλωσίας ἰουδαίων, καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα μεταναστάσεως, ἐβασιλεύοντο ἀπὸ σαοὺλ πρώτου, καὶ Δαβὶδ ἀρξάμενοι, πρὸ δὲ τῶν βασιλέων, ἄρχοντες.

Gubernationis populi Iſraelitici viciſsitudines.
Horum verborum tranſlationem accipe ex Niceph.

τὶς αὐτοὺς διῆκον, οἱ προσαγορευόμενοι κριταί. ἄρξαντες καὶ αὐτοὶ μετὰ Μωϋσέα, καὶ τὸν τούτου διάδοχον Ἰησοῦν. μετὰ δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον οὐ διέλιπον πολιτείᾳ χρώμενοι ἀριστοκρατικῇ μετὰ ὀλιγαρχίας. οἱ γὰρ ἱερεῖς προεστήκεσαν τῶν πραγμάτων ἄχρις οὗ Πομπήιος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιστὰς τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκεῖ. Item Nicepho. li. 1. c. 6. Gens, inquit, Iudæorum priuſquam diuina prouidentia Moyſes dux ei præfectus eſſet, libera quodammodo & ſui iuris fuit, & primogenitorem iactans iuſtum Abraham, tenui cognitione numinis alijs antecelluit populis. Hæc poſtquam in Ægyptum venit, per Ioſephum, in ſeruitute ibi fuit annos quadringentos. Inde illam eduxit Moyſes, qui tantū ſanctitate pollebat, vt colloquio Dei frueretur, ab eoq; rerum gerendarum conſilia petebat. Præfuit ergo genti illi, ac rex ipſe & ſacrorum Antiſtes ius populo dixit. Rerum tamen ſacrarum curam Aaron ſortitus eſt. Poſt hunc ſucceſſor eius Nauæ filius, rerum adminiſtrationem ſuſcepit. Deinde rem Iudaicam principes rexerunt, iudices dicti, qui numero 12. fuerunt, per ſucceſſionem ordine in defunctorum locum ſubrogati. Poſtea talem rerum adminiſtrationem ægrè ferentes Iudæi, regem ſibi creari depopoſcerunt. Et Saul primus eis à propheta Samuele rex vnctus eſt, id Deo per oraculum iubente. Huic Dauid ſucceſſit. Dauid filius Salomon. Deinde ordine alij reges. 24. numero, qui rebus Iudaicis annos quadringentos quadraginta octo præfuerunt. Poſtea cum Nabuchodonoſor bellicam contra eos expeditionem ſumpſiſſet, vna cū vrbe tēplū eſt euerſum, & populus Babylonē captiuus duct⁹ annos ſeptuaginta.

Iudicum Iſrael cum annis quos rempublicam gubernarunt hic eſt catalogus. Ioſue.
Iudicū Iſrael catalog⁹. Othoniel fili⁹ Quenez. 40. annis. Iud. 3. Alod filius Gera. 80. an. Iu. 3. Samgar filius Anath. Iudi. 3. Debora. 40. an. Iudi. 4. & 6. Gedeon filius Ioas. 40. an. Iudi. 6. 7. 8. Abimelech. an. 3 Iudi. 9, 10. Thola filius Pua. 23. an. eodē lib. c. 10. Iair Galaadites an. 22. eodem lib. c. 10. Iephthe. an. 6. c. 11. & 12. Abeſſan. an. 7. ca. 12. Alhalon Zabulonites. an. 10. ca. 12. Abdon filius Hellel. an. 8. c. 12. Sāpſon. an. 20. c. 13. 14. 15. 16. Heli. an. 40. 1. Reg. 1. ca. 2. Samuel. 1. Re. 1. 2. 3. Ioel & Abia Samuelis filij. 1. Re. 8

Reges duodecim tribuū Iſrael. Reges vniuerſi populi Iſraelitici ſunt hi. Saul. 1. Reg. 10. Isboſeth filius eius, ann. 2. 2. Reg. 2. Dauid. an. 40. 2. Reg. 2. Salomon an. 40. 3. Reg. 1.

Reges decē tribuum. Reges decem tribuum tantum. Ierobohā filius Nabath. an. 22. 3. Reg. 12. Nadab filius eius. an. 2. 3. Reg. 15. Baaſa filius Achiæ. an. 24. 3. Reg. 15. Ela filius Baaſa. an. 2. 3. Reg. 16. Zamri, ſeptem dies. 3. Reg. 16. Hamri. an. 12. 3. Reg. 16. Achab filius eius. an. 22. 3. Reg. 16. Ochozias filius eius. 2. 3. Reg. 22. & 4. Reg. 1. Ioram frater eius. ann. 12. 4. Reg. 1. Ieu. filius Ioſaphath. ann. 28. Ioachaz filius eius. an. 17. 4. Reg. 13. Ioas filius eius. ann. 16. 4. Reg. 16. Ieroboam filius eius. an. 41. 4. Reg. 14. Zacharias filius eius. 6. Menſes. 4. Reg. 15. Salum filius Iabes, menſe vno. 4. Reg. 15. Menachem. 10. ann. Phaquee filius eius, an. 2. Phaquee filius Romeliæ. an. 20. Hoſee filius Ela. an. 9.

Reges duarū tribuū. Regum Iuda hic eſt catalogus. Roboam, an. 17. 3. Reg. 12. Abiam filius eius. an. 3. 3. Reg. 15. Aſa filius eius. 41. ann. Ioſaphath filius eius. ann. 25. Ioram filius eius. ann. 8. 4. Reg. 8. Athalias. ann. 7. 4. Reg. 8. & 11. Ochozias filius Ioram. an. 1. 4. Reg. 8. Ioas. an. 40. 4. Reg. 12. Amaſias filius eius. ann. 29. Azarias filius eius. an. 52. 4. Reg. 15. Ioathan filius eius. ann. 16. 4. Reg. 15. Achaz filius eius. ann. 16. 4. Reg. 16. Ezechias filius eius. ann. 29. 4. Reg. 18. Manaſſes filius eius. an. 55. 4. Reg. 21. Ioſias filius eius. ann. 31. 4. Reg. 22. Ioachaz filius eius. 3. menſibus. Ioiaqim. ann. 11. 4. Reg. 23. Ioachin vel Iechonias filius eius. 4 Reg. 24. Sedechias. ann. 11. 4. Reg. 24. Poſtea gubernatus eſt populus ille per ſacerdotes qui erāt ex Iuda & Beniamin propter illud; nō auferetur ſceptrum de Iuda. Porro vt hæc clarius intelligas, ſcito duas tribus, nempe Iuda & Beniamin, poſt obitum Salomonis à decem fuiſſe disiunctas. diſsidiorum hoc extitit initiū, quod Roboā Salomonis filius, noluerit maturo & prudenti ſenum conſilio obtēperare, ſed iuuenū ineptijs. Hanc ob cauſam tā ingens odiū in illum cōcitatū eſt, vt decem tribus à Dauid domo àuulſæ, factioni Ieroboā filij Nabath, adhæſerint, dicētes. Quæ nobis pars in Dauid, aut quæ hæreditas in filio Iſai? Hinc ex tribubus 12. ſola Iuda, (in qua Beniamin ſemper intelligo,) domui Dauid adhæſit. Diſsidium hoc prædictum ipſi Salomoni, à Domino fuerat, cum adhuc in viuis eſſet, paucos poſt dies euenturum. Quia habuiſti, inquit Dominus, apud te & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpēs ſcindam regnum tuum, &
Iuda tribus quid ſignificet.

 dabo

dabo illud ſeruo tuo, verumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuũ, de manu filij tui ſcindam illud, nec totum regnum auferam, ſed tribum vnam dabo filio tuo, propter Dauid ſeruum meum, & Ieruſalem quam elegi. Atq; hæ duæ tribus cum perpetuo à Chaldæis infeſtarentur, demum cum Sedechias regnum Iuda obtineret, & ſummo ſacerdotio fungeretur Saraim, miſit Nabuchodonoſor Nirgelaum, Arematum, Emergaum & Nabuzandam duces ſuos, ipſo manente in Reblata, quæ poſtea Antiochia vocata eſt, à quibus tanta contentione animi pugnatum eſt, vt duarum tribuum extincto imperio, ipſas Babylonem traduxerint. Quo in exilio. 70. anni detentæ illæ ſunt, iuxta Ieremiæ vaticinium. cap. 25. Erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem, & ſeruiẽt omnes gentes iſtæ regi Babylonis. 70. annis. Cum impleti fuerint. 70. anni viſitabo ſuper regem Babylonis, & cap. 29. Cum cœperint impleri in Babylone. 70. anni viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducàm vos in locum iſtum. Quod fecit Cyrus rex Perſarum, qui poſtquam rerum potitus eſt, iuſsit vt populus ille in priſtinas ſedes remearet. Nam miſit circiter. 50. hominum millia in Iudæam, qui ad tempora vſq; Chriſti Iudęam incoluerunt. Hæc ferme omnia colligi poſſunt ex Ioſepho. lib. 10. Antiqui. Et Hier. hæc eadem tradit in comment. Ezechielis. ca. 27. Regum narrat hiſtoria ſub Roboam filio Salomonis. 12. tribus fuiſſe diuiſas, & duas, hoc eſt Iudam & Beniamin cũ Leuitis ac ſacerdotibus ſecutas eſſe Roboam, qui regnauit in Ieruſalem, & regnum eius appellatum eſt Iuda. Alias verò decem tribus, quæ dixerunt, Non eſt nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Iſai, Ieroboam filio Nabath, de tribu Ephraim, qui fuit filius Ioſeph, ſubmiſiſſe ceruices & ſeruiſſe ei, appellataſq; ex magna parte populi antiquo nomine Iſrael, & multo tempore regnum Iuda & Iſrael aduerſum ſe habuiſſe certamina, proprijſque paruiſſe regibus, primaſque decem tribus captas ab Aſſyrijs, & poſt aliquantum temporis eas, quæ appellabantur Iuda, à Chaldæis in Babylonem ductas eſſe captiuas, & tribum Iuda poſt annos. 70. antiquæ terræ redditam. Decem autem tribus quæ vocabantur Iſrael vſque hodie in montibus vrbibuſque Medorum ſeruire captiuas. Hæc ille. Duæ tribus nempe Iuda & Beniamin cum Leuitica tribu, quæ in Beniamin ſorte habitabat, cum inter fratres ſuos ſacerdotes nullam haberent hæreditatem, his nominibus in ſcripturis vocatæ ſunt. Iudas, Ieruſalem, *Duarũ tribuũ nomina* Sion, Beniamin, Domus Dauid, & interdum domus Iacob. Et ſi duo nomina ponantur, vt Iſaiæ. 1. Iuda & Ieruſalem, Ieruſalem ſignificat tribum Beniamin, quia in illa tribu ſita erat.

Decem vero tribus multo antequam duæ à Salmanazar Aſſyriorum rege abductæ fuerant in captiuitatem, nempè ſexto Ezechiæ regis Iuda anno, & nono Hoſeæ regis Iſrael, collocaueratque eas in Hala & in Habor fluuios Gozam in ciuitatibus Medorum. Illorum regionem poſt Samaritani incoluerunt, qui à Perſis ducebant origenem. Harum tribuum in patriam remeatio nuſquam legitur. Imò Hoſeas ait. Non addam vltra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum. 4. Regu. 17. Captiuus ductus eſt populus meus in Aſſyrios vſque in hodiernum diem, id eſt, perpetuò. Nam iuxta Idioma ſcripturarum vſque in hodiernum diem perpetuò ſignificat, vt Hieronym. docet contra Helui. Porrò quid de illis actum ſit, neſcitur. Hebræi Diarrhœæ morbo interijſſe affirmant. At Hieron. Ezechie. 23. & Zachariæ. 2. & Hoſeæ. 1. & Oroſius & Ioſephus. libr. 10. capit. 10. arbitrantur, maximis & pręruptis Mediæ montibus eſſe concluſos, vſque ad tempora Antichriſti. Porrò à quibus regibus hæc regna fuerint profligata & quos annis incolumia permanſerint, & per quos reges fuerint propagata, Regum & Paralipome. narrat hiſtoria, & Ioſephi ſcripta non *Nomina factionis decẽ tribuum.* tacent. Hæc factio decem tribuum his appellatur nominibus. Ephraim, Samaria, Iſrael, Ioſeph, Iezrael, Bethel, Bathauen, aliquando Iacob.

Duodecim tribus his nominibus appellãtur, *Nomina. 12. tribuũ.* Iſrael, Iacob, Ioſeph. Eſt tamen memoriæ commendandum, quod diligenter annotauit Hierony. Malachiæ. 1. ca. Sciendum, inquit, eſt quod abducto in captiuitatem Iſrael, id eſt decem tribubus, indifferẽter priſtino nomine, & duæ tribus Iudas & Beniamin appellentur Iſrael. Hæc ille. Hæc diſcretio vſq; ad præſentem diem permanet, nec enim alicubi inuenitur vbi Iſrael & Iuda ſub vno rurſus imperio redigerentur.

Poſtremo loco dicendum eſt de titulis qui imponi ſolent à prophetis ante captiuitatem

& poſt

& poſt captiuitatem. Et primo dicendum de titulis prophetarũ, quomodo imponi ſoleant poſt captiuitatem decem tribuum. De illis hæc ſcribit Hie. Sophoniæ. 1. c. Poſtquã decẽ tribus ab Aſſyrijs ſub rege Ezechia patre Manaſſe ductæ fuerant in captiuitatem nequaquam reges decẽ tribuum, ideſt reges Iſrael ponuntur in titulis prophetarum, ſed duarum tribuũ reges. Vndè Sophonias ait. Verbum domini quod factum eſt ad Sophoniã filium Chuſi, &c. in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda. Præterea de titulis ante captiuitatem & poſt illam, hæc tradit Theodoretus in commẽt. Aggæi. Ante captiuitatem Babylonicam nomina regum Iuda atq; Iſrael, prophetæ in titulis librorum ſcribebant, vt Hoſeæ. 1. Verbum domini quod factum eſt ad Hoſee filium Beeri, in diebus Ozię, Ioathan, Achaz Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael. Poſt captiuitatem verò Babylonicam, quod Iudæi ſine regibus ſuis remanſiſſent, Perſarum & aliarum gentium reges ponuntur, vt Zachariæ. 1. In menſe octauo, in anno ſecũdo Darij, factũ eſt verbũ domini ad Zachariã, & Aggæi. 1. In anno ſecũdo Darij regis, in mẽſe ſexto. Itẽ Origenes. ho. 21. in Lucã ait. Quando ad Iudæos tantum ſermo propheticus mittebatur, Iudaici reges ponebantur in titulo. Verbi gratia. Viſio quam vidit Iſaias filius Amos aduerſus Iudæam & Ieruſalem, in regno Oziæ & Ioatham & Achaz & Ezechiæ, nec alium quemquam exceptis Iudææ regibus, Iſaiæ video tempore deſignatum. In quibuſdam prophetis & Iſrael reges legimus, ſicut ibi. Et in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael. Quando verò ſacramentum Euangelij prædicandum erat, cuius princeps Ioannes in eremo fuit, & orbem Romanum Tyberij regebat imperium, tunc decimo quinto anno, verbum Domini ad Ioannem factum eſſe ſcribitur. Et ſi tantum his qui de nationibus credituri erant annuncianda ſalus fuiſſet, & penitus excludendus Iſrael, ſufficiebat dicere. In anno. 15. Tyberij Cæſaris, præſide Iudææ Pontio Pilato. Quia vero & de Iudæa & Galilæa multi credituri erant, idcirco & hæc regna ponuntur in titulo, diciturque Tetrarcha Galilææ Herode.

Tituli prophetarum poſt decem tribuum captiuitatem

De Titulis ante captiuitatem.

Oſea. 1.

Regum tẽpora in euãgelio.

In vltima captiuitate Titi per omnes nationes Iudæi diſſeminati ſunt, vt vndique codices ſanctos portent, qui ſunt teſtes noſtræ fidei.

¶ De titulis Pſalmorum.

CAP. III.

IN primis quærendũ videtur, An vnicus ſit liber Pſalmorum cenſendus an plures. Nam eſt nõ modica cõcertatio de hac re inter eccleſiaſticos & Hebræos doctores. Porrò ſententiam Hebræorũ Hilarius in prologo Pſalmorum, his verbis explicauit. Aliqui, inquit, Hebræorum Pſalmos in quinque libros diuiſos volunt eſſe, vt ſit vſque in. 40. Pſalmum liber primus, & à. 40. vſq; ad. 71. liber ſecũdus & ab eo vſq; ad. 88. liber tertius, & ex eo vſq; ad. 105. liber quartus, eo quod hi omnes in cõſummatione ſua habeant, Fiat Fiat, Concludatur deinde in cẽteſimo quinquageſimo Pſal. lib. 5. Eandem opinionẽ refert Hiero. in epiſt. ad Marcellã, inquiẽs. Amen, ſeptuaginta exprimũt *γένοιτο*, ideſt fiat. Vnde & in fine librorũ (in quinq; ſiquidem volumina, Pſalterium apud Hebræos diuiſum eſt) fiat, fiat, tranſtulerũt, quod in Hebraico legitur, Amen, Amen, quo ſcilicet, ea vera dicta quæ ſunt ſupra, confirmentur, & Gloſſa. ordi. in prothematis pſalmorũ, hãc opinionẽ tribuit Hieronymo, ſed falſò. Nam Hebręorum recitat ſententiam cũ hãc admittit diuiſionẽ, nõ ſuã aſtruit, veluti in epiſt. ad Cyprianum. Aiunt, inquit, Hebræi vno pſalmorum volumine quinq; libros cõtineri, à primo vſque ad quadrageſimum, & à. 41. vſq; ad. 71. & à. 72. vſq; ad. 88. & à. 89. qui quarti libri initium eſt vſque ad. 105. In quorum omnium fine duplex. Amen poſitũ eſt, & à centeſimo ſexto vſq; ad finem inſtar 12. prophetarum, qui & ipſi cum proprios libros ediderint, vnius voluminis nomine continentur. Pro Hebræorum opinione ſtat Ambr. Pſal. 40. & Epiphanius in epitome verſus finem. Verũ contrariã probat ſententiam Hiero. ad Sophronium ſcribens. Scio, inquit, quoſdã putare Pſalteriũ in quinq; libros eſſe diuiſum, vt vbicumq; apud. 70. interpretes ſcriptum eſt, fiat, fiat, finis librorum ſit, pro quo in Hebræo legitur. Amen, Amen. Nos Hebræorum auctoritatem ſecuti & maximè Apoſtolorum, qui ſemper in nouo teſtamento, Pſalmorum librum nominant, vnum aſſerimus Pſalmorum volumen. Hilarius quoq; in loco citato ait. Nos ſecundum Apoſtolicam auctoritatem, librum Pſalmorum & nuncupamus

Quæſtio.

Vt tot Pſalmorũ eſſent libri, quot libri legis, in. 5. libros diuiditur.

Act.1. *Pſalm. 68.*

cupamus & ſcribimus. Ita enim in actibus Apoſtolorum ſcriptum meminimus. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum. Fiat domus eius deſerta, & epiſcopatum eius accipiat alter. Argumentum Hebræorum, Hieronymus ad Sophroniū ſcribens, ſic diluit, ſi Amē in fine tantummodo librorum poneretur, & non interdum, aut in exordio, aut in calce ſermonis aut ſententiæ, nunquam Saluator in Euangelio loqueretur. Amen Amen dico vobis. Nec Pauli Epiſtolæ in medio opete illud continerent. Moyſes quoq; & Ieremias & cęteri in hunc modum multos haberent libros, qui in medijs voluminibus ſuis, Amen frequenter inſerunt, Sed et numerus vigintiduorum librorum Hebraicorum, & myſterium eiuſdem numeri commutabitur. Pro hac ſententia ſtat Auguſtinus.

De hoc in prologo Galeato Hiero.

Quæſtio.

Deinde quæro. An aliqui libri legis metro ſint contexti, vt liber Pſalmorum & Iob & Threnorum. Hieronymo quidem videtur in procemio Iob, carmine illos fuiſſe conſcriptos. Sicui, inquit, videtur incredulum metra eſſe apud Hebræos, & in morē noſtri Flacci, Græciq; Pindari & Alcæi, vel Pſalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè ſcripturarum cantica compsehēdi, legat Philonem, Ioſephum, contra Apionem, Origenem, Cæſarienſemque Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit. Et in epiſtola ad Paulinum, quæ in Bibliorum fronte circunfertur, de libro Iob loquens, ait. Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur. Item Auguſtin. in epiſto. 131. affirmat, Pſalmos Dauidicos metro eſſe conſcriptos, licet fateatur ſe menſuram ignorare. Hebræis tamen non probatur. Nam omnes ferè qui ſcriptum aliquid reliquerunt, vt negant carmina in ſcripturis inueniri, ita affirmant voces quaſdam in modum Rhithmi in carminum fine inculcari. Quæ exornatio apud Rhetores ſimiliter deſinens vocatur. Veluti in Pſalmo. 3. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me, multi inſurgunt aduerſum me, & 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Denique Iſaiæ. 5. vbi nos legimus. Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitiam & ecce clamor, ait Hiero. Volumus Latinis inſinuare auribus quod ab Hebręis didicimus, Iudicium apud eos appellatur Miſpat. Iniquitas. Miſpach. Rurſum iuſtitia dicitur Çedaca, clamor autem Cehaca, vna itaq; vel addita litera vel mutata, elegantem ſtructuram ſonomque verborum, iuxta Hebręam linguam reddidit.

De ordine quo Pſalmi digeſti atque ordinati ſint, licet in titulo de ordine narrationis, longiori ſermone id proſecuti ſimus, non erit ab re nonnulla hoc in loco inſerere, primū ex Chryſoſt. in procemio ſecundo Pſalmorum. Pſalmi, inquit, non ſunt digeſti iuxta ordinē hiſtoriæ, ſed vt vnuſquiſque inuentus eſt ab Eſdra vel Ezechia illorum congregatore. Nā 43. Pſalmus habet inſcriptionem, Canticū aduerſus Goliath. Tertius autem Pſalmus habet inſcriptionem. Pſalmus Dauid quando fugiebat à facie Abſalom filij ſui. Quis neſcit quam ſint antiquiora quæ aduerſus Goliath facta ſunt, ijs quæ aduerſus Abſalom? Id autem accidit, eo quod liber perierit in captiuitate Babylonica, poſtea autem inuentus ſit tempore Eſdræ, non totus ſimul liber, ſed diſperſus. Item Hieron. Pſalm. 3. ait iſte pſalmus poſterior eſt ſequentibus plurimis, qui ad Saul videntur hiſtoriam pertinere, vt Pſalm. 17. Ante ſiquidem Dauid à Saul eſt paſſus inſidias, quàm Abſalom aduerſus eum arma corriperet.

De hoc lib. 9. Reg. 24. differuim⁹. & lib. 7. Parag. Frequē ter. 4. 1.

Oportet etiam ſcire quod titulus Pſalmi non indicat argumentum eius ſed tantum tēpus illud quo prophetæ reuelatio facta eſt, vel occaſionem innuit quam ſibi arripuit Pſalmographus, vt de venturis rebus vaticinium contexeret, & religionis noſtræ ſacramenta panderet, ex hiſtoria tunc oblata. Veluti in Pſalmo. 3. non tam de fuga Dauid ſermo fit, quam de paſsione & reſurrectione Chriſti. Ego, inquit, dormiui & ſoporatus ſum, ſurrexi, quoniam dominus ſuſcepit me. Et pſalmus ille qui inſcribitur Salomoni, non tam de regno eius quàm de Chriſti agit regno, & in Pſalm. 28. qui inſcribitur in conſummatione tabernaculi, non tam agitur de illo tabernaculo materiali, quàm de eccleſia primitiuorum. Hoc etiam obſeruandum eſt in prophetis vt docebimus alias. Sed ad pſalmos reuertamur, de quibus hęc ſcribit Orige. lib. 2. comment. epiſto. ad Roma. in poſtremis verbis valde obſcuro quidem & perturbato ordine. Sciendum eſt, inquit, quod non ſemper prætitulationis hiſtoriam, Pſalmi continētia conſequitur, vt qui obſeruauerit, in plurimis Pſalmis inueniet. Vt exempli cauſa dixerim 17. Pſalmi prætitulatio. In finem, inquit, puero do-

Pſalm. 71.

ro domini Dauid, qui locutus eſt verba cantici huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul. Continentia verò Pſalmi longe aliud quàm prætitulatio continet. Quę enim fundamenta montium commota ſunt, aut quando tremefacta eſt terra cum pugnaret Dauid aduerſus inimicos ſuos? Aut vbi refertur caligo in pedibus domini fuiſſe? aut vbi indicatur aſcẽdiſſe ſuper Cherubim & volaſſe, vel ſuper pennas ventorum, & cætera penè omnia, quæ à prætitulationis hiſtoria diſcrepant? & in Pſalm. 50. ſi hiſtoriam ſequamur, quæ in prætitulatione Pſalmi ſcripta eſt, vbi refertur, perempto Vria, vxorem eius accepiſſe Dauid, quomodo dicit. Tibi ſoli peccaui, cum vtique & in ipſum Vriam peccauerit. & in propinquos eius, ſed & in ipſam Bethſabee atq; omnem domum eius, cui intuliſſe maculam videtur adulterij. Sed hic intelligitur talis mulier quales fuerunt illæ quæ dicuntur declinaſſe cor Salomonis, vt ædificaret aras gentium & idola. Quæ vtique in allegoriam ſumptæ, non ſunt ex diuina ſapiẽtia, ſed contrariæ adeò ſectæ. Talis hæc Vriæ vxor, viri alieni ab Iſrael, intelligi poteſt, quã poſitus in ſuperioribus Dauid inſpexerit lauantem immunditias ſuas in aquis, & ſordes ſuas diluere volentem, eamq́; deſyderauerit & acceperit. Sed quia non fuit voluntas Dei alienas à veritate Dei ſectas introducere in domũ Dauid, primus eius fructus extinguitur, vt ſecunda progenie rex de alienigena ſapiẽs naſceretur. Cum tamen multa ſubtilitas ſit in varietate ſectarum, & quis ſenſus ſecundũ Deum ſit, qui ve alienus à Deo, nullius ſit ſcire, niſi ſolius Dei, qui ſolus poteſt comprehẽdere ſapientes in aſtutia ſua, ideo tibi ſoli peccaui quia cæteri omnes, vt pote animales homines, me qui ſpiritualis ſum, etiam ſi erraui, dijudicare non poſſunt, quia ſpiritualis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Sed qa addit Paulus, ſpiritalis, & dicit. Qui autem iudicat me dominus eſt, hoc ſciens Dauid quod ſolus dominus eſt, qui ſpiritalem dijudicat, idcirco dicit. Tibi ſoli peccaui, à quo ſolum poſſum dijudicari. Nam humana dies dijudicare non poteſt ſpiritalem. Sed quod ſequitur ad hunc reſpicit ſenſum. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Iudicatur namq; Deus in diſputationibus ſapientum, dum alij hoc modo, alij alio, & diuerſe, ſinguli de Deo ſentiunt. Ipſe verò vincit eos, qui de ſe iudicant, cum errantibus cunctis ſuam de ſe quomodo credendus ac venerandus ſit reuelat ipſe ſententiam.

Quid pſalmorum tituli ſignificent nõ omnibus eſt manifeſtum, aliqui ſic exponunt. Pſalmus Dauid. Hoc eſt pſalmus reuelatus ipſi Dauid à Deo, ita vt Dauid ſit in datiuo. Quod Hebræi negant, vnde recepta illorum expoſitio eſt, quod Dauid ſit in genitiuo ad hunc ſenſum. Pſalmus Dauid, id eſt Dauidis quia ab illo editus vel compoſitus. Hoc eſt quod ait Hiero. Mat. 13. In pſalmis & hymnis non ſolum Dauid, ſed & cæteri quorum præſcripta ſunt nomina, prophetæ & auctores Pſalm. appellandi ſunt, Aſaph, videlicet & Iduthum, & Hemam Ezrahites, & Ætham & filij Chore, & reliqui quos ſcriptura commemorat.

An plures fuerint auctores pſalmorum.

Porrò vertitur in dubium apud ſacros ſcriptores, vnuſne an plures auctores librũ pſalmorum ediderint. Cui quæſtioni Hieron. in epiſtola ad Sophronium his verbis reſpõdit. Pſalmos omnes, eorum teſtamur auctorum qui ponuntur in titulis, Dauid ſcilicet, Aſaph, Iduthum, filiorum Chore, nempè Aſir, Abiſaph, Elcana, & Emã Ezrahitæ, Moyſis & Salomonis, & reliquorum quos Eſdras primo volumine comprehendit, & iterum Matth. 13. exponens hæc verba. Vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis, ait ſumptum eſt hoc teſtimonium ex pſalmo. 77. legimus in nonnullis codicibus, vbi nos habemus impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem, ibi ſcriptum, Iſaiam prophetam dicentem. Quod quia minime inueniebatur in Iſaia, arbitror à prudentibus eſſe ſublatum, ſed arbitror à principio ita editum. Scriptum eſt Aſaph prophetam dicentem. Nam pſalm. 77. Aſaph prophetæ titulum habet, & primum ſcriptorem non intellexiſſe Aſaph & emendaſſe Iſaiam, cuius vocabulum manifeſtius erat. Nam non ſolum Dauid, ſed cæteri, quorum ſcripta ſunt nomina in Pſalmis, ſunt vocandi prophetæ. Huic ſententiæ ſubſcribunt Hilarius in procemio Pſalmorum, & Iſidorus lib. 6. Ethymolo. cap. 2. & Rabanus de institu. clericorum. Nec Hebræi ab hac diſſident ſententia, quamuis in recenſendis auctoribus nonnihil differant. Nam iuxta Hebræos hi ſunt auctores Pſalmorum. Dauid, Adam, qui Pſalmum. 91. compoſuit, in die ſexto quo creatus eſt, cui dies ſabbatum

Locus Mat. emendatus

Authores pſalmographi in vnũ volumẽ coniecti.

ſuc-

Digitized by Google

ſucceſsit,ſic ille incipit. Bonũ eſt cõfiteri domino & pſallere nomini tuo altiſsime. Melchiſedec fecit Pſal. 109. Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis. Abraham ſiue Ethã Ezrahita fecit pſal. 88. Miſericordias domini in æternum cantabo. Aſaph, Pſalm. 72. Hemam Ezrahita Pſal. 87. Iduthum, Pſal. 76. Moyſes Pſalm. 89. tantum, & tres filij Chore pſalmos illos ſcripſerunt, qui ipſorum nominibus prænotantur, & Salomon, qui pręferũt titulũ Salomonis. Differt Hiero. ab Hebræis, nam Pſalmum quem illi tribuunt Adæ, Hieron. tribuit Moyſi, & quem illi aſſerunt fuiſſe derantatum à Melchiſedec, Matthæi. 22. tribuitur Dauid. Quomodo, inquit, Dauid eum vocat in ſpiritu, dicens. Dixit dominus domino meo, &c. Dices etiam iuxta Hiero. à Pſal. 89. incipiendo. 11. Pſalmos eſſe Moyſi tribuẽdos. Quod aliquibus non placebit, quia ibi legimus. Adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctum eſt. Moyſes & Aaron cum ſacerdotibus eius, & Samuel in his qui inuocãt nomen eius. Quomodo poterit Moyſi tribui pſalmus ille, cum nominet Samuel, quem conſtat poſt Moyſi ſecula viguiſſe. Huic obiectioni ſatisfecimus in capitulo de nominũ propriorum impoſitione, lib. 1. cum de illis agebamus viris quibus ante natiuitatem indita ſunt nomina.

Pſalm. 71. & 126.

Ab Hiero. opinione multi non ignobiles diſſentiunt ſcriptores, qui autumant totum Pſalmorum volumen à Dauid fuiſſe editum, ex quorum numero eſt Theophy. Ioan. 10. Legem, inquit, vocat Euangeliſta librum Dauid, & Caſsiodorus & Aug. lib. 17. de Ciuita. Dei cap. 14. & Pſalm. 9. in fine. Quamuis in prooemio pſalmorum aliter ſentire videatur. Item Euthy. in prologo Pſal. vbi hanc quæſtionem eruditiſsime tractat, cum priorem opinionem recitaſſet addit. Alij verò quibus ego conſentio, aſſerunt pſalmos omnes, à Dauid fuiſſe compoſitos, & quemadmodũ. 88. Pſal. qui Moyſi inſcribitur, dicunt Moyſis non eſſe, quia ſi eius eſſet, ob illius antiquitatem primus in ordine legeretur, aut ſaltem haberetur inter libros Moyſi, ſicuti habentur eius cantica, quorum vnum in Exodo, alterũ in Num. c. 21. tertium in Deut. reperitur. Ita exiſtimandũ eſſe aſſerunt de alijs pſalmis, qui aliorum inſcriptiones præſe ferre videntur, quod ſcilicet, ab alio compoſiti non ſunt, quam à Dauid. Eadem etiam dicunt de duobus pſalmis, ſcilicet. 71. & 126. qui Salomonis inſcriptionem habent. Quod ſi eſſent Salomonis, aut extremo ordine collocari debuerant, aut in libr. regum, interſeri, aut ſaltim de eis alicubi mentio haberi, eo modo quo cæterorum eius operum ratio habita eſt. Erant, inquit, illi, cantica quinquies milia, parabolæ ter mille. At pſalmorum eius ſcriptura non meminit. Cæterum inſcriptiones Iduthum & cæterorum hoc volunt ſignificare, quod his viris, quos Dauid elegerat ex tribu Leui, in duces & principes Chororum, quoſque inſtituerat vt Deum laudarent, his inquã viris, vnuſquiſq; pſalmorum, (iuxta nominũ inſcriptionem,) priuatim ad pſallendum ſit traditus, cum alij pſalmi ab vniuerſis cantoribus cantati eſſent. Illi igitur pſalmi qui priuatim ab aliquo eorum decantati ſunt, cantoris ſuis inſcriptionem retulerunt. Quod manifeſtum fit ex Paralip. Cecinit, inquit, cãticũ hoc in manu Aſaph. & etiam ab inſcriptione Pſal. 38. In fine Iduthũ canticum ipſi Dauid. Compoſitum fuit à Dauid, & ab eo traditum Iduthum, & Pſal. 43. In finem filijs Chore, pſalmus ipſi Dauid. Præterea. Pſalmi, qui aliorum inſcriptiones habent, non per genitiuum, ſed per datiuum ſcribuntur, quæ res indicat, pſalmos à Dauid fuiſſe conſcriptos, & illis cantoribus traditos ad canendũ. Quod ſi quis plures eſſe pſalmos, qui in inſcriptione habent nomẽ Dauid in datiuo, vt Pſalmus Dauid, ideſt, replicabimus multos eſſe etiam qui per ſecũdum caſum inſcripti ſunt, quod tamen in alijs nominibus nõ reperitur, vt ſciamus quod ab ipſo Dauid conſcripti ſunt, & non ei dati aut oblati. Pſalmus qui Moyſi inſcribitur, non quia eius auctor fuerit, ſed quia in eo agitur de regeneratione quę fit per baptiſmum, nam Moyſes interpretatur aſſumptus ex aqua. Pſalmi Salomonis ideo illi inſcribuntur quia agitur in eis de pace Chriſti. De Pſalmis qui ſine inſcriptione ſunt, ſciendum quod multa Hebræorum exemplaria, coniunctum habent ſecundum pſalmũ cum primo, ſecundus ſine dubio conſcriptus eſt à Dauid, cuius rei ſunt teſtes apoſtoli in Actibus. Tu qui per os Dauid pueri tui dixiſti. Quare fremuerunt gentes. Vnde etiam demõſtratur primum pſalmum ipſius eſſe Dauid, quod ſi pſalmũ primum & ſecundũ, qui carẽt inſcriptione dicimus eſſe Dauid, cõſequẽter alij omnes, qui ſine inſcriptione ſunt, eiuſdẽ erunt, vt Pſal. 94. de quo ait Paulus ad Hebræos. Iterũ quandã determinat diẽ hodie, in Dauid

Tituli Pſal. Aggei & Zacharia ſuppoſititij ſunt, nec interca tores tuen ſcndi.

Dauid dicens, poſt tantum tempus, hodie ſi vocem. Pſalmi quoque qui ſunt ſine nomine eidem aſcribendi ſunt, vt docet Stephanus in actibus. Vſque ad dies Dauid, qui inuenit gratiam coram Deo, & petijt, vt inueniret tabernaculum Deo Iacob. quod dictũ ex Pſalm. 131. ſumptum eſt, qui authoris caret nomine. Similiter Pſalmi inſcripti Haleluia, ipſius Dauid ſunt. Siquidem eorum primus qui eſt 104. ab eo fuit compoſitus. vt legimus in Paralipomenon.

Aug. Pſal. 1. ait illum ſolum titulo carere. Horum tamen omnium ſolutio in promptu eſt, ſi Hiero. in epiſt. ad Cyprianum conſulas, qui ait. Hanc habet ſcriptura ſacra conſuetudinẽ, vt omnes Pſalmos qui cuius ſint non habent titulos, his deputentur quorum prioribus Pſalmis nomina cõtinentur. Ideo vndecim pſalmi ab 89. cuius principium eſt. Refugium factus eſt nobis, vſque ad 99. qui inſcribitur, Pſalmus in confeſsione, Moyſi tribuendi ſunt. Et licet in vulgatis codicibus adſcribantur aliqui eorum Dauid, in Hebraico non habetur. Et iterum hoc documẽtum repetit in epiſt. ad Pammachi. & Oceanum. & Hilarius in procemio Pſalmorum. Item Hierony. in prologo Malachiæ ait. Pſalmi qui titulos non habent eorum eſſe credendum, quorũ nominibus prioris Pſalmi prætitulati ſunt. Idem in prophetarum titulis dicendum. Nam tempus & titulus prophetæ, qui titulo caret, cum priori propheta conſentit. Ideo Malachias, qui titulo caret, poſt Aggæum & Zachariam, qui ſub Dario prophetarunt, fuiſſe credendus eſt. Hæc ille, Hoc intelligo ſi ordinem illum minorum prophetarum, iuxta Hebræos in titulo de prophetia à me digeſtum, tenueris. *Pſal. 1. cur titulo careat.* Supereſt tamen exponere cur Pſalm. primus cum ſit à Dauid compoſitus, vt ex Actibus conſtat, non habeat titulum. Auguſti. in titul. primi pſalmi. Quia propriam Dei loquentis inducit perſonam ne quid diuino eloquio præponeretur, ideo titulo caret hic pſalmus. In commenta. Pſalm. titul. Hieronymi. hæc cauſa affertur. Quidam dicunt hunc pſalmum quaſi præfationem eſſe Spiritus ſancti, & ideo titulum non habere. Sed hæc non videntur eſſe magni momenti.

Pſalmi filiorum Core. Annotandum eſt (vt dicitur in commen. Pſalmorum, titul. Hierony. Pſalm. 83. quod quicunque pſalmus præſcribitur filiorum Core nihil triſte habet, ſed ſemper læta ſignificat. *Nume. 16.* Quoniam enim Core & Dathan & Abyron fecerunt contra Moyſen, & à Domino puniti ſunt, filij Core qui non ſunt ſecuti patrem ſuum, æterno gaudio benedicti ſunt. Quoniam autem Core interpretatur Caluaria, & manifeſtum eſt, quod Caluaria ſignificat locum reſurrectionis, qui autem filius reſurrectionis eſt, nihil poteſt habere quod triſte ſit. Hæc deſumpta ſunt ex Origine Homilia vnica, in libr. Regum. & ex lib. 10. comment. epiſto. ad Roma. cap. 15.

Deinde aduertendum (vt dicitur Pſalm. 105. titulo Hierony.) quod vbicunque duo Haleluia præſcribuntur in Pſalmo, vnum eſt de fine prioris Pſalmi, alterum eius qui ſequitur: ſic Pſalmus centeſimus quartus, & 105. duplici finiuntur Haleluia, ſed vltimum eſt Pſalmi ſequentis. & ſimiliter Pſalm. 148. & 149. Hoc etiam ſcribit Auguſt. Pſal. 105. *Duplex Haleluia.*

Præterea vt ſciamus, in illis Pſalmis qui titulo carent, materiam cognoſcere, aduerte ex Pſalm. titulo Hierony. Pſalm. 3. quod in omnibus Pſalmis, in quibus patitur Dauid perſecutionem à Saul, ſe innocentem eſſe confitetur, cum ab Abſalon, manifeſtiſsimè criminis reus teneetur, Vria interfecto. Hæc ille. Et ideo cum dicitur in illo pſalmo. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulãt me, non intelligas propter quid, nam clarum eſt quod propter adulterium & homicidiũ hæc patiebatur, ſed dictio, quid, admirationem ſignificat, pro quàm, vt in titulo de coniunctionibus oſtenſuri ſumus. *Locus pſal. 3. expoſit.*

Adhuc etiam annotandum eſt ex Hierony. ad Epheſios capi. 5. Quòd omnes hymni quibus Haleluia præpoſitum vel ſubiectum eſt, fortitudinem & maieſtatem Dei indicant, & eiuſdem ſemper vel beneficia vel facta mirantur. Et illi hymni qui pſalmi inſcribuntur propriè ad ethicum locum pertinẽt, vt per organum corporis, quid faciendum & quid vitandum ſit nouerimus. In quibus vero de ſuperioribus diſputat, & de concentu mundi, omniumque creaturarum ordinem atque concordiam ſubtilis diſputator edifferit, ſpirituale canticum canit. Vel vt manifeſtius loquar, Pſalmus ad corpus, canticum refertur ad mentem. Item Chryſoſto. Homil. 9. in epiſtola ad Coloſſen. ait. Hymnus res diuinior eſt, quam Pſalmus, etenim virtutes ſupernæ hymnos concinunt, non pſalmum. non eſt, inquit, hymnus ſpecioſus in ore peccatoris.

Pſalmus eſt poëma & carmen quod Deo

r cani-

Digitized by Google

canimus, præcipuè cum inſtrumento Pſalterij. ex hoc nomine pſalmus deriuatur Pſalterium, quod nomen à 70. interpretibus primo huic volumini inditum fuiſſe arbitror, ab inſtrumento eiuſdem nominis, in quo canebantur Pſalmi. Suidas ſic explicat. ψαλτήριον, ὄργανον μουσικὸν ὅπερ καὶ ναῦλα καλεῖται. Hoc eſt. Pſalterium eſt inſtrumentum muſicum quod Hebraicè Nebel vocatur. Euthy. in procemio Pſalm. inquit. Pſalterium vocamus hanc Pſalmorum collectionem impropriè, quia pſalterium propriè organi quoddam genus eſt (quod apud Hebræos dicitur Naula) à pſallendo dictum, quemadmodum, oratorium ab orando, ſed huiuſmodi appellatio, ad Pſalmorum librum poſtmodum tranſlata eſt, qui tamen vel ea etiam rationē denominationē hanc ſortitus eſt, quia pſalmos contineт. Gloſſa tamen in prothematis Pſalmo. & Caſsiodo. eodem loco, ſic Pſalterium deſcribunt, freti auctoritate Hierony. quanuis nullibi apud Hierony. inuenerim. Pſalterium, inquit, eſt quoddam muſicum inſtrumentum in modum Δ literæ cōpoſitum, & ab eo muſico inſtrumento, per quod modulatum fuit præſens opus, nomen ſibi ſumpſit. Deinde Baſilius ait. Licet plura ſint organa muſica huic inſtrumento Spiritu ſancto inſpirante adaptarunt, quia hoc ſolum habet ſonum ex ſuperiori parte, cithara & lyra ex inferiori, nam illo docemur quæ ſurſum ſunt quærere, & infima id eſt vitia carnalia declinare. & Auguſt. in prolo. Pſalm. Hunc librum, propheta, cum multa ſint organa muſicorum, huic tamen organo, quod Pſalterium appellatur, aptauit, de ſuperioribus inſpiratam Dei gratiam per ſpiritum ſanctum docens, quoniam quidem hoc ſolum organum muſicorum, ſonos de ſuperioribus habere fertur, Cithara nanque vel lyra ex inferiori parte æs vel tympanum habens, reſultat & reſonat plectrum. Pſalterium verò harmonias de ſuperioribus habere refertur aptas. Quo per hoc nos doceamur quæ ſurſum ſunt attendere, & quæ infima, id eſt carnalia ſunt declinare. Hæc illi, piè quidem. Porrò dicit Auguſti. huic Pſalmorum libro inditum fuiſſe hoc nomē Pſalterium ab ipſo Dauid, ſed iuxta Hebraicum çepher tehilim dicitur, ideſt liber laudum ſiue hymnorum, aut telim ideſt aceruorum, quia multi Pſalmi, vel multæ ſententiæ in vnum veluti aceruum in eo coniectæ ſunt. Vocatur & Nebel, Pſalterium, aut aliquod ſimile inſtrumentum, ſed libro huic Pſalmorum, nunquam vidi hoc nomen Nebel inditum fuiſſe.

Diapſalma ſæpè inuenitur in Pſalmis in libris ſeptuagintà, vt in libris Hebraicis çela. eſt autem Diapſalma, mutatio ſententiæ aut cantus: aut interiectio quædam pulſationis, vel fulgor atque illuminatio diuini ſpiritus, quæ tunc canentibus apparebat, & tunc id quod reuelabatur ſcriptis mandabant. Hieronymus in epiſto. ad Marcellam, poſtquam multas expoſitiones reieciſſet, affert veram expoſitionem ex Origene, inquiens. Scire debemus, apud Hebræos in fine librorum, vnum è tribus ſolere ſubnecti, vt aut Amen ſcribant, aut Çela, aut Salom quod exprimit pacem. Igitur vt ſolemus nos completis opuſculis ad diſtinctionem rei alterius ſequentis, medium interponere explicit, aut feliciter, aut aliquid iſtiuſmodi, ita & Hebræi vt quæ ſcripta ſunt roborentur, facere ſolent, vt dicant Amen, aut in ſempiternum, aut ſcribenda commemorant vt ponant Çela, aut tranſacta feliciter proteſtātur, pacem ſubnotantes. Hæc de intimo Hebræorum fonte libauimus. Hæc ille. Aut Çela quoties in Pſalmis ponitur ſignū eſt exaltandæ vocis à verbo Çalal exaltauit. Quia ſolebant cantores quoties hæc vox occurrebat, vocem intendere in illa periodo Pſalmi & in harmonia.

Ode ſeu cāticum vox eſt muſica cum harmonia, ſolo ore prolata, quanquam impropriè ipſum canticum ſæpè pſalmus dicatur. eſt autem canticum pſalmo antiquius. Moyſes quippe cantici auctor fuit, illiuſque vſus vſque ad Dauid tempora perſeuerauit, qui primus omnium cœpit pſalmos conſcribere. Nam ſi antea pſalterij inſtrumento vtebantur, illius vſus ſine vlla arte erat. & gregibus mulcendis illo vtebantur. Dauid hoc inſtrumentum ſapientius coaptauit, & illius vſum ad Deum tranſtulit.

Hymnus eſt diuinæ gloriæ amplior laus atque vberior. nam laudis nomen vulgarius eſt. Canticum Pſalmi tunc eſt, quando muſice per organicum inſtrumentum prius diſponitur, & deinde ſequitur vox ore emiſſa, quæ ſecundū occupat locum. Pſalmus cantici tunc dicitur, quando eius quod nunc diximus contrarium fit. Hæc an vera ſint, alijs iudicandum relinquo.

Vbi

Digitized by Google

Vbi in Pſalmis nos legimus, in finem, in Hebræo legitur Lamnaceach, hoc eſt vincenti. & Vincens vocabatur pręfectus maximus cantorum, vt dicit Rabbi Dauid Camchi. Ad hunc ſenſum Dauid tradidit hunc Pſalmum, illi cantorum præfecto, qui alios voce ſuperabat, vt canerent illum, aut canendum traderet Leuitis, ad ſonum illorum inſtrumentorum, quorum nomina in titulis ponuntur. Atque ſic videtur intellexiſſe Hierony. ad Principiam in explanatione Pſalmi 44. cum ait. Vbi in vulgata editione legitur in finem: nos vertimus, Victori, Symmachus ſuo more manifeſtius, triumphum interpretatus eſt. & in proœmio comment. Danielis. Pſalmi plurimi illud Hebraicum, quod in titulis ponitur, Lamnaceach, pro quo 70. tranſtulerunt, in finem, magis pro victoria continet. Aquila enim interpretatus eſt τῷ νικοποιῷ, hoc eſt ei qui præbet victoriam, Symmachus ἐπινίκιον, quod propriè triumphum palmamq́ue ſignificat. Vnde minus apta videtur expoſitio Aug. quam *Auguſti.* affert Pſalm. 4. inquiens. Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Hic enim finis perfectionem ſignificat, non conſumptionem. & illa Euthymij in eodem loco. *Euthy.* Inſcribuntur, inquit, pſalmi in finem, aut quia reſurrectionis prophetiam continent, aut quia prædicuntur res illæ, quæ ſuum finem ſunt habituræ.

Erant apud Hebræos multa genera inſtrumentorum muſicorum, quorum ſolum nomina ad noſtram memoriam peruenerunt, nam res ipſæ non tantum ætate noſtra, ſed Ioſephi tempore obliuioni erant mandatæ. De illis hæc tradit Rabbi Dauid Camchi. in Pſalmorum commentarijs, & noſtri. Vbi nos legimus Hæreditatibus, ipſi Nechiloth vocant. eratq́ue nomen inſtrumenti, quod edebat vocem ſimilem ſtrepitu apis. Vbi nos, in carminibus, ipſi Neginoth, nomen inſtrumenti habent. Vbi nos octaua, ipſi Seminith, quod erat inſtrumentum octo chordarum. Vbi nos pro torcularibus, ipſi Githith, quæ erat cithara è Gath vrbe Philiſtinorum allata, aut iuxta alios, quia de Hobedon Getheo agitur in illo Pſalmo. Vbi nos. Ignorantia Dauid propter Chus. ipſi Sigaion, nomen inſtrumenti. Chus, id eſt Æthiops. ſic vocatur Saul ob fœdos eius & tetros mores. Vbi nos tituli inſcriptio, aut contritus & ſimplex, Michtam ipſi Hebræi. quod eſt nomen inſtrumenti aut cantilenæ. & Pſalm. 9. Pro occultis filij. Hebræi legunt, Halmuth Laben, hoc eſt propter mortem Laben, hoc eſt Goliath Philiſtæi, qui erat ex Ben. nam vbi nos legimus in libris Regum. erat vir ſpurius in caſtris Philiſtinorum, Hebræi legunt, erat vir ex vna ex duabus Ben. & tunc deeſt iod in hoc titulo Pſalmi. Alij aiunt Halmuth Laben eſſe nomen cantilenæ, ad cuius normam Pſalmus canebatur. Alij per tranſpoſitionem literarum ex Laben, faciunt Nabal, ita vt Pſalmus ſit compoſitus ob mortem Nabal Carmeli. Eodem modo dices. Ne diſperdas, & pro his quæ commutabuntur, eſſe inſtrumentorum muſicorum genera. De hac re lege Hierony. Iſaiæ 51. & capit. 5. Danielis. & Theophi. Ioan. 7. & Baſil. Pſalm. 28. & Auguſti. & Euthy. in Pſalmis, & conſidera an ſatis quadrent cum his ea, quæ illi tradunt Scito tamen titulos Pſalmorum apud Latinos & apud Græcos maximè, eſſe viciatiſſimos, ne illis fidas temerè.

¶ Libri Quarti Hypotypoſeon Finis.

LIBER QVINTVS THEOLOGICARVM HYPOTYPOSEON, hoc eſt informationum Theologicarum, ad Illuſtriſsimum & doctiſsimum virum D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum, à Martino Martini Cantapetrenſi, Sacræ Theologiæ Magiſtro elaboratus, incipit.

ORDO & inſtitutum libelli noſtri, quod hucuſque tenuimus poſtulare videtur, vt poſtquã ſuperiori volumine, tractatum de titulis Pſalmorũ & prophetarum abſoluimus, ad eorũdem prophetarum ordinem explanandum (quem ipſi in narrando tenere ſolent) animum adhibeamus. Hæc quippè res vel ſola magnam pellet caliginem à mentibus ſtudioſorum, & crebras difficultates quæ doctos exercere ſolent, relegabit & euincet, dummodo præcepta quæ nunc tradere molimur, tenaciter memoriæ mandentur. Accipies igitur pater ampliſsime alacri vultu, hanc narrandi formulam vel artem, quam nos ex diuturna ſanctorum lectione collegimus & in ſcripturis diuinis obſeruauimus, & libenti animo, ſub tui nominis auſpicio, ſtudioſis legendam tranſmittimus, maiora in dies daturi, ſi doctis placuiſſe, has quas nunc do lucubratiunculas, cognouero. Tuæ nunc erunt partes, ſi qua in re à nobis ceſſatum eſt, aut negligentia & ignorantia aliquid eſt omiſſum, id reſarcire, & ab errore mentem noſtram reuocare. Hoc enim, vt noſti ex Dionyſio tuo, eſt munus Hierarchæ, mentem à neſcientia repurgare, & eam ſcientiam rudioribus & hebetioribus impartiri, quam ipſe vberrimè à virtutibus ſuperioribus aſſecutus es. Vt igitur à ſimplicioribus procedamus primo de dictionum, ſecundo de ſententiarum ordine, quo ſunt collocandæ dicendum eſſe videtur.

¶ De ordine narrationis ſcripturæ. CAP. I.

IN catalogo virorum recenſendo, aut agitur de natiuitatis ordine & ſerie naſcẽdi, ex matris vtero, aut de excellentia ſanctitatis & vitæ inculpatæ alicuius viri, qui fratres ſuos vel quoſcunque alios viros, innocentia præſtitit & virtute præluxit. Si primum ordinem attendas, raro niſi ob virtutis excellentiam, de qua ſtatim, inuerti aut perturbari ſolet. De ſecundo tamen hæc ſcribit Auguſt. libr. 1. q. in Geneſ. q. 25. Merito excellentiæ qui valdè in ſcripturis commẽdantur, qui poſterior fuit generatus, primo loco ponitur. Sic Abraham inprimo loco ponitur in Geneſi *Gene. 11.* cum dicitur. Cum eſſet Thare annorum ſeptuaginta genuit Abrã. & Nachor, & Arã. Sic Malachias priorem nominauit minorẽ. Iacob, inquit, dilexi, Eſau autem odio habui. Et primo Paralip. 4. Cum Iudas, à quo Iudaicæ genti nomen eſt inditum, ſit quartus naſcendi ordine, prior eſt nominatus, propter, ea quod eſſet regia tribus. Et in libro locutionum in Gene. ca. 29. cum interrogans Iacob ait. Noſtis Laban filium Nachor? cum eſſet filius Bethuel, vt dicitur Gene. 28. ait. Auguſtinus. Intelligendum eſt nobiliorem fuiſſe Nachor, & merito dignitatis eius, factum eſſe, vt de ipſo interrogaret. Filium autem dici & aui & proaui vltra maioris alicuius (eum qui ex illo propagatur) vſitatiſsimæ locutionis eſt. Hinc eſt quod Iſaac patrem filij ſui appellauit Abraham. Item Homil. 26. in epiſt. ad Hebræos, cum capi. 11. ait Apoſtolus. Fide de futuris benedixit Iſaac, Iacob & Eſau. Sic ſcribit Chryſo. Licet maior ſit Eſau, tamen præponitur Iacob propter virtutem. Hæc ille. & Exo. 1. Beniamin minor natu filijs concubinarum præponitur, cum ait. Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Iſſachar, Zabulon & Ben-

Digitized by Google

& Beniamin, Dan & Nepthali. & Matt. 10. Petrus alijs apoſtolis præponitur. Primus, inquit, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, & Philippus & Bartholomæus. Eundem locum occupat Petrus Marci. 3. Lucæ. 6. cum vtique non fuerit primus vocatione, ſed dignitate. & Dauid ob eandē cauſam Matth. 1. primo loco ponitur, & Abraham ſecundum poſsidet locum. Liber, inquit, generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham, & apud Paulum, ſemper præponitur Iudæus gentili, propter priſcos patres, à quibus originem Iudæi ducebant. & iterū apud Matth. capit. 1. Iudas præponitur fratribus, cum eſſet quarto loco natus. Genuit, inquit, Iudam & fratres eius. & Geneſ. 4. Reſpexit Dominus ad Habel & ad munera eius, ad Cain autem & munera eius, non reſpexit. Et Origenes homil. 17. in Geneſim. ait, Sciendum eſt quod in ſingulis locis vbi ſcriptura duodecim Patriarchas commemorat, multa ſit in ipſa oratione diuerſitas. Alius ordo eſt in ipſa natiuitate conſcriptus, alius cum terram Ægypti vna cum patre ſuo Iſrael & ſobole referuntur intrare. Alius Gene. 49. cum benedictiones obituri parentis, excipiunt, alius cum egreſſæ de Ægypto tribus, vel cū in deſerto memorantur aliquid agere, vel terram promiſsionis ingreſſæ in monte Gebal aut Garizim pro benedictionibus & maledictionibus ſtatuuntur. Alius etiam cum diuiſionem terræ hæreditatis ſorte ſuſcipiunt. Quod vtique certum eſt non abſque aliqua ratione variari, & extare cauſas probabiles, quibus in alio loco ille, in alio vero alius præferatur. Hæc ille. Vnde magna ſubeſſe myſteria arbitror, in enumeratione illa epiſtolæ ad Roma. capi. vltimo, cum Paulus collocat viros ſanctos in primo vel ſecundo vel deinceps loco. & Moyſes Gene. 9. recēſens filios Noe, maiorem natu priori loco collocauit, & qui poſtea nati ſunt iuxta ordinem naſcēdi vnuſquiſque proprium occupauit locum, ad hunc modum. Erant filij Noe, qui egreſsi ſunt de arca, Sem, Cham, Iapheth. Verum ſtatim cap. 10. cum ipſorum poſteros recenſet, filij Iapheth, minoris natu primas partes, tenent, ſecundas, filij ſecundi nempe Cham, tertias, filij Sem primogeniti ſibi vendicant. Hac ni fallor ratione ductus eſt Moyſes. Quia eius inſtitutum erat, per longam ſeriem patrum ad Chriſtum redemptorem noſtrum feſtinare atque ideo illis, qui ad

Petrus dignitate ſuperat ceteros apoſtolos.

Chriſti generationem non ſpectabāt, tranſilitis, ad primos Iudaicæ gentis propagatores feſtinabat peruenire. Nam Hebræi à Sem ducunt originem, ex quibus, iuxta Paulum, eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt deus benedictus in ſecula Amen. à Cham vero Cananæi, à Iapheth gentiles originem trahunt. & ideo ca. 11. de ſolis poſteris Sem agitur. Sed dices Geneſ. 9. Cham vocatur minor natu. non ergo Iapheth fuit minimus ex filijs Noe, ſed Cham. Ad hoc nos dicimus, quod minor vocatur propter leuitatem animi & nequitiam. Huic ſententiæ meæ nonnihil alludere videtur Hierony. Iſaiæ. 3. cum ait, Iuuenis in malam partem accipitur, vt in Eccleſiaſte. Væ tibi ciuitas cuius rex iuuenis, & principes tui mane comedunt. Talis iuuenis fuit rex Roboam, qui ſecutus eſt iuuenum conſilia. Non quod ætate eſſet iuuenis, ſed ſapientia. Alioqui 40. & amplius impleuerat annos. E contrario Salomon 12. annorum erat quando ſuſcepit imperium, & quia habebat ſapientiam, non eſt appellatus iuuenis. Vnde Apoſtolus ſcribit ad Timotheum. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Quia enim ætate iuuenis eſt, maturitate eſt Senex. & Daniel antequam iudicaret appellatus eſt puer, poſtquam iudicauit ſenes accepit presbyterij dignitatem. Et dominus dixit Ieremiæ, Ne dicas quod iuuenis es, quia antequam de vulua exires dedi te prophetam in gentibus. ob hanc cauſam, adoleſcentulas viduas iubet apoſtolus vt accipiant maritos, quia multæ abierunt poſt ſatanam. Nec ab eccleſiaſticis vidua ſuſtentatur alimentis, niſi quæ. 60. annorum eſt, & maturitatem habet morum & ætatis. Hæc ille. & ordo quem tenet in recenſenda generatione nobis innuit, nō eſſe minorem natu Cham, ſed Iapheth. A nobis diſſentit D. Eucherius lib. 2. in Gene. ca. 2. qui ait minorem vocari Cham, ſi conferatur cum maiori, & maiorem ſi conferatur cum Iapheth vltimo Noe filio, vt aqua tepida frigidæ collata, eſt calida, & calidæ compoſita eſt frigida. Verba Eucherij ſunt hæc. Vnde factum eſt illud, vt filium mediū, ſcilicet Cham, hoc eſt primogenito iuniorem, vltimoq; (ſcilicet Iapheth) maiorem, qui peccauerat in patrē, non in ipſo, ſed in filio eius nepote malediceret his verbis. Maledictus Canaam. Item & primo Paralip. cap. 5. legimus. Filij Amram, Aaron, Moſes, Maria. & Nume. 16. & ſæpè

Cham.

Cap. 10.

Iuuenis quid ſignificet.

3. Reg. 12.

1. Timo. 4.

Cap. 13.

Ieremiæ. 1.

Digitized by Google

alias, prius Moſes, & deinde Aaron collocatur. At Maria maior natu erat ex illis. Nam Exod. 2. obſeruabat Moſen in carecto iacentem, & locuta eſt cum filia Pharaonis. & Exod. 7. dicitur. Erat Moſes 80. annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem.

Locus Pauli. 1. Cor. 9. expoſitus. Sunt tamen nonnulla teſtimonia quæ obſeruationem noſtram labefactare & conuellere videntur. 1. Corinth. 9. Petrus vltimo loco ponitur. An non habemus, inquit, poteſtatem ſororem mulierem circunducendi, quemadmodum cæteri apoſtoli & fratres domini & Cephas. Sed nil contra nos. Nam vt aiunt Oecume. & Theophil. in huius loci enarratione, ſenſus is eſt. Quid cæteros dico Apoſtolos, an non ipſe Petrus hoc faciebat? Deinde. 1. Corin. 1. Petrus vltimo conijcitur loco, cum dicitur. Ego ſum Pauli, ego autem Apollo, Ego verò Cephæ. Sed hunc nodum ſoluit Chryſoſto. homi. 3. in priorem ad Corint. epiſto. Non, inquit, quod ſe Petro prætulerit Paulus in vltimo eum loco poſuit, imò ſibi Petrum præfert. Auget enim orationem ſuam, ne putaretur inuidia id facere, vt honorē illis auferret. Nā ſi principē & magiſtrum apoſtolorū nō licebat ſibi hoc arrogare, quanto magis qui nullius eſſet pretij. Hoc loquendi modo vtuntur externi auctores. vt Terent. in prologo Andriæ. Qui cum hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium accuſant. Quo in loco ait Donatus. Ordo non ſeruatus, Ennius namq; ante Plautū fuit, ſed quod eſt ſummæ auctoritatis, Enniū vltimum dixit. *Alter locus 1. Cor. 15.* Item 1. Cor. 15. reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc duodecim. Deinde viſus eſt plus quā quingētis fratribus. Vbi dicit Theophil. Primū, qui cæteris auctoritate præminebat ponit. Atqui euangelica hiſtoria teſtatur, ipſum primo Mariæ Magdalenæ apparuiſſe. Rectè quidem, cæterum quod ad viros attinet, primum à reſurrectiōe exhibuit ſe conſpiciēdum Petro, ceu inter diſcipulos primum obtinenti locum. *Petrus eccleſiæ primas.* Par enim erat vt qui primum confeſſus eſſet Chriſtum, reſurrectionem eius primum videret. Et quia cum abnegauerat, apparuit ei primum, vt oſtenderet ei, eum propterea non eſſe reiectum. Quapropter cum videamus hunc ordinem tam diligenter & conſtanter eſſe in ſcripturis ſeruatum. quærenda eſt cauſa ob quam, ad Gala. 2. Petrus, inter Iacobum & Ioannē collocetur. Hæc ſunt Pauli verba. Agnoſcentes gratiam Dei quæ data eſt mihi, Iacobus, Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. Deinde quæro cur cum angeli ſint primo die creati, non ſtatim homo formatus eſt, ſed ad ſextum diem relegatur. hanc quæſtionem ſoluit Philon in Coſmopœia, latiſsimè. *Q. cur ſexto die ſit homo creatus.* Primò, inquit, quia cum homo ſit inter animalia præſtantiſsimū, & eius cauſa tam cæleſtia quā terreſtria creata ſint corpora (cæleſtia quidem vt ex illis ad diuinorum cognitionem conſcēderet, vnde philoſophia traxit originem. terreſtria verò, vt ei ſeruirent, & cibum præberent) igitur oportuit omnia præparari, antequam homo ipſe veluti conuiua ad conuiuium arceſſeretur. Secundò, vt Deus ſignificaret ſe omnia nobis affatim ſuppeditaturum, ſi in ea ſanctitate & puritate, qua creati ſumus, perſliterimus. & niſi fallit memoria hæc eadem, aut conſimilia affert Ambr. in quadam epiſtola, & Damaſce. lib. 2. cap. 11. ait, Quia Deus ex viſibili creatura plaſmaturus erat hominem ad ſuam imaginem (tanquam quendam regem vniuerſæ terræ, & eorū quæ in ea ſunt) præſtruxit ei quādam veluti regiam, in qua diuerſans, beatam & omni ex parte fœlicem duceret vitam. Et ipſe eſt diuinus paradiſus in Edem plantatus. & Grego. Niſſenus. lib. 1. de homine. c. 2. ait, Nondum à principio hæc magna & pretioſa res homo, in mūdo diuerſabatur, non enim decens erat vt eſſet princeps, ante res quas gubernaturus erat, ſed vbi cuncta ei ſubijcienda parata ſunt, conſequēs erat rectorem conſtituere. Quoniam igitur, veluti quoddam regni domicilium, futuro regi, creator vniuerſitatis effecerat. id autē erat terra, inſulæ, maria, & cælū ſuper hæc, in modum cameræ curuatum, diuitias verò multas & varias in domibus his recondiderat. & ſtatim in hunc mūdum hominem introduxit, vt miraculorum mundi, horum quidē eſſet ſpectator, horū verò dn̄s, exiſteret. vt per ea quibus vteretur, intelligeret largitorem, per ea verò quæ pulchra & magnifica contēplatur, ineffabilē ſui factoris poſſet inueſtigare potentiā. Propterea nouiſsimus in hunc mūdum poſt creaturam introductus eſt homo, nō vt vilis in extrema parte proiectus, ſed vt decens erat illi, qui ſtatim vt naſciturus erat, gubernationē rerū illi traditurus erat Deus. Nam ſicut optimus conuiuator, non prius in

domum

Digitized by Google

domum cõuiuã acceſſit quam præparet epulas,ſed omnem apparatum inſtruens, domũque congruenter exornans, accubitum quoque & menſam & cætera, tũc ad præparatas iam epulas conuocatum admittat. Iuxta hũc modum,diues & copioſus noſtræ conditor ſubſtantiæ,bonis omnibus replens habitaculum mũdi,magnas has epulas & varias diſponens,ſic introduxit hominem, dans ei opus non vt poſsideret quæ nondum ſunt, ſed vt rerum præſentium gauderet. Ideo duplicis compoſitionis ei cauſas iniecit,terreno diuinum commiſcens,vt per vtriuſque cognationem propriè & naturaliter vtraque re frueretur. Deo quidem frueretur per diuiniorẽ naturam,bonis verò quæ in terra ſunt vteretur per ſenſum conſimilem & terrenum. Lege Baſi.ho.de paradiſo.

Moris eſt etiam ſcripturarũ cum egregiũ ſignificare volunt hominẽ, aut ducem, poſt gregarios nuncupare.vt apud Vergi. Troas reliquias Danaũ atque immitis Achilli. vbi Achilles non negatur Danaus,ſed ſignificatur præcipuus.Sic in Euangelio dixit dominus poſtquã reſurrexit. Dic diſcipulis meis & Petro, non negans quin Petrus diſcipulus ſit,ſed præferens eum alijs,veluti apoſtolorum & eccleſiæ totius principem locum tenentem. & Geneſis.7. Recordatus eſt Dominus Noë & cunctorum animantium. & in titulo Pſa.17. in die qua eripuit eũ Dominus de manu inimicorũ eius,& è manu Saul.& in Euangelio. Ite in ignẽ æternũ,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. &. 2.Regũ.vlt. ad Ioab. Vade numera Iſrael & Iudam. eſtque aliud optimum exemplum Ezechielis. 8. Septuaginta viri de ſenioribus Domus Iſraël, & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum, ſtantium ante picturas.

Petrus Coriphæus apoſtolorum.

Recapitulatio.

Eſt quoque notandum ex Augu. Pſal.77. quod facit hoc ſcriptura in multis locis propheticorum eloquiorum,dicit aliquid quod in illa re geſta quam videtur commemorare non inuenitur, aut ſaltem aliter eſſe inuenitur. Nam in plagis Ægyptiorum quæ numerantur in Exodo, vbi maximè ſcriptura curauit, vt ea quibus afflicti ſunt,omnia,ex ordine dicerentur, ſed non inueniuntur illa quæ leguntur. Pſal.77.& dedit ærugini fructus eorum. Illud etiam quod in eodem Pſalmo legitur. Et tradit grandini iumenta eorũ, & poſſeſsionẽ eorum igni. De iumentis grandine occiſis,legitur in Exodo. quod vero poſſeſsio eorum igne cremata ſit omnino non legimus. Quamuis voces & grandines cũ igne fierent,ſicut tonitrua cum fulguribus ſolent. non tamen ſcriptum eſt, aliquid traditum, igni, vt arderet. Itẽ quod in Pſalm.& moros eorum in pruina. non eſt in Exodo,multum enim diſtat pruina à grãdine. Hoc fit,vt hinc intelligatur,non dicere quod poteſt putari, ſed aliquid potius quod magis debet aduerti. Et poſt parum. Et ſi non eodem ordine, decem plagæ Ægyptiorum, omnes ponuntur in Pſalmo.77. Nam pro his tribus quæ ſunt in Exodo. Sciniphes, vlcera, tenebræ. aliæ tres commemorantur in Pſalmo, quę in Exodo non ſunt,nempe Rubigo, pruina, ignis. & iterum Pſalm. 104. cum de Ioſeph dicitur, humiliauerunt in compedibus pedes eius. ait Auguſt. Nunquam compedes accepiſſe legimus, ſed factum eſſe minime dubitandum eſt. Aliqua enim prætermitti potuerunt in illa hiſtoria, quæ tamen ſpiritum ſanctum non laterent, qui in his loquitur Pſalmis. Iterum in eodem loco, Plagæ Ægypti cum ſint decem, nec omnes commemoratæ ſunt in Pſalmo. 104. neque eodem ordine, quo in Exodo factæ ſunt, leguntur. Libera enim eſt laudatio,à lege narrantis & texentis hiſtoriam. Cuius laudationis auctor cum ſit per prophetam ſpiritus ſanctus,eadẽ vtiq; auctoritate,qua per eum egit hominẽ,qui illam ſcripſit hiſtoriã,& commemorat aliquid factũ,quod ibi nõ legitur,& quod ibi legitur prætermittit. Hæc ille. Huius regulæ exẽpla multa,in animo eſt,vndiq; ex ſcripturis corrogare,vt nonnihil adiumenti afferamus literarũ ſacrarũ ſtudioſis. Primũ ſit ex Pſal. 117. *Pſal. 117.* in quo legimus. Lapidem quem reprobauerũt ædificãtes,factus eſt in caput anguli. Nec tamen in hiſtoria ędificationis tẽpli,in libris regum & Paralip. hoc ſcriptũ inuenimus. Et Iohan.8. dicitur, quod Chriſtum vocabant *Iohan.8.* Samaritanum. Nonne,inquit, benedicimus nos quod Samaritanus es tu & dæmoniũ habes? Sed nunquam legimus in aliquo Euangelij loco, Samaritanum Chriſtum fuiſſe vocatũ. Præterea de Dauid nunquã in eius hiſtoria legimus, occidiſſe leonem. *Leo occiſus à Dauid.* Attamen ipſemet. 1.Reg.17. coram Saule id feciſſe palã prædicat. Deinde, Iamnes & Mãbre magi *Iamnes Mambre.* Pharaonis, reſtiterũt Moyſi, vt inquit Paulus.2.Tim.3. Verũ in Exodo nil tale legimus *Q de angelorum creatione.* In epiſtola quoq; Iudę legimus,contendiſſe Michaelẽ cum dæmone de corpore Moyſi.

ſed in Deute. nihil tale inuenies. Ob hanc vel ſolam cauſam auſim perſanctè iurare, nil de creatione angelorum in Geneſi ſcriptum eſſe, ſed multo poſt, in Pſalm. 148. id tradidit Dauid. Laudate eum, inquit, omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Quia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Nec dubito quin hoc ſenſerint omnes illi ſcriptores qui affirmant nihil de creatione angelorũ Moyſen ſcripſiſſe. vt Baſilius in Exaëmero, & Damaſcenus lib. 2. ca. 3. & Chryſoſto. homil. 2. in Gene. & homi. 1. in Gene. ex ſeparatis, & Albinus in quæſtionibus in Geneſ. & affert Chryſoſt. rationem, quare Moyſes nihil de angelorum creatione prodiderit. Ne videlicet inciperet narrationem à rebus inuiſibilibus, ſed è rerum viſibilium cognitione, perueniremus in cognitionem inuiſibiliũ iuxta Paulum. Refragante illis Aug. lib. 10. de ciui. ca. 9. & lib. 11. ca. 19. & ca. 32. & S. Thom. 1. par. q. 61. Dicit enim Aug. nõ ſatis rectè, nomine lucis vel cœli, angelos eſſe intelligendos in Gene. c. 1. Alij putant creationem angelorũ innuiſſe, per capitulationẽ in his verbis. Igitur perfecti ſunt cœli & terra & omnis exercitus eorũ, vel ornatus eorũ. Sed hoc omiſſo ad enumerandũ alia exempla reuertamur. & primo loco, illud quod affert Chryſoſt. homi. 2. ad populũ Antiochenum in medium afferamus, ait enim. Dicitur Pſalm. 80.

Locus Pſal. 80.

Ex petra melle ſaturauit eos. Alioqui nunquã in Pentateucho quiſquã legit ꝙ mel de petra, Moyſes eduxerit, ſed fluuios & aquas. Non tamen ſcriptura mẽtitur, ſed quia ſitientes & indigentia fatigati, frigidioribus aquis inciderunt, in potu voluptatem afferere volens, mel aquã appellauit, non mutatione naturæ, ſed bibentis iucunditate. Atque ita dicit Euthy. in cantico Deuter. Item Lucæ 11. dicitur quod Ioannes docuit diſcipulos quo deprecaturi eſſent modo, at nunquam legimus vbi Ioannes id fecerit. Et Petro fuit à domino traditũ euangeliũ circunciſionis, ſicut Paulo præputij, vt dicitur ad Gala. 2. Sed neſcimus vbi dñs illis hãc prouinciã tradiderit. & 1. Corin. 15. dominus apparuit pluſquam quingentis fratribus, & Iacobo, ſed nihil de hoc in euangelio & dñs dixit, Beatius eſt dare quam accipere, vt Actu. 20. legitur, ſed nuſquam in euangelio id inuenitur. Et Ezechielis 20. dicitur de filijs illorum qui in deſerto corruerunt. Leuaui manum meam in eos in ſolitudine, vt diſpergerem eos in nationibus & ventilarem in terras. in cuius loci expoſitione ait Hiero. Vbi in veteri teſtamento cõtra filios eorum qui in ſolitudine corruerunt dominus leuauerit manũ ſuam, volens eos diſpergere in nationes, ſcriptura non dicit, ſed ex eo quod Ezechiel refert, factum eſſe credendum eſt. Siue hoc ſignificat, quod poſtquam terram repromiſſionis intrauerint, varijs tẽporibus ob multa peccata diuerſis traditi ſunt gentibus regibuſq́;. Item ſol & luna primo die creata ſunt, & quarto die per recapitulationem narratur à Moyſe eorum creatio. Deinde ꝙ Adam egerit pœnitentiam, Moyſes ſiluit.

Adæ pænitentia.

Quanuis Ambroſius lib. 2. de pœnitentia capi. 11. ex illo Adæ facto quod abſcõdiderit ſe ſub arbore, affirmet poſſe elici. & Chryſoſt. homi. 7. ad populũ Antiochenum, ex illo loco. Adam vbi es? Attamen vnicus tantũ eſt locus expreſſus, Sapientiæ. 10. Hæc, inquit, eſt quæ eduxit primũ hominẽ à peccato ſuo. Nec deſunt doctores qui hoc idem affirment, licet nullo vtantur teſtimonio ſcripturarũ. vt Irenæus lib. 3. ca. 34. Quapropter, inquit, liberato homine, fiet quod ſcriptũ eſt. Abſorpta eſt mors in victoria, vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? quod non poterat iuſtè dici, ſi nõ ille liberatus fuit, cui primũ dominata eſt mors. Illius eñ ſalus euacuatio eſt mortis, dño igitur viuificante hominẽ, id eſt Adam, euacuata eſt mors. & Epiphanius lib. 1. contra hæreſes. tom. 3. hæreſi vlti. & lib. 3. in expoſitione fidei catholicæ, nec ſolum de Adam ſed de Eua hoc aſſeuerandum eſſe conſtituunt. Et de caſu dæmonum nil Moyſes in Geneſi ſcriptum reliquit.

Caſus dæmonum.

At in Apoca. ca. 12. ea res pleniſſimè explicat. Forte ob hanc cauſam Saulus, quãdiu Iudæus fuit, hoc noĩe fuit vocatus, cũ verò à Iudaiſmo deſciuit, Paulus fuit vocatus, ſed nihil de noĩs mutatiõe legimus in Actibus Apoſtolorũ.

Paulus. Saulus.

Verum credo ipſi nomẽ nouum fuiſſe impoſitũ, cum baptizatus fuit ab Anania. Vnde cum hoc fuerit omiſſum à Luca, in conſequentibus eiuſdem libri, dicit, Saulus qui & Paulus, ſcilicet appellatus fuit poſt conuerſionem, quando baptiſmo ablutus fuit ab Anania. Apud Græcos vocatur hic loquendi modus κατὰ τὸ σιωπώμενον, vt cum vndecimo Æneidos legimus.

Non hæc Euandro de te promiſſa parenti, — *Virgilius.*
Diſcedens dederam, cum me complexus euntem.

Mitteret

Digitized by Google

Mitteret in magnum imperium,metuenſque mone-ret Acreis eſſe viros,cum dura prælia gente. Sed abſcedens Aeneas nuſquam eſt locutus ad Euãdrum hæc.

Sed quia hic locus obſcurus eſt, & magnã affert vtilitatem ſtudioſis diuinarũ literarũ, oportet vberius eundem locum retractare. Sed nota quod duobus modis res narrari ſolet,aut enim res ſuo ordine narrari ſolet aut ordine inuerſo. Si inuerſo ordine. adhuc fit dupliciter , aut præponuntur , quæ poſtea geſta ſunt, & vocatur πρόληψις, ideſt, Anticipatio ſeu occupatio, quæ à nobis multis exemplis explanata eſt, & adhuc hoc explanari fuſius poteſt Gen. 10. Gentes diuiſę ſunt in varias linguas & idiomata. Sed ca. 11. legimus quod terra erat labij vnius. Aut fit econuerſo, nẽpe id quod miſſum fuerat, ſolet ſcriptura adijcere & ſupplere, & appellatur recapitulatio, vt quando in Geneſi de Sara dicitur, quod deſierat pati muliebria, cum tamẽ in conſequentibus eiuſdem libri legamus, quod ob eximiam pulchritudinem expetiuerit eam Abimelech, & Marci. 14. agitur de occiſione Iohannis, quæ in ſuperiori euangelij parte fuerat omiſſa.

De recapitulatione hæc ſcribit Aug. li. 3. de Doct. Chriſt. ca. 36. Regula, inquit, de recapitulatione in obſcuritate ſcripturarum vigilanter inuenta eſt. Sic enim dicuntur quædã, quaſi ſequantur in ordine temporis, vel rerũ ſuperiorum continuatione narrentur, cum ad priora quæ prætermiſſa fuerant, latenter
Gene. 2. narratio reuocetur. Veluti in Gene. Et plantauit, inquit, dñs Deus paradiſum in Eden ad orientem, & poſuit ibi hominem quẽ formauit, & produxit Deus adhuc de terra lignum ſpecioſum & bonum ad eſcã. Hæc ſunt intelligenda facta eſſe die tertio, ſed quia illic fuit omiſſum, reſarcit quod omiſſum fuerat poſt parum, nempe ca. 2. Sed ita videtur dictũ c. 2. tanquã id factũ ſit, poſt ea quã factum poſuit Deus hominẽ in paradiſum. cũ breuiter vtroq; commemorato, ideſt quod plantauit Deus paradiſum, & poſuit Deus hominem quẽ formauit, recapitulãdo redeat, & dicat ꝙ prætermiſerat, quomodo ſcilicet paradiſus fuerit plantatus, quia produxit Deus adhuc de terra omne lignum ſpecioſum & bonum ad eſcam. deniq; & adiungit. Et lignum vitæ in medio paradiſi, & lignũ ſcientiæ boni & mali. Deinde flumen quo paradiſus irrigatur, diuiſum in quatuor principia fluuiorum, quod pertinet ad inſtitutionẽ paradiſi. Quod vbi terminauit repetit illud quod iam dixerat, & reuera hoc ſequebatur. Et ait, ſumpſit Deus hominem quem fecit, & poſuit eum in paradiſo. &c. Poſt iſta enim facta, ibi eſt poſitus homo, vt ordo demonſtrat, non poſt hominem ibi poſitum, facta ſunt iſta. Item in eodem libro, cum commemorantur generationes filiorum Noe, dictum eſt. Hi ſunt filij Cham in tribubus ſuis, ſecundum linguas *Gen. 10.*
ſuas, in regionibus ſuis, & in gẽtibus ſuis. Enumeratis quoque filijs Sem, ſequitur. Hi ſunt. filij Sem in tribubus ſuis, ſecundum linguas ſuas, in regionibus ſuis, & in gentibus ſuis. & annectitur de omnibus. Hæ tribus filiorum Noe, ſecundum generationes eorum, & ſecundum gentes eorum, ab his diſperſæ ſunt inſulæ gentium ſuper terram poſt diluuium. & tamen Geneſ. 11. dicitur. Et erat omnis terra labium vnum habens & vox vna omnibus. Hoc itaque quod adiunctum eſt. Et erat omnis terra labium vnum, ideſt, vna omnium lingua, ita dictum videtur tanquam eo iam tempore, quo diſperſi fuerant ſuper terram, etiam ſecundum inſulas gentium vna fuerit omnibus lingua communis. Quod repugnat ſuperioribus vbi dicitur. In tribubus ſuis, ſecundum linguas ſuas. Neque enim dicerentur habuiſſe iam linguas ſuas ſingulæ tribus quæ gentes ſingulas fecerant quando erat omnibus vna communis, ac per hoc recapitulando adiunctũ eſt, & erat omnis terra labium vnum habens, & vox vna omnibus. Latenter narratione redeunte, vt diceretur quomodo factum ſit, vt ex vna omnium lingua, fuerint diuiſi per multas. Et continuo de illa turris ædificatione narratur, vbi hæc eis iudicio diuino ingeſta eſt pœna ſuperbiæ, poſt quod factum diſperſi ſunt ſuper terram ſecundum linguas ſuas. Fit iſta recapitulatio obſcurius, vt in euangelio dicit Dominus.
Die quo exijt Loth à Sodomis, pluit ignem *Luce. 17.*
de cælo, & perdidit omnes, ſecundum hæc erit dies filij hominis quo reuelabitur. Illa hora, qui erit in tecto & vaſa eius in domo, non deſcendat tollere illa, & qui in agro, ſimiliter non reuertatur retro, meminerit vxoris Loth. Nunquid cum Dominus fuerit re- *Geneſ. 16.*
uelatus, tunc ſunt iſta ſeruanda, ne quiſque retro reſpiciat, ideſt vitam præteritam cui renunciauit inquirat, & non potius iſto tempore, vt cum dominus fuerit reuelatus retributionem pro eis quæ quiſque ſeruauit vel

Digitized by Google

vel contempſit inueniat? & tamen quia dictum eſt, in illa hora, tunc putantur iſta ſeruanda, cum fuerit dominus reuelatus, niſi ad intelligendam recapitulationem ſenſus legẽtis inuigilet, adiuuante alia ſcriptura, quæ ipſorum apoſtolorum adhuc tempore clama-
1. Ioan. 2. uit, Filij nouiſsima hora eſt, tempus ergo ipſum quo euãgelium prædicatur, quouſq; dominus reueletur, hora eſt in qua oportet iſta ſeruari, quia ipſa reuelatio domini, ad eandẽ horam pertinet, quæ die Iudicij terminabitur. Hoc etiam dicit Iſidorus lib. 1. de ſummo bono. Huiuſce rei innumera ſunt exempla, vt in Gene. cap. 8. dicitur. Prima die menſis apparuerunt cacumina montium. Et ſubdit. & emiſit columbam, & non inuenit requiem plantæ pedis eius. Si apparuerunt cacumina montium, quomodo non inuenit requiem plantæ pedis. & Gene. 29. Rachel veniebat cum ouibus patris ſui, quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret cõſobrinam ſuam, amouit lapidem quo puteus claudebatur, & adaquato grege oſculatus eſt eam, & eleuata voce fleuit, & indicauit ei quod frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ. Per recapitulationem prius indicauit nomen, & poſt oſculatus eſt, vt ait Aug. libr. q. in Gene. q. 87. Item Gene. 34. dicitur, Emor adamauit Dinam, & rapuit & dormiuit cum illa. Et conglutinata eſt anima eius cum illa, triſtemq́ue deliniuit blanditijs. prius deliniuit, poſtea oppreſsit. Item Aug. in lib. q. in Gen. q. 118. ait. Quod poſt narrationẽ mortis Iſaac narratur quas vxores Eſau acceperit. Gene. 36. & quot procreauerit filios, recapitulatio intelligẽda eſt. Neque enim poſt mortem Iſaac fieri cœpit, cum iam eſſent Eſau & Iacob 120. annorũ. Nam eos ſexagenarius ſuſcepit, & vixit omnes annos vitæ ſuæ 180. Multa huiuſmodi exempla vnus Auguſti. ſuppeditabit in illis 7. libris Quæſtionum.

Poſtquam adduximus de recapitulatione ea, quæ ad inſtitutum noſtrum ſpectare
De occupatione. videbantur, ad occupationem iterum calamum conuertamus. De qua Grego. in pręfa. moraliũ. ca. 1. hæc ſcribit. Sacra ſcriptura in prioribus ſui partibus ſolet breuiter longè pòſt ſequutura perſtringere, cum ſtudet ad alia enuntiãda properare. Vt eſt illud quod
Geneſ. 36. in Geneſi legimus. Iobab de ſtirpe Eſau deſcendiſſe, & Balæ filio Beor in regnum ſucceſsiſſe, deſcribit, beatum Iob illum eſſe crediderunt. Nequaquam tamẽ Iob propterea ante legem fuiſſe credendus eſt, quia Iſraeliticorum regum tempore præceſsiſſe crediderunt. Præterea Aug. lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum ca. 17. ait, Dicitur Ioan. 2. vocati ſunt Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias, & poſtquam miraculũ illud conuerſionis aquæ in vinũ edidit. Subiungitur ibi. & crediderunt in eum diſcipuli eius. Apoſtoli vtiq; ſi tunc crediderũt in eum, ſicut paulò pòſt dicitur, nondũ erant diſcipuli, cũ ad nuptias vocati ſunt. Sed illo more locutiõis hoc dictum eſt quo loquimur cũ dicimus Apoſtolũ Paulũ in Tharſo Ciliciæ natum & educatũ. Neque enim tũc erat apoſtolus. Ita diſcipulos Chriſti inuitatos ad nuptias cũ audimus, non iam diſcipulos, ſed qui futuri erant diſcipuli intelligere debemus. Iam vtiq; diſcipuli erãt Chriſti quando iſta conſcripta ſunt. Ideo de illis ſic locutus eſt, ſcilicet, ꝙ eos apoſtolos vocauit, temporũ pręteritorũ narrator. Attamen longe mihi alia mens eſt. Nam tempore conuerſionis aquę in vinũ, cum dicitur, quod crediderunt in eum diſcipuli eius, iam erat ſecũda apoſtolorũ vocatio, poſtquam, domino perpetuò adhæſerunt. Ideo germanior videtur eſſe Theophi. expoſitio. & crediderũt in eum diſcipuli eius. hoc eſt fidem ampliorem & firmiorem acceperũt. Nam quanuis prius crediderant, non tam magnificę de Chriſto ſentiebant, vt poſtea viſo illo miraculo. Porrò oritur ſcrupulus non contemnendus, diſcipuli ſunt poſt carcerem Ioannis ad munus apoſtolicum aſciti, ſed Ioannes detruſus eſt in carcerem Ioan. 3. & miraculum de nuptijs narratur Ioannis 2. ergo non erant diſcipuli. ſic expoſitio Aug. non videtur omnino reijcienda. Senſus huius regulę eſt. Quòd interdũ ſcriptura præoccupat rei geſtæ tempus, idipſum ſuo loco latiùs tractatura. Aut prolipſis, id eſt occupatio ſeu anticipatio eſt cum ante tempus legitimum narrationẽ pręuenire ſolemus. Vt ſi rex dicatur filius regis, qui gubernaturus eſt regnum poſt obitum patris vt Marci 3. Iudas nominatur, cum additiõe qui tradidit eũ, cum ca. 14. dñm tradidiſſe ſcribat & Luc. 3. Herodes Ioan. apprehẽdit, cũ ſit factũ Matth. 14. & Gen. 9. Cham vocatur pater Chanaã, qui tamen nondũ natus erat, & in exordio Geneſeos terra vocat̃, quæ tamẽ nondum erat creata, vt cũ dicitur. terra erat inanis & vacua. & Gene. 31. cum inirent fœdus inter ſe, Laban & Iacob, dicitur, cõgregantes fecerũt tumulum, comederuntq;

Digitized by Google

runtque ſuper eum quem vocauit Labam tumulum teſtis, & Chaldaicè, Iegar,çaadutha, & Iacob Aceruum teſtimonij, & Hebraicè appellatur Galaad. Attamen ſæpè alias legimus in eodem libro, locum illum fuiſſe vocatum Galaad, antequam illi hoc nomen impoſitum fuiſſet, vt in eodem cap. cum dicitur. & amne tranſmiſſo perrexit contra mõtem Galaad. & ſtatim iterum. Comprehendit eum in monte Galaad. & iterum. in eodẽ monte Galaad fixit tentoriũ. Hoc fecit Moyſes, quia tempore quo ipſe ſcribebat, ſic vocabatur mons ille, & Gene. 21. verſus finem. ait Abraham ſeptem agnas accipies de manu mea, vt ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco vocatus eſt locus ille Berſabee, quia ibi vterque iurauit. Sed parũ ante cum loqueretur de Agar, ait. Errabat in deſerto Berſabee. Vnde eſt alius puteus eiuſdem nominis, Gene. 26. Item Gene. 26. Appellauit nomen vrbis Bethel, quæ antea Luza vocabatur. Porrò Gene. 12. hæc ſcribit Moyſes. Tranſgrediens ad montem qui erat contra orientem Bethel. tetenditque ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel. & capit. 13. Reuerſus eſt per iter quo venerat, à meridie in Bethel. Item Ioſue. 5. imponitur nomen cuidam loco Galgala, ideſt, reuolutio vel deuolutio, quia illo in loco circũciſi ſunt Iudæi, & ablata eſt ignominia qua erant obnoxij tẽpore quo Aegyptum incolebant. Sed. ca. 4. legimus, hoc nomine, locum illum fuiſſe vocatum. & Geneſ. 14. Venerunt ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades, & nondum illi impoſitum erat nomen Cades. Præterea Gene. 14. contra regem Balæ, ipſa eſt Segor, ſit in illo loco mentio oppidi Segor, cum tamen. 19. capit. nomen illi primum impoſitum ſit. & Gene. 7. animalia aliqua vocantur immunda, alia munda, per occupationem. Nam ætate Noë nihil erat immundum, ſed quando lex data fuit per Moyſen, hæc animalia munda, illa verò immunda nuncupata ſunt, & Geneſ. 2. & requieuit in die ſeptimo, & ſanctificauit illũ, ideſt, iuſſit vt legis tempore ille dies religioſè coleretur. Nam ante legem latam, nullum feſtum legimus eſſe ſancitum. Vnde Damaſce. lib. 4 cap. 24. ait. Quando non erat lex, nec ſcriptura diuinitus inſpirata, nec ſabbatum Deo ſacrabatur. At quando ſcriptura diuinitus inſpirata per Moyſen data eſt, ſacratũ eſt Deo ſabbatũ, vt circa ſcripturæ mediationem in

Ioſue.

ipſo exercitarentur. Lege Tertull. cõtra Iudæos circa principium. Item Numer. 34. vocatur fons Daphne, cum multis poſt ſeculis id nomen inditum fuerit ab interpretibus, ex fabulis gentium. Vnde & Hiero. Ezechielis. 30. cum dicit propheta. Faciam iudicia in Alexandria, ait. Hodie quidem Alexandria vocatur, cæterum Hebraicum nomẽ eſt No, quod interpretes Alexandriam, tranſtulerunt per anticipationẽ, quæ Græcè πρόληψις appellatur. Iuxta illud Vergilianum. Lauinaque venit littora. Non quod eo tempore quõ venit Aeneas in Italiam, Lauina diceretur, ſed quod poſtea ſic nuncupata ſint, vt manifeſtior locus fieret lectoris intelligentiæ. Præterea in lib. 2. capit. 1. octo numerauimus viros, quibus ante natiuitatem nomina indita ſunt. Item in lib. quæſt. in. li. Regum. titu. Hierony. dicitur. Aſſumens Dauid caput Philiſtæi attulit illud in Ieruſalẽ, quia nimirum poſtea id fecit. Item vt ait Aug. lib. 4. Locut. Nume. cap. 13. dicitur Locũ ipſum nominauerunt, Vallem Bothri, cum ſuperius dixiſſet. Venerunt in vallem Bothri. Dictum eſt ergo hoc vltimo loco per Anticipationem, dat Augu. rationẽ lib. 1. quæſt. in Gen. quæſt. 55. quia ſic appellabantur hæc loca cum liber ſcribebatur. 1. Paralip. 14. Baal Pharaſim, vocatur quidam locus, ideſt, ido lũ diuiſionum, & poſtea nomen imponitur. & Ioſue. 15. Vocat Quiriath ſepher & imponitur nomen Indic. 1. Et epiſto. 99. ita exponit locum Matth. ca. 27. Multa corpora ſanctorum reſurrexerunt & venerunt in ſanctã ciuitatem, putat, & recte quidem dictum fuiſſe per anticipationem, cum re vera, cũ ipſo Chriſto reſurrexerunt, qui fuit primogenitus mortuorum. Multa vt dixi de hac re exẽpla vel vnus Auguſt. ſuppeditabit in libris. 7 Quæſtionum & Locutionum. Hactenus de occupatione & recapitulatione dixiſſe ſit ſatis. Nunc ad alia præcepta enarranda calamum conuertamus.

1. Reg. 18.

Loc⁹ Matt.

Mos, inquit, Hiero. Amos. 5. ſcripturarũ eſt aduerſis læta ſubiungere, & poſtquam triſtia dominus fuerit cõminatus, ad pœnitentiã eos, quos terruit, prouocet. Iuxta illud quod in Iſaia legim⁹. Væ gẽs peccatrix, populus plenus delictis, ſemen peſſimũ, filij iniqui. Cũque dixiſſet. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igne cõſumptæ, regiones veſtras coram vobis alieni comedent. Loquitur deinde ad eos meliora promittẽs. Lauamini, mũdi eſtote,

Iſaia. 1.

Digitized by Google

te, auferte malitias veſtras ab animis veſtris.
Diſcite bene facere, quærite iudicium, iudi-
cate pupillo, iuſtificate viduam, & venite di-
Seuera. ſputemus dicit dominus. Quomodo ergo
quos ſeuera voce terruit, blanda oratione
ſuſtentat. Ita & Amos quibus dixerat. Ceci
dit domus Iſrael, non adijciet vt reſurgat.
Virgo Iſrael errauit in terra, non eſt qui ſu-
ſcitet eam. Et poſt loquitur ad eos & dicit.
Quærite me & viuetis, & nolite quærere Be-
thel, & in Galgala nolite intrare, & in Berſa-
bee ne tranſieritis. Quoniam Galgala capti-
Bethel. ua ducetur, & Bethel erit inutilis. Quærite
dominum & viuite, &c. in Bethel erat vitu-
Galgala. lus aureus, & Galgala locus in quo idola co-
lebantur. Vnde in Hoſea dicitur. Omnis ma
litia eorum in Galgala, Hoc iterum repetit
capit. 9. eiuſdem prophetæ. Item Ieremiæ
30. ait. Primum triſtia annuntiantur, vt poſt
malorum magnitudinem, læta ſuccedant.
Gratior quippè ſanitas ægrotatione depul-
ſa, & doloris magnitudo, in magnitudinem
vertitur gaudiorum. Lege Chryſoſt. homil.
9. in Matth. latiſsimè. & Baſilium Pſal. 29.
ſupra huius loci expoſitionem. Quoniam
ira in indignatione eius.

Deinde ait idem Hierony. Matth. 17. Do
minus ſemper proſperis admiſcet triſtia, vt
cum repentè venerint non terreant Apoſto
los, ſed à præmeditatis, ferantur animis. Si
enim contriſtat eos quod occidendus eſt, de
bet lætificare, quòd die tertio eſt ſurrectu-
rus. Futurum eſt, inquit, vt filius hominis tra
datur in manus hominum, & occident eum
& tertia die reſurget. Item Chryſoſto. homi
lia 67. in Ioan. ait. Sæpenumero in ſcriptu-
ris ſimul paſsio & reſurrectio ponitur, ſiqui-
Iſaiæ 53. dem Iſaias vtrunque ſimul ponit. tanquam
ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi a-
gnus coram tondente ſe obmuteſcet & non
aperiet os ſuum. Et ſubdit de reſurrectione.
De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Et Da
uid in Pſalmo ſecundo, & in pleriſque alijs
coniungit hæc vtraque. Dormiui & ſopo-
ratus ſum, ſurrexi quoniam Dominus ſuſci-
piet me. Et Patriarcha cum dixiſſet. Proci-
Gene. 40. dens dormiuit vt leo. deinde addit. Et vt ca-
tulus leonis excitauit eum. Simul & paſsio-
nem oſtendit & reſurrectionem. Hæc ille.
Poſſumus nos hoc exemplo vti ex Pſalmo
138. Domine ꝓbaſti me, & cognouiſti me,
tu cognouiſti ſeſsionem meam & reſurre-
ctionem meam.

ANNOTATIO
in Chryſ. expoſitionem.

CHryſoſtomus in loco modo à nobis ci- *Pſalmus 1.*
tato, & Hilarius, Pſal. 2. & Hiero. Pſal. 1. *& 2. non*
& Euthy. verſus finem Pſalmi ſecundi, & ite *ſunt diui-*
rum in proœmio pſalmorũ, arbitrantur pſal *dendi.*
mum primum & ſecundum vnum eſſe, freti
auctoritate Pauli Actuum 13. dicentis. Hanc
promiſsionem nobis adimpleuit Deus filijs
noſtris, reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalmo
primo ſcriptum eſt. Filius meus es tu, ego
hodie genui te. Quamuis nunc in omnibus
ferè codicibus, in pſalmo ſecundo, legatur
ex librariorum ni fallor negligentia contra
auctoritatem ſanctorum. & doctorum He-
bræorum. Probant id, Rabbi Dauid & Hie
ronymus, & Euthymius hac ratione. Quia fa
miliare eſt Pſalmographo, eodem aut ſimili
verſu pſalmum incipere & finire. vt Pſalm.
8. ſic incipit, Domine dominus noſter quam
admirabile eſt nomen tuum, &c. & ad hunc
etiam modum finem illi imponit. & Pſal-
mo 1. incipit. Beatus vir qui non abijt in con
ſilio impiorum. & Pſalm. ſecundus ſic ter-
minatur. Beati omnes qui confidunt in eo.
ex quo colligi poteſt ex vtroque vnum eſſè
pſalmum conflandum.

Eſt alia obſeruatio ſuperioribus non diſsi
milis, ex Origene deſumpta, homil. 1. in Iere
miam. Obſeruauimus, inquit, ſemper in ſcri
pturis diuinis, primùm ea, quæ videntur tri-
ſtia nominari, deinde ea quæ hilariora ſunt
ſecundo dici loco. Ego occidam & ego viuifi
cabo. Non dixit prius, ego viuificabo, & po- *Deute. 32.*
ſtea, occidam. Conſepelimur enim Chriſto
per baptiſmũ, & cõſurgemus cum eo. Quem
enim diligit Dominus flagellat, & poſt hæc
curat. Vnde ad Ieremiam dominus ait. Con-
ſtitui te hodie ſuper gentes & regna eradica *Ieremia. 1.*
re & ſuffodere, & diſperdere & ædificare &
plantare. Non poteſt in loco ædificationis
malæ ædificare deus. quæ enim participatio
iuſtitiæ & iniquitatis? aut quæ cõmunicatio
luci ad tenebras? oportet malitiã ex imis ſe-
dibus eradicari, oportet & ędificationẽ peſsi
mam ex animabus noſtris penitus auferri,
vt poſtea ſermones ædificent & plantent.
Hoc iterum replicat homil. 12. in Iere.

Sit alia regula huic ſuperiori ſimilis ex di-
uo Theodoreto deſumpta, ex commenta.
Ioelis cap. 1. Cum dura, inquit, & triſtia præ
dicunt prophetæ, poſt conſolationem affe-
runt

Digitized by Google

runt & cõſilium. Vnde apud Ioelem. Audite hoc ſenes, auribus percipite omnes habitatores terræ, ſi facta ſunt talia in diebus veſtris. & ſubdit. Euigilate qui ebrij eſtis à vino veſtro. Et Auguſt. in enchiridio. ca. 79. ait. Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit Gehennæ. Cui vulneri ſtatim dominus ſubijcit medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis adiungens. Si ergo offers munus tuum ad altare &
Matth. 5. ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus & vade & reconciliare fratri, id eſt. Ne tibi ſit impedimento res aliqua quantũuis ſancta, quin adeas fratrem tuum ad reſarciendum cum eo amicitiã intermiſſam. Hanc ob cauſam Iſaias & reliqui prophetæ poſt onera, conſolantur populum afflictum & mœſtum. Porro Nahũ & Habacuc poſt onera nullam ſubdunt conſolationem, quia illorum vaticinia erant contra gentes quæ idola colebant, & Meſsiã non expectabant.

Prophetæ, (inquit Theophl. ad Roma. 1.) primum bona præponunt, deinde mala ſubijciunt. nam bona ſunt præcedentis Dei conſilij, mala noſtræ ignauię. Sic Paulus cũ à commodioribus exorſus eſſet epiſtolam ad Roma. dixiſſetque iuſtitiam Dei per euangeliũ reuelari, & non erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Iudęo primum & Græco. iuſtitia Dei in eo reuelatur. & ſtatim infert ea quæ deterrere queant, nempè, Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem. &c. nouit enim quod plures terrore ad virtutem trahantur. Hac ratione Chriſtus regni cœleſtis mentionem faciens, ſimul Gehennæ meminit. & Matth. 3. ait Iohannes. Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cœlorum. & ſtatim. Progenies viperarum. &c. Deſumpſit hæc Theophi. ex Chryſoſt. ſermone. 3. in caput. 1. epiſtolæ ad Romanos

Primum, (inquit Euthy. Pſa. 33.) ſcriptura nos à prauis operibus auertit, deinde ſublatis impedimentis ad bene operandum inducit, dicẽs. Declina à malo & fac bonũ. Nam quẽadmodum impoſſibile eſt aliquem ad ſanitatem reſtitui, niſi prius à morbo liberetur, ita etiam impoſſibile eſt aliquem benè operari, qui à vitijs prius non abſceſſerit. & Hieron. exponens hunc locum Ieremiæ. 1. Ecce conſtitui te ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas. & diſsipes & ædifices & plantes. Conſiderandum, inquit, quod

Hoc teſtimonium intelliges ex Reg. 4. & 5. libri. 9. harũ Hypo.

quatuor triſtibus duo læta ſuccedant. Neque enim ædificari poterant bona, niſi deſtructa eſſent mala, nec plantari optima, niſi eradicẽtur peſsima. omnis enim plantatio quam non plantauit cæleſtis pater, eradicabitur, & ædificatio, quæ ſupra petram non habet fundamẽtum, ſed in arena extructa eſt ſermone dei ſuffoditur atque deſtruitur. Et Seruius exponẽs *4. AEnei.* hunc locum Virgilij. Paulatim abolere Sychæum incipit. & vino tentat præuertere amore, ait. Naturalis ordo, prius enim eſt euellere inhærentia, & poſt noua inferre. Sic Terẽtius. Vt metu in quo nunc eſt adimam, atque expleam animum gaudio. Lege Theophi. ad Epheſios. 6. & Lucæ. 18. cum in huius loci expoſitione verſatur. Dixit autem ad quoſdam. & Baſilium Pſal. 1. & Athenagoram in li. de mortuorum reſur. circa principium. Exẽplorum vis magna eſt in ſcripturis ac multitudo. Pſal. 1. Beatus vir qui non abijt in cõſilio impiorũ & in via peccatorũ nõ ſtetit & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini voluntas eius. &c. Et Iohan. 10. Amẽ dico vobis qui non intrat per oſtium, ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Prius ponit indicia mali paſtoris, & poſtea boni. & Lucæ. 18. Gratias tibi ago domine, quod non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, & vt hic publicanus. Sed ieiuno bis in ſabbato. & in decalogo prius collocantur præcepta negatiua, & deinde affirmatiua ſubiunguntur &. 1. ad. Timoth. 3. & ad Titũ. 1. Denique vt huic Regulæ finem inponã. af- *S. Thomas.* ferã verba S. Thomæ. 1. Parte. q. 100. Arti. 6. ad. 2. quæ valde ſunt annotanda. Quando, inquit. præcepta affirmatiua & negatiua pertinent ad idem genus operis, prius negatiua, ſecundo affirmatiua præcepta ſunt collocãda. quãuis hoc non habeat omnimodã efficaciã. Et ſi enim in executione operis, prius extirpãda ſint vitia quàm inſerendæ virtutes (ſecundum illud Pſal. Declina à malo & fac bonum. & Iſaiæ. 1. Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere.) Tamen in cognitione prior eſt virtus, quàm peccatum, quia per rectum cognoſcitur obliquum, vt dicitur. 1. de Anima. Per legem autem cognitio peccati habetur, vt 5. Rom. dicitur. Et ſecundum hoc, præceptũ affirmatiuum debuiſſet primo poni. Lege Euth. Matthæ. 5. capit. & in principio cap. 6. iuxta nos.

Deinde Hier. Iſaię. 5. ca. hanc affert Regulã. Iuxta conſuetudinẽ, inquit, prophetalem,

quæ prius per metaphoram dicta ſunt & obſcure & per parabolam, poſtea exponuntur manifeſtius, vt apud Iſaiam, cum longam texuiſſet parabolam. Vinea fuit dilecto in cornu filio olei, &c. ſubdit. Vinea domini exercituũ domus Iſrael eſt, & viri Iuda germen delectabile eius, &c. 11. Habitabit lupus cũ agno & pardus cum hœdo cubabit, vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur, & demum prædicta reſeraus verba, addit. Quia repleta eſt terra ſcientia domini, volens innuere, in ſumma pace & tranquillitate euangelium fore prędicandum, & Iſaiæ. 13. In onere Babylonis multa obſcure dicuntur, quæ poſtea à propheta explanantur, cum dicit. Suſcitabo ſuper eos Medos, & Iſaiæ. 9. Diſperdet dominus ab Iſrael caput & caudam, incuruantem & deprauantem die vna, & ſubdit. Longæuus & honorabilis, Ipſe eſt caput, & propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda. Item Hiero. Iſaię. 19. ait. Moris eſt ſcripturarum obſcuris manifeſta ſubnectere, & quod prius ſub ænigmatibus dixerat aperta voce proferre. Vnde Iſaias. cap. 18. cum interitum comminatus eſſet Ægyptijs, dicens. Væ terræ vmbranti alis, quæ eſt transflumina (, ideſt flumen, ſcilicet Nilus) Æthiopiæ quæ mittit in mare legatos & in vaſis papyri ſuper aquas, & poſtea cap. 19. manifeſtiorem faciens ſermonem ad ipſam loquitur Ægyptum, & in onere deſerti maris, poſt modicum oſtendit ſe de Babylone loqui, & Iſaiæ. 14. Quomodò cecidiſti de cælo Lucifer qui manè oriebaris? corruiſti in terram qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, in cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, &c. & ſubdit. Sic eueniet vt conteram Aſſyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum. Item in commeuta. Amos. cap. 9. ait. Mos ſcripturæ eſt aperire quod prius ſub ænigmatibus dixerat, vt Amos. 9. ſi deſcenderint vſque ad infernum, inde manus mea educet eos, etſi aſcenderint vſque ad cælum inde traham eos, etſi abſconderint ſe in vertice Carmeli, &c. & ſubiungit, etſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis ibi mandabo gladio & occidet eos, & Baſil. in aſceticis. cum agit de baptiſ. circa princip. συνηθὲς τῷ κυρίῳ τὰ ὁριστικῶς που προσταχθέντα διὰ τῶν ἐν ἄλλοις τόποις εἰρημένων σαφῶς παραδεδόσθαι, ὡς τό, θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ. ἁπλῶς γὰρ οὕτως εἰπών, ἐν ἑτέρῳ τόπῳ σαφηνίζει λέγων. πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν καὶ δότε ἐλεημοσύνην. ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ideſt, mos eſt domini, quæ definitè præcepit alibi explanare, vt theſaurizate vobis theſauros, cum hæc ſimpliciter diceret, ſic alibi expouit. Vendite quæ habetis & date eleemoſynã, & Luc. 12. facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, ob theſaurum non deficientem in cælis. Hæc regula memoriæ eſt cõmendanda, pro germana interpretatione parabolarum euangelij & prophetarum, de qua re nos alibi copioſius tractabimus.

Eſt modus conſuetus apud prophetas, (vt ait Euthy. Pſal. 107.) quo prophetias intercidunt, & aliam in medio ponunt, & rurſus ad primum argumentum redeunt, ſicut ſubminiſtrauerit Spiritus ſanctus, vt in Pſal. 108. dicitur de Iuda proditore à domino. Deus laudẽ meam ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt, & poſtea multa loquitur in plurali, & poſtea redit ad ipſum, & numero ſingulari quæ ſequuntur effert. Conſtitue, ideſt, permitte conſtitui ſuper ipſum peccatorem, & extermiuetur de terra memoria eius. Item Hieron. Iſaiæ. 16. omnis prophetia ænigmatibus inuoluitur, & præciſis ſententijs dum de alio loquitur, tranſit ad aliud, ne, ſi ordinem ſcriptura conſeruet, non ſit vaticinium, ſed narratio. Vndè cum Iſaias loqueretur de Moab, ſubdit. Emitte agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Id eſt, ò Moab, quam adeò leo deuaſtaturus eſt, vt nec reliquiæ ſuperſint, hoc habeto tanti mali ſolatium, quod egredietur de te agnus immaculatus, qui tollat peccata mũdi, qui dominetur in toto orbe terrarum. De petra deſerti egredietur, id eſt, de Ruth quæ mariti morte viduata, de Booz genuit Obed, & de Obed Iſai, de Iſai Dauid, de Dauid Chriſtum. Montem autem filiæ Sion, aut ipſam vrbem Ieruſalem interpretabimur, aut iuxta ſecretam intelligentiam, eccleſiam, quæ ſit virtutum culmine conſtituta, & ſtatim ſubdit, & erit ſicut auis, &c. redit ad narrandum Moabitarum deuaſtationem. Atq; iterum Euthy. Pſal. 117. ait. Prophetæ perſępè ſermonem inceptum intercidunt, ea nimirum ratione, vt ipſæ prophetiæ, vmbra quadam ac velamine, obtegantur, ne ſi apertius traderentur maius ſacris libris immineret, ab inimicis periculum. Delerent enim eos fortaſsis. Hæc ille. exemplum aptiſsimum eſt Ioelis. 2. capit. Quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ, & cum multa interſeruiſſet verba, redit ad cœptum

ſermo-

ſermonem. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Hæc de primo aduentu.& ſubiungit de ſecundo. Dabo prodigia in cælo. &c. Item Gregor. libro.5. Moralium.capit. 29. ait. Scripturæ conſuetudo eſt, vt cum aliquid narrat, interpoſita alterius cauſæ
Iob.4. ſententia, ad ſuperiora protinus redeat. Veluti in libro Iob, poſtquam dixit, nullus eſt qui intelligat, in æternum peribunt. Electorum ſortem ſubintulit, dicens. Qui reliqui fuerint auferentur ex eis. Et rurſum ſententiæ ſuæ oculum, in eum quem prædixerat interitum reproborum, mittens, ſubito adiungit. morientur & non in ſapientia. ac ſi diceret. Hi, quos dixi, quia non intelligentes, in æternum peribunt, proculdubio non in ſapientia morientur. Paul. quoque cum diſcipulum de inſtituendis eccleſiæ officijs admonet, ne quos fortè ad ſacros ordines
1.Tim.5. inordinatè proueheret, dixit. Manus citò nemini impoſueris, nec communicaueris peccatis alienis, te ipſum caſtum cuſtodi. Qui ad infirmitatem eius corporis protinus verba conuertens, ait. Noli aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum, ſtatimque ſubiungit dicens. Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium, quorundam autem ſubſequuntur. Quid ergo ad illud pertinet, quod ab infirmo aquam bibi prohibuit, hoc quod de peccatis abſconditis quorundam hominum manifeſtisque ſubiungit? niſi quod interpoſita de eius infirmitate ſententia, ad hoc in extremo redijt, quod ſuperius dixit. Manus nemini impoſueris. Hæc ille. eſt optimum exemplum. 1. Timoth. 3. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Mulieres ſimiliter pudicas, &c. & iterum de Diaconis ſubdit. Diacones ſint vnius vxoris viri. & ad Titum. 1. Sunt multi non ſubditi, vaniloqui, mentium deceptores, maximè qui de circuncisione ſunt, quibus oportet ſilentium indici, qui vniuerſas ſubuertunt domos, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis (ſcilicet Cretenſibus, non Iudæis) proprius illorum propheta. Cretenſes ſemper mendaces. &c. Nam ſupra dixit. Ideo reliqui te Cretæ. Plura congeremus teſtimonia quando ſermonem de Hyperbatis faciemus.

Conſuetudo prophetię eſt teſte Greg. ho. 7. in Ezechielem, nunc iſta, nunc illa conſpicere, & ab alijs in aliud ſubitò verba deriuare, ſicut Pſalmiſta cum de domino loquitur dixit. Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in ipſo parauit vaſa mortis, ſagitas ſuas ardentibus effecit. Repentè ſubiungit. Concepit dolorem & pepererit iniquitatem, lacum aperuit & effodit eũ, & incidit in foueam quam fecit. Ecce cum domini narraret iuſtitiam, quaſi non mutata voce, repentè peccatoris intulit culpam. Quod quiſquis in prophetis vſum lectionis habet, quam crebro hoc accidat, non ignorat. Et in Ezechiele cum de rotis loqueretur adiungit. Et totum corpus plenum oculis in circuiti ipſorum quatuor. Hæc latius à nobis tractabuntur ſtatim cum de mutationibus agemus perſonarum. & de numeris. & libro. 10. Regu. 37. Pſalm. 7.

Moris eſt ſcripturarũ, (vt ait Hiero. li. 6. cõment. in Iſaiam. cap. 16.) vt poſtquam deſperationẽ mentis humanæ, læto nuntio ſubleuarint, rurſum negligentes & nolentes agere pœnitentiam, comminatione deterreant, ne bonitas Dei induret cor noſtrũ. Cuius rei vnum tantum ponamus exemplum, in Pſal. 144. legimus. Suauis dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera illius. Et poſt paululũ. Suſtentat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos. Oculi omniũ in te ſperant domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Cumq; præmiſiſſet, Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe, ne te neglig ẽtem faceret auditorem, intulit. Et omnes peccatores diſperdet. Libro. 8. cap. 2. lege hoc.

In prophetis, (auctore Hieronymo. Ezechielis. 30. capit.) nequaquam ordo hiſtoriæ ſeruatur non in omnibus, ſed in quibuſdam locis, non enim narrant præterita, ſed futura prȩnunciant prout volũtas ſpiritus ſancti fuerit. In hiſtoria vero, vt Moyſi quinq; libri, & Ieſu, & Iudicum volumina, Ruth quoque & Eſter. Samuël & Malachim, Paralipomenon liber & Eſdræ, iuncto ſibi pariter & Neemia, præpoſterã narrationem nequaquã reperiri credo. Item Hiero. Ieremię. 21. In prophetis, inquit, maximè in Ezechiele & Ieremia & Daniele nequaquam regum ac temporum ordo ſeruatur, ſed præpoſterè, quod iuxta hiſtoriã factum eſt poſtea, prius refertur, & quod prius geſtũ eſt, poſtea narratur. Aliud

Hiſtoriogra phi partes & prophe ta, quæ ſint. eſt enim hiſtoriam, aliud prophetiam ſcribere. Vnde. 21. cap. Ieremiæ, Sedechias qui cum vrbe Ieruſalem captus eſt, ſcribitur mittens ad Ieremiam, & eo tempore quo obſidetur Ieruſalem. Et poſtea narratur hiſtoria Ioakim fratris eius, qui ante eum rex fuit, & Ioachim id eſt Iechoniæ, qui fuit filius Ioakim, ſuper quibus in ſequentibus eiuſdem prophetæ dicitur, & ca. 25. eiuſdem prophetæ. Quæ dicũtur in hoc cap. priora ſunt, præterita viſione. Illa enim ſub Sedechia facta eſt, poſt quam Iechonias tranſlatus eſt in Babylonē, hæc autē ſub Ioakim filio Ioſiæ, & patre Iechoniæ, Non enim curæ erat prophetis tempora conſeruare, quę hiſtoriæ leges deſiderant, ſed ſcribere vtcunq; audientibus atque lecturis vtile nouerāt. Vnde in Pſalterio male quidā iuxta textum hiſtoriæ pſalmorum requirunt ordinem, quod in lyrico carmine non obſeruatur. Et iterum in comment. Ezechielis ca. 29. ait. Sæpe in ſcriptura præpoſtero ordine tēpora deſcribuntur, quod in Ieremia crebro legimus. Prius enim Sedechiæ in quibuſdam geſta referuntur, & poſtea Ioakim qui ante eum fuit. In Pſalmis autem quia carmen eſt lyricum hiſtoriæ ordo non quæritur, ſed factorum carmina ſingulorum, & in Ezechiele cap. 29. poſt decimum annum prioris ſermonis, ſtatim viceſimus ſeptimus ponitur annus, & in conſequentibus decimus duodecimuſq;, & in extrema deſcriptione templi. 25. Hæc ille, & in Daniele narratur Balthaſar hiſtoria cap. 5. & cap. 6. inſeruntur quædam de Dario, & cap. 7. redit ad hiſtoriā cœptam Balthaſaris, & in euangelijs ſæpenumero ordo negligitur hiſtoriæ. Denique Victorinus cum hæc eadem quæ nos ex Hieronymo retulimus, ſcripſiſſet, addit, ſimiliter non eſt requirēdus ordo in Apocalypſi, ſed intellectus. Poſſumus nos addere optimum exēplum ex Actuum Apoſtolicorum cap. 5. ait enim Gamaliel. ante hos dies extitit Theodas dicens ſe eſſe aliquem, poſt hunc extitit Iudas Galilæus, in diebus profeſsionis, (id eſt, quando pendebatur cenſus ab vniuerſo orbe, vt narrat Lucas in euangelio.) Ecce quomodo primo loco ponitur Theodas, & in ſecūdo Iudas Galilæus, cū iuxta hiſtoriæ veritatem Iudas primo loco ſit collocandus, & deinceps Theodas ſubijciendus iuxta Euſebium. lib. 1. hiſtoriæ eccleſi. cap. 5. & Ioſephum li. 20. Antiqui. cap. 1. & lib. 20. cap. 2. & iterum iuxta Euſebium. lib. 2. cap. 11. Quamobrem ego Lo

Pſalm. 77. & 104.

Locus Lucæ annotãdus in apoſtolorũ actibus.

cum Lucæ ſic interpretaret, vt præpoſitio poſt idem ſignificet quod in. Vt in Euangelio, poſt tres dies reſurgam, id eſt, tertio die. Item Duodecim prophetæ minores, & ſi non eundem vitæ curſum nec ordinem temporis habuerint, quo ponuntur, in ſacris tamen literis ita digeruntur, vt à nobis in titulo de prophetia explicatum eſt, tum iuxta veritatem Hebraicam, tum etiam iuxta ſeptuaginta interpretum tranſlationem. *Poſt.*

In quarto huius operis volumine, cum de titulis Pſalmorum agebamus, explicauimus, quomodo abſq; vllo ordine Pſalmi ſint collocati, & in hunc, quem tenent nunc ordinem redacti, & modo hoc in capite quem ordinem ſeruare ſoleat Pſalmographus in non nullorum Pſalmorum contextione aperuimus. Sed quia breuiter & erudite omnia illa complectitur Hiero. Amos. 2. quæ nos ſparſim ſcripſimus, oportet ipſius verba in medium afferre, vt commodius à theologis memoriæ mandari poſsint. Inquit enim. Vbi de laudibus Dei dicitur, hiſtoriæ ordo non ſeruatur, ſed frequenter euenit, vt quæ prima facta ſunt extrema dicantur, & quæ nouiſsima referantur ad prima. Quod. 77. Pſalmus & 104. vbi ſignorum potentia, non ordo ſcribitur, docere nos poterit. Et tituli pſalmorum quibus duo tantum ponamus exempla, tertij Pſalmi & quadrageſimi primi, vbi quæ prius facta ſunt narrantur extrema, & quę ex trema legimus referuntur in principio. Ante enim de Doeg Idumæo, (qui Sauli nunciauit, Venit Dauid ad Abimelech) ſcriptum legimus in regum volumine qui titulus eſt Pſalmi. 51. quàm Abſalon contra patrem ſurgeret, quod in tertij Pſalmi titulo prænotatur. Et Amos. 2. Ego exterminaui Amorrhæum à facie eorum, cuius altitudo, cedrorum altitudo eius. Et ſubdit. Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra Ægypti, & eduxi vos in deſerto. 40. annis, vt poſſideretis terrā Amorrhæi. Amorrhæus ſiquidem nouiſsimus exterminatus eſt ſiue deletus, quod in Amos propheta primum refertur, & quod aſcendere eos fecerit de terra Aegypti & eduxerit in eremum per. 40. annos, in principio factum legimus, quæ hic dicuntur ordine commutato. Affert Baſilius Pſalm. 7. aliud exemplum. Ecce parturijt iniuſtitiam, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & ſic exponit. Confuſus eſt hic ordo, quia grauidæ primum quidem concipiunt, deinde parturiūt, poſtre-

1. Reg. 21. & 22.

2. Reg. 15.

Locus Pſalm. 7.

Digitized by Google

poſtremò pariunt. Hic partus primum ſortitur locum, deinde conceptio, demum partus. Nos iuxta Hebraicum optimo ordine ſita eſſe verba arbitramur. Ecce parturijt iniuſtitiã, & (id eſt, quia vt declarabimus in cap. de coniunctionibus) concepit dolorem, id eſt, quia animo machinatus fuerat inferre alicui iniuriam. & tunc demum ſequitur, peperit iniquitatem Atque hunc ordinem tenuit Iacobus in epiſtola ſua. Vnuſquiſque, inquit, tentatur à concupiſcẽtia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cũ conceperit, parit peccatum, peccatũ verò cum cõſummatũ fuerit, generat mortem. In cãtico tamen trium pueroru Danielis. 3. Arbitror à ſupremis ad infima eos deſcendere voluiſſe, vt ex omnibus creaturis creator cognoſceretur. nam primo numerat angelos, cælos, ſolem & lunam, ignẽ aquas, &c. Expende tamen quid ſibi voluerit Ieremias. cap. 27. cum inquit, ego feci terram & hominem & iumenta. cum in Geneſ. vltimo loco homo creatus ſit. Deinde quid ſibi velit Paulus ad Epheſ. 1. cum enumerans angelorum ordines. aſcendendo, ait. Deus conſtituit eum ſupra omnem principatum & poteſtatem, & virtutem & dominationem. & ad Coloſ. 1. deſcendendo ad hunc modum angelos enumerat. Siue throni, ſiue dominationes ſiue principatus, ſiue poteſtates. Nam Dionyſ. Areopagita fretus primo teſtimonio Pauli, ſic diſtinguit mediã Hierarchiã. Dominationes, Poteſtates. Virtutes. Gregorius ſic. Dominationes, Principat⁹, Virtutes. Vltimã Hierarchiam Diony. ſic. Principatus, Archãgeli. Angeli. Græg o. ſic. Virtutes, Archangeli, Angeli. De qua re lege ſcholaſticos lib. 2. ſententiarum. D. 9. & S. Thom. 1 parte. queſ. 108. Artic. 6. Iſtæ omnes regulæ magnum afferunt adiumentum pro Euangeliſtarum cõcordia.

Canticum. triũ puerorum.

Angelorũ diſtributio in Hierarchias iuxta Dionyſ. & Gregor.

Aliqui Pſalmi vt. 24. & 33. & 36. & 110. & 111. & 118. & 144. texuntur ordine Alphabetiro, (ex quibus Pſam. 118. octuplici cõſtat alphabeto. (& Lamẽtationes Ieremię, & cap. 31. prouerbiorum. Quia (vt ait Hiero. in procemio Lament.) quomodo noſtris literis non poteſt quis ad legenda verba texendaque procedere, niſi prius ab elementis cœperit. Ita in ſcripturis diuinis, non valemus ea quæ maiora ſunt noſſe, niſi ab ethica in ipſis habuerimus exordium, ſecundum illud quod propheta dicit. A mandatis tuis intellexi. Quod videlicet poſt opera cœperit

Quot Pſalmi Alphabetico ordine conſcripti.

Pſal. 118. N.

habere ſcientiam ſecretorum. Hæc ille. Aut eo quod cum res, de qua agitur, ſit magni momenti, vt memoriæ mandari facilius & in mente perluſtrari queat. Sic etenim fiet, vt à primis infantiæ noſtræ incunabulis optimis præceptis imbuti ad culmem virtutis perueniamus. Hoc ſentiens Gregori. Nazianzenus, alphabetum quod morale inſcribitur edidit.

Non oportet perturbari, cũ viderimus aliquid ab aliquo euangeliſta fuiſſe omiſſum, quod ab alio ſit relatum, aut ſi aliquid dratue in Paralipomeno quod in libris Regũ ſuit prętermiſſum & vice verſa. Quia, vt dicitur in cõment. titulo Hiero. 1. ad Corint. ca. 15. Multa dicũtur in epiſtolis Pauli quę in Actibus Apoſtolorum non continetur, & in Actibus, quæ in epiſtolis non ſcribuntur. Nam quod Paul. dicit ad Corinthios ſcribens. Si (ſecũdum hominem) ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt. Vtrum tamen vere cum beſtijs pugnauerit nec ne nõ conſtat inter eccleſiaſticos ſcriptores. Theophy. enim in illius loci expoſitione, pugnam, inquit, appellat Paulus cum beſtijs, contentionem aduerſum Iudæos & Demetrium argentarium. Quid enim illi à beſtijs diſtabant? Atque ita ſenſit Oecumenius. & Anſelmus. & Philippus presbyter libro. 1. Iob. ca. 5. cum ſic ait. Homines mali in ſcripturis beſtiæ appellantur, mores habentes ſimiles beſtiarum moribus, contra quas pugnaſſe ſe Epheſi. dicit Apoſtolus. Sed diſſentiunt multi vt Nicephorus. lib. 2. Eccleſia. hiſto. capit. 25. Antiqui cum Paulus eſſet Epheſi, hæc de eo memoriæ mandarunt. Cum enim ibi principem locum Hieronymus obtineret, multa cũ libertate Paulus eſt concionatus, Plebs per furorem, Paulo compedibus iniectis, carceri eum includit, vt leonibus vorandus obijceretur. Ibique virtute diuina Paulus ferreis compedibus liberatus, quaſdam ſanctas fœminas diuino baptiſmo ad littus maris initiat, & cum id nemo cuſtodum ſenſiſſet, ad vincula ſua, in quibus leonibus eſca aſſeruabatur, redit. Sed enim ingenti magnitudine & robore intolerando, leo contra ipſum immiſſus, in arenam quidem ille procurrit, ſed mox ad pedes Pauli conſedit. Et cum itidem aliæ immanes feræ immitterentur, ne tangere quidem vlla, ſacrum corpus, ad orationem erectum, ſuſtinuit. Mirandum vero non eſt, Lucam hanc Pauli cum belluis pugnam

An Paul. cũ beſtijs pugnauerit.

1. Cor. 15.

rch-

relliquis eius actis non inſeruiſſe. Nam etiam *iſu-* ſi ex Euaogeliſtis ſolus Iohannes Lazari reſu *tio à* ſcitationem commemorat, minus de veritate *âne ſolo* eius ambigendum. Scimus enim non omnes *arata.* omnia ſcribere. Sed vti vnicuique largitus eſt dominus, & vt cuilibet diuidit & diſpenſat ſpiritus, ita etiam intelligit, credit & ſcribit. Item Theodore. 1. Corin. 15. ait. Si humana ſpectetur conſideratio, à beſtijs deuoratus ſum, ſed admirabiliter & præter opinionem ſum ſeruatus. Atq; ita ſentiunt Ambroſ. & Chryſoſt. Item Hieron. ad Galat. cap. 2. ſcribit. Lucas multa quæ Paulus ſuſtinuiſſe ſe replicat, Hiſtoriographi liceotia prætermiſit, nec ideo ſibi contrarius eſt. Si quod alius ob cauſam dignum putauit relatu, alius inter cętera dereliquit. Nam primum epiſcopum eccleſiæ Antiochenę Petrum fuiſſe accepimus, & Romam exiude tranſlatum. Quod Lucas penitus omiſit. Quod Petrus ex Antiochia Romam traoſlatus fuerit docet quoq; Marcellus. 24. q. 1. Rogamus. Et Hiero. de vi. illuſt. in Petro. Præterea quas prouincias apoſtoli ſortiti fuerint, prorſus Lucas tacuit. Qua de re Euſebius lib. 3. hiſt. circa principiũ, ex Origene ſuper Gene. hæc tradit. Thomas ſortitur Parthos. Matthæus Æthiopiam. Bartholomæus Indiam citeriorem. Iohannes Aſiã. Andreas Scythiã. Petrus Pontum, Galatiam, &c.

Quod diximus de ordine pſalmorũ & prophetarum, dicendum eſt de ordine epiſtolarum Pauli, quòd videlicet non ſint eodẽ ordine in Biblijs poſitæ, quo fuerint ab apoſtolo tranſmiſſæ. Nam primo loco epiſtola ad Roma. eſt collocata, non quod primum tranſmiſſa ſit, quandoquidem ad Corinthios duæ, ad Theſſalonicenſes vna, in qua de miniſterio Ieroſolyma mittendo, ipſos commonefacit, hanc præceſſerint. Vnde Theodore. in præfatione epiſtolæ ad Roma. ait. Quemadmodum Pſalmos Dauid ſuſcepta ſancti ſpiritus operatiooe conſcripſit, eos autem quidã alij poſtea vt voluerunt inter ſe concinnarunt, & ſpiritualem quidem bonum odorem emittunt, ſed temporis ordinem non habent, ita epiſtolas Pauli fuiſſe compoſitas inueniri poteſt. Quæ enim à Paulo ad Rom. ſcripta eſt epiſtola, primum quidem locum ſortita eſt, cum ſit vltima omnium ex illis quæ ex Aſia, *Quare epi-* Macedonia & Achaia conſcriptæ ſunt. Sed *ſtola ad Ro.* quæres quam ob cauſam ad Roma. epiſtola *primo poni* primum locum occupauerit. Quam quæſtio *tur.* nem primo ex aliorum ſententia ſoluit Theodo. Quidam, inquit, dicunt, vt vrbem quę vniuerſo orbi præeſt, & imperij ſceptra tenebat, honoraret, eam qoq; ad illos ſcripta eſt epiſtolam primam collocaſſe. Mihi autem videtur eſſe verius, ideo epiſtolam ad Roma. præpoſuiſſe, vt quæ in ſe omnis generis doctrinam, & accuratam copioſamq; dogmatum pertractationẽ, contineat. Quin etiam Chriſtianus Druthmari, in procemio in Matt. ait ſe vidiſſe Euangelium Græcè ſcriptum, quod dicebatur fuiſſe Hilarij, in quo primi erant Matthæus & Iohanoes, & poſt alij duo euangeliſtæ. Interrogaui, inquit, Euphemum Græcũ, cur hoc ita fieret, dixit mihi, in ſimilitudinem boni agricolæ, qui quos fortiores habet boues, primo iungit, & non fortem cum debili. Et Quinti. lib. 5. c. 12. præcipit in argumentorum diſpoſitione, vt vtamur Neſtoris conſilio, qui primo & vltimo loco robuſtos milites collocabat. Deinde epiſtola ad Epheſios cur in medio collocata ſit Hiero. in præfatione ip- *Epiſtola ad* ſius epiſtolæ, aperuit. Quia quomodo cor ani- *Epheſios cur* malis in medio eſt & occulto loco, ita hęc epi- *in medio ſi-* ſtola quia profundis quæſtionibus inuoluta *ta.* eſt, in medio fuit collocata. De ordine & tempore quo omnes epiſtolæ Pauli conſcriptæ ſint, (ne longius ab inſtituto noſtro euagemur,) lege Theodoretum in præfatione epiſtolæ ad Roma, & Origenem in eodem loco, & Chryſo. ibidem, & hom. 1. ad Coloſ. & Hiero. in calce epiſtolæ ad Philemonem. Nam cognitio tẽporis multum lucis affert ad diſſoluendas quęſtiones, quæ ex epiſtolis Pauli ſuboriri ſolent, vt li. 4. cap. 2. diximus.

¶ Quod crebræ ſint mutationes perſonarum in ſcripturis diuinis.

CAP. II.

DE perſonarũ ſubita & inopinata permutatione, quam frequenter admodum diuinæ ſcripturæ admittunt, præter illa quæ circa principium huius operis leuiter tetigimus, oportet hoc in loco nonnulla alia præſtare, & communi vtilitati donare, breuiter quidem & ſuccinctè, vt ſtudioſis magis anſam obſeruandi

Digitized by Google

uādi ſimilia dediſſe,quàm rem ſeriò tractaſſe, videamur.In ſcripturis propheticis, (inquit Orige.ad Roma. 2.) obſeruauimus, non ſolum dicentis perſnnam latenter & ſubito cōmutari,verum & eorum, ad quos ſermo, vel de quibus ſermo, fit. Verbi gratia. Nunc ex patris perſona,nunc ex filijvel Spiritusſancti nunc etiam ex perſona prophetæ, aut aliorū quorumlibet aliqua dicantur, & nunc quidem ſermo ad Iſraeliticam gentem, nunc ad exteras nationes aut reges,aut ad mille alios dirigatur.Sic etiam in epiſtola ad Roma. interdum dicentis perſona mutatur. Nam aliquādo Paulus ſpiritualis loquitur. Viuo iam nō ego,viuit in me Chriſtus,aliquādo Paulus carnalis. Vt cum dicit.Ego carnalis ſum, venundatus ſub peccato, & ſæpe tractat Paulus de Iſrael ſecundum carnē, & de Iſrael qui non eſt ſecundum carnem,ſed ſecundū ſpiritum, & de circuncisione carnis, & circunciſione cordis, de lege ſpirituali & lege literæ, de lege carnis,& lege membrorū,de lege mentis & lege peccati. de interiore & exteriore homine.Interdumverò fit & eorum perſonę ad quos ſermo eſt,commutatio,ita vt nūc ad omnem Romanorum loquatur eccleſiam, vt Gratias ago deo meo per IeſumChriſtū,quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. In alijs verò non ad omnem eccleſiam,ſed ad omnem qui iudicat alium,& ipſe facit ea quæ in alijs condemnat,& eſt inexcuſabilis.Nunc autem neq; ad eccleſiam, nec ad eum qui iudicat,fit ſermo hic,in quo dicit. Si autem Iudæus cognominaris & requieſcis in lege,&c. vſque ad eum locū. Et iudicabit quod ex natura eſt præputium legem perficiens, te, qui per literam & circunciſionē præuaricator es legis. Sic in ſcripturis propheticis vigilanter oportet intendere eum qui vult intelligentiam eorum quæ ſcripta ſunt capere, vel dicentium, vel ad quos, vel de quibus perſonis ſermo fit.

Deinde facile tranſit ſcriptura, à diuinitate ad humanitatem Chriſti, & vice verſa, vt ad Hebræos. 1. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum,loquitur Apoſtolus, iuxta humanitatem,cum verò ſubdit, per quem fecit & ſecula,de diuinitate loquitur,& ſicut illud. Qui eſt ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portanſq; omnia verbo virtutis ſuæ, & ſubdit ſtatim de humanitate. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis,tanto melior angelis effectus,quanto differentius prę illis nomen hæreditauit. Cui enim angelorum dixit aliquando. Filius meus es tu, ego hodie genui te?& rurſum,ego ero illi in patrem? De- *2.Regū.7.*
inde iuxta humanitatem loquitur in eodem *Pſalm.96.*
loco,cum ait. Et cum introducit primogenitum in orbem terrę,ait.Adorent eum omnes *Pſalm.44.*
Angeli eius Quod verò ſubdit,Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi,iuxta diuinitatem accipienda ſunt,huiuſmodi innumera tu ipſe in Paulo poteris obſeruare.

Deinde Hierony.Danielis. 11.ait. Conſuetudinis prophetarum eſt, repentè perſonas introducere,ſine vlla præfatione verborum. Vt Pſalm.31. cum rogaſſet dominum propheta & dixiſſet. Tu es refugium meum à tribulatione mea, quæ circundedit me exultatio mea,erue me à circundantibus me.Repentè perſona Dei introducitur reſpondens. Intellectum tibi dabo, inſtruam te in via hac qua gradieris,firmabo ſuper te oculos meos, & apud Daniel. Ego ab anno primo Darij Medi ſtabam,vt confortaretur, & roboraretur eius imperium. Hæc narrante propheta Deus repentè reſpondet. Et nunc veritatem annunciabo tibi. Item in comment. Iſaiæ.capit.3.ait.ſubito in prophetis mutantur perſonæ,vt Iſaiæ.3.Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Iuda,&c. & ſubdit hæc verba ſub perſona domini. Dabo pueros principes eorum. Ergo iuxta conſuetudinem prophetalem loquente propheta, ſubitò Deus loquitur per prophetam ex perſona ſua. Dabo pueros,&c.Et parum infra in eodem propheta dicit Dominus.Popule meus qui te beatum dicunt,&c.Et ſubijcit propheta. Stat ad iudicandum dominus. &c. Et ſtatim contra malos iudices loquitur dominus. Vos depaſti eſtis vineam meam. Item Hieronym.Ieremiæ.8.ait. Perſonarum mutatio & maximè in prophetis, difficilem intellectum facit, quæ ſi ſuis locis & cauſis temporibuſque reddantur, plana fient, quæ videbantur obſcura, vt Ieremiæ. 8. Congregans congregabo eos, ait Dominus. Non eſt vua in vitibus,& non eſt ficus in ficulnea. Et ſtatim loquitur populus. Quare ſedimus? conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam. Hoc iterum repetit in commentar. Iſaiæ lib.5. cap. 20. Exempla innumera ſunt in ſcripturis,nos vtamur hoc,ex Pſalm.4.loquitur Dauid cum Deo. Cum inuocauero te exaudi me. Poſtea loquitur cum hoſtibus. Filij hominū vſquequo &c. & poſtea aduer-

Digitized by Google

ſarij dicunt. Quis oſtendet nobis bonū, ſcilicet vt profligare, poſsimus Dauid. Poſtea Dauid auxilium à Deo petit dicens. Leua ſuper nos lumen vultus tui. Item Ambroſ. pſal. 43. ait. Hic pſalmus interdum ex perſona vnius, interdum ex perſona plurimorum dicitur, nam à principio à pluribus incipit, vt cū ait. Deus auribus noſtris audiuimus, &c. Deinde ait. Tu es ipſe rex meus & Deus meus, & iterum. In te inimicos noſtros ventilabimus, & poſtea. Non in arcu meo ſperabo, & in Deo laudabimur tota die, & tota die verecundia mea contra te eſt. Quid ſibi vult iſta mutatio quæ frequenter in Pſalmis reperitur. Sicut & in Pſal. 108. Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt. Hoc de vno, ſequitur de pluribus. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & odium pro dilectione mea. Deinde denuò. Conſtitue ſuper eum peccatorem. Quod videtur eſſe dictum in Pſalmo. 108. aliud ad populum Iudæorum refertur, aliud ad Iudam proditorem, quando pluraliter dicta ad populum, quando ſingulariter ad Iudam. Et in Pſalm. 43. poſſumus dicere, quod quando pluraliter dicta ſunt, ad ſanctos, quādo ſingulariter, ad vnū ex illis referenda ſunt. Quia exiſtimari poteſt, & pro pluribus & pro ſe prophetam fuiſſe locutum. Sed de hac re in ca. de Numeris vberius loquemur.

Vltimo nota quod à ſecunda perſona ſæpe tranſit ſcriptura ad tertiam, vt Pſal. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virū ſanguinum & doloſum abominabitur dominus.

¶ Quòd vnum tempus in ſcripturis pro alio ponatur, vt præteritum pro futuro, & vice verſa.

CAP. III.

SEquitur aliud caput, quod à ſuperiori oriri, & cū illo affinitate quadam cōiunctū eſſe videtur, quod ſub ſilentio libenter tranſilirem, niſi perſona, quā à principio aſſumpſi, me cogeret & impelleret, ita me gerere in maiorum rerū tractatione, vt minorū curam negligen-dā non putarem, dūmodo ad ſcripturarū intelligentiam aliquid vtilitatis afferre poſſem. Accipite igitur ſtudioſi iuuenes lucubratiunculam noſtram, ſpecie quidem leuem, quam tamen ſi contempſeritis, in magnis hærere & collabi neceſſe erit. Mos eſt ſcripturarum, (vt inquit Hieron. ad Epheſios. 2. c.) vt interdū futura tempore præterito efferantur. Verbi cauſa de cruce domini. Pſal. 21. Foderunt manus meas & pedes meos, pro fodiēt, & de paſſione eius apud Iſaiam ca. 53. Quaſi ouis ad victimam ductus eſt. Et adhuc de iniurijs flagel- *1. Ratio.* lorum. Liuore eius ſanati ſumus. Et alibi. Iniquitatibus populi mei ductus eſt in mortem. Hoc autem ideo, ne quia futura ſemper incerta ſunt hominum ſpes fluctuaret & vacilla- *Agathon. 6* ret, ea quæ Deus futura cognouit, (apud quē *Ethicorum* nihil ambiguum eſt) quaſi iam facta memorantur. Vt quia præterita, ſecundum philoſophos quoque, fieri infecta non poſſunt, qui audierint, quaſi iam facta habeant. Ambroſius quoque in libro de Fide ad Gratianum Auguſtum capit. 7. cum hanc regulam *2. Ratio.* tradidiſſet, ſecūdam addidit rationem. Deo, inquit, quæ ſunt futura, præſentia ſunt. Nam cui præcognita ſunt omnia, ventura profactis ſunt. Item Hieronym. Iſaiæ 5. ait. Præteritum dicitur quod futurum eſt, ſecundū conſuetudinem prophetalem, in qua tam certa ſunt quæ futura dicūtur, vt putentur eſſe prę- *Pſalm. 98.* terita. Vnde in Pſalmis dicitur. Dederunt cibum meum fel. & iterum. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerūt ſortem. Iterum. Iratus eſt furor domini in populum ſuum, & extendit manum ſuper eum, & Theophy. Hoſee. 5. c. inquit. Vtitur ſcriptura verbis pręteritis pro futuris, vt oſtendat, Deo nihil futurum eſſe, verum omnia ipſum præoccupare pręſcientia & præfinitione ſua, ſimul autē vt certiores nos reddat. quod omnia ſic contingent. Et perinde ac impoſsibile eſt, quæ iam facta ſunt, facta non eſſe, ſic impoſsibile eſt hęc etiam non fore quę dicūtur. Hoc etiam dicit Ambro. 1. Corin. 15.

Deinde annotandum ex Ambroſio libr. 1. de Abraham. ca. 8. quod præteriti temporis ſignificatio ponitur pro præſenti. Vt in Euangelio. Hic eſt filius meus dilectiſsimus, in quo complacui. Cum vtique ſemper in filio complaceat pater. Et, tolle filium tuū dilectiſsimum quem dilexiſti Iſaac. Poſſumus amantiſsimum ad præſens accipere, & quem dilexiſti, ad id, vt non recenti quodam impulſu amo-

Digitized by Google

ſu amoris, ſed inſlito diu & probato amore ſignificaret dilectum. Quod enim ad tempus augetur, ad tempus reſoluitur, quod autem diu aut ſemper placuit citò aboleri non poteſt. Eſt pulcherrimum exemplum Iohãn. 20 Noli me tangere, nõdum enim aſcendi ad patrem meum. Hoc eſt, quadraginta dies apud vos diuerſaturus ſum, ideo ne ſis in me tangendo, occupata, ſed præ properè curre, & annuncia diſcipulis meis, præcipuè Petro, me iam à mortuis ſurrexiſſe. Alioqui nunquam tactum Magdalenæ prohibuiſſet, quem libenter Matth. 28. admiſerat.

Item non rarò ſcriptura vtitur præſenti tẽpore, pro futuro, vt optimè annotauit Ambroſius in cõment. Pſalm. 118. in Cheth. inquiens Prophetas ea quæ ventura ſunt præuidẽtibus, moris eſt, quaſi iam præſentia memorentur, quæ poſterioris ætatis ſunt. Vnde Miſericordia tua plena eſt terra, & veritas de terra orta eſt. Quando niſi per paſsionem plena fuit terra? tamen futuram præuidens, quaſi præſentem propheta concelebrat.

De hoc lib. 10. Reg. 34 Oportet etiam duo theologorum axiomata in promptu habere, primum ex Ambroſio ad Rom. 1. Cum præterita, inquit, recolit ſcriptura, etiam tempus præſens ſignificat. Vt tradidit illos in reprobum ſenſum, & nũc etiam tradit.

Secundum huic ſimile, ex Hierony. deſumptum Malachiæ. 1. Cum præſens negatur in ſcripturis, præteritum cõfitetur, vt Malachię. 1. Dilexi vos, inquit dominus, id eſt licet aliquando vos dilexerim, nunc tamen odio habeo. Ex his colligo, duo præteritorum genera in ſcripturis inueniri, vnum quod amplectitur in ſe & coercet tempus pręſens, vt in Pſal. Beatus vir qui non abijt in conſilium impiorum & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Nunquid erit beatus qui doctrinam prauam non ſectatus
Malach. 1. eſt antea ſi nunc eandem amplectatur? minimè. Aliud eſt præteritum quod præſens tempus excludit, & refugit, vt dilexi vos.

Eſt alia regula ſuperioribus non diſsimilis ſed quia latius patet, quàm ſupra dictæ, non grauabor iterum inculcare, & vtar verbis Auguſt. epiſtola. 57. Multa, inquit, dicuntur in ſcripturis, tanquam facta ſiut, cum in ſpe ad
Iohan. 15. hue eſſe intelligantur. Vnde dominus diſci-
Iohan. 16. pulis ait. Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis, ideſt, faciam. Quod vſq; adeo ſecundum ſpem dictum eſt futurorum. vt eis poſt modum dicat. Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Hęc regula non ſolum in verbis, ſed etiã in nominibus obſeruatur, vt quæ ſunt in ſpe, in re iam eſſe dicantur. Sic ſanctos vocat Paulus, homines qui ad ſanctitatem vocantur, licet ſacris noſtris myſterijs non ſint initiati, & Fratres vocat Corinthios, cum grauiſsimis arguantur peccatis, & Chriſtus Seruator noſter, tribuit appellationem filiorum, illis, qui illo nomine non ſunt digni. Iohann. 11. Ieſus moriturus Ioha. 11.
erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. &. Confide fili remittuntur tibi peccata tua.

Item ſæpè in eadem periodo præcedit prę teritum, & ſequitur futurum, & vice verſa, ſed cur hæc fiat his verbis pandit Auguſti. Pſal. 3. In prophetia, inquit, miſcentur futura præteritis, quo vtrumq; ſignificetur, vt Pſal. 3. exurrexi, quoniam dominus ſuſcipiet me. Quia ea quæ ventura prophetantur, ſecundum tempus futura ſunt, ſecundum verò ſcientiam prophetantium, iam pro factis habenda ſunt.

Quæret aliquis an ſicut præteritum ponitur pro futuro, ita futurum poſsit pro præterito poni. Quem nodum ſic ſoluit Auguſt. Pſal. 103. cõcione. 2. inquiens. Pręteritũ pro futuro ſolere poni in ſcripturis, ita præuidente ſpiritu quæ ventura ſunt, quaſi iam facta ſint. ſolemus legere. In figura tamen futuri dicere præterita, non facile occurrit legenti, nõ audeo dicere non eſt, ſed certè ſtudioſis earũ literarũ indixerim quid quærant. Si inuenerint & ad nos attulerint, gratulabimur adoleſcentiũ, ſtudijs ocioſorum, occupati ſenes, vt ex eorũ miniſterio, & nos aliquid diſcamus, & in li. de Agone Chriſtiano. ca. 27. adducit primæ partis regulæ nonnulla exempla. Qui credit in me non iudicatur, ideſt, non con- Ioha. 3.
demnatur, qui autem non credit, iam iudicatus eſt, ideſt, condemnabitur, & Apoſtolus. Fecit nos ſedere in cæleſtibus, ideſt faciet, & Iohan. 15. omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Attamen quod in dubium reuocat Augu. apud illos qui Hebræas callent literas dubium non eſt, quin in figura futuri præterita intelligi ſoleant. Exod. 15. Abyſſi operient eos, pro operuerunt, & Deuorabit eos ſicut ſtipulam. Iudicum. 2. Aſcendere faciam vos re terra Aegypti, pro feci. 2. Reg. 2. Nõ perſequentur vltra, pro perſecuti ſunt.

& Pſal.

Digitized by Google

& Pſal. 105. Aperietur terra, pro aperta eſt, rurſum. Flamma comburet impios, pro combuſsit, & faciēt vitulum, pro fecerunt, & Pſal. 77. Rumpet petras, pro rupit. Et Quando dictio tunc præcedit futurū, futurum capitur vice præteriti. Exod. 15. Tunc canet Moyſes, pro cecinit, & Numer. 21. Tunc canet Iſrael, pro cecinit. Et Deut. 4. Tunc diuidet Moyſes, pro diuiſit. Nec hoc ſolum in ſcripturis ſacris, ſed & in prophanis inuenitur, vt. 2. Ænei. Subijt deſerta Creuſa. Et direpta domus, & parui caſus Iuli. Vbi ait Seruius, ponitur participium pro participio, vt in loco citato, direpta pro diripienda.

Item in lingua latina eſt triplex præteritum, videlicet, Præteritum perfectum, Præteritum imperfectum, Præteritum pluſquam perfectum, ſed apud Hebræos ſolum inuenitur præteritum perfectum, quod tamen iuxta rei exigentiam explicari poteſt, per vnum quodq; illorum latinorum. Vt Eſdræ. 1. Ipſe viſitauerat me. vt ædificarem ſibi domum. Ecce verbum viſitauit expoſitum eſt per pluſquam perfectum, & ad Epheſ. 1. Benedictus dominus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, ſicut elegit nos, id eſt, elegerat, & Exod. 4. dixit dominus ad Moyſen in Madiam, Vade & reuertere in Ægyptum, pro dixerat, & Gene. 2. Produxitque dominus Deus de humo omne lignum, id eſt, produxerat. Et pro præterito imperfecto ſępe inuenitur. Geneſ. 12. dominus viſitauit Saram pro viſitabat. Pro pręterito perfecto frequentiſsime ponitur, vt Ruth. 1. Quia viſitauit dominus populum ſuum.

Deniq; vt huic capiti finem imponamus, hoc addendum, quod mixtim fere tempora omnia pro alijs temporibus ſubſtituuntur. Vnde Euthy. Pſalm. 103. ait. Sæpenumero apud ſcripturam tempus ponitur pro tempore. Vt, extendens cœlum ſicut pellem, pro extendit, & ad Hebræos. 2. Non angelis ſubiecit orbem terræ futurum de quo loquimur, id eſt locuturi ſumus aut loquemur inferius. Lege Pagninū. li. 3. inſtitutionū Hebraicarū. ca. 12.

¶ De varijs ſignificationibus Imperatiui modi & multiplici eius forma.

CAP. IIII.

IMperatiuus habet vim deprecandi frequenter, præcipue ſi adhæreat nominibus diuinis, vt ſæpiſsime in Pſalmis inuenimus, vt Miſerere mei Deus ſecundū magnam miſericordiam tuam. & Miſerere mei & exaudi orationem meam. Et quando ponuntur iuxta eum iſtæ dictiones. Na vel ana. id eſt obſecro vel nūc aut quęſo, vt Dani. 9. audi quęſo. & Pſal. 118. O domine ſalua me quæſo. Inuenitur etiam imperatiuus comminationis, & debet proferri cum quadā irriſione, vt Eccleſiaſtes. 12. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & Amos. 4. Venite in Bethel & impie agite, ad Galgalā multiplicate præuaricationem, & afferte mane victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras, id eſt ter in anno offerte decimas idolis, vt ſoletis mihi offerre, & Iohan. 2. Soluite templum hoc, & Threno. 4 Gaude filia Edom. De hoc ſecundo modo hæc ſcribit Hierony. Amos. 4. Præcipit, inquit, Deus aliqua & imperatiuo modo loquitur, vt noſtræ ſacisfaciat iniquæ voluntati, vt Amos. 4. Sacrificate de fermento laudem, & vocate voluntarias oblationes & annuntiate, id eſt immundas quotidie victimas cædite, & contaminata offerte ſacrificia, & ſacrificate de fermento laudem, quod iuxta pręceptum Moyſi Deo penitus non offertur. Et dominus ad Iudam. Quod facis, fac citius. Et iterum. Præpara te in occurſum Dei tui Iſrael. Hoc eſt, occidiſti ſeruos meos quos ad te miſerā, & mittam nouiſsime filium meum, tu autem iuxta conſuetudinem tuam, quæ ſemper voluntati Dei reſtitit, præpara te vt contradicas, & auerſeris Deo tuo, iuxta illud quod ſcriptum eſt. Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum, & ſignum cui contradicetur. Hoc dicit dominus, non quo præcipiat, quid facere debeant, ſed prædicit quid ſponte facturi ſint. Quaſi increpans & arguens vt ſaltem correpti non faciant id, quod prędictum eſt. Hæc ille. Ex hoc loco Hiero. obiter doceberis quam vehementer, viri alioqui magni, propter locutionum inſcitiam offendant & labantur, & in alienum ſenſum ſcripturam detorqueant. Hanc certè ob cauſam quidā ſcholaſticorum in quarto ſententiarum cum locum Pauli ex epiſtol. ad Epheſios. cap. 4. deſumptum exponunt. Donec, inquit, occurramus omnes in virum perfectum, in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti, affirmant enim illo teſtimonio probari, quod reſurrecturi ſimus,

Leui. 2.

Locus Pauli interpretatus ex Epiſt. ad Epheſios.

Digitized by Google

mus, in iudicio illo extremo, ea ætate, & ea corporis proceritate & magnitudine, qua, Chriſtus reſurrexit. Qua tamen ætate Chriſtus reuixerit.lib.1.cap.13.ſatis à nobis explicatum eſt. Senſus igitur germanus is eſt. Chriſtus eſt vnum corpus, cuius nos ſumus membra ac partes, illud conſtituentes, hoc corpus, quandiu ſanctorum numerus non eſt adimpletus, multis deſtituitur membris, Deſunt enim oculi, cum videlicet deeſt, aliquis vir ſanctus eruditione aut dignitate præſtans in eccleſia cooptandus. Deſunt illi etiam manus cum aliquis vir miſericors, nondum Chriſto per gratiam eſt coniunctus. Deſunt pedes, digiti, aures, & reliqua membra, quæ coagmentant & efficiunt hoc corpus Chriſti myſticū, cum vero vniuntur illi omnes per gratiam vnum cum eo efficiuntur, plenus & integer Chriſtus iam tunc eſt. Sic ait apoſtolus. Donec occurramus obuiam Chriſto, id eſt, donec ſimus perfecti viri qui poſsimus prodire obuiam Chriſto, vt vnum cum illo efficiamur. In menſuram ætatis, id eſt, vt habeamus iam integram & adultam ætatem, vt Chriſto poſsimus vniri aut Chriſto addere illa membra, quæ nondum illi coniuncta ſunt. Plenitudinis Chriſti, id eſt vt Chriſtum adimpleamus, & vt dicere liceat, ex omnibus ſuis membris eum conſtituamus, quod fiet per cognitionē Dei perfectam, nam ſubdit apoſtolus. Ne ſimus paruuli fluctuantes, &c.

Ironia in ſcripturis. Nec hæc Ironia, ſolū in imperatiuis cōminationis, inuenitur, ſed in vniuerſa ſcriptura geſtus proferentis eſt aſpiciēdus. Vnde Philippus presbyter li.1.Iob.cap.14.ait ſecundū pronuntiationē & geſtum legentis in multis locis ſcripturarum, in contrarium ſenſum pertrahunt auditorē, vt Iob.14. ſiue nobiles ſiue ignobiles ſint filij eius, non intelliget. Scilicet Deus, pronuntiandum eſt vt ſit ſub quadā interrogatione vt confirmantis ſit ſermo non negantis, & in Pſal. Quis deducet me vſq; ad Idumæam, nonne tu Deus qui repuliſti nos, & non egredieris Deus in virtutibus noſtris? id eſt egredieris potius, & ideo non cum graui ſono vocis proferetur. Vnde Auguſt.lib.2. q.ad Simplicianum.q.5.ait. Multa ſunt in ſcripturis, quæ niſi cum geſtu pronuncientur, in contrariam ſententiam recidunt, vt ad Rom.8. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat. Si quaſi confirmans reſpondeas, vides quanta peruerſitas oriatur. Sic ergo pronuntiandum eſt ac ſi dicatur. Deus neque iuſtificat? vt ſubaudiatur, non vtique? &.3.Regum.17. cum loquitur Elias de filio viduæ mortuo, ait. O domine teſtis huius viduæ cum qua ego habito apud ipſam, tu male feciſti, vt occideres filium eius? Nihil moueret ſi vera pronuntiatio ſeruaretur. Vt intelligatur quod vtique dominus teſtis cordis illius mulieris, videbat quanta eſſet pietas, vnde Eliam ipſe ad eam miſerat, non malefaciendi cauſa mortificauit filium eius, ſed exhibendi miraculi ad gloriam nominis ſui, quo tantum prophetam orbi commendaret. Vnde dicit dominus non ad mortem mortuum fuiſſe Lazarum, ſed vt glorificaretur Deus in filio ſuo. Et iterum libr.3. de doctrin. Chriſtia. capit.3. hæc iterum tractat, & vtitur hoc teſtimonio. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Et ex illo eodem loco ſupra citato ad Roma.8. Quis eſt qui condemnat? rurſuſque interrogemus, Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, magis autem, qui reſurrexit, qui eſt in dextera Dei, qui interpellat pro nobis? vt vbique tacite reſpondeatur. Nō Hæc omnia deſumpſit ex Auguſt. Diuus Eucherius.lib.4.comment. in libros Regum.capit.6. Teſtimonium tamen quod citant ex libris regum, iuxta vulgatam editionem & veritatem Hebraicam nullam habet difficultatem, quod ſic habet, domine Deus meus, etiam ne viduam apud quam ego vtcunque ſuſtentor, afflixiſti, vt interficeres filium eius? Vbi nos legimus affliχiſti, in Hebraico legitur verbum Hareotha, quod ſignificat, aſperè aut durè aut iniquè eum aliquo agere, aut affligere, pro locorum qualitate, hic tamen vltimo modo accipiendum, nam malum & malitia in ſcripturis pro pœna & punitione capitur. vt ſufficit diei malitia ſua. Et, non eſt malum in ciuitate quod dominus non fecerit. Poſſumus nos vti ad aſtruendum Regulam ſupradictam alijs teſtimonijs, valde annotandis, primo ex Ezechiele.capi.18. *Locus ex li. Sapiētiæ. c. 12. expoſitus.* Cum auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & viuet, id eſt, non viuet, & Sapientiæ.12. loquitur ibi Sapiens de Deo. Cum ſis iuſtus iuſtè omnia diſponis, ipſum quoque qui non debet puniri condemnas, & exterum æſtimas à tua virtute. Id eſt, Abſit vt hoc dicamus. Ac D. Gregorius in moralibus in loco quodam qui mihi nō ſuccurit, ſic exponit. In Grecis tamen codicibus ſic legimus. δίκαιος δὲ ὢν δικαίως τὰ πάντα διέπεις αὐτὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι, καταδικάσαι, ἀλλότριον ἡγούμενος

Digitized by Google

τοῦ τῆς σῆς δυνάμεως. id eſt, iuſtus cum ſis, iuſte omnia gubernas, ipſum autem qui non debet puniri condemnare, alienum exiſtimas à tua virtute. Et illud euangelij ironicè dictum videtur. Non veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam, & quod in lib. Geneſeos dicit dominus ipſi Adæ, Ecce Adam factus es quaſi vnus ex nobis? Sed de his hactenus. Ad imperatiuum iterum ſermonem conuertamus. Imperatiuus frequentiſsimè ſignificat imperium, interdum tamen deſyderium exprimit & conſilium. Vnde cum ait Apoſtolus, alligatus es vxori noli quærere ſolutionem, ſolutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Imperatiuus qui primo loco ponitur pertinet ad præceptum. Subiungit enim. His qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed dominus. Secundus ad conſilium ſpectat, nam ſequitur, ſi acceperis vxorem non peccaſti. Et quod dicit dominus Matthæi. 10. Nolite portare æs in zonis veſtris, conſilium eſt, ideſt, ire poteritis ſine auro, quia expenſæ vobis debentur à populo. Quia dignus eſt mercenarius mercede ſua. Alioqui Chriſtus hoc non ſeruauit, qui loculos habebat, nec apoſtolus Paulus. Et alibi. Vouete & reddite. Primus imperatiuus eſt conſulentis, ſecundus iubentis. De imperatiuo comminationis vel indignationis modo diximus. Sed eſt optimum exemplum in Cantico Canticorũ. *Cant. 1.* Si ignoras te ò pulchra inter mulieres, abi poſt veſtigia gregum tuorũ, & paſce hœdos tuos, ideſt, alienos à me, Abi & paſce comminantis verba ſunt. Quandoque inuenies imperatiuum in execrantis forma, quanuis potius ſit prædicentis, quod venturum eſt. Pſal. 108. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dexteris eius, & Iſaiæ. 6. Auribus audite, & nolite intelligere, excęca cor populi huius.

Interdum imperatiuus optantis eſt. Hoc eſt quod ait Euthy. Pſalm. 44. cũ ait propheta. Intende proſperè, procede & regna, ait. Licet hæc verba imperatiui modi ſint, vim tamen optatiui habent, quemadmodum ſępius apud ſcripturam reperitur. Sanctificetur, inquit, nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, quę verba non optatiui, ſed imperatiui ſunt modi, vt ex lectione Græca patet, & tamen optantis animum referunt. Atq; iterum repetit Matth. 5. in expoſitione orationis Dominicę, & deſumpſit ex Baſilio. Pſalmo. 44. Item Orige. homi. 1. in Canticis Canticorum interprete Hiero. ait. Moris eſt, ſcripturarum imperatiuum modũ apud nos, ſeu futurum indicatiui apud Hebræos, pro optatiuo ponere. Vt in oratione Dominica. Pater noſter qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum. Pro vtinam ſanctificetur, & oſculetur me oſculo oris ſui, pro vtinam exoſcularetur me ſponſus meus, & apud Iob. Pereat dies in quo natus ſum, pro vtinã periiſſet, & in Pſal. Deficiat nunc malitia impij & diriges iuſtum. Exurgat Deus & diſsipentur inimici eius. Hoc etiam ſcribit Orige. lib. 3. commẽt. epiſtolæ ad Romanos. Duo ſuperiora capita tantum à peritis linguæ Hebraicæ exactè intelligi poſſunt.

Futurum iuxta Hebraeos ponitur pro imperatiuo optantis.

¶ De imprecationibus propheticis.

CAP. V.

IN hoc quinto capite, huius libri cõieci illa quæ ad imprecationes propheticas & obſecrationes, ſpectare videntur, quæ quidem res valde vtilis & neceſſaria eſt his qui ſcripturis ſeriò operam nauare volunt, & quæ licet paucis verbis explicare poteram, vtar tamen multis ſanctorum teſtimonijs, quamuis eandem rem centies replicem, ne pereant illa, quæ in ſchedulis noſtris habebamus ſepoſita. Lectoris erunt partes, quæ potiora videbuntur eligere, & memoriæ commendare ac reliqua leuioris operæ tranſilire & reijcere de qua re Anacletus Papa epiſtola. 2. hæc ſcribit. Pſalmiſta non optantis animo, ſed prophetantis myſterio, denunciat, dicens, obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua, obſcuratis ergo oculis dorſum flectitur, quoniam cum lumen ſcientiæ perditur, ſine dubio ad portanda peccatorum onera inclinatur. Et Auguſtinus lib. 1. de ſermone domini in monte, vberius de hac re ediſſerit. Prophetæ, inquit, per imprecationis modũ, quod futurum erat cecinerũt, non optantis voto, ſed ſpiritu præuidentis, vt in Pſalmo. 68. Fiat menſa eorum in laqueum, & in retributionẽ & in ſcandalũ, obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorũ ſemper incurua. Effunde ſuper eos irã tuam, & furor iræ tuæ cõprehendat

hendat eos.& iterum Pſalm. 108. Fiant filij eius pupilli, & vxor eius vidua. & alia quæ vel ſuprà vel infrà, in eodem pſalmo ſub perſona Iudæ per prophetā dicuntur. Acſi diceret. Fiet menſa eorum in laqueum, & obſcurabuntur oculi ne videant. Atque ita non ſunt contrariæ iſtæ imprecationes illi præcepto domini. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. Nec præcepto Apoſtoli. Reddet illis dominus ſecūdum opera eius. Solent enim prophetæ figura imprecantis, futura prædicere (ſicut figura præteriti ea quæ ventura erant ſæpè cecinerunt) vt Actu. 27. Percutiat te Deus paries dealbate. & Apoſtolus. reddet Deus ſecundum opera eorum. Et iterum Pſalm. 27. hoc idem repetit. cui ſubſcribit Grego. 14. mora, cap. 7. Euthymius quoque in titulo Pſalm. 108. ait. Propheta in hoc Pſalmo imprecantis quidem perſonam induere videtur, re vera prophetiam eorum malorum contexit, quę proditorem Iudam, atque eius complices manebant. Vt conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. fiant dies eius pauci. Eſt enim hic dicendi modus frequēs in prophetis, de quo plurima exempla apud ſcripturam inueniri poſſunt. Vnde Ioſue. 12. tribus diuidens, quando in terrā promiſsionis ingreſſæ ſunt, viſus eſt iuſſu Dei quibuſdam benedicere, & quibuſdam mala imprecari. benedictiones autem illæ, & maledictiones, futurorum prophetias continebant. Item Hierony. Threnorum. 1. capit. Quando, inquit, ſancti viri deprecatorio more contra hoſtes ſuos rogant, non voto malitiæ, ſed ſpiritu prophetiæ, hoc quod præſciunt futurum, prædicūt. vt Threnorum 1. Ingrediatur omne malum coram te, vindemia eos, ſicut vindemiaſti me. Vel etiam contra ſpirituales nequitias orant, quas incorrigibiles eſſe ſciunt, vt iuſtam à domino recipiant ſententiam. Hinc eſt illud quod Dauid in Pſal. 34. dominum contra nocentes ſe precatur dicens. Iudica Domine nocentes me. Aſſumpta pro nobis clamat infirmitas, vt damnentur nocentes, ideſt Diabolus cum miniſtris ſuis, quod nouerat eſſe venturum. Malos enim iudicari damnari eſt, quia nequeunt in diſceptationem liberari, qui ſemper prauis actionibus probantur impliciti. Sed hoc vt dictum eſt, ad diabolum pertinet, cum ſequacibus ſuis, per quos prouenit Iudaicæ voluntatis iniquitas. Nam cùm ipſe præcipiat pro inimicis noſtris orare, hominibus hæc non poteſt cōuenire ſentētia. Ipſos ergo debere petit damnari, quos virtute præſcientiæ ſuæ nouit ad pœnitudinis remedia non venire. Nam vbi ipſe Dauid venit ad homines, conuerti eos deſiderat, non perire. Vnde Pſalm. 39. Confundantur & reuereantur qui quærunt mihi mala. Hic iam vbi venit ad homines corrigibiles, non maledictio funditus, ſed correctio poſtulatur. Confundi eſt facta ſua erubeſcere, & in meliorem ſententiam commutari. nam & illi confuſi dicuntur, qui conuincuntur ad pœnam. Sed vt hoc magis ad conuerſionem intelligere debuiſſes, addit. & reuereantur. Ideſt emendati colant, quem perſequendum eſſe putauerant. Hæc ille, germanus ſenſus iſtius loci. Confundantur & reuereantur qui quærunt mihi mala, ego hunc eſſe arbitror, fruſtrentur ſua ſpe, ita vt pudefiant, & erubeſcant, qui me occidere ſperabant. & ſi per modum prophetiæ exponere volueris hunc locum, is erit ſenſus. Confundentur & erubeſcent, qui nocere mihi conantur. Præterea Euthym. Pſalm. 103. Cum prophetæ, inquit, optare peccantibus malum videntur, vt quod deficiant peccatores à terra, optant, non vt homines, ſed vt vitia deleantur. & iterum Pſalm. 34. ait. Caue ne ex imprecationibus quæ videntur, occaſionem ſumas imprecandi aduerſus inimicos. Iuxta illud quod dictum erat antiquis. Diliges proximum tuum, & odio perſequeris inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos veſtros, &c. Nam illa verba cum in ſcriptura inuenerimus, intelligenda ſunt, non vt imprecentur, ſed quod ſub imprecationis modo, ea prædicant, quæ inimicis ventura erant. Vel ea ratione fortaſsis, imprecantur, qua ſcriptum eſt. Percute argentum reprobum & purgabitur. Imprecatur enim eis, non vt acerbi hoſtes, ſed veluti is qui prauos homines oderat, & optabat eos caſtigatione emendari, vt futurum ac horribile iudicium euaderent. Vel vt per illorum pœnas alij fiant meliores, imprecatur. Item Auguſt. Pſalm. 5. ait. Prophetæ videntur aliquando optare alicui malum, aut damnum, verùm non optant vt eueniant, ſed cernunt quod euenturū ſit. Contingit tamen illis non quia videntur optaſſe, ſed quia tales ſunt vt merito contingat. Sic in Pſal. dicitur. Iudica illos

Locus Hiero accuratè expēdendus.

Deus decidant à cogitationibus ſuis, ideſt, poſtquam ſpe fuerint fruſtrati condemnabis eos. Quapropter per prophetiam id dictum eſt, non per maleuolentiam. Et iterum. Da illis ſecundum opera ipſorũ, & ſecundũ nequitiam adinuentionum ipſorum. & in li. Iob. cap. 18. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius. Lege de hac re Auguſt. Pſal. 38. & S. Thom. in ſecunda parte, ſecundæ partis quæſt. 83. Artic. 8. ad primum. cuius hæc ſunt verba. Imprecationes quæ in ſacra ſcriptura ponuntur, quadrupliciter poſſunt intelligi. Vno modo ſecundũ quod prophetæ ſolent in figura imprecãtis futura prædicere, vt Auguſt. dicit in libro de ſermone domini in monte. Secũdo prout quædam temporalia mala, peccatoribus quãdoque à Deo in correctionem mittuntur. Tertio quia intelliguntur petere, non contra ipſos homines, ſed contra regnum peccati, vt ſcilicet correctione hominum peccata deſtruantur. Quarto conformando voluntatem ſuam diuinæ iuſtitiæ, circa damnationem perſeuerantium in peccato. Hæc leuiora videbuntur alicui, quam ſuſcepti argumenti magnitudo & dignitas poſcebat, attamen ſi memoriæ mandentur, leuia iſta ſeria ducent.

Pſal. 27.

¶De multiplici vſu interrogationum & dubitationum, quem diuinæ ſcripturæ admittunt.

CAP. VI.

INterrogationum multiplices ac varij ſunt modi in ſcripturis diuinis recepti. Nam aliquando quæ pro certò affirmant, ſub interrogationis forma ſolent proferre, quo vehementius moueant. Gene. 13. Nonne tota terra coram te eſt, id eſt certè, ex tota hac regione quam conſpicis, eligendi tibi do poteſtatem, quoquo verſus velis habitationi locum eligere. Et in libro Paralip. crebro inculcatur. Nonne hæc ſcripta ſunt in libris regum Iuda? ideſt, non eſt opus in contexenda hac hiſtoria immorari, cum iam in libris regum latiùs explanata ſit & apud Lucam. Nonne cor noſtrum ardens erat in via cum nobis interpretaretur ſcripturas? Hoc eſt quod ait Chry. homilia 21. in priorem ad Corinthios epiſtolam. Interrogatio nũquam, niſi in rebus certiſsimis fieri in ſcriptura ſolet. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? quis plantat vineam & fructum eius non edit? & Theophy. ad Hebræos. 3. Per interrogationem, inquit, ſermonem texit ſcriptura, quod clarior ita ſit minuſque cõtradictionis habeat. Interrogationes namque in confeſsis & certis rebus ponuntur. Vndè Paulus. Quibus ſuccẽſuit quadraginta annos, nonne his qui peccauerunt quorum corpora ciciderunt in deſerto. & in Gene. Nonne ſi bene egeris recipies? *Hebr. 3.*

Aliquando interrogãdi forma vim habet admirationis, & non dubitationis, vt apud Iſaiam. Quis eſt iſte qui venit de Edem, tinctis veſtibus de Boſra? Nam quis eſt qui arbitretur angelos, quorum miniſterio diuinæ reuelationes ad nos perferuntur, ignoraſſe incarnationem illam, in qua ipſi vel maximè internuntij fuerunt. Sed vt ad interrogationes noſtra redeat oratio, de illis hæc ſcribit Aug. li. 1. Locut. in Gene. cùm ait. Eſt aliquando in ſcriptura interrogatio, non dubitationis ſed admirationis, vt in Geneſ. Procidit Abraham in faciem, & dixit in animo ſuo. Si mihi centum annos habenti naſcetur filius, & ſi Sara annorum nonaginta pariet. (Si particula iuxta Hebraicam phraſim, nũquid, ſignificat, vt ſi hoc tempore reſtitues regnum Iſrael.) Et in Eccleſiaſte. Quomodo morietur ſapiens cum ſtulto. Et nunquid iudex omnis terræ non faciet iudiciũ. & Pſal. 23. quis eſt iſte rex gloriæ. *Loc. Iſaiæ.* *Si particula ſignificat.*

Vtitur rurſum ſcriptura interrogatione in re non confeſſa, ſed nobis ignota & controuerſã, vt cum dicitur. Quis peccauit, hic, an parentes eius vt cæcus naſceretur? Vtiq; interrogabant apoſtoli quod ignorabant, & ſcire geſtiebant. Deo tamen myſticè huiuſcemodi ignorantia tribuitur, de qua hæc tradit Greg. li. 2. Moral. c. 3. Non ſolet dominus percontari niſi cum neſcit. Non enim requirimus, niſi quod neſcimus, neſcire autem Dei reprobare eſt. Vnde dominus dicit. Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis, neſcio vos vnde ſitis. Sic dominus apud Iob interrogat Satã. Vnde venis? quia vias illius reprobauerat, propterea quaſi neſciens inquirit. Hinc eſt quod Adę peccanti, domini voce dicitur. Vbi es? Neq; enim diuina potentia neſciebat poſt *De hoc lege quæ ſcripſimus. lib. 10. Re. 48* *Mat. 25.* *Luca. 13.* *Gene. 3.*

poſt culpam, ad quæ latibula ſeruus confugerat, ſed quia lapſum vidit in culpa, iam ſub peccato velut ab oculis veritatis abſconditum, quia tenebras erroris eius non approbabat, quia vbi ſit peccator ignorat, eumq́; vocat & requirit dicens. Adam vbi es?

Aliquando illa interrogatione vtitur ſcriptura, quæ rem non facilē inuentu eſſe ſignificet, & plerunq; huiuſcemodi interrogatio fit cum dictione. Quis. De hac ad hunc mo-
Quis. dum ſcribit Hierony. Nahum 3. Quis interrogatiua particula non pro impoſsibili, ſed pro difficili re, frequenter accipitur. Iuxta il-
Luca. 12. lud Euangelij. Quis putas eſt ſeruus fidelis, quem cōſtituit dominus ſupra familiā ſuam? id eſt, pauci ſerui fideles inueniri poſſunt. Et, Leo rugit quis non timebit. & in Pſalm. 13. Quis aſcendet in montem domini. & apud Paulum. Quis me liberabit de corpore mortis huius. & apud Hoſeam. Quis ſapiens & intelliget hæc. Lege Hiero. ſi amplius de hac re deſideras, Amos 3. Zachariæ 4. & in epiſtola ad Minerium & Alexandrum. & Origenem homil. 18. Numerorum.

Nonnunquam interrogatio rem prorſus impoſsibilem innuit, & hæc interrogatio nō rarò fit aduentu dictionis quis, quæ idem ſignificat, quod nullus, a. um. de qua hęc à Hierony. accepimus, Habacuc 2. capit. Quis vel quid pro impoſsibili reponitur. vt in epiſto-
Roma. 8. la ad Roma. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia. & in Pſalmo.
Pſalm. 82. Domine quis ſimilis tibi. & in Habac. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud factor ſuus? in omnibus his impoſsibilitas demonſtratur, quia nec apoſtoli charitatem, vlla tribulatio & anguſtia, diuidere poterat à Chriſto, nec ex idolis aliqua obuenit vtilitas. &
Iſaia. 53. apud Iſaiam, Generationem eius quis enarrabit. Lege eundē Eccleſiaſtes ca. 3. & Iſaiæ 53. & Euthymium. Pſalm. 82. & Ambroſium li. 1. contra Nouatianos. c. 8. Et deſumpta ſunt hæc omnia quæ ſcripſi ex Origene lib. 8. epiſtolæ ad Roma. ca. 10. cuius quidē hæc ſunt verba. Domine quis credidit auditui noſtro? Quis pro raro dictum eſt, & obſeruare debemus quod ſermo hic in ſcripturis interdum pro raro, interdum omnino pro nullo ponitur. V. g. vt cùm dicit. Quis ſapiens & intelliget hæc? & quis eſt homo qui vult vitam? in his omnibus rarum quenque ſignificat. Vbi vero dicit Paulus. Quis aſcendit in cælum, hoc eſt Chriſtum deducere, vel quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt à mortuis reducere, hic, quis, nullus intelligitur. Nullus eſt enim qui aſcendit in cælū Chriſtū inde deducere.

Aliquando interrogatio vim habet extenuandi rem. Vt, Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quod viſitas eum. & iterum. quid dabitur tibi, aut quid apponetur tibi ad linguam doloſam. &, Quare fremuerunt gentes.

Nonnunquam interrogatio vim habet optandi, præcipuè ſi fiat per dictionem quis cum verbo, Do, das. vt Pſal. 4. Quis oſtendet nobis bona. & Pſal. 13. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael. & Nume. 12. Quis det omnē populum domini eſſe prophetas. & Pſal. 54. Quis dabit mihi pennas ſicut columbę, & volabo & requieſcam. & apud Ieremiam. Quis dabit capiti meo aquam.

Deinde interrogationes duobus modis fieri ſolēt. Nam aut apertè & ſimpliciter rem quam exquirere volunt proponunt. vt Quis ex vobis arguet me de peccato? &, Domine *Pſalm. 3.*
quid, id eſt cur, multiplicati ſunt qui tribulāt me? Aut obſcuritate & verborū perplexitate rem contegere & occultare ſatagunt, vt dum reſpondens imprudenter ad interrogationem reſpondet, de ſe ferat ſententiam, & ſe dignum ſupplicio iudicet. De hoc ſecundo modo, hæc ſcribuntur in ſecundo opere titulo Chryſo. in Matth. homil. 39. In parabolis ſcriptura figurat perſonas, vt quia non intelligunt, ipſi aduerſus ſe ſententiā dicant. Sic cum Dauid in peccatum incidiſſet, Nathan parabolarum retibus eum comprehendit, cogeritq́; vt ipſe aduerſus ſe, iudiciū mortis proferret. Et Hierony. Iſaiæ cap. 5. inquit. Aliquando ſcriptura quęrit rem aliquam ab aliquo ſub parabola, vt dum de alio loquitur, de ſe ferat ſententiam. vt Iſaiæ. 5. Nunc ergo habitator Ieruſalem & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam, quid eſt quod vltra debui facere vineæ meæ & nō feci, & illis tacentibus ipſe reſpōdit. Niſi fortè in hoc erraui, quod pro labore meo ſpectaui, vt faceret vuas, & non labruſcas, quas inculta ac deſerta terra facere conſueuit. Et in euange- *Matth. 21*
lio latius nō ſolum de vinea, ſed de agricolis, quærit Dominus, & ipſis tacentibus, Dominus pro illis reſpondit. Tale quid & Nathan propheta miſſus ad Dauid loquitur, & interrogat eum per parabolam, vt de alio iudicās de ſe promat ſententiam. Miſit dominus (in-
quit Samuel) Nathan ad Dauid, qui cum ve- *2 Reg. 12.*

Digitized by Google

niſſet ad eum dixit ei. Duo viri erant in ciui-
tate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues
habebat oues & boues multas valde. Pau-
per autem nil habebat omnino, præter ouē
vnam paruulam, quam emerat & nutrierat,
apud eum cum filijs eius ſimul, & de pane
illius comedens, & calice eius bibens, & in ſi-
nu eius dormiens, eratq; illi ſicut filia. Cum
autem peregrinus quidam veniſſet ad diui-
tem, parcens ille ſumere de ouibus & bobus
ſuis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi
qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis,
& præparauit cibos homini qui venerat ad
ſe. Iratus autem indignatione Dauid aduer-
ſus hominem illum nimis, dixit ad Nathan,
Viuit Dominus quoniam filius mortis eſt
vir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadru-
plum, eo quod fecerit verbum iſtud, & non
pepercerit. Dixit autem Nathan ad Dauid.
tu es ille vir. & iterum in expoſitione capit.
21. in Matth. cùm dixiſſet euangeliſta. Cùm
veniſſet in templum, acceſſerunt ad eum do
centem, principes ſacerdotū & ſeniores po-
puli, dicentes, in qua poteſtate hæc facis? Re
ſpondens Ieſus dixit eis. Interrogabo vos &
ego vnum ſermonem, quem ſi dixeritis mi-
hi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc
facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat, è cœlo,
an ex hominibus? At illi cogitabant inter ſe
dicentes, ſi dixerimus è cœlo, dicet nobis,
Quare ergo non credidiſtis illi? Si dixerimus
ex hominibus, timemus turbā: omnes enim
habebant Ioannem ſicut prophetam. Et re-
ſpondentes Ieſu, dixerunt. Neſcimus. Ait il-
lis & ipſe. Nec ego dico vobis in qua pote-
ſtate hæc facio. & reliqua. ait Hierony. po-
terat dominus aperta reſponſione tentato-
rum calumniam confutare, ſed prudenter in
terrogat, vt ſuo ipſi vel ſilentio vel ſententia
condemnentur. Si enim reſpondiſſent ba-
ptiſma Ioannis eſſe de cœlo, vt ipſi ſapien-
tes in malitia, pertractarunt, cōſequens erat
reſponſio, quare ergo non eſtis baptizati à
Ioanne? Si dicere voluiſſent, humana dece-
ptione fuiſſe compoſitum baptiſma Ioan-
nis & nil habuiſſe diuinum, ſeditionem po-
puli formidabāt. omnes enim gregatim mul
titudines, Ioannis receperant baptiſma, &
ſic eum habebant vt prophetam. Reſpondit
itaq; impijſſima factio, & humilitatis verbo
quo neſcire ſe diceret, vſa eſt ad inſidias ca-
ptandas. Illi in eo quod neſcire ſe reſponde-
rant mentiti ſunt, conſequēs ergo erat iuxta
reſponſionem eorum dominum quoque di-
cere, nec ego ſcio, ſed mentiri veritas non po
teſt, & ait, Nec ego dico vobis. Ex quo oſten
dit illos ſcire, ſed reſpōdere nolle, & ſe noſſe,
& ideo non dicere, quia illi quod ſciunt, ta-
ceant. & ſtatim infert, parabolam quæ & il-
los impietatis arguat, & ad gentes regnum
Dei doceat tranſferendum.

Præterea annotare oportet dominū non
nunquam ſermonem ſuum accommodare
ſolere ad interrogantium mentem, eorum
verbis neglectis. & ideo niſi altius res conſi-
deretur nonnunquam reſponſio ſermoni in
ſtituto non videtur quadrare, vt Chryſo. au-
ctor eſt. homilia. 63. in Matth. Chriſtus, in-
quit ille, ſæpè ad mentem interrogantium
orationem accommodat, non ad verba illo-
rum. vt apud Matth. cum iuuenis ille inter- *Matth.* 19
rogat. Quid boni faciam vt vitam æternam
poſſideam. Quoniam ceu ad hominem nu-
dum, & vnum e multis Iudæorum magiſtris,
adijt, ideirco, ei quaſi homo reſpondit. Ne-
mo bonus niſi ſolus deus. & apud Ioannem,
cum dominus loquitur cū Samaritana, quæ *Ioan.* 3.
arbitrabatur Chriſtum eſſe vnum è plebe Iu
dæorum, loquitur vt vnus ex eis. Nos, in-
quit, adoramus quod nouimus, vos adoratis
quem neſcitis. Et iterum loquens cum Iu-
dæis qui arbitrabantur eum eſſe mendacem
& deceptorem, ait. Si ego teſtor de me ip- *Ioan.* 5.
ſo, teſtimonium meum non eſt verum, eſt a-
lius qui teſtimoniū perhibet de me. Et apud
Lucam cum apoſtoli morbos curaſſent, & *Luca.* 10.
virtutes multas egiſſent, ait illis dominus. Vi
debam Satanam quaſi fulgur de cælo caden
tem. ac ſi diceret. Ne ob hoc quod dæmones
veſtræ ſunt ditioni ſubiecti inſolentes ſitis,
ne vt Satanas è cœlo. ita vos à me depellami
ni. Et apud Ioannem, interrogat Petrus. do- *Ioan.* 13.
mine quo abis? Reſpōdit illis Ieſus. Quo ego
nunc abeo non potes me nunc ſequi, ſeque-
ris autem poſt. Non dixit quo abiret, ſed nō
potes me nunc ſequi. Lege Cyrillum libr. 2.
theſauri. cap. 1. Attamen lib. 3. ſuper Ioannē
ca. 3. hęc ad verbum ſcribit. Conſuetudinem
fuiſſe Chriſto cognouimus, maxime quan-
do ad imperitos Phariſæos loquebatur, cor-
da illorum aſpicere, cogitationiſque motus
vt Deus examinare, & ad illa quæ illi mente
verſabant, orationem nonnunquam accom
modare. Atq; ideo non ſerie à ſuperioribus
quandoque ſibi ſermo procedit, cum ad illa
quæ illi ſecum verterent acutiſſimè oratio
conu-

Digitized by Google

componatur. Sic ſcribitur ægrotum membris omnibus diſſolutum à duobus viris per
Marci.2. latum fuiſſe. Cùmq; propter multitudinem per oſtium intrare ad Ieſum non poſſet, à tecto remotis tegulis eum demiſiſſe. Ieſum autem ad eum dixiſſe. Dimittuntur tibi peccata tua. & tunc Phariſæos & ſcribas turbatos, hæc ſecum vertiſſe. Quis eſt iſte qui blaſphemat? Ieſum autem cogitationes eorum ſcientem reſpondiſſe. Cur cogitatis mala in cordibus veſtris. Quid eſt facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua, vel ſurge & ambula. Vides quomodo non ſpectarit verba eorum, ſed cogitationibus vt Deus reſpondit. Simile quid apud Lucam inuenies. Alio quodam, inquit, ſabbato in ſynagoga docebat, & erat ibi homo cuius manus dextera erat arida. Obſeruabant igitur eum Phariſæi & ſcribæ ſi curabat in ſabbato, vt occaſionem de ipſo inuenirent. Ipſe verò cum ſciret cogitationes illorum, dixit homini qui manum aridam habebat, Surge & ſta in medio, & ſurrexit & ſtetit. Ieſus tunc dixit ad illos. Interrogabo vos, ſi licet ſabbato benefacere, an malefacere? perſpicis rurſum aperte ad cogitationes eorum verba Chriſti accommodari. Hactenus Cyrillus. & affert aliud exemplum, ſed quia paucis explicari non poteſt, dimittatur, nos alijs multis exemplis poſſumus rem eandem confirmare & ſtabilire, vt Ioan. primo. cum interrogant ſacerdotes & Leuitę Ioanuē. Tu quis es? Ipſe cognita ipſorum malignitate reſpondit. Non ſum ego Chriſtus. & iterum capit. 3. Nicodemus nihil magnum de Chriſto redemptore noſtro ſentiens, ait. Scimus quod à Deo veniſti magiſter, nullus enim hæc ſigna facere poteſt, niſi Deus ſit cum illo. Reſpondet Chriſtus: merito ita de me ſentis, quia adhuc quæ carnis ſunt ſapis, nec dum è cælis natus es. Amen, inquit, dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei.

Aliquando conſueuit ſigillatim ad ſingula reſpondere, aliquando nil prorſus aliquibus reſpondet. Nam quia ſe indignos fecerunt percipiendi verbum Dei, ab illis ſermonum ſuorum cohibet & celat theſaurū. De vtriſque hæc nobis tradit Chryſoſtomus homil. 71. in Matthæum. Quando non malitia tantum, ſed ignorantia impulſi Phariſæi tentant Chriſtum, vniuerſa docendo ſolet aperire. Quando autem peruerſitate commoti aggrediuntur, tunc ad interrogata quidem reſpondet. vt apud Matthæum. Cum Matth. 22 interrogaſſēt Sadducæi de muliere illa quæ ſeptem fratribus nupſerat, in reſurrectione cuius erit. Reſpondet Chriſtus. Erratis neſcientes ſcripturas & potentiam Dei, quoniam in reſurrectione nec nubent nec nubētur, ſed erunt vt angeli Dei in cælo. & iterum capit. 21. dicitur quod acceſſerunt ad Chriſtum principes ſacerdotum dicentes. In qua poteſtate hæc facis? quis tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpōdens Ieſus dicit eis. Interrogabo vos & ego vnum ſermonem, &c. Atque illi ſubſcribit Auguſtinus libro ſecundo, de ſermone Domini in monte verſus finem. Quod dominus, inquit, quædam dixiſſe inuenitur, quæ multi qui aderant, vel reſiſtendo vel contemnendo, non acceperunt, non putandus eſt ſanctum dediſſe canibus, aut margaritas porcis, non enim dedit eis qui capere non poterant, ſed eis qui capere poterant, quos propter aliorum immunditiam negligi non oportebat. Et cum, eum tentatores interrogabant, reſpondebat quę illis ita, vt quod contradicerent non haberent, quamuis venenis ſuis contabeſcerent potius, quam illius cibo ſaturarentur, alij tamen qui poterant capere, ex illorum occaſione multa vtiliter audiebant.

Sunt tamen multa quæ inquiri ab ocioſis poſſunt, ſuperuacanea tamen, de quibus non nihil dicendum eſt, & hoc ipſum explicandum, cur inquiri & reſpondere ad talia non oporteat. De rebus verò vtilibus aliquando ad id reſpondendum eſt, quod interrogamur, ſicut Dominus fecit, cum eum Sadducæi de muliere interrogaſſent, quæ ſeptem viros habuit, cuius eorum in reſurrectione futura eſſet. Reſpondit enim quod in reſurrectione neque vxorem ducent neque nubent, ſed erunt ſicut angeli in cælis. Aliquando autem ille qui interrogat, interrogandus eſt aliud, ad quod tamen ſi dixerit, ipſe ſibi ad id quod interrogabat, reſpondeat, Si autem dicere noluerit, non videatur ijs qui adſunt iniuſtum, ſi & ipſe, quod interrogauit, non audiat. Nam & Phariſæi qui interrogauerunt, tentantes, vtrum reddendum eſſet Matth. 22 tributum, interrogati ſunt aliud, id eſt cuius haberet nummus imaginē, qui ab ipſis prolatus eſt. Et quia dixerunt quod interrogati erant, id eſt Cæſaris imaginem habere nummum, ipſi quodammodo reſponderunt, id

t 3 quod

Digitized by Google

quod dominum interrogauerant. Itaque ille ex eorum reſponſione ita concluſit. Reddite ergo Cæſari quod Cæſaris eſt, & Deo quod Dei eſt. Cum autem principes ſacerdotum interrogaſſent, in qua poteſtate illa faceret, interrogauit eos de baptiſmate Iohannis, & cum nollent dicere, quod contra ſe videbant dici, de Iohanne autem nil male dicere auderent propter circunſtantes, Nec ergo vobis dicam, inquit, in qua poteſtate hæc facio, quod iuſtiſsimum apparuit circunſtantibus. Hoc enim ſe dixerunt neſcire, quod ſciebant, ſed dicere nolebant. Et reuera iuſtum erat, vt qui ſibi volebant reſponderi, quod interrogauerant, prius ipſi facerent quod erga ſe fieri poſtulabāt. Quod ſi ipſi feciſſent, ipſi ſibi reſpondiſſent. Ipſi enim miſerant ad Iohannem quærentes quis eſſet, & ipſe negauit ſe eſſe Chriſtum, & de domino teſtimonium perhibuit, de quo teſtimonio ſi confiteri vellent, ipſi ſe docerent in qua poteſtate illa faceret Chriſtus, quod quaſi neſcientes interrogauerunt, vt calumniandi aditum reperirent.

Poſtremo loco antequam hoc caput abſoluamus, res exigere videtur, vt nonnullas cauſas ex priſcorum patrum lucubrationibus depromamus, ob quas Deus in ſcripturis, ita attemperet ſermonem ſuum, vt aut ſub dubio, de re nimirum quæ illum nequaquam latet, ſed nec latere poteſt, loquatur, aut rem interroget quæ illum minimè fugit, vocat quippe ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. *Roma. 4.* Huius rei octo poſſunt eſſe cauſæ, quarum prima ſit illa quam affert Hierony. in commenta. Ezechielis. capit. 2. *Prima cauſa cur Deus loquit ſub dubio.* Dominus Inquit, loquitur ambigentis affectu, vt liberum hominis monſtret arbitrium, ne præſcientia futurorum mali vel boni, immutabile faciat quod Deus futurum nouerit. *Liberum arbitrium cõtra Lutheranos aſtruitur.* Non enim quia ille ventura cognoſcit, neceſſe eſt, nos facere quod ille præſciuit, ſed quod nos propria voluntate ſumus facturi, illud nouit futurum quaſi Deus. Item Ieremiæ. 5. ait. Loquitur ſæpe dominus ſermone dubitantis, vt in Euangelio. *Matth. 21* Mittam filium meum ipſum reuerebuntur. *Iere. 5.* & Iere. ait. Ego dixi forſitan pauperes ſunt & ſtulti ignorantes viam domini, ibo igitur ad optimates & loquar eis. Vt ex ambiguitate ſententiæ, & ſuſpenſione verborum liberum hominis monſtraretur arbitrium. Præterea Ieremiæ. 26. cum propheta ait. Noli ſubtrahere verbum ſi forte audiant, & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala. Sic interpretatur Hiero. Verbum ambiguum forſitan, maieſtati Dei non poteſt conuenire, ſed noſtro loquitur affectu, vt liberum hominis ſeruaretur arbitriū, ne ex præſcientia eius quaſi neceſsitate vel facere quid, vel non facere cogatur. Non enim ex eo quod Deus ſcit futurum aliquid, idcirco futurum eſt, ſed quia futurum eſt Deus nouit, quaſi præſcius futurorum. Et tamen ſciendum iuxta hunc eundem Ieremiam. Et ſi mala prædixerit dominus, & egerint pœnitentiā, quod & ipſe acturus ſit pœnitentiam ſuper his quæ facere cõminatus eſt. Et ſi proſpera pollicitus fuerit, & egerit populus ille negligēter, mutet Deus ſententiam & pro bonis mala inferat. Tale quid & illud euangelij eſt. Mittam filium meum & forſitan verebuntur eum. Quod vtique ex perſona Dei omnipotētis dicitur. Deniq; & Ieremias dixit. Si forte audiant & conuertantur vnuſquiſq; à via ſua mala, vt cum illi conuerſi fuerint, & meæ ſententiæ me pœniteat, & non faciam quod eis facere cogito. Cogito autem facere propter malitias ſtudiorum illorum, quæ ſi fuerint immutatæ, & mea ſententia commutabitur. Legamus hiſtoriā Ionæ & Niniue. ſi plura de hac re deſideras lege Hiero. Matth. 21.

Secūda cauſa. Secundā nobis ſuppeditauit cauſam Hierony. Ionæ. 3. capit. cum ait. Ambiguè & ſub dubio loquitur ſcriptura, vt dum homines dubij ſunt de ſalute, fortius agant pœnitentiam. & magis ad miſericordiam prouocent deum. Vnde Ionas ait. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore Iræ ſuæ, & non perlbimus; Huic ſubſcribit Ambroſius. lib. 2. de pœnitentia. capit. 5.

Tertia cauſa. Tertiam deſumpſimus ex Origine. Matt. 13. cuius hæc ſunt verba. Chriſtus non ignarus interrogat, ſed quoniam ſemel aſſumpſerat hominem, vtitur omnibus quæ ſunt hominis, quorum vnum eſt interrogare. Vt, intellexiſtis hæc omnia? dicunt etiam. Nec mirādum ſi id faciat ſaluator, cùm ipſe etiam omnium Deus moribus hominum ſe ſe accõmodans, perinde ac ſi aliquis homo, morem gereret filio ſuo, percontetur, velut in hoc. Adam vbi es? &, Vbi eſt Habel frater tuus? Hierony. quoque ad Ruſinum de iudicio Salomonis ait. Chriſtus ſimulat ignorantiam, & humanos pro diſpenſatione mentitur,

Digitized by Google

tur, hoc eſt imitatur affectus', ſicut ibi. Vbi poſuiſtis Lazarum? & ad mulierem fluentem ſanguine. Quis me tetigit? His ſimilia ſcribit Ambro.lib.5.de fide cap.8.

Quarta cauſa. Quartam rationem deſumpſimus ex cõment. Auguſt.in Pſalmum ſecundum. Cùm dubitatione, inquit, loquitur ſcriptura, vt in Pſalmo. Ne quando iraſcatur dominus, non ſecundum viſionem prophetæ cui certum eſt, ſed ſecundum eos ipſos qui monentur, quia cum dubitatione cogitare iram Dei ſolent quibus non apertè reuelatur.

Quinta cauſa. Sit quinta, Ex Chryſoſtomo homilia 17. in Ioannem. Chriſtus, inquit, aliquando interrogat, non vt ſciat, eſt enim ſcrutator cordium, ſed vt rogando eos ſibi conciliet, & familiares reddat, atque audentiores, ſeq; ſuo eos dignari colloquio oſtendat. Vnde apud Ioannem conuerſus Ieſus & videns duos diſcipulos Ioannis Baptiſtæ ſequentes ſe, dicit eis, Quid quæritis? Credibile enim eſt eos ſubuereri, cum ſe rudes intelligerent, & tantum teſtimonium Ioannis de Chriſto accepiſſent.

Sexta cauſa. Sit ſexta, ex diuo Gregorio homilia 9. in Ezecſiielem. Dubitationes, inquit, locutionum dei, V.g. Si forte audiant, ſi forte quieſcant, non ex ignorantia, ſed ex aliqua ſignificatione deſcendit. Nam quis neſciat, quod qui fecit & videt omnia, omnia ſciat? Et per *Matth. 24* ſemetipſam in Euangelio veritas de Antichriſti prædicatoribus inquit. Dabunt ſigna & prodigia, ita vt in errorem ducantur, ſi fieri poteſt electi. Cur hoc ſub dubitatione dicitur, cùm quid futurum ſit à domino præſciatur? Vnum verò è duobus eſt, quia ſi electi ſunt fieri non poteſt. Si autem fieri poteſt, electi non ſunt. Et tamen dicitur, vt in errorem ducantur ſi fieri poteſt etiam electi. Ita ergo dominici ſermonis dubitatio ex electorum cordibus, deſignatio tentationis fuit, quia qui electi ſunt ad perſiſtendum, per ſigna prædicatorum Antichriſti, tentabuntur ad cadendum. Per hoc ergo quod dicitur, ſi fieri poteſt, hoc exprimitur quod electi in corde tentabuntur. Nutabunt enim, ſed non cadent. Dicitur ergo ſi fieri poteſt, quia trepidabunt, & tamen dicuntur electi, quia non cadunt. Dubitatio itaque ſermonis à domino in electis exprimit trepidationem mentis. Quos & electos nominat, quia cernit quæ in fide & bono opere perſiſtunt.

Septima cauſa. Septima quæ eadem cum prima eſſe videtur, talis eſt. Non ignorans, futurum (inquit Theophy. Lucæ 20.) ſcriptura dubitatiue loquitur, ſed ne quidam præſcientiam Dei neceſſariam inobedientiæ cauſam eſſe dicant, ideo huiuſmodi verborum figura vtitur, vt apud Lucam. Forſitan filium meũ verebuntur. *Luca 10.* cum forte legendum in eo. in Matth. ſine eo. *Matth. 21* & tunc explicat dominus per affirmationem quid illis oporteret facere filio domini ſui. licet ipſi id facere noluerint.

Octaua cauſa. Vltimã rationẽ aſsignauit Chryſ. ho. 71. in Matth. Quãdo dñs, inquit, interrogat, nõ quia ignorat interrogat, ſed qa per reſpõſionẽ ipſorũ, obnoxios pœnæ eſſe vult oſtendere. vt cũ interrogat. Cuiꝰ eſſet effigies numiſmatis, *Matth. 22* cũ illi Cæſaris reſpõdiſſent, Illico ſubiungit. *Luca 20.* Reddite igitur Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. non enim ait, date, ſed reddite.

Si de hac re plura noſſe deſideras, lege Chryſoſto, homil. 78. in Matth. & homil. 4. de patientia Iob. & Ambroſium lib. 5. de fide ad Gratianum Auguſtum capi. 8. & Origenem homil. 16. Numerorum.

¶ Regulæ quarundam repetitionum, tum verborum, tum etiam ſententiarũm, quas crebro admittunt ſcripturæ.

CAP. VII.

IN hoc poſtremo huius libri cap. coniecimus regulas quaſdam de repetitione verborum, ac ſententiarum, quas vtiles fore ſtudioſis illis cernebam qui animum adhibuerunt ad ſcrutandũ arcana ſcripturarum. Solẽt enim ſcripturæ his repetitionibus efficere, quod oratores, cõpluribus verbis ſelectiſsimis, & eloquentiſsima oratione vix obtinent. nempè vt rem illam de qua loquũtur ſumme amplectendã eſſe doceãt. Licet ſtulti putẽt eſſe ταυτολογίαν. Igitur vt Theocritus ait, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Hoc eſt à Deo incipiamus. De illo hęc ſcribit Greg. in explanatiõe Pſalmi 6. pœnitentialis. Nominis, inquit, venerandi repetitio precandi auget affectum, vt, De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. & parum infra. Si iniquitates

Vide Iſichi. quem retulimus. libr. 10. Regũ. 11. & Hiero. Iſaiæ 5. in princip. In Encomio Ptolomæi. nominis dei repetitio auget affectũ orantis.

tes obſeruaueris domine, domine quis ſuſti-
nebit?Nomen repetit vt affectum excitet.&
Domine dominus noſter quam admirabile
eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Deinde
De hoc lib. aduerte quod diligẽter annotauit Hierony.
2.capit. 2. Ezechielis 38. Quod vbicunque iuxta ſe-
col. 141. ptuaginta bis ponitur Dominus, primum
nomen tetragrammaton eſt,ſcilicet Iehoua,
quod propriè ad Deum pertinet, & ineffabi
le dicitur, ſecũdum commune quod ſæpè in
hominibus inuenitur, vt apud Ezechielem.
Dic principi Tyri. hęc dicit dominus Deus.
Nonnunquam obſeruatio Hieronymi fallit,
veluti Ezechielis 2. Dices ad eos, ſic dicit do
minus deus. In Hebraico primo loco poni-
tur nomen appellatiuum commune Deo &
creaturis, ſecundò nomen proprium dei.

Porrò ad aliorum nominũ repetitionem
accedentes primo de vocatiuo caſu dicamus,
id quod Euthy.Pſalm.56.annotauit.Dupli-
catio appellationis, hoc eſt vocatiui,aut de-
monſtratio eſt miſerationis,aut diligẽtis vo-
cationis ſignum. Vt, Ieruſalem, Ieruſalem
quæ occidis prophetas. Et, Eli Eli lama ha-
zabtani. Theophylactus quoque Lucæ 13.
cum ait dominus, Ieruſalem Ieruſalem, quæ
occidis prophetas.Ipſe ſic interpretatur. Du
plicatione nominis oſtendit amorem quem
erga illos habebat dominus. Quemadmodũ
enim amator quis ab amica contemptus, ita
reuocat ipſe adulteram ſynagogam. Deniq;
Lucæ 22. in euangelio.Simon Simon,ecce Satanas ex
petiuit vos vt cribraret inſtar tritici, & ego
pro te rogaui ne deficiat fides tua.

Præterea aliud affert documentum, pul-
cherrimus auctor Euthy. Pſalm. 16.inquiẽs.
Solent prophetæ ſæpenumero in locis affe-
ctu plenis eaſdem ſententias, varia oratione
repetere,vt aucto affectu,ad maiorem deum
miſericordiam trahat. Vt, ſuſceperunt me
quaſi leo paratus ad prædam, & quaſi catu-
lus leonis habitans in abditis.Et Chryſoſto.
homil. 10.in Geneſ.ait, Sæpè ſcriptura mul-
ta vtitur diligentia,ſemel atque iterum idem
dicens,vt in mentibus auditorum reponan-
tur ea quæ dicuntur. Nam niſi hoc ei curæ
fuiſſet, ſufficiebat dicere. Et fecit Deus ho-
minem. Sed iterum apponitur. Secundum
imaginem Dei fecit illum. Item Euthymius
Pſalm.36.ait, Eſt prophetarum mos ad ma-
iorem emphaſin, atque vt intentionem cor-
dium ſuorum melius declarent, dictiones &
ſententias plerunque repetere, & inculcare,
iuxta Hebræorum morem. vt in Pſalm. In *Pſal. 21.*
te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt &
liberaſti eos. Ad te clamauerunt & ſaluati
ſunt, in te ſperauerunt & non ſunt confuſi.
& alibi. Vias tuas domine demonſtra mihi, *Pſalm. 24.*
& ſemitas tuas doce me. Hoc idem repetit
Pſal.76.circa principium, & iterum. Pſalm.
107.& 21. Hoc eſt quod dicit Iſichius libro
primo Leui. verſus finem,cum ait, Non fru-
ſtra ſolet ſcriptura verba repetere, quæ &
multa omittere breuitatis cauſa videtur. De-
nique Oecume. verſus finem,epiſto. ad Ro-
ma. ait, Sæpè Hiſpanorum nomen Paulus *Hiſpani.*
inculcat, vt ingentem erga eos exprimeret
amorem.

Adhuc aliud genus repetitionum inueni-
tur in ſcripturis, quod Euthymius Pſal. 39.
his verbis explicauit. Huiuſmodi verborum
repetitio (ſpectans ſpectaui,exultatiõe exul
tabunt, benedicens benedicam, multipli-
cans multiplicabo dolores tuos) frequentiſ-
ſima eſt apud Hebræos, & intenſionem quã
dam denotat, & validiorem ſententiæ con-
firmationem. vt, Videns vidi, id eſt, optime
vidi,Cognoſcendo cognoui,id eſt,exquiſite
cognoui. Et rurſum Pſal. 131.Quod ait,exul
tatione exultabunt, item benedicens bene-
dicam,& alia huiuſmodi,quidam Idioma eſ-
ſe dicunt Hebraicæ linguę.Quidam verò hu
iuſmodi ſermone vti dicunt ſcripturam ad
maiorem intenſionem, & ad validiorem ſen
tentiæ confirmationem.Item Hierony. Eze
chielis 16. ait, Duplicatio pondus facit ora-
tionis. Vt,decora facta es vehementer nimis.
eo quod ad pulchritudinis magnitudinem
addi vltra nil poſsit.& Matth. 2. Gauiſi ſunt
gaudio magno valde. & creuerunt aquæ ſu- *Geneſ. 7.*
per terram valde valde.

Præterea ait Augu.in lib. Locut. in Exo-
dum.Hæc repetitio,aceruus aceruus, aut pu
teus puteus,& ſimilium nominum coacerua
tio,multitudinem illius rei ſignificat nempe
puteorum aut aceruorum multitudinem, ac
aliarum rerum ſimilium.

Eſt aliud documentum prioribus nõ diſsi
mile,& ideo minimè reticendum, eſtq; de-
ſumptum ex comment.in Iob,titulo Hiero.
capi.3. cuius hæc ſunt verba. Pro confirma-
tione dicti, ſolent in ſcripturis ſententiæ ite-
rari. Vt, Quia timor quem timebam euenit
mihi, & quod verebar accidit. Et Baſilius in
homil.Quomodo baptizetur aliquis baptiſ-
mate quod eſt in Euang. domini noſtri Ieſu
Chriſti,

Chriſti, ait. Cum ſciret apoſtolus tautologiã vtilem eſſe audientibus, ad certitudinem, veritatiſque perſuaſionem firmiorem, per eorundem reſumptionem, illis inculcat. vt ſi commortui fuerimus, & conuiuemus. Si ſuſtinuerimus & conregnabimus. Hæc ille. Eſt optimum exemplum Lucæ. 10. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus, & ex omni mente tua: huiuſcemodi innumera exempla vel vnicus Pſalmus. 118. ſuppeditabit.

Lucæ. 10.

Regula pro allegorijs excogitandis annotãda.

Solent verba eodem in loco ſemel atque iterum inculcari, ſed in alia atque alia ſignificatione. vt Iohan. 1. Mundus per eum factus eſt, & mundus eum non cognouit, ideſt, hæc mundi machina à Deo creata eſt, ex cuius contemplatione Deus poterat cognoſci, & tamen homines huic mundo addicti eũ non cognouerunt. & Ieremiæ. 23. Vos nõ viſitaſtis gregẽ meum, & ego viſitabo malitiã ſtudiorũ veſtrorũ. Viſitare primo loco ſignificat gubernare, vel curam gerere, ſecũdo vero loco ſignificat punire. & ſic Dauid ponitur pro rege ipſo, & ſtatim pro Meſſia. & Paulus azymum vocat panem, & hominem ſanctũ & innoxium, & legem vocat interdum veterem, interdum nouam, interdum naturalem, interdum legem membrorum. & fermentũ pro maſſa & malitia. Hæc ſummè ſunt aduertenda ſi dextrè & eruditè vis Allegoriam aliquam tractare. & in titu. Pſalm. 50. ingredi pro coire & apparere. Verum vt res optimè intelligatur, non ab re erit, Origenis verba ex lib. 3. commenta. in epiſtolam ad Roma. in medium afferre, quæ huiuſmodi ſunt. Inuenimus hanc eſſe ſcripturæ conſuetudinem in multis locis, quod vnum vocabulum ſecũdò in eodem loco poſitum diuerſa ſignificet. vt ibi. Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt, vt veniat meſſis? eleuate oculos veſtros, & videte regiones quia albæ ſunt ad meſſem. Nonne hoc loco meſſis ſecundo nominata eſt, ſed primo ad corporalẽ meſſem refertur, ſecundo ad ſpiritualẽ. Et iterum cum Dominus dicit ad Samaritanam. Da mihi bibere, & poſt reſponſum eius dicit ad eam. Si ſcires quis eſt, qui dicit tibi da mihi bibere, tu vtique petiſſes eum, & dediſſet tibi aquam viuam. Et iterum addit ad eam. Omnis qui bibit ex hac aqua ſitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego do ei, non ſitiet in æternũ. Vides quomodo & bibere ex aqua nunc quidem corporaliter, nunc autẽ ſpiritualiter in vno eodẽque accipitur loco? eſt illic ſimiliter poſitum, vbi cæcus à natiuitate curatur poſt hoc dicit ſaluator. In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant. Ita & apud Paulum, cum ſine lege dicit iuſtitiã Dei manifeſtari, naturalis lex intelligitur, cũ vero dicit, Teſtificata à lege & prophetis, Moyſi legem deſignat.

Zeugma in ſcripturis crebra.

Eſt aliud genus repetitionis in ſcripturis creberrimum, cum dictio aliqua ſemel legitur, ſed iterum aut pluries intelligitur, ac niſi ſubintelligatur trunca ac mutila manet oratio. Hic tropus Græcè Zeugma vocatur. vt Pſalm. 1. non reſurgent impij in iudicio, nec peccatores in concilio iuſtorum, ſcilicet, ſurgent. & 9. Non in finem obliuio erit pauperis, patiẽtia pauperum peribit in finem, ideſt, vt optime addit interpres noſter, non peribit. & 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania, ideſt, & quare populi & 9. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorũ deſtruxiſti, ideſt, quas deſtruxiſti. Subaudi perierunt. Et ad Ephe. 4. omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blaſphemia tollatur à vobis. Hæc duo verba tollatur à vobis, ſingulis quinque verbis ſunt ſubintelligenda. & ad Rom. 2. Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius, ijs quidẽ qui ſecundum patientiam boni operis (gloriam & honorem & incorruptionem ſubaudi reddet.) quærunt vitam æternam. ijs autẽ qui ſunt ex contentione, ira & indignatio, ſubaudi reddetur. De hoc tropo Auguſtinus lib. 1. Locut. in Gene. cum dixiſſet Moyſes. Aſcendit Abrahã de Aegypto, ipſe & vxor eius, & omnia eius, & Loth cum eo in deſertum. ita ſcribit. Subauditur, aſcenderũt. Hæc locutio vocatur Græce zeugmatica eclipſis. & Hiero. ſæpiſsime alias, ſed in comment. Zachariæ cap. 1. ſic ait. Cum aliqua dictio ſubauditur pluribus commatibus, quæ à Græcis dici ſolet ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur talis aut talis dictio. vt Patres noſtri vbi ſunt? & prophetæ. Scilicet, Vbi ſunt. & in Malachia. Filius honorat patrem, & ſeruus dominum, ſcilicet honorat, Huius Regulæ meminit Rabbi Dauid Cahi. Pſalm. 9. ſed quia typographi noſtri typis Hebraicis carebãt. & hic & ſæpe alias, adducere Hebraica verba nõ potuimus. Latina ſic habent. Dictio vna ſolet collocari vice duarũ, iuxta linguæ ſanctę cõſuetudinẽ.

Locus ἀπὸ κοινοῦ

Deniq;

BIBLIOTECA ... MADRID

Denique Euthy.in omnibus locis qui modo
à me citabuntur, hoc idem affirmat. vt Pſal.
61. Quouſq; irruitis in hominem, interficie-
tis omnes vos tanquam parieti inclinato, id
eſt, quouſque ſanguini & cædibus vacatis.
Iuxta Hebraicam tamen veritatē hoc exem
plum ad rem non ſpectat, in qua ſic legitur.
interficiemini vos vt paries inclinatus, id eſt,
ne hominem occidatis, aut impie agatis ne
& vos pereatis, vt paries qui demolitur, peri-
re ſolet. & Pſal. 31. Proteges eos in taberna-
culo tuo, à cōtradictione linguarum. Subau-
di proteges eos. Et rurſum eodem Pſal. Miſe
rere mei domine quoniam tribulor. & poſt
parum. Quoniam audiui vituperationē mul-
torum. Subaudi, miſerere mei. Et iterū. Pſal.
34. Reſtitue animā meam à malignitate eo-
rum, à leonibus vnicam meam, ſcilicet, reſti-
tue. & Pſal. 67. Vt intingatur pes tuus in ſan
guine. & lingua canum tuorum. ſubaudi. in-
tingatur. Ioan. 15. ſi non veniſſem & locutus
eis fuiſſem, Epheſ. 1. Sanctis qui ſunt Epheſi.
ſcilicet in Chriſto Ieſu, & fidelib9. ſ. in Chro.

Præterea conduplicantur nonnunquam
comparatiua ad maiorem Emphaſin, vt ad
Philipp. ca. 1. Multò magis melius permane
re in carne propter vos. & ad Galat. 4. Multi
filij deſertæ magis quam eius, quæ habebat
virum. Et in euangel. Gauiſi ſunt gaudio ma
gno valde.

Fit nonnunquam eiuſdem nominis con-
duplicatio, ita vt primum ſit in nominatiuo,
ſecundum in genitiuo, vt canticum cantico-
rum. De huiuſmodi forma loquendi ſic di-
ſputat Orige. homi. 1. in Canticum cantico-
rum, interprete Hiero. inquiens. Quomodo
dicitur per Moyſen quædam eſſe nō ſolùm
ſancta, ſed & ſancta ſanctorum, & alia non
tantùm ſabbata, ſed & ſabbata ſabbatorum.
Sic docemur ſcribente Salomone, eſſe quæ-
dam non ſolum cantica, ſed & cantica canti-
corum. Beatus quidem is qui ingreditur in
ſancta, ſed beatior qui ingreditur in ſancta
ſanctorū, beatus qui ſabbata ſabbatizat, ſed
beatior qui ſabbatizat ſabbata ſabbatorum.
Beatus ſimiliter & is qui intelligit cantica &
canit ea, nemo quippe niſi in ſolennitatibus
canit, ſed multò beatior ille qui canit cantica
canticorum. Et ſicut is qui ingreditur ſancta
pluribus adhuc indiget, vt valeat introire in
ſancta ſanctorum, & qui ſabbatum quod à
domino populo conſtitutum eſt, multa ad-
huc neceſſaria habet, vt agat ſabbata ſabba-
torum, eodem modo difficilè reperitur, qui
omnia quæ in ſcripturis continentur canti-
ca peragrās, valeat aſcendere ad cantica can-
ticorum. Egredi te oportet de Ægypto, &
egreſſum de terra Ægypti pertranſire mare
Rubrum, vt poſsis primum canticum cane-
re, dicens. Cantemus domino, glorioſe enim *Exod. 15.*
magnificatus eſt. Licèt autem primum dixe *Nume. 21.*
ris canticum, adhuc longè es à cantico canti
corum. Perambula terram deſerti ſpiritali-
ter, donec peruenias ad puteum quem fode-
runt reges, & ibi ſecundum canticum canas.
Poſt hæc veni ad vicina terræ ſanctæ, vt ſu-
per Iordanis ripam conſtitutus, cantes canti *Deute. 32.*
cum Moyſi, dicens. Attende cælū & loquar,
&c. Rurſum habes neceſſarium vt milites, &
terram ſanctam hæreditate poſsideas, Apis
tibi ꝓphetet, & apis te iudicet. Debora quip
pe apis interpretatur, vt poſsis illud carmen, *Iudicum. 5*
quod in Iudicum libro continetur, edicere.
Ad regnorum deinceps volumen aſcendēs,
veni ad canticum quādo fugit Dauid de ma
nu inimicorum ſuorum & de manu Saul & *2. Reg. 12.*
dixit. Dominus firmamentum meum. Perue *Pſalm. 17.*
niendum eſt tibi ad Iſaiam vt cum illo dicas. *Iſaia. 5.*
Cantabo canticum dilectæ vineæ meæ. Et
cum vniuerſa tranſieris ad altiora conſcen-
de, vt poſsis iam decora anima cum ſponſo
canere & cantica canticorum. Hæc eadem re
petit Orige. in prooemio. 4. homiliarum in
cantica canticorum, verſus finem. & Philo
Carpathius eodem in loco. Veruntamen vt
breuiter colligam quæ ab his viris doctiſsi-
mis fuſe dicta ſunt, dico, quod eiuſdem nomi
nis repetitio rei auget incrementum, ſiue res
illa ſancta ſit, ſiue nephanda. vt canticū canti
corum, eſt præcipuum inter omnia cantica,
& vanitas vanitatum, id eſt extrema vanitas,
ſabbatum ſabbatorum eſt ſolennior dies in-
ter omnes Paſchæ. & ſeculum ſeculorum, id
eſt perpetuò. Atque ita dicit Euthy. Pſal. 9.
Præterea Hiero. Ezechi. 27. cap. ait. Quomo
do dicitur canticum canticorum, & ſeculum
ſeculorū, & opera operum, vt canticum ma-
ius alijs canticis ſit, & ſeculum prolixius alijs
ſeculis, opuſque cæteris operibus vtilius, ſic
iuxta 70. Ezechi. 27. legitur. occidens occi-
dentis, vt magnitudinem occidentalium par
tium ſignificet. His ſimilia ſcribit ad Gala. 1.
ca. in expoſitiōe huius loci. Qui dedit ſemet-
ipſum &c. & in commen. in Eccleſiaſten. c. 1.

Eſt aliud genus repetitionis admodum in
ſcripturis receptum, quo ſolent rem alicubi
diligen-

Digitized by Google

diligenter enarratam, ac diſſertatam, alibi aut eiſdem verbis aut alijs, ſed parum mutatis & inuerſis, repetere. Veluti innumera quæ in lege narrantur, replicãtur in prophetis, & quæ in libris Regum in Pſalmorum inueniuntur volumine. Cauſam aſsignat Hiero. Ezech. capit. 44. in calce. inquiens. Quęrendum cur ea quæ dicta ſunt replicat. Vt videlicet quæ in mentibus hominum ſunt, vel legendi negligentia, vel audiendi cõtemptu & obliuione deleta, viua voce innouẽtur, quæ non ſit ſcripta calamo & atramento, ſed ſpiritu & verbo Dei. Vnde ſaluator nullum volumen doctrinæ ſuæ propriũ reliquit, ſed patris & ſuo ſpiritu quotidie loquitur in corde credentiũ.

Vide 3. parte. q. 42. articul. 4.

Hæc erit reſponſio aduerſum eos qui calumniantur prophetas, cur quæ in Pentateucho continentur, in ſuis voluminibus replicent. At dices ſi illa loca inter ſe conferantur vehementer a ſeſe diſsidere & diſſonare videntur, veluti ſi euangeliſtas inter ſe conferas & legem & prophetas, quod à mendacio abhorrere non videtur. Huic obiectioni reſpondet Augu. lib. 1. q. in Gene. q. 64. inquiens. Cum res aliqua narratur in ſcripturis, & alibi ſententia eadem repetitur, non eſt opus omnia eodem inculcentur modo, ſed eadem ſententia teneatur. Vt ſeruus Abraham narrat ea quæ ſibi dicta ſunt à domino non eodẽ modo. Quod admonẽdum putaui propter ſtultos & indoctos homines, qui euangeliſtas hinc calumniantur, quod in aliquibus verbis non omnino conueniunt, quanuis rebus & ſententijs omnino non diſcrepent. & libr. 1. Locut. in Geneſ. ver ſus finem. Cum ea quę dicta ſunt dicta eſſe narrantur, non omnino eodem modo repetuntur, cum tamen in diuerſitate verborum nihil ſententiæ depereat veritatis. Hoc valde annotandum eſt ob euangeliſtas. Sic fratres Ioſeph dixerunt dictum eſſe ſibi à Ioſeph. & terram mercamini. & non inuenitur ab illo dictum. Sine mendacio autem dixerunt, quod ex verbis, quæ dixerat in eius voluntate cognouerant, neque enim verba ſunt neceſſaria niſi ad exprimendam & in audientium notitiam perferendam, quantum poſſumus, voluntatem.

De conſenſu euangeliſtarum.

Item Hierony. Ezechie. 33. capit. ait. Hoc in omnibus ſcripturis ſanctis obſeruare debemus, vbi videtur eſſe aliqua ſimilitudo ſententiæ, non in omnibus eadem dici, ſed vel ſubtrahi pleraq; vel addi, & ſingulorum inter ſe verborum diſcrepantiam, habere rationem. Veluti cum Ezechie. 3. dicitur. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me: ſi dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, nec locutus fueris vt auertatur à via ſua impia & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab iniquitate, & à via ſua impia, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. Hæc verba ſi diligenter inſpicias, intelliges ſimilia quidem eſſe his quæ dicuntur apud Ezechielem. 33. capi. circa principium, ſed non eadem, dum in pleriſque diſcordant. Origenes quoque homilia. 9. in Geneſim, affert aliud exemplum. in Geneſim, inquit, ca. 12. & 18. Abraham à domino benedicitur, & iterum cap. 22. eandem replicat benedictionem nouo quodam modo. Nouum enim eſt quòd dicit. Et vocauit Angelus domini Abraham ſecundo de cælo. Quod tamen addidit non eſt nouum. Nam (benedicens benedicam te, & multiplicabo te, & erit ſemen tuum vt ſtellæ cæli) prius fuerat pronuntiatum. Quid noui in hac vltima promiſsione additur. Si Abraham ſecũdum carnem vixiſſet, & vnius populi quem ſecundum carnem genuit pater fuiſſet, vna ſuffecerat repromiſsio. Nunc vero vt oſtenderet eum primo patrem futurum eorum qui ſecundum carnem circuncisi ſunt, circuncisionis ſuæ tempore datur ei repromiſsio, quæ ad populum circũciſionis, pertinere deberet. Secundò quia pater etiam eſſet futurus eorum qui ex fide ſunt, & qui per paſsionem Chriſti veniunt ad hæreditatem, tempore nihilominus paſsionis Iſaac promiſsio renouatur, quæ pertinere debet ad eum populum, qui paſsione Chriſti ac reſurrectione ſaluatur. Ecce in his tribus locis eadem inculcari videntur verba, ſed longè diuerſa ſunt. Illa enim quæ in priori promiſsione dicta ſunt, & ad priorem populum pertinent, in terris dicta ſunt. Sic enim dicit ſcriptura. Eduxit eum foras, de tabernaculo ſcilicet, & dixit ei, reſpice ſtellas cæli, &c. Sic erit ſemen tuum. Vbi ſecundo repetitur promiſsio, deſignat quod locutus ſit ei è cælo. in illa priori ſermo tantummodo fuit, hic interponitur iuſiurandum, vt dicit Paulus ad Hebræos. Volens, inquit, Deus oſtendere pollicitationes hæredibus per immobilitatem

Quater benedicitur Abraham.

Digitized by Google

tatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum.
Tunc deinde in prima repromiſsione, non
habet poſitam cauſam cur data ſit, tantum
quod eduxit eum foras, & oſtendit ei, in-
quit, ſtellas cęli, & dixit ſic erit ſemen tuum.
Nunc addit cauſam propter quam iuramen
to confirmat promiſsionem firmam futu-
ram. Quia feciſti verbum hoc & non peper-
ciſti filio tuo. Euidenter deſignans, quod
propter paſsionem Chriſti, populo ex gen-
tibus maneat firma repromiſsio. Adhuc tra-
ctatu. 4. in Matthæum. affert aliud exem-
plum. Matth. inquit. 16. dicitur, Exinde cœ-
pit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quoniam
oportet eum ire in Hieroſolyma, & multa
pati à ſenioribus, & principibus ſacerdotū,
& ſcribis populi, & occidi, & tertia die reſur-
gere. & 17. capit. ait. Conuerſantibus illis in
Galilæa dixit eis Ieſus. Futurum eſt vt filius
hominis tradatur in manus hominum, & oc
cident eum, & poſt tertiam diem reſurgat.
Videntur quidem hæc illis eſſe ſimilia, vt fa-
cilè quis dicat dominum eadem verba repe-
tere. Quod non eſt ita. Neque enim id ipſum
eſt, oſtendere diſcipulis, quoniam oportet
eum ire in Hieroſolyma, & multa pati, &c.
& dicere diſcipulis in Galilæa conſtitutis.
Quoniam futurum eſt, vt filius hominis tra-
datur. Tradendum, ſuperius non eſt dictum,
hic autem non ſolum tradendum, ſed etiam
in manus hominum. Aliud affert Origenes
exemplum homi. 9. Super Ezechielem. Ad-
dit pulcherrimum exemplum D. Euche. lib.
1. in Gene. capit. 40. inquiens. Gene. 7. legi-
mus. Ingreſſus eſt Noe & filij eius, & vxores
filiorum eius cum eo in arcam. & poſt dilu-
uium quando ex arca exeunt, cap. 8. dicitur.
Egredere de arca tu & vxor tua, & filij tui,
& vxores filiorum tuorum. Sed quæri po-
teſt quare in ingreſſu hominum in arcam,
ſeorſum viri, & ſeorſum nominatæ ſint fœ-
minæ. In egreſſu vero dictum eſt ad Noe.
egredere tu & vxor tua, & filij tui, & vxores
filiorum tuorum cum eis. Niſi quia damna-
to ſeculo, & pereunte omni genere morta-
lium, ſoli illi à periculo liberati, vſque dum ar
ca requieſceret, & exitia aquarum ceſſarent
à concubitu ceſſarent, & ſic denuò reuerten-
tur ad id ipſum corpori debitum nuptiarū,
vt creſcerent & multiplicarentur ſuper ter-
ram, & ideo in ingreſſu diuiſi, in egreſſu ve-
rò iugatim ſunt nominati. & Beda in expoſi
tione Gene. capi. 5. ait. Diuiſi arcam intrant

Cur Noe & filij eius ſeiūcti ab vxoribus in ingreſſu arcæ, & coniuncti cum vxoribus in egreſſu numerentur.

Noe & filij eius, & vxor illius, & vxores filio
rum eius, coniuncti autem egrediūtur ex ar-
ca. Propter continentiam neceſſariam in ar-
ca, quaſi in eccleſiam, & propter creationem
filiorum extra arcam. Quia cum ſaluati per
arcam ſpiritualem reſurrexerimus, adhære-
bit caro ſpiritui pace perfecta. Denique Da-
maſce. lib. 4. cap. 25. ait. Noe in arcam ingre-
di iuſſus, & mundi ſemen cuſtodire cōmiſ-
ſus, ſic præceptū accepit. Ingredere, inquit,
tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum
tuorum, & ſeparauit eos ab vxoribus, & cum
caſtitate pelagus, & illud totius mundi nau-
fragium euitarent. Poſt diluuij autem ceſſa-
tionem. Egredere, inquit, tu, & vxor tua, &
filij tui, & vxores filiorum tuorum. Ecce rur-
ſus propter multiplicationem nuptiæ con-
ceſſæ ſunt. Hæc ille. Item Gene. capit. 1. Cre-
ſcite & multiplicamini & replete terram, &
poſtea capit. 8. & 9. eadem pene verba repe-
tuntur. & Gene. 2. poteſtati hominis omnia
ſubijciuntur, & cap. 8. iterum arbitrio homi-
nis omnia traduntur.

Eſt poſtremò illud genus repetitionis ani
maduertendum, quo id, quod obſcurè di-
ctum fuerat prius, poſtea clarioribus verbis
& explanatioribus recinitur & inculcatur,
ita vt poſterior pars ſit veluti prioris inter-
pretamentum, vt Pſalm. 108. Genua mea in
firmata ſunt à ieiunio, id eſt propter, & caro
mea immutata eſt propter oleum, ideſt ami-
ſit pinguedinem. & 78. Nolite extollere in
altum cornu veſtrum, Nolite loqui aduer-
ſus Deum iniquitatem. Huius regulæ tot
ſunt exempla, quot ferè ſunt periodi in Pro-
uerbijs, Pſalmis, & Iob, vt interim taceam de
prophetis. De Paulo tamen loquens Oecu-
me. hoc ſcriptum reliquit, ad Roma. cap. 17.
Vt plurimum in repetitionibus, non ita nu-
dè repetit Paulus, quaſi ad hoc conaretur,
ſed vel cum augmento, vel cum maiore elu-
cidatione, vel expreſsius. Sed omnino abſq;
aliquo cultu ac permutatione raro eum in-
uenias repetitione vtentem, qua tamen con-
tinuè fere vtitur. vt ad Roma. 10. Qnod ſi la-
pſus ipſorum diuitiæ ſunt mundi, & diminu
tio eorum, &c. & ſtatim id explicās ait. Nam
ſi reiectio ipſorum eſt reconciliatio mundi.
Lege eundem Oecume. in poſteriori ad Co-
rinth. epiſto. capit. 8. Et nos nonnihil de hac
re tetigimus in priori huius libri capite. & ali
bi ſæpè (propter quoſdam moroſos, qui pu-
tant ſub ſingulis verbis latere neſcio quæ
myſte-

Digitized by Google

myſteria,è ſuo capite confiɛta.) Deniq; illud
ſermonis genus in ſcripturis eſt frequentiſsi-
mum, vt ſenſum quem prioris verſiculi pars
expreſsit, poſterior aut recinat alijs verbis eū
dem,aut ſimili ſententia referat, aut contra-
ria reſpondeat. Primi generis hoc erit exem-
Pſalm.36. plum,os iuſti meditabitur ſapientiam,& lin-
Pſalm.91. gua eius meditabitur iudicium. Secundi. Iu-
ſtus vt palma florebit.Cui ſimile quod ſucci
nitur.Et ſicut Cedrus Libani multiplicabitur.
Tertij.Eſurientes impleuit bonis, & ſubneɛti *De hoc ter-*
tur contraria ſententia.Et diuites dimiſit ina- *tio genere,*
nes.Poſſunt ſimilia colligi ex Auguſt.Pſal.2. *libr.9. Re-*
& ex libro eiuſdem de Anima & eius origi *gu.33.*
ne.capit.17. & ex Cāhi. Pſalmo.16. Sed de
his ſatis, ad reliqua depromenda quæ ſunt
Theologico muneri conſentanea,& ab eo in
diuulſa, orationem noſtram accōmodemus.

Finis libri quinti Hypotypoſeon.

SEXTI LIBRI HYPOTY-POSEON, MARTINI MARTINEZ Cantapetrenſis, ſacrorum bibliorum tribus linguis Salmanticę Profeſſoris,& ſacræ Theologię magiſtri, Procemium,ad Illuſt. & eruditiſsimum virum D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum.

SVperioribus quinque li-
bris, Præſul ampliſsime,
functus Ierophantæ mu
nere, multa ſcripturarū
myſteria breui ſermone
perſtrinxi, ea fortè cura
ac induſtria, vt pauci an
te me,pertinaciori ſtudio, & maiori animi cō
tentione in hoc ſcribendi genere,verſati ſint,
attamen an ad votum labor noſter ſucceſſe-
rit,aliorum eſto iudiciū,faxit Deus vt ea quæ
tractare inſtituimus, æquè proſpere ac felici-
ter ſuccedant,ita vt primo,ne medium,medio
ne diſcrepet imum. Nec verò hoc à me di-
ctum arroganter exiſtimari velim. Nam diſ-
putandi ſcientiam concedens multis, quod
eſt proprium munus theologi, apte & con-
cinne ex præcedentibus & ſequentibus ſcrip
turas interpretari,quoniam in eo ſtudio æta-
tem conſumpſi,ſi id mihi aſſumo, videor mi-
hi, non tam alienam rem vendicare, quàm
meam repoſcere. Cum enim tam varia ſint
hominum ingenia,& alios alijs diſciplinis ani
mum adhibuiſſe,& in eis ediſcendis operam
ſuam impendiſſe,ſciamus, me tamen ab ineū
te ætate admiranda ſcripturarum maieſtas,
adeo illexit & ad ſevocauit,vt maiori cum aui
ditate & calore aggrediendam rem vllam nū
quam putarem. Vnde poſt lectionem multo
rum admirandæ doctrinæ & ſanctitatis au-
ctorum,feci quod multo ante Galatō pictor *Galaton pi-*
eximius,ſymbolo quodam ſignificauerat. Is *ctor.*
enim præclarum nomen apud poſteros con-
ſecutus eſt, eo quod depinxerit Homerum
quidem,euomētem,cæteros verò poetas eius
vomitum phyalis colligentes. Sentiens pro-
bè omnia quæ à poetis inueniuntur literis
mandata,ex Homerico fonte manaſſe. Quin
& apud nos idem factitaſſe legimus Ambro
ſium,Hilarium,Hieronymum, qui Origeni-
cis ſermonibus ſuos inſerſerūt libros. Et quid
aliud feciſſe putas Alexandrum Halenſem,
S.Thom. Aquinatem & Bonauenturam &
huiuſce ordinis viros,(quorū inſtitutum fuit
quæ ſancti patres ſparſim tradiderant, in lo-
cos communes conijcere) niſi Auguſt.& Ari
ſtotelis & Dionyſij Areopagitæ vomitum
pulcherrimum,quodam in vaſe concludere,
quem poſtea poſteriores nonnulli cœno lu-
toq; miſcentes adeo defœdarunt, vt à nitore
antiquo degeneraſſe prorſus videantur. Vt
merito de illis dici poſsit quod Ezechiel ait,
Domum Iſrael ære, ferro, plumbo & ſtan-
no eſſe commixtam. Quid Salomon? nonne

multas ex ſapientibus Tyri & Phœnicũ coaceruaſſe ſententias accepimus, quas proprijs reſpergens in libris, Vomentis ſibi nomen aſciuit. Horum nos veſtigia ſequentes, non ex vno aut altero ſcriptore, ſed ex innumeris Grçcis, Latinis, Hebraicis, Chaldaicis, quos aſſidue perlegimus, optima queq; delibauimus ac ſelegimus, vt ſtudioſis ſcripturarum iuuenibus opem pro virili ferremus. Vt hi ſaltem qui in priſcorum patrum lectione ſunt parũ verſati, à nobis habeant obſeruationes quaſdam ac regulas, quas ex tot voluminũ vaſtitate, maximis laboribus ac vigilijs, aucupari aut nanciſci potuimus. Damus igitur præſul ampliſsime & doctiſsime ſextum Hypotypoſeon volumen, in quo, perinde ac in ſuperioribus feceramus, ingentem ſyluam rerum, quæ ad ſcripturarum germanam intelligentiam, adiumentum afferre videbantur, cõgeſsimus. Vnde obiter nonnulla ſcripturarum loca, aliter quam recepta habeat aliquorum opinio, explicamus, quæ quidem minime à nobis reijcitur aut conuellitur, licet pro virili noſtra expoſitio adſtruatur & confir-

Hieronym. metur. Quia iuxta præceptum Hieronym. Margaritum eſt ſermo Dei, ex omni parte perforari poteſt. Quod ſi alicubi à germano & vero ſenſu aberrauero, dicam cum Cicerone. 1. Tuſculana. Geram tibi morem, & ea quæ vis, vt potero explicabo, nec tamen quaſi Pythius Apollo certa vt ſint & fixa quæ dixero, ſed vt homunculus vnus è multis pro-

Scriptura difficultas & Auguſt. modeſtia. babilia coniectura ſequar. Et quod ait Augu. epiſtol. 3. De ſapientia mea ſi me amas hæc ſenties, tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſq; ad decrepitam ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere. Non quo ad ea quæ neceſſaria ſunt ſaluti, tanta in eis perueniatur difficultate. Sed cum quiſque ibi fidem tenuerit, ſine qua piè recteq; nõ viuitur, tam multa tamque multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligenda, proficientibus reſtant, tantaq; non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verum etiam in rebus quæ intelligenda ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt annoſiſsimis, acutiſsimis, flagrantiſsimis cupiditate diſcendi hoc contingat, quod ſcriptura quodam loco ait. Cum conſummauerit homo, tunc incipit. Et in epiſto-

Eccleſi. 18. la ad Hiero. quæ incipit. Iam pridem tuæ, &c. ait. Ego fatebor charitati tuæ, ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, vt nullum eorum auctorem ſcribendo aliquid, erraſſe firmiſsimè credam. Ac ſi aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mẽdoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe quod dictum eſt, vel me minimè intellexiſſe non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate doctrinaque præpolleant, non ideo verum putẽ, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi, vel per illos auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt. Hæc ille. Vnde nil mirum ſi nos Chriſti diſcipulos imitantes, cum ſpicas manibus confricauerimus, latentia grana ſcripturarum in lucẽ produxerimus ad legentium vtilitatem. Sed inquies. Nunquam diſcedere licet ab ſcriptorum præfinitionibus, nec illis aliquid addere aut amputare? Duram me hercle & iniquam in nos legem ſancis, ſi cum ipſis, inter ſeſe mutuo pugnare, libereq; digladiari liceat, & oppoſitas interdum tueri opiniones, ſtudioſis non integrum ſit, citra inſignem illorum contumeliã ab aliqua earũ diſſentiri? Quapropter & ipſimet nunquam in animo induxerũt poſtulare, vt quæ dixerint ſtabilia ſint & firma, ſed vt, tanquam probabilia & rationi conſentanea tandiu illa habeãtur, quandiu nil certius inuenitur & melius. Alioqui nunquam tantam acceſsionem, nec tam ingens incremẽtum facultates omnes accepiſſent, niſi quotidie hominum ingenia aliquid per ſe adinueniſſent, aut planius quod ab antiquis diſſertũ erat, explicuiſſent, & in lucem proſpectumq; eduxiſſent. Nam vt ait Ariſt. 1. Ethicorum. Tempus eſt rerũ repertor adiutorq; probus. Vnde artium facta ſunt incrementa. Et philoſophus quidam affirmabat veritatem filiam temporis eſſe, quę tempore procedente & annis labentibus inuenitur & inueſtigatur. Iſocrates quoq; in Euagora ait, ἄλλως τ' ἐπειδὴ καὶ τὰς ἐπιδόσεις ὁρῶμεν γινομένας, καὶ τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐ διὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς καθεστῶσιν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐπανορθοῦντας καὶ τολμῶντας ἀεί τι κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων. *Iſocrates Rhetor.* Deniq; Horatius Numicio ſcribens, ſic inquit. Quicquid ſub terra eſt in apricum proferet ætas. Quocirca nil mirum ſi aliqua quæ doctiſsimos olim fefellerunt, nunc lippis & tonſoribus nota & explorata ſunt. Verbi gratia. Auguſtinus, Origenes & Platonici ferè omnes *Variæ ſanctorũ ſentẽ* credide-

crediderunt angelos eſſe corporibus prædi-
tie quanũc a doctis explodantur.
tos. Quorum opinio ab omnibus nunc explosa eſt. Item Damaſce lib. 1. fidei orthodoxæ capit. 7. & 11. & Theophy. Ioh. 3. & Michael Syngelus in lib. de laudibus Dionyſij, & auctor martyrij eiuſdem Dionyſij, negant

In ſpũs ſanctus procedat à filio.

ſpiritum ſanctum procedere à filio. At hoc tempore minime illi ſententię accedimus. Adhuc aliquorum ſententia eſt, angelos poſſe hominum cogitationes cognoſcere. A quibus multi diſſentiunt, vt Ambro. 1. Corint. 2. & in oratione funebri de obitu Theodoſij. Theophylactus Matth. 1. Marci. 2. Chryſo. homil. 30. in Matth. Euthymius Matth. 13. & Cyrillus lib. 3. in Iohan capit. 3. & lib. 4. capit. 5. Damaſce. libr. 2. capi. 4. Hiero. Matt. 9. quorum ſententia vera eſt. Deinde multi doctores tam Græci quam Latini autumant angelos ante mundum fuiſſe creatos, vt Hiero. in epiſt. ad Titum. capit. 1. Caſsi. colla. 8. capi. 7. & Baſi. & Nazian. in orat. 1. de natali domini. & Hilarius lib. 12. de Trini. & Ambr. in proœmio Pſal. & lib. 1. Exaë. capit. 5. & Chryſ. ho. 22. in Gen. Damaſ. li. 2. ca. 3. Verũ recepta opinio cũ mundo ait eſſe creatos. Pręterea Grego. Niſſenus in li. de homine. & Euthy. Pſalm. 50. affirmant in ſtatu innocentiæ perſeuerante non futurã fuiſſe generis humani propagationem per coitum. Nam ſi Adã non peccaſſet nũquam oportuiſſet eum Euæ coniũgi. itaq; peccatum copulam generauit. Nec ab horum ſententia abhorruiſſe videtur Hierony. in epiſt. ad Euſtochium de Virginitate pag. 6. nec Damaſce. libro. 4. cap. 25. Sed hodie nil abſurdius excogitari poteſt. Item Theophy. Matt. 12. Marci. 3. Luc. 2. & Chryſoſt. ſuper illud Pſalmi. Non eſt qui faciat bonum. & iterum ſuper illud Matth. Mater tua & fratres tui foris ſtant quęrentes te. & ſuper illud Iohan. 2. Vinum non habent. Dicunt quod virgo Maria fuit ambitioſa & vanę gloriæ cupida. & Tertull. in libro de carne Chriſti, multo peius de illa loquitur. Sed poſt illorum ætatem nunquam in illo chriſtiano pectore hoc inſediſſe arbitror. Item Baſilius ſermone. 1. Pſalmi. 14. ait. In nouo teſtamento iurare minimè licere, ſicut nec circuncidi, quanuis inueniantur quidam ſermones iuramentorum formam habentes, ſed prorſus iuramenta non ſunt. Atque ita ſenſerunt Theophy. & Euthy. Matthæi. 5. & iterum Euthy. Pſalm. 14. Vnde & Clinias Pythagoreus laudatur, qui cum per verum iuramentum poſſet effugere mulctam trium talentorum, iniuriam pati voluit, ne iuraret ante euangelium euangelicum dictum cuſtodiens. Nolite iurare omninò. & Hiero. Matthæi. 5. ait. Euangelica veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermò fidelis pro iureiurando ſit. At hodie quis hanc ſententiam recipit? Item Hiero. in commenta. epiſtolæ ad Titum capit. 1. arbitratur ex prima inſtitutione Chriſti non differre epiſcopum à presbytero. & iterum in epiſto. ad Euagrium, quæ eſt tomo contra hæreſes. & in epiſtola ad Oceanum, quæ incipit. Nunquam fili. &c. & Chryſoſt. homil. 11. in epiſt. 1. ad Timot. & iterum ſermone 1. In epiſtolam ad Philippen. ait. Epiſcopi, presbyteri & Diaconi nominibus cõmunicabant. Verum his temporibus illorũ ſententia nullos habet aſſertores. Niſi eam expoſuerimus perinde ac fecit Auguſt. in epiſtola ad Hierony. quæ incipit Iam pridem tuæ, &c. Verſus finem, cum ait. Secũdum honorũ vocabula, eccleſiæ vſus obtinuit, vt epiſcopatus presbyterio maior ſit. & Hiero. in Apolo. contra Ruffi. inter homines ordo dignitatum eſt, cũ epiſcopus & presbyter. &c. habeant ordinẽ ſuum ſic inter angelos. Addo etiã, quod Hierony. ad Titum. ca. 1. ſuper illa verba. Si quis eſt ſine crimine, putat, eos qui cum gentiles fuerint, & vnam duxerint vxorẽ, ſed illa mortua, poſtquam baptizati ſunt, iterum matrimonium contraxerunt, aſſumendos eſſe ad ſacerdotium, & qui incontinentes ſunt ab illo eſſe arcendos. Quam ſententiam, fuſiſsimè tueri conatur in epiſtola ad Oceanum. & refellit hanc rationem quam omnes recipiunt. Nempe. Quod ideo non dimittitur bigamia in baptiſmo, quia peccatum non eſt. Hieronymi tamen ſententia nullos habet patronos. Nam ſequuntur Ambroſij opinionem. quam lib. 1. offici. cap. vltim. his verbis explicauit. Quod iteratio coniugij generet impedimentum ordinationis, eo fit, quia in baptiſmo culpa dimittitur, vt homicidium? lex aboleri non poteſt. In coniugio non culpa, ſed lex eſt. Quod culpæ eſt igitur, in baptiſmate relaxatur, quod legis eſt, in coniugio non ſoluitur. Atque ita dicit Auguſt. in lib. de bono coniugij. & ſententiarij omnes in. 4. diſ. 27. & Innocentius. 1. in epiſtola ad Ruffum. ca. 3. de hoc in Decretis. diſt. 26. & 34. ca. Si quis. Nõnunquam etiam ipſimet ſcriptores parum ſibi conſtare, & à ſe diſsidere videntur, dum va-

Angeli ante mũdum creati.

In ſtatu innocẽtiæ an futura fuiſſet gñatio per coitum.

Iurare an nunc liceat

Lege ca. Et ſi Chriſtus de iureiur. quod deſũptum eſt ex Aug ſerm. 28. de verbis apoſto.

rijs in locis, diuerſarum aut pugnantium opinionum ſunt patroni. Nam quod alicubi certiſsimum eſſe arbitrabantur, alibi, re altius cogitata in dubium vertebant, non ſatis conſtitutum habentes cui adhæreant opinioni. Vt Hieronym. qui aliquando pſalmos in quinque partitur libros, aliquando in vnum redigit & compingit volumen. Interdum etiam. 70. interpretibus tribuit Spiritum ſanctum, interdum adimit. Et Auguſt. in prooemio Pſalmorum, nouem pſalmos à Dauid ait eſſe conſcriptos, in libris vero de Ciuitate Dei, omnes. Quam ſimiliter varij & deſciſcentes à ſeipſis ſint interdum ſcripturarum interpretes, quid attinet dicere, aut in re tam aperta tempus terere, cum tot ſint in vnoquoque loco expoſitiones, quot ſunt homines. Nec mirum hoc alicui videri debet in nobis, cum Paulus ex parte cognoſcat, & ex parte prophetet, & nunc in ænigmate videat & in ſpeculo, donec Deum clare poſt obitum intueretur. Samuel quoque Leuita & propheta ad creandum Saul regem miſſus, eumque vngendum, cum maiorem natu ex Iſai filijs, Heliab nomine, vidiſſet, ait. Ecce coram domino Chriſtus eius, & dixit ad Samuel dominus. Noli reſpicere in faciem eius, quoniam reprobaui illum, quia non quomodo videt Deus, videt homo. Homo enim videt quæ foris apparent, Deus autem cor introſpicit, & per ſingulos ſeptem filios ignorans, vſque ad Dauid neſciſſe ſcribitur. Et cum ad Eliſeum acceſsiſſet Sunamitis in montem, & ad pedes eius procidiſſet, Giezi prohibente ne faceret, ait. Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine eſt, & dominus abſcondit à me. Prophetæ denique ad ſingulas viſiones, ſolent earum interpretationes ab angelis, precibus extorquere, vt Dionyſi. docet in Cæleſti. Hierarchia. Quamuis nonnulli, qui ſacras literas nunquam attigerunt, nec à limine eas ſalutarunt, arbitrantur ſine huiuſcemodi adminiculis ſe vſque ad intima ſcripturarum myſteria penetrauiſſe. Qui nimirum ſi cum Moyſe in caligine ingreſsi fuiſſent, cito animi ſui ſententiam mutaſſent. Vnde ex his non abſurde colligi poteſt, aliqua non omnino comperta & concocta ſcripturis ſuis viros doctos intertexuiſſe, quæ à poſteris ad limam reuocari poſſent, & ab illis ſi plus otij earum rerum contemplationi impendiſſent. Et quod obſecro piaculum eſt, dicere, in diuinarum rerum tractatione alicubi, aliquorum oculos caligaſſe, cum hoc, in excellentiſsimis ingenijs & in literarum ſtudio maceratis, in rerum naturalium inueſtigatione, non vereamur admittere. Quis Ariſtotele doctior & acutior? attamen multa quæ anteà aſſeuerauerat, re altius perpenſa, poſtea mutauit. Quis Cicerone in Rhetorica arte inſtructior? at quæ in libris de inuentione contra Hermagoram ſcripſerat, in alijs libris rurſum reuocauit. Denique de Homero omnium literarum Oceano, inquit Horatius.

Tu nihil in magno doctus reprendis Homero.

Et alibi.

Quandoq; bonus dormitat Homerus.

Omitto de obſcuris in ſcriptoribus loqui, ne cogar errorũ plauſtra congerere, illi quippè non tam de eruditionis ſuę commendatione, & nominis diuturnitate curarunt, quam de numero verſuum laborarunt. Atqui, inquiunt hi, eſto quod alicubi rudia & impolita illis, à manibus exciderint, non tantã eruditionem tu aſſecutus es, vt ſummos viros, ſummaq; prudentia præditos, conſerta manu in ius trahere poſsis. Imò, clari artifices, vt Phidias, Myrõ, Polycletus, tabulas & ſigna, quæ fabricauerant aut pinxerant, palam exponebant, vt ſi quid vilis plebecula correctione dignum cenſeret, ipſi corrigerent & mutarent. Porrò ne hoc quidem munus nobis adſcribimus & vendicamus, ſed omnem noſtrã induſtriam ac laborem in hac re impenſam, ipſis auctoribus, ex quibus hæc deſumpta ſunt, deferimus. Nam in quacunq; obſcuriori interpretatione ſanctorum oracula diligenter conſuluimus, quorum interpretatio ſi quadrare loco illi videbatur, illorum explanationi acquieuimus? ſin minus, ad regulas verborum aut ſententiarum nos contulimus, ab ipſiſmet mutuo acceptas, & quod in vniuerſum illi præcipiebant, ad ſingula aptare conati ſumus, aliquando etiam ipſis repugnantibus. Verbi gratia, ad Epheſios. 4. dicitur. Omnis amaritudo, & ira & indignatio, & clamor & Clamor gl. blaſphemia tollatur à nobis. Clamor, (auctoribus Hieronymo, Theophylacto, Theodoreto, Oecumenio,) quia eſt iræ vehiculum, & excitat hominis iram, prohibitus eſt ab apoſtolo. Attamen iuxta regulam ſcripturarum quam affert Auguſti. in Enchiridio capit. 80. Clamorem, inquit, ſolet ſcriptura ponere pro tanta impudentia & libertate iniquitatis, vt

nec

Digitized by Google

nec verecundia nec timore abſcondantur, vt in Gene. clamor Sodomorum & Gomorræ *Gene. 18.* aſcendit coram me. Hæc ille. Vnde poſtea in Apoſtolo maximum omnium ſcelerum ſubiungitur. Blaſphemia ſcilicet in Deum. Item *Dicere quid ſignificet.* 1. Corin. 12. legimus, Nemo poteſt dicere dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto, cum à quolibet peccatore aut infideli nomen illud proferri poſsit. Ideo dicere in hoc loco ſignificat firmiter credêre aut aſſeuerare, ad hunc ſenſum. Nullus poteſt credere Chriſtum eſſe Deum & omnium creatorem, in hac humanitatis infirmitate exiſtentem, & cum hominibus cõuerſantem, niſi illi fuerit ab Spiritu ſancto reuelatum. Nam huiuſcemodi myſteria caro & ſanguis non reuelat, ſed pater eius qui in cælis eſt. Denique Ezechielis. 20. Dedi eis præcepta non bona, ideſt, cæremonialia pręcepta. Sed nunquid præcepta cæremonialia non erant bona, cum per illorum obſeruantiam Deo honorem exhiberent? Intelligitur ergo ex antecedentibus & ſequentibus, quod illi qui noluerunt bonis & ſuauibus Dei præceptis parere, obtemperaturi eſſent iuſsis tyrannorum duriſsimorum. Atq; ita exponit Hiero. Iſaiæ. 60. cap. circa principium libr. 7. Adhunc modum poſſem innumera exempla congerere, vt in regularum patrocinio ſemel ſuſcepto, perſtarem. Sed credo iam ſatis ipſas, ſe ſtudioſis commendaſſe ac inſinuaſſe, tantumq; ſupereſſe, vt reliqua quæ tractationem noſtram deſiderant, aggrediamur, & primo exordium ſumam, à citationibus noui teſtamenti ex veteri deſumptis.

¶De citationibus noui teſtamenti ex veteri deſumptis, & quæ deſumpta ſint ex libris Gentilium in vtroq;.

CAP. I.

Hieronym. IN omni citatione diligenter eſt aduertendum quod Hieronym. Hoſeæ. 11. annotauit, his verbis. Ea quæ τυπικῶς pręcedunt in alijs, iuxta veritatem & adimpletionem referuntur ad Chriſtum. Sic quod ſcriptum eſt in Hoſea. Paruulus eſt Iſrael, dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum. Dicitur quidem de populo Iſraelitico, qui vocatur ex Ægypto, qui diligitur, qui eo tempore poſt errorem idololatriæ quaſi infans & paruulus eſt vocatus. Sed perfectè refertur ad Chriſtum. Nam & Iſaac in Chriſti typo fuit, quod futuræ mortalitatis ligna ſibi portauerit. Iacob quia Liam dolentem oculos, & Rachel pulchram habuerit vxorem. In Lia quæ maior erat, cæcitatem intelligimus Synagogæ, in Rachel pulchritudinem eccleſiæ. Et tamẽ qui ex parte, typi fuerunt ſaluatoris, non omnia quæ feciſſe memorantur in typo eius feciſſe credendi ſunt. Typus enim partem indicat, quod ſi totum præcedat in typo, iam non eſt typus, ſed hiſtoriæ veritas appellanda. Et in vltimis ferè verbis libr. 2. commenta. In Ierem. ait. Omnes prophetæ in typum domini ſaluatoris pleraque geſſerunt, & quicquid iuxta præſens tempus completum eſt in vnoquoque propheta, hoc futurum in domino *Hieronym.* prophetatur. Item In commenta. Ezechielis. cap. 2. ait. Daniel & Ezechiel, ſub perſona eius *Hieronym.* qui ait. Filius hominis non habet vbi reclinet caput ſuum, conſolantur populum captiuum & retrahunt ad pœnitentiam. Euagrio quoque ſcribens ait. Omnes penè ſancti & patriarchæ & prophetæ in aliqua re figuram expreſſerunt ſaluatoris, ſic Noe inebriatus in *Noe.* domo ſua, & nudatus & deriſus à filio Cham, typum ſaluatoris præbuit, & Cham populi Iudæorum. Sampſon quoque amator *Sampſon.* meretricis & pauperis Dalilæ, multo plures hoſtium mortuus, quàm viuus occidit, vt Chriſti exprimeret paſsionem. Et Melchiſedech *Melchiſedech.* eo quod Cananæus fuit, & non de genere Iudæorum, in typum præceſsit ſacerdotij filij *Pſal. 109.* Dei, de quo dicitur in Pſalm. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Abraham quoque, (vt ait Chriſtianus *Abraham.* Druthmari Matthæ. 1.) Deum patrem ſig- *Iſaac.* nificauit. Iſaac dominum Ieſum, & ſicut Abraham obtulit filium ſuum, ſic Deus pro nobis obtulit filium ſuum vnigenitum, & ſicut Iſaac non eſt immolatus, ſed aries pro eo, ſic nec diuinitas paſſa eſt, ſed humanitas. Huic ſubſcribit Theophy. Iohann. 8. in huius loci expoſitione. Abraham pater veſter exultauit, &c. inquiens. Diem meum, dicit crucem. Nam præfigurabat illum, Abraham, in oblatione Iſaac, & arietis ſacrificio. Sicut enim illic Iſaac ligna, ita dominus crucem portauit, & ſicut relictus eſt quidem Iſaac, im-

molatus autem aries, ita & Deus alienus eſt à paſſione, in humana autem carne & natura paſſus eſt. Lege de hac figura Orige. homi. 8. in Gene. Præterea Hieronym. Aggæi. 1. affert aliud exemplum. Zorobabel, inquit, de tribu Iuda, id eſt, de ſtirpe Dauid deſcendens, typus eſt ſaluatoris, qui vere deſtructum ædificauit templum, id eſt, eccleſiam, & reduxit populum de captiuitate. Et tam de veteris templi lapidibus, quam de nouis qui prius fuerant impoliti, ædificauit eccleſiam, id eſt, de reliquijs populi Iudaici & de gentium multitudine, Deo patri conſtruxit tabernaculum. Porrò ortus eſt in Babylone, quia Chriſtus natus eſt in confuſione huius ſeculi, &c. Origenes etiam aliud addit exemplum. Homilia. 2. cantic. ex quatuor. Moyſes accipiens vxorem Æthiopiſſam fuit Chriſti figura, qui recepit in eccleſiam ſuam, gentilium turbam ignobilem, poſtquam egit pœnitentiam. Et ſicut Maria irridebat Moyſen propter Æthiopiſſam quam accepit in vxorem, ita Synagoga eccleſiam. Sit poſtremum exemplum ex Origene deſumptum homil. 28. ſuper Lucam. Ioſeph, inquit, patriarcha. 30. annorum erat, quando dimiſſus è vinculis, & interpretatus ſomnium Pharaonis, Ægypti effectus eſt princeps, vbertatiſque tempore triticum congregauit, vt famis tempore haberet, quod diſtribueret. Triginta anni Ioſeph in typo. 30. annorum præceſſerunt ſaluatoris. Iſte euim Ioſeph non tale triticum congregauit, quale in Ægypto ille Ioſeph, ſed triticum verum ac cæleſte, vt tempore vbertatis tritico congregato haberet quod diſtribueret, cum fames miſſa eſſet in Aegyptum, non fames panis, nec ſitis aquæ, ſed fames audiendi ſermonem Dei. Congregat Chriſtus de prophetis, de lege, de apoſtolis verba abundantiæ, vnde quando iam non ſcribuntur libri, nec nouum aliquod conſiritur inſtrumentum, nec mittuntur ab apoſtolis ea quæ ab Ieſu in horrea apoſtolorum fuerant comportata, hoc eſt in animas eorum, omniumque ſanctorum, tunc diſtribuat & nutriat Aegyptum fame periclitantem, maximeque fratres, de quibus ſcribitur. Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in medio eccleſiæ cantabo te, & Homil. 1. in Exodum ait. Antequam moreretur noſter Ioſeph, id eſt, Chriſtus ille qui diſtractus eſt triginta argenteis, ab vno ex fratribus ſuis, Iuda.

Zorobabel. Hieronym.

Origenes. Moyſes.

Ioſeph.

ANNOTATIO.

in Orige. verbis.

HÆC poſtrema Origenis allegoria quãuis ab eccleſiaſticis viris recepta ſit, non videtur tamen cum hiſtoria poſſe quadrare. Nam licet in vulgatis codicibus lib. Gen. cap. 37. ex quo loco deſumpta eſt hæc hiſtoria, legatur de Ioſeph. Vendiderũt eum Iſmaelitis. 30. argenteis. In Hebraica tamen veritate & alijs editionibus, Viginti legitur. Hanc lectionem ſequuntur. 70. inquiunt enim. καὶ ἀπέδοντο αὐτὸν τοῖς ἰσμαηλίταις εἴκοσι χρυσῶν. id eſt, tradiderunt ipſum Iſmaelitis viginti aureis, ſcilicet, numis, atq; ita legit Chryſo. homil. 61. in Geneſ. In Hebræo. Vendidetunt Iſmaelitis viginti argenteis. In Chaldaicis libris. Viginti ſiclis. Ioſephus. libr. 2. ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. capit. 3. δόξαν οὖν τοῦτο, τοῖς ἐμπόροις ἐποδίδονται τὸν ἰώσηπον ἀνελκύσαντες ἐκ τοῦ λάκκου, μνῶν εἴκοσι. id eſt. Viginti minis. Poſtremo Hieronym. in Queſti. in Gene. & in commenta. Matth. capi. 26. ait. Ioſeph, non vt multi putant, iuxta. 70. interpretes, Viginti aureis venditus eſt, ſed iuxta Hebraicam veritatem, viginti argenteis, neque enim pretioſior eſſe poterat ſeruus quã dominus. Atque ita habet editio Complutenſis titulo Hieronymi. Si hæc vera ſunt, mirum eſt quod dicit Ambroſ. libro de Ioſeph. cap. 3. Alibi, inquit, viginti, alibi vigintiquinq;, alibi triginta aureis inuenimus emptum Ioſeph.

Quot nummis venditus fuerit Ioſeph.

Eſt aliud documentum huic rei valde accommodatum, quod affert Theodoretus in commentar. Habacuc verſus finem. Typum, inquit, germanum nouorum eſſe vetera abſurdum puto, & iterum in Dialogo qui Impatibilis inſcribitur ait. Non poteſt fieri vt imago habeat quæcunque habet exemplar Archetypum. Dat exemplum optimum in commentar. Ionæ Hieronym. inquiens, omnia quæ de Iona dicuntur Chriſto non poſſunt conuenire. Denique Oecumenius ad Hebræos. 9. ait. Typus non per omnia conformis eſt veritati, ſed imagines quaſdam habet & ſimulacra. Vt Melchiſedech propter noſtram ignorantiam dicitur eſſe ſine patre, Chriſtus in inferiore natiuitate verè ſine patre, ſine matre Chriſtus ſuperna natiuitate, in qua nec initium habuit dierum. Quomodo enim haberet qui factor

Theodoret.

Melchiſedec.

Digitized by Google

ctor eſt temporum? Et ita vniuerſa quæ habuiſſe dicitur Melchiſedec eo quod ignoremus quæ circa ipſum fuerunt, hæc Chriſtus in veritate habuit. Si quidem Melchiſedec rex fuit pacis & iuſtitiæ nudis duntaxat nominibus, Chriſtus verò ipſa veritate. Hæc ille. Sed aduerte quod Melchiſedec non fuit ſine patre & ſine matre, cum Chriſtus ſecundum diuinam naturam patrem, ſecundum humanam, matrem habuerit. Sed quod ſubito introducatur in Geneſi occurriſſe Abraham è cæde hoſtium reuertenti, & nec ante nec poſtea eius nomen fuerat ſcriptum. Alioqui vir erat Cananæus, rex Salem, cuius pater, vt inquit Epiphanius, libr. 2. aduerſus hæreſes, in hæreſi Melchiſedechianorum vocabatur Eraclas, mater verò Aſtaoth, aut vt alij volunt Aſteria, qui & habitabant in agro Sabes, in vrbe Salem, Hiero. tamen Euagrio ſcribens ex aliorum ſententia hæc ſcribit Tradunt Hebræi hunc Melchiſedec eſſe Sem primum filium Noe, & eo tempore quo ortus eſt Abraham, habuiſſe ætatis annos trecentos. 90. Lege Ambr. li. 10. epiſt. epiſto. 80.

Deinde videmus multa quæ in figura dicuntur de aliquo non poſſe quadrare figurato, & vice verſa. Vnde ne turbentur ſtudioſi cum illa legerint, aduertendum ex Euthymio Matth. 2. capit. Quod hæc eſt norma prophetiæ, vt multa frequenter de alijs dicantur, & in alijs compleantur, quemadmodum de Symeone & Leui, Geneſ. 49. Diuldam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. Siquidem id poſteris eorum accidit. (Nam vt Hieronym. in quæſtionibus Hebraicis, &
Nume. 18. Auguſti. de benedictionibus Patriarcharum
Ioſue. 13. & Eucherius libr. 3. ſuper Geneſ. capit. 38. dicunt, Leui hæreditatem propriam non accepit, ſed in omnibus ſceptris paucas vrbes ad habitandum habuit. De Symeone verò dicitur in libr. Ioſue. capit. 19. quod proprium funiculum non eſt conſecutus, ſed de tribu
Geneſ. 27. Iuda, quiddam accepit). Similiter addit Euthymius, & illud quod dictum eſt ad Iacob. Eſto dominus fratrum tuorum, & adorent te filij patris tui. Non eſt in eo completum maximè cum ipſe timeret ac tremeret, toticſque ante fratrem Eſau genua flecteret, ſed in poſteris eius impletum eſt. Hoc tamen impletum fuit, auctore Hieronym. in quæſtionibus Hebraicis quando Idumæi ſeruierunt Iudæis, vt dicitur Numer. 24. & 2. Regum. 3. deinde ſubdit Euthy. hæc verba. Sic dicendum in illo Euangelij loco. Ex Aegypto vocaui filium meum, dici de reuocatione Iudæorum ex captiuitate Aegypti, & de Chriſto, vter enim poteſt dici verius, Dei filius is, qui vitulum adorauit, & initiatus eſt in Beelphegor, filioſque ſuos ac filias dæmonijs ſacrificauit, an qui natura filius eſt, æqualis in honore cum eo, qui genuit. Ideò dicit Euangeliſta. Vt impleretur quod *Matth. 2.*
dictum eſt per prophetam. Ex Aegypto *Hoſea. 11.*
vocaui filium meum. Hæc omnia mutuo deſumpſit Euthymius ex Chryſoſtom. homili. 8. in Matthæum. Porrò Chryſoſtom. addit exemplum quod ab Euthy. prætermiſſum fuit. Autumo, inquit, hunc eſſe prophetiæ morem, vt multa ſæpè in alijs dicantur quidem, ſed in alijs adimpleantur. Vt illud quod in Cham dictum eſt à Noe. Maledictus Canaan ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. In Gabaonitis poſteris eius impletur. Quorum hiſtoria narratur Ioſue nono capite. De hoc tamen exemplo Gabaonitarum aliter ſentit Auguſt. libr. 1. Quæſtionum in Geneſ. quæſt. 17. inquiens. Quare peccans Cham in patris offenſa, non in ipſo ſed in filio ſuo Canaan maledicitur. Quia prophetatum eſt in terra Canaan eiectis Cananæis, accepturos fuiſſe regionem illam filios Iſrael, qui originem ducebant à Sem. Atque ideo in benedictione Noë dicitur. Habitet in tabernaculis Sem. Nec ab Auguſti. diſſentiunt Eucherius lib. 2. in Gene. capit. 2. & Albinus in eiuſdem libr. Quæſtionibus. Verum ni fallor ideo addidit Noë nomen Canaan, vt oſtenderet non ſolum ad Cham maledictionem illam eſſe perventuram, ſed ad poſteros quoque fore deriuandam. Affert quoque aliud exemplum Orige. homi. 4. Ezechielis. Beniamin, dicitur Gene. 49. lupus rapax ad matutinum comedit, ad veſperam dabit eſcam. Beniamin ille nunquam fuit lupus rapax, nec dedit eſcam, ſed is qui natus eſt de tribu Beniamin Paulus. Benia- *Paulus lu-*
min enim prędicabatur lupus, ad matutinum *pus rapax.*
comedens, quando iuuenis fuit, & in veſperam dans eſcam, quando credens ſpiritalem præbuit cibum à ſe conſtitutis eccleſijs. Hæc ille. Eodem modo omnes Pſalmi Dauidici non tam de illo, quam de Chriſto ſunt intelligendi. & quod dicit Moyſes de Ioſue. prophetam ſuſcitabit vobis Dominus de medio fratrum veſtrorum ipſum tanquã me audite, de Chriſto intelligitur, cuius typum ſu-

ſtinebat Ioſue. & quæ dicuntur de cæteris
prophetis ad Chriſtum & eius eccleſiam ſunt
referenda. Sicut vice verſa quæ ſcripta legi-
mus de Nabuchodonoſor, Saule, Babylonia,
Aegypto, Sodoma, non tam de iſtis, quam de
hæreticis & cæteris eccleſiæ Dei deuaſtatori
bus ſunt intelligenda. & omnia quæ in Eze-
chiele de Oolla & Olibama dicuntur ad om
nes impios poſſunt referri.

Locus Matthæ. 2. cap. expoſitus.

His prælibatis ad nonnulla pertractanda
quæ doctorum animum ſolicitare poſſent ca
lamum conuertamus, & in primis ſe offert
quæſtio illa quæ nimis anxiè inter eccleſiæ
proceres euentilata eſt, nempè vbi in veteri
inſtrumento ſcriptum inuenitur, dictum
hoc, quod dicit Matthæi. capit. 2. ſcriptum
eſſe in prophetis. Quoniam Nazaręus voca
bitur. Nam nunquam eorum aliquis inue-
nire potuit ſolutionem aliquam, quæ pru-
dentis animo ſatisfacere poſſet. Sæpe tamen
cum auctores adeò claros de hac re ſenten-
tiam ferentes conſidero, ac ſi è ſacro oraculo
eorum placita prodijſſent, ſuſpicio ac vene-
ror, ſin vero rem ipſam, ſecluſis auctoribus,
appendo aut contemplor, nil futilius exco-
gitari poſſe comperio. Verum hucuſque nil
ſolidius aut circunſpectius dici potuit, quam
quod affert Hieronym. ſuper Matth. capit.
2. & Iſaiæ. 10. capit. & in lib. de optimo gene-
re interpretandi. Ideo, inquit, Matthæus di
xit ſcriptum eſſe in prophetis, ne putares fi-
xum teſtimonium nobis euangeliſtam pro-
ferre. Nam Chriſtum Nazaręum, id eſt ſan-
ctum ac à cœtu peccatorum ſeiunctum, vo-
cari, nil tam crebrum ſcripturarum ſtudioſus
inueniet. Quippe ad hunc veluti ſcopum
omnia prophetarum vaticinia dirigebantur.
Huic ſuccinit ſententiæ auctor ſecundi ope-
ris in Matthæum titulo Chryſoſtom. homi.
2. & bona ſcriptorum pars. illorum adhæret
ſententiæ. Dat aliam nodi ſolutionem idem
Hieronym. ait enim deſumptum eſſe teſti-
monium ex illo dicto Iſaiæ. Egredietur vir-
ga de radice Iſai, & flos de radice eius aſcen
det. vbi legimus flos Hebraicè legitur Ne-
zer, à quo nomine Nazaræus deriuatur.
Sed in priori ſolutione videtur ſignificare
nomen Nazaræus ſcriptum eſſe cum Zaln,
in ſecundo cum çaddic. vnde videtur à ſe
diſſentiri. Chryſoſtom. hom. 9. in Matth. ta-
men & Theophylacto & Orige. videtur, vel
quod citet Matthæus apocrypha, aut citet
volumina illa, quæ iniuria temporum non ex
tant. Sed nunquam ego credam, ſacros ſcri-
ptores fidei arcana, ſcripturæ nothæ teſtimo
nio confirmaſſe. Nuper tamen orta eſt alia
opinio, quæ aſſirmat tria prophetarum gene
ra inter Iſraelitas fuiſſe. Primum genus illorũ
prophetarum fuit, quos vocat priores. vt
Dauid, Salomon, Ioſue, id eſt, omnes qui
præceſſerunt. 12. tribuum diuiſionem. Secun
dum genus illorum eſt prophetarum quos
vocant poſteriores, vt ſunt quatuor maiores,
&. 12. minores. Tertium genus illorum, qui
prophetias prophetarum primi & ſecundi
generis optime nouerant, vt qui illis vſi præ-
ceptoribus, abſtruſa omnia quæ in ipſorum
voluminibus continebantur, didicerant. Sed
hi nullam prophetiam literis mandarunt &
de hoc tertio genere Matth. intelligunt. Sen-
tentia Hiero. quæ eadem tamen eſt cum hac
vltima, mihi aliquando ſummopere placue-
rat. Sed nunc re altius cogitata, aliter dicen-
dum eſſe videtur. Porrò nulli dubiũ eſt quin
illa verba in libro Iudicum, ca. 13. de Samſo-
ne dicta inueniantur. Suſtinent enim omnes
ſancti in aliqua re Chriſti typum, vt parũ an
tè explicauimus.

Samſõ figura Chriſti.

Verba libri Iudicum ſic habent. Ne ali-
quo veſcaris immundo, erit enim puer Na-
zaræus Dei, ab infantia ſua, & ex vtero ma-
tris ſuæ, vſque ad diem mortis ſuæ, & ipſe in
cipiet liberare Iſrael à manibus Philiſtino-
rum. Porrò dices, Matth. vocat Chriſtum
Nazarenum, quia habitauit Nazareth. in
lib. Iudicum Nazaræus appellatur, id eſt ſe-
motus aut ſeparatus, ſcilicet, à conſortio pec-
catorum. Nos arbitramur, quod ſanctorum
virorum patria ſolet eſſet ſancta, ſicut iniquo
rum iniqua & ſcelerata. Sic dicitur. Ecce Iſra
elita in quo dolus non eſt. & Paulus habet
municipiatum in cæleſti Ieruſalem. De ini-
quis dicitur. Semen Canaam & non Iuda, &
pater tuus Amorrhæus, mater tua Chetęa, vt
docet Orige. hom. 2. in Ieremiam. ad hunc
modum ſancto ſanctorum tribuitur patria
Nazareth. Poſtremò oportet referare quo-
modo euangeliſtæ verba ſint conſona veri-
tati. Nam dicitur, ſcriptum eſt in prophe-
tis, & liber Iudicum aut non eſt prophe-
ta, aut ſaltem non eſt prophetæ. Hebræis
& Hieronym. volumen illud prophetis an-
numeratur. Inquit enim Hieronym. in prolo
go Galeato. Secundum prophetarum ordinẽ
faciunt, nempe Hebræi, & incipiunt à Ioſue
filio Nun, deinde ſubtexunt Iudicum librũ.

Patria ſanctorum.

Propheta.

& ſi

Digitized by Google

& ſi Hieron. fides derogatur, adhibeatur ſaltē domino dicenti. Scriptum eſt in lege, Pſalmis & prophetis de me, & Lex & prophetæ vſq; ad Iohannem. Igitur quod non eſt lex aut Pſalmi prophetia eſt, per Pſalmos intelligo Hagiographa omnia. Annotandum eſt præterea iuxta Hebræorum documentum, numerum pluralem pro vno ex pluribus ſolere
Numerus pluralis pro vno. accipi, vt ait Rabi Dauid Ionæ. 1. vt Iudicum. 12. Sepultus eſt in vrbibus Galaad, id eſt, in vna vrbium, & in Pſalm. quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & aſtiterunt reges terræ, id eſt, Herodes vnus ex regibus terræ, & principes cōuenerunt in vnum, id eſt vnus ex principibus terræ, nempe Pilatus ac ſic exponit Petrus in Acti. & Ambroſ. Luc. 23. ca. & Tertullia. in lib. de reſurrectione carnis, & Origen. tract. 26. in Matth. Item ad Hebræ.
Matth. 27. ſecti ſunt, Iſaias ſolus, circuierunt in melotis, Elias, leonum molas obſtruxerunt, Daniel. Præterea euangeliſtæ aiunt. Latrones improperabant ei, cum Lucas capit. 23. ab vno tantum dicat conuitijs fuiſſe petitum, & Mat. 26. effudit alabaſtrum vnguenti ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli indignati ſunt dicentes ad quid perditio hæc, id eſt, vnus indignatus eſt nempe Iudas, vt dicitur Ioha. 12. Dixit vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſchariotes, quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & apud Ionam. Deſcendit ad latera nauis, & Zachariæ. 9. ſedens ſuper pullum filium aſinarum, id eſt, vnius aſinæ, & Gen. 19. Cum ſubuerteret dominus vrbes in quibus habitauit, &c. 1. Regū. 18. In duabus gener eris. Et fuit vir quidam de Ramathaim Sophim, id eſt, ex altera Ramoth non Galaad ſed Sophim, & Geneſ. 28. Tulit Iacob de lapidibus, id eſt, lapidem vnū. nam poſt modicum ſubiungit. Et ſurrexit Iacob manè, & tulit lapidem quem poſuerat ſub capite, & ſtatuit eum in titulum. Et quod vehementius vrget, id quod ait Iohann. cap. 16. ſcriptum eſſe in prophetis, erunt omnes docibiles Dei ſumptum eſt ex. 54. cap. Iſaiæ. Denique Actuum. 13. dicitur. Videte ne ſuperueniat vobis, quod ſcriptum eſt in prophetis. Videte contemptores & admiramini & diſperdimini, quia opus operor ego in diebus veſtris, quod non credetis cum enarrabitur, & tamen deprōptum eſt teſtimonium ex Habacuc prophetia. Conſtat igitur ex his euangeliſtam hanc phraſim ſecutum, ſcriptum eſſe in prophetis dicendo, pro in vno ex libris prophetarum priorum, nempe in libro Iudicum. Hac loquendi forma vulgo vtimur, cum dicimus, aiunt poetæ & intelligo certum poetam. V. G. Virgilium aut Horatium, aiunt philoſophi & intelligo, Socratem aut Platonem aut alium huiuſce notæ auctorem. Nec ſcriptores ſancti ab hac phraſi abhorrent, ſic Theophyl. Iohann. 6. cap. ait Scriptum eſt in prophetis, reliqui domum meam, & tamen illa verba ſunt ex. 12. cap. Ieremiæ. Sed de hac quæſtione hæc dixiſſe ſit ſatis.

Eſt quæſtio alia quæ non minus habet difficultatis quam illa quæ modo à nobis eſt explicata. Nam Matth. c. 2. citat periodum hāc ex Michæa. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael. Cæterum ſi prophetam relegeris, cōtrarijs omnino verbis citatum teſtimonium inuenies, his nempe. Et tu Bethlehem Ephratha paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael. *Locus Matthe. 2. expoſitus.* *Michæa. 5.*

Horum locorum conciliatio adeo ardua viſa eſt Hiero. vt lapſum linguæ in euangeliſtis admittere non admodum repugnaret. Aut ſaltem ita euangeliſtam protuliſſe, vt oſcitantiam ſcribarum & negligentiam argueret in citandis & euoluendis ſcripturis. Euthy. Mat. 1. ſic ſoluit. Bethlehem vilis appares ad aſpectum, quantum animo concipitur non es minima inter vrbes Iudæ. Nam ob ortū ſaluatoris magni nominis fuit, quotidie enim locū in quo Chriſtus natus eſt, accedunt ex toto orbe viſuri. Hoc eſt quod dicit Galenus in admoni. ad artes, διὰ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν ταῖς τέχναις, καὶ τὰς πατρίδας μνημονεύουσι, τίς γὰρ ἂν σταγείρων λόγος εἰμὴ δι' ἀριστοτέλην; τίς δ' ἂν σολωρέων μὴ δι' ἄρατον, id eſt, optimi viri honori ſunt patriæ, nam quis Stagiram nouit niſi ob Ariſtotelem. Theophy. eadem pene ſcribit & deſumpta ſunt hæc omnia ex Chryſ. Nos tamen huiuſmodi expoſitionibus omiſsis, pulchre ab euangeliſta credimus prophetæ verba eſſe explicata. Si modo prophetæ verba in vulgata editione intelligantur in eo ſenſu quem habent in editione. 70. quorum hæc ſunt verba. καὶ σὺ βηθλεὲμ οἶκος ἐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν ἰούδα. ἐκ σοῦ, μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τοῦ ἰσραήλ. id eſt, & tu Bethlehem domus Ephrata, parum eſt vt ſis inter myriadas Iuda, ex te mihi proditurus eſt, quem principem conſtituturus *Hieronym.* *Euthy.* *Galenus.* *Theophy.* *Chryſoſto.* *Vulgata & tu Bethlehē terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda.*

turus ſum in Iſrael. Nam phraſis eſt Hebrai-
ca,quæ præcipit,nomen maſculinum aut fœ
mininum per genus neutrum interdum tranſ
ferri,cum genus neutrum Hebræi non agnoſ
cant,vt in Gen.non eſt bonum hominem eſſe
ſolum,dicunt ipſi,non bonus,& parum infra
ipſum eſt nomen eius,& in Euangelio. Bonũ
eſt nos hic eſſe,& Iſaiæ.27. Quam quæq; mẽ
ſurã miſerit,pro quam quiſq; . Hoc eſt quod
ait Hiero.in calce.7.cap.commenta.in Eccle-
ſiaſtem. Quod nos ſolemus abſolute & neu-
traliter dicere,ſcilicet,hoc quæſiui,illud volui
inuenire.Hebræi fœmineo genere aut maſcu
lino pronunciant,ſicut in Pſalmo. Vnam pe
tij à domino & hanc requiram, pro eo quod
eſt vnum,& in Eccleſiaſte.Hoc inueni inquit
Eccleſiaſtes,vnam ad vnam,ideſt, hoc reperi
cuncta diligenter euentilans quod paulatim
peccando,& ad vnum delictum aliud appo-
nendo,grandem ſummam nobis inueniamus
peccatorum.Hæc ille.Nunc ſimiliter nomen
Paruulus in Michæa per genus neutrum trãſ
ferendum,ad hunc modum,& tibi, vel & tu,
Bethlehem Ephratha, parum eſſet eſſe inter
millia Iuda,ex te mihi exiet,vt ſit dominator
in Iſrael,ad hunc ſenſum . O Bethlehem quæ
adeò frugifera es,vt ab agrorum vbertate no
men Ephratha traxiſſe videaris, tantum tibi
gloriȩ accreſcit,propter Chriſtum alumnum
tuum,vt poſthac non cum vicis, & vrbibus
ignobilibus Iudæ conferenda ſis, ſed eximijs
anteferenda.Hũc ſenſum ſatis dilucide.70.&
euangeliſta explicarunt.Nam quod dixit euã
geliſta. Nequaquam minima es in principi-
bus Iuda,id dixit propheta,parum eſſet,ſcili-
cet,eſſe vel annumerari inter principes Iuda,
idem namq; eſt dicere.Nequaquam inter ſcri
ptores minimus eſt, & præclarus eſt auctor.
Additur Iudæ,ad diſtinctionem alterius Be-
thlehem Galilææ,in Zabulon,vt in Ioſue.19
dicitur.

Cur euangeliſta & apoſtoli crebro vtãtur teſtimonijs ver. inſtrumẽti.

Porro antequam vlterius progrediamur
oportet explicare quas ob cauſas prophe-
tæ & Apoſtoli tam crebris vtantur teſtimo-
nijs veteris inſtrumenti. Primam cauſam af-
fert Origen. libr.3. commenta. epiſtolæ ad
Roma.In omnibus,inquit, pene locis apoſto
li & Euangeliſtarum,certum eſt,ſenſum illo-
rum,ex legis & prophetarum manare the-
ſauris. Hæc ille. Vnde vera intelligentia no-
ui inſtrumenti, ex veteris pendet intelligen-
tia, & vice verſa. Quapropter qui alterius
caret intelligentia, vtrumque ignoret neceſ-
ſe eſt. Nec ſolum intelligentia ſcripturarum,
ſed etiam multæ eccleſiaſticæ traditiones ex
illis originem ducunt. Atq; ideo quod Hie-
ronym.in epiſtola ad Euagrium ait de veteri
inſtrumento,nos etiam de nouo ſcriptum eſ-
ſe intelligamus.Traditiones,inquit,apoſtoli-
cæ ſunt ſumptæ ex veteri teſtamento. Exem
pla affert Maximus hu.vlt.æſtiuali. Itẽ Iſaiæ
65.Hieron. ait Apoſtoli & euangeliſtæ ſem-
per aduentum domini veteris teſtamenti cu-
piunt teſtimonijs roborare. Ideo dicunt. Vt
adimpleretur quod dictum eſt à domino per
prophetam.

Secundam affert cauſam idem Orige. lib.
3.comment.epiſtolæ ad Roma.Moris eſt,in-
quit, apoſtolorum præcipue Pauli de ſcrip-
turis ſanctis velle firmare quod dixerint, vt
doctoribus eccleſiæ præbeant exemplum,
vt ea quæ loquuntur ad populum, non pro-
prijs præſompta ſententijs,ſed diuinis muni-
ta teſtimonijs proferant, vt vbique videre
licet in nouo inſtrumento. Si tanti viri au-
ctoritatem dictorum ſuorum ſufficere non
poſſe crediderunt,niſi doceant in lege & pro
phetis ſcripta eſſe quæ dicunt, quanto magis
hoc nos obſeruare debemus, vt non noſtras
cum docemus, ſed ſancti ſpiritus ſententias
proferamus?

Tertiam tradit cauſam idem Orige. homi.
31. in Lucam. Quomodo, inquit, diabolus
per occaſionem temporum de ſcripturis lo-
quitur, ſic è contrario apoſtoli, pro vtilitate
eorum qui audiunt non ſolum de ſcripturis,
ſed etiam de ſecularibus libris aſſumunt te-
ſtimonium. Vnde apoſtolus citat ad Titum
carmen Epimenidis ſiue Callimachi.Creten-
ſes ſemper mendaces, & rurſum carmen
Arati.Ipſius enim genus ſumus. Necnon &
de comico. Corrumpunt bonos mores col-
loquia praua. Verum diabolus loquitur vt
me decipiat.Sancti vt ea quæ foris ſunt ſancti
ficent. Hæc ille. Quorum conſuetudinem ſi
volumus imitari & ſequi,non tam de nume-
ro,quam de pondere teſtimonium debemus
laborare,ne iuxta prouer.dicam⁹,quid opor-
tet,ſed in alieno loco. Hoc eſt quod ait Hie-
ron.contra Luciferianos.In citationibus ſcri-
pturæ non teſtimoniorum numerus, ſed au-
ctoritas valet,& in comment.Danielis.c.11.
ait non ex omnibus ſcripturarum locis Chri
ſti probandus aduentus, nec Antichriſti fi-
ctiones, & Auguſt. contra epiſt. Petiliani
Donatiſtæ de vnitate eccleſiæ.cap.19.Aper-
tis,in-

tis, inquit, ſacrarum literarum teſtimonijs probandum eſt quod credi volumus, & aduerſus eccleſiæ hoſtes illis vtendum. Audiui ego cōcionatorem quendam probantem triadis myſterium ex Zacharia dicente ter. Ooo fugite de terra Aquilonis, cum apud Hebræos bis tantum dicatur, Væ Væ. alius teſtimonio Ieremiæ vſus eſt. A A A. domine Deus neſcio loqui. Cum Hebraice ſignificet. Heu domine Deus neſcio loqui. Alij probant hominem ad imaginem Dei eſſe factum, ex Pſal. 38. in imagine tranſit homo, cum ſenſus germanus ſit, veluti vmbra vel mētis ſimulacrū vita hominis euaneſcit. Prętere a quis ferat cōcionatorem de Chriſti incarnatione differentem, hoc inniti teſtimonio Pſal. Audite hæc omnes gentes ſimul in vnum diues & pauper ideſt. Rem miram vobis retexturus ſum. Diues, ideſt, Deus cum paupere, ſcilicet, homine ſimul in vna hypoſtaſi ſunt copulati & coniūcti. Alius cū multorum etiam doctorum admiratione ſic expoſuit hunc locum, omnes declinauerunt, Deus, inquit, verbum eſt, iuxta illud. In principio erat verbum, ſi verbum eſt, debet coniugari per modos & tempora, nos tamen declinamus eum per caſus, acſi eſſet nomē. Aliqui per genitiuum qui ad opes alienas animum appulerunt, alij per cæteros caſus. At ſi hos illorum arcanos ſenſus reprehēdimus, & eorum craſſam inſcitiam incuſamus nequeunt æquo animo ferre, ſed nos grammaticos appellant, quum nil ſublime de arcanis ſenſibus percipiamus.

S. Thom. 1. par. q. 93. art. 4.

Quādo vtūtur apoſtoli aliquo teſtimonio veterū librorū hoc tēperamento vti ſolent, vt aut clare & diſtincte teſtis nomen afferāt, aut nomen nonnunquam ſupprimant & contegāt. Sed cur hoc faciant docet Theophy. ad Hebræos. 2. c. Nonnunquam, inquit, in citatione non explicatur nomen auctoris ſacri, vt qui diſputetur cum ſcripturarum gnaris, vt ad Hebræos. 2. teſtatus eſt in quodam loco quis dicens. Quid eſt homo quod memor es eius, & deſumpſit ex Chryſo. ho. 4. ibidē. Hoc conſilio arbitror dixiſſe dominum in euangelio, ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, magiſter dicit, tēpus meum prope eſt apud te facio, ideſt, faciam paſcha. & Dan. 8. Dixit Angelus cuidam loquenti. Poteris ex hoc elicere, Matthæū, & Paulum, ad Hebræos præcipuè, vſos fuiſſe hoc citationis genere, quia cū Hebræis loquebantur, in lege & prophetis exercitatiſsimis & doctiſsimis.

Prætereamos ſcripturarum eſt, ſub vnius nomine duo vel plura teſtimonia velle contexere. Hoc ſignificans Hieron. Malachiæ. 1. ait. Duo pariter teſtimonia apoſtolus ad Roma 9. de Geneſi & Malachia coniungit. Sed & Rebecca ex vno (concubitum habēs) Iſaac patris noſtri. Nam cum nondum nati eſſent, aut aliquid egiſſent boni aut mali, vt ſecundum electionem propoſitū Dei maneret, nō ex operibus, ſed ex vocante dictū eſt ei, quia maior ſeruiet minori ſicut ſcriptum eſt. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quod dicit apoſtolus, ſicut ſcriptum eſt, ad Geneſeos librum & prophetam Malachiam refertur. Et in commenta. Matthæ. capi. 3. exponens hunc locum. Hic eſt, qui dictus eſt per Iſaiam prophetam dicentem. Vox clamantis, &c. ait. Porphyrius iſtum locum Matthæi, Marci euangeliſtæ principio comparat in quo ſcriptum eſt. Initium euangelij Ieſu Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuā. Vox clamantis in deſerto, parate viam domini, &c. Cum teſtimonium de Malachia Iſaiaque contextum ſit, quærit Porphyrius quomodo vult euangeliſta ab vno Iſaia exēplum putemus aſſumptum. Nos nomen Iſaiæ putamus additum ſcriptorum vitio, quod in alijs locis probare poſſumus, aut certe diuerſis teſtimonijs ſcripturarum vnum corpus effectum eſt. Lege Pſalmum. 13. & hoc idem reperies. Hæc ille, & in actibus apoſtolorum. cap. 1. dicitur. Sicut ſcriptum eſt in libro pſalmorum, fiat commoratio eius deſerta & non ſit qui habitet in ea, & epiſcopatum eius accipiat alter. Primum teſtimonium eſt, ex Pſalm. 68. Secundum ex Pſalm. 108. De hac re hæc tradit Hieronym. in prooemio libr. 16. commenta. in Iſaiam. Aliquando, inquit, ex diuerſis teſtimonijs ſcripturarum vnum corpus efficitur, vt in principio euangelij Marci. Initium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Vox clamantis in deſerto parate viam domini rectas facite ſemitas eius. Eſt cōtextum teſtimonium ex Iſaia Malachiaq;. Et Paulus ad Roma. ſcribens, cum citaſſet Pſalmi. 13. locum. Inquiens. Cauſati ſumus omnes Iudæos & Græcos eſſe ſub peccato, ſicut ſcriptum eſt. Non eſt iuſtus quiſquam,

Gene. 25. Malach. 1.

Mala. 3. Iſaie. 40. Rom. 3.

non eſt

Digitized by Google

non eſt intelligens,non eſt requirens Deum.
omnes declinauerunt, ſimul & inutiles facti
ſunt,non eſt qui faciat bonum non eſt vſque
Pſalm. 5. ad vnum. Et addit. 8. verſus qui in Hebraico
Pſal. 139. non habentur.Sepulchrum patens eſt guttur
Pſalm. 9. eorum,linguis ſuis doloſe agebant. Venenū
Iſaiæ.59.et aſpidum ſub labijs eorum.Quorum os male-
Prouerbi. 1 dictione ac amaritudine plenum eſt. Veloces
Pſalm. 35. pedes eorum ad effundendum ſanguinem,
contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viā
pacis non cognouerunt. Non eſt timor Dei
ante oculos eorum. Sed duo primi verſus. 5.
Pſalmi ſunt.Illud autem quod ſequitur. Ve-
nenum aſpidum ſub labijs eorum. 139. Pſal-
mi eſt.Rurſumque quod dicitur.Quorum os
maledictione & amaritudine plenum eſt de
Pſalm.9. ſumptum eſt. Tres verſiculi qui ſe-
quuntur in Iſaia propheta reperi. Vltimus au
tē verſus in. 35.Pſalmi principio eſt. Deniq;
ait Paul.ad Rom. 11.Cæteri excęcati ſunt ſi-
cut ſcriptum eſt. dedit illis ſpiritum compun
ctionis,oculos vt non videant. Prior pars ex
cap. 6. poſterior ex. 29. Iſaiæ deſumpta eſt.

Annotatio.

HOc teſtimonio Pauli vtuntur, apud nos nonnulli, in publicis prælectionibus, vt ſtudioſorum animos alliciant ad credendum libros Hebræorum eſſe corruptos & mutilos & à Paulo emendatos, qui ea addidit quæ à Iudæis ex Pſal. 13. deleta & ſubtracta ſunt. Cum conſtet ex loco Hiero. iam à nobis citato teſtimonium illud è multis eſſe coagmentatum & coaceruatum fragmentis. Atque ita dicit Orige. lib. 3. epiſt. ad Roma. nec ab illo diſsident Theophy. & Oecume. eodem in loco. Porro Chryſoſto. & Euthym. in enarratione illius Pſalm. 13. omnino de illis. 8. verſibus ſubticent, quia in. 70. libris deſiderantur.

Deinde eſt non modica concertatio inter
Græcos & Latinos, vtra ſit probatior & re-
Locus Mar ctior lectio,(apud Marcum. c. 1.) Latinorum
ci expoſitus ne,qui legunt,ſicut ſcriptum eſt in Iſaia pro-
pheta,an Græcorum qui magis hanc probāt, ſcriptum eſt in prophetis. Nam ſi Gręcorum ſequamur codices, omnia ſunt plana & aperta. Si verò Latinis adhæreamus, videtur euāgeliſta alieno auctori tribuiſſe teſtimonium, nempe quod eſt Malachiæ Iſaiæ. Verū ego non dubito quin veriſsima lectio ſit quam Latini ſequuntur. Quam etiam Orige. probat lib. 2. contra Celſum Circa principium. & Victorinus in Apocalypſi. & Chryſ. in Mar. &
Hiero. in loco modo citato. & in comment. *Varia lectio apud Marcum.*
Malachiæ verſus finem. & in lib. de opti. genere interpretandi. Et Epiphanius. lib. 2. contra negantes euangelium Iohannis. & iterum Orige. in comment. epiſto ad Rom. capit. 1. Imo ex hoc loco Porphyrius vult arguere, ignorantiæ, euāgeliſtam, quod teſtimonium Malachiæ tribuerit Iſaiæ, vt ex loco quem modo citauimus ex Hiero. ſuper Matth. patuit. Igitur ſi hæc eſt probata lectio, oportet eam difficultatem quam præſe fert, emollire. & quidem omnia quæ hucuſque à nobis ex Hiero. allata ſunt, non videntur penitus nodum diſſoluere. Pro illius tamen diſſolutio-
ne notandum eſt, quod in re quæ inſignior *De hoc lib. 4. Reg. 5.*
eſt, ſolet ſcriptura intelligere rem minus nobilem & inſignem. vt Gene. 8. Recordatus eſt Dominus Noë & cunctorum animantium. In Noë intelligit filios eius cum vxoribus. &. 34. legimus Symeonem & Leuim Sychimitas interfeciſſe, cum multam aliā familiarium & fratrum ſecum turbam adduxerint. & Ezechiel. 6. Hæc dicit Dominus montibus & collibus rupibus, & vallibus. & ſubdit. Diſperdā excelſa veſtra. ommitens colles. & Ruth. 4. dicitur quod. 12. tribus à Rachel & Lia deſcenderint. & omittuntur ancillæ à quibus etiam originem duxē. Atque ita cum inter prophetas tam maiores quam minores, facile princeps ſit Iſaias, qui non tam propheta quàm euangeliſta, dicendus eſt, merito Malachiæ nomine omiſſo, Iſaiæ nomen prælatum eſt.

Aduerte in citationibus, fere ſemper euangeliſtas & apoſtolos ſenſum tantummodo prophetarum decerpſiſſe, nil curantes de ſyllabis & verbis. Hoc eſt quod ait Hiero. Iſaiæ. 7. In multis teſtimonijs quæ euangeliſtæ vel apoſtoli de libris veteribus aſſumpſerunt, curioſius attendendum eſt, non eos verborum ordinem ſecutos eſſe, ſed ſenſum, Vnde afferens Matth. illud Iſaiæ. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabis nomen eius Himanuel. pro concipiet. Matth. poſuit, in vtero habebit, & pro vocabis, vocabunt. Et Euthy. Matth. 3. vniuerſaliter, inquit, ſcire oportet, euangeliſtas interdum quidem integre dictorum mentionem facere, aliquando verborū quidem ſenſum integrum ſeruare, quaſdam vero dictiones mutare, quando id in nullo ſermonem poteſt corrumpere, vt apud Matth. cum citatur illud Iſaiæ. Terra Zabulon &

terra

Digitized by Google

Matth.2. Iſaia.9. terra Nephtalim iuxta viam maris trans Ior
danem Galilæa gentium populus qui dege-
bat in tenebris vidit lucem magnam. &c. Et
cum idem documentum ſtatuiſſet Hierony.
Amos 5. addit hoc exemplum. Stephanus
primus martyr euāgelij dignus nomine ſuo,
in apoſtolorum narrat hiſtoria. Suſcepiſtis
tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri
Rempham (id eſt, ſtellam quam pro Deo co
litis) figuras quas feciſtis adorare eas, & trāſ-
feram vos trans Babylonem (id eſt, portabi-
tis deos veſtros & ſimulacra quando detru-
ſero vos in Babylonem.) Propheta tamen di
cit trans Damaſcum. Magis ergo intelligen-
tiam quam verbū poſuit Diuus Lucas, quia
trans Damaſcum ducti ſunt in Babylonem
ſiue trans Babylonem. Item ad Ephe. capi. 5.
ait, Frequenter annotauimus Apoſtolos &
euangeliſtas, non eiſdem verbis vſos eſſe, te-
ſtamenti veteris exemplis, quibus proprijs
voluminibus continentur. Vnde Paulus ad
Epheſi. ait, Propter hoc relinquet homo pa-
trem & matrem, & erunt duo in carne vna.
Siquidem teſtimoniū iſtud ita in Gene. ſcri-
ptum eſt. Propter hoc relinquet homo pa-
trem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit
vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Apo-
ſtolus pro eo quod ibi habetur, ἕνεκεν τούτου
propter hoc, poſuit ἀντιτούτου, quod Latinè
alijs verbis dici non poteſt. Deinde pro pa-
tre ſuo, & matre ſua, pronomina abſtulit, &
quod in medio dicitur, & adhærebit vxori
ſuæ, penitus prætermiſit, & tantum quod ſe
quebatur hoc dictum, ſuperioribus copula-
uit, & poſuit, & erunt duo in carne vna. Hoc
idcirco obſeruamus, vt etiam in cæteris locis
ſicubi teſtimonia, quaſi de prophetis & vete
ri teſtamento ab Apoſtolis vſurpata ſunt, &
in noſtris codicibus non habentur, nequa-
quam ſtatim ad apocryphorum ineptias &
delyramenta curramus, ſed ſciamus ſcripta
quidem eſſe in veteri teſtamento, ſed non ita
ab apoſtolis edita, & ſenſum magis vſurpa-
tum, nec facilè niſi à ſtudioſis poſſe vbi ſcri-
pta ſunt inueniri. Præterea in lib. de opti. ge-
nere interpretandi, ait, Apoſtoli & euange-
liſtæ in interpretatione veterum ſcriptura-
rum ſenſum quæſierunt non verba, nec ma-
gnopere de ordine ſermonibuſque curarūt,
dum intellectui res pateret. Legimus in Mar
co. Tabithacumi, & ſtatim ſubiunctum eſt
Locus Mat. cap 27. quod interpretatur. Puella tibi dico ſurge.
addit euangeliſta de ſuo. tibi & dico. Rur-
ſum in Matth. redditis à proditore Iuda tri- *Matth. 27*
ginta argenteis, & empto ex eis agro figu-
li, ſcribitur. Tunc impletum eſt, quod ſcri-
ptum eſt per Ieremiam dicentem, & accepe
runt triginta argenteos pretium appretiati,
ſcilicet, à ſacerdotibus, quod appretiauerūt
à filijs Iſrael, id eſt appretiatum emerunt ab *Locus Za-*
vno ex filijs Iſrael, nempe Iuda, & dederunt *charie tri-*
eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi do *butus Iere-*
minus. Hoc in Ieremia penitus non inue- *mia.*
nitur, ſed in Zacharia, capit. 11. multo a-
lijs verbis. Vulgata quippè editio ita ha-
bet. Et dicam ad eos ſi bonum eſt coram
vobis, date mercedem mihi aut renuite, &
appenderunt mercedem meam triginta ar-
genteos. Dixitque dominus ad me, pone il-
los in conflatorium, & conſidera ſi proba-
tum ſit, ſicut probatus ſum ab eis, & tuli tri-
ginta argenteos, & miſi illos in domo domi-
ni in conflatorium. Quantum diſtet ab euā-
geliſtæ teſtimonio. 70. tranſlatio perſpicuū
eſt. Sed in Hebræo cum ſenſus idem ſit, ver-
ba præpoſtera ſunt & pene diuerſa. Et dixi,
inquit, ad eos, ſi bonum eſt in oculis veſtris,
afferte mercedem meam, et ſi non quieſcite,
& appenderunt mercedem meam triginta
argenteos, & dixit Dominus ad me, proijce
illud ad ſtatuarium, id eſt, ad pedes theſau-
rarij, hoc eſt ſacerdotum. Decorum pre-
tium (ironicè) quod appretiatus ſum ab eis,
& tuli triginta argenteos, & proieci eos in
domo domini ad ſtatuarium. De hoc exem
plo Zachariæ, iterum Hierony. Matth. 27.
hęc ſcribit. Non inuenitur hoc teſtimonium
in Ieremia, in Zacharia verò, quædam ſimi-
litudo fertur, & quanquam ſenſus non mul-
tum diſcrepet, tamen ordo & verba diuerſa
ſunt. Legi nuper in quodam Hebraico vo-
lumine, quod Nazarenæ ſectæ mihi He-
bræus obtulit, Ieremiæ apocryphum, in quo
ad verbum hæc ſcripta reperi. Sed tamen mi
hi videtur magis de Zacharia ſumptum te-
ſtimonium, euangeliſtarum & apoſtolorum
more vulgato, qui verborum ordine præ-
termiſſo ſenſus tantum de veteri teſtamen-
to proferunt in exemplum. Ita dicit Pſalm.
77. Et Euſebius libr. 10. demonſtra. euange.
capit. 4 Euthymio ſuper Matth. non diſpli-
cet ex apocryphis Ieremiæ eſſe deſumptum
hoc teſtimonium. Sed ego nunquā credam
quòd euangeliſtæ voluerint confirmare do
gmata noſtræ fidei ex deliramentis apocry
phorum. Forte librarius cum legiſſet apud

Digitized by Google

Ieremiam cap.32. de illa emptione agri, mu
tauit nomen Zachariæ,& inſeruit nomen Ie
remiæ. Vnde Orige.tracta.35.ait.non inue-
nitur in Ierem. ſuſpicor errorem eſſe ſcriptu
ræ, aut inueniri in ſecreta ſcriptura Ieremiæ.
Augu.lib.3. de conſenſu euangeliſtarum ca
pit.7.ait,ſi quis mouetur quòd hoc teſtimo-
nium non inuenitur in Ierem. & ideo putat
fidei euangeliſtæ aliquid derogandum. Pri-
mo nouerit nõ omnes codices habere, quòd
per Iere.dictum ſit, ſed tantum per prophe-
tam.& intellige Zachariam. Sed plures codi
ces habent Ieremiæ nomen, licet in eo non
inueniatur. Quia actum eſt hoc ſecretiore cõ
ſilio prouidentiæ Dei, qua mentes Euangeli
ſtarum ſunt gubernatæ. Potuit enim fieri, vt
animo Matth.euangelium conſcribẽtis, pro
Zacharia Iere.occurrit. Quod tamen emen-
daret ab alijs admonitus, niſi recogitaret a-
pud ſe qui ſpiritu ſancto regebatur non fru-
ſtra occurriſſe aliud nomẽ pro alio. Quæ pri
mo loco ait Augu.mihi videntur eſſe veriſsi
ma, quę verò ſecundo, omnino non placent.

Quod euangeliſtæ vtantur nonnũquam
teſtimonijs quæ non omnino inſtituto præ
ſentis negotij quadrare videntur, ego mini-
mè auſim affirmare. ſed Hierony. ni fallor vi
detur velle aſtruere hanc ſententiam. Atta-
men afferamus in medium illius verba, ſi mo
do aliquam vtilitatem ex illis poſſumus de-
cerpere. Is enim in comment. Ioelis ca 2. ait.
Aliqui aſſerunt apoſtolicæ eſſe conſuetudi-
nis, iuxta illud quòd de ſancto viro ſcriptum
Pſal. 111. eſt. Diſpenſauit ſermones ſuos in iudicio. Vt
quicquid audientibus vtile eſſe cerneret, &
non repugnaret pręſentibus, de alterius tem
poris teſtimonijs roborarẽt. Non quod abu
terentur audientium ſimplicitate, & imperi-
tia, vt impius calumniatur Porphyrius, ſed
2.Timo. 4. iuxta Apoſtolum Paulum, prædicarent im-
portune & opportune. Vt quod Petrus ait.
Non vt vos exiſtimatis ebrij ſunt hi, cum ſit
hora diei tertia, ſed hoc eſt quod dictum eſt
per prophetã Ioel. Effundam de ſpiritu meo
ſuper omnem carnem. Probat ibi Hierony.
hæc non poſſe cohærere cum ſuperioribus.
Sed ego puto ſtare poſſe cum ſuperioribus.
Si hoc quod dicitur poſt hæc effundã de ſpi
ritu meo. referatur ad id quod dixit. Lætami
ni in Deo veſtro qui dedit vobis doctorem
iuſtitiæ. & in Apolo. pro lib. contra Iouinia.
loquens de Paulo ait. Calumniemur ergo il-
lum, & dicamus ei. Teſtimonia quibus con-
tra Iudæos & cæteras hæreſes vſus eſt aliter
in ſuis locis, aliter in tuis epiſtolis ſonant. Vi *Pſal. 21.*
demus exempla captiua, ſeruierunt tibi ad
victoriam, quæ ſuis in voluminibus non di-
micant. Porro quamuis Hierony. documen-
tum videatur ex aliorum ſententia adductũ,
tamen nec hic, nec alibi improbauit. Nam
ſæpè inculcat dominus aut Apoſtoli abuſi
ſunt hoc teſtimonio. V.g. Iſaiæ 56. cum ex-
ponit hunc locum. Domus mea domus ora
tionis vocabitur. Item Paulus prædicans in *Act. 17.*
Areopago ait. Viri Athenienſes per omnia
quaſi ſuperſtitioſiores vos video, præteriens
enim & videns ſimulacra veſtra inueni aram *Ara ignoti*
in qua inſcriptum erat. Ignoto deo. Cum ta- *dei.*
men iuxta Pauſaniã in Atticis & Hierony.
de opti. genere interpreta. inſcriptio hæc eſ-
ſet. Ara ignotorum deorum Aſiæ, Africæ &
Europæ. Hanc aram inſtituerunt erigere A-
thenienſes, ne aliquis Deus gentium, à me-
moria illorum ſemotus, queri iure poſſet de
populo illo, illius nomen ab eis fuiſſe negle-
ctum. Ecce quomodo, vt videri poteſt alicui,
Paulus importune fortuitam inſcriptionem
traxit in fidei noſtræ argumentum. Sed re-
uera inſcriptum erat. Ignoto Deo: vt con-
ſtat ex epiſtola Martialis ad Burdegalenſes
capit.3. & ex Luciano in dialogo qui inſcri-
bitur Philopates.

In viris doctiſsimis lapſum memoriæ eſſe *Lapſus me-*
admittendum, multa exempla documento *moria an*
nobis eſſe poſſunt. Ariſtote. 2. Ethicorum, *admitten-*
ait. Qui medium aſſequi vult, primo recedat *dus in ſcri-*
à magis contrario, vt Calypſo monebat. Sic *pturis.*
procul à fumo, atque vndis cohibere cari-
nam: ſis memor. Verum vt Euſtra. auctor
eſt, hoc non dicit Calypſo, ſed Circes. & 5.
Ethicorum capit. 1. citat prouerbium hoc.
Iuſtitia in ſe virtutes complectitur omnes.
in quo loco ait Euſtratius. Et hic verſus Theo
gnidis, vt Theophraſtus refert in primo de
moribus. in primo tamen moralium libro
eundem Phocylidi videtur attribuere. lege
Politianum in miſcella. capit. 53. Hierony.
etiam in libr. de opti. genere interpretandi
ait. In fine Malachiæ ſcriptum eſt. Ecce ego
mitto angelum meum, cum ſit in medio Ma
lachiæ, nempe circa principium cap. tertij. &
Ezechielis 3. citat Habacuc iuxta Theodo-
tionem, cum illa verba ſint ex Daniele de-
ſumpta. Item Clemen 4. Stro. cum tractat lo
cum qui eſt apud Lucam capit. 19. Ecce vir
nomine Zachæus, & hic princeps erat pu-
blica-

Digitized by Google

blicanorum & ipſe diues. ait, Zachæum ergo, alij autem dicunt Matthiam publieanorum principem. Niſi mauis dicere duplicem eſſe lectionem, quod nunquàm alias legi. Et Auguſti. in lib. de catechizandis rudibus ca. 3. exponit hiſtoriam natiuitatis Iacob & Eſau, ex Geneſ. capi. 25. myſtice, cum minimè de illa intelligi poſsit, ſed de natiuitate Phares & Zaram. Gene. 38. & Cantacu. Apolo. 2. Verba Pilati. Iohan. 18. Quid eſt veritas, Chriſto tribuit, vt ſit deploratio veritatis excluſæ è mundo. Denique Epipha. lib. 3. contra hæreſes in hæreſi Maſſalianorum, verba domini ad Magdalenam Iohan. 20. Noli me tangere, tribuit matri domini. Quæro igitur an eodem modo error memorię admitti poſſit in Apoſtolis & euãgeliſtis. Et primo quidem nõ valde repugnarem admittere quod Hierony. ait ad Galat. 3. capit. in omnibus, inquit, penè teſtimonijs quæ de veteribus libris in nouo aſſumpta ſunt teſtamento obſeruare debemus, quod memoriæ crediderint Euangeliſtę vel Apoſtoli, & tantum ſenſu explicato ſæpè ordinem mutauerint, non nunquam vel detraxerint verba vel addiderint. Quod verò ſecundo dicam loco, nunquam ego credam. nam ſi ſemel mendacium admiſſum fuerit in ſcripturis, illarum corruet ſacroſancta auctoritas. fides ergo ſit penes auctores. Euthy. enim Matth. 20. in poſtremis verbis ait. Non admirandum eſt ſi quædam vnus euangeliſta proponit, aliusve rò prætermittit. Neque enim ſimul vt Chriſtus loquitur euangelia ſcripſerunt, vt omnium illius verborũ poſſent meminiſſe, ſed multis poſt annis, & ita veriſimile eſt quum homines eſſent quorundam oblitos eſſe. & Theophy. in prologo Matth. Et ſi mihi dicas quod euangeliſtæ non conſonent in omnibus. Concordes ſunt in his quæ ſunt magis neceſſaria & præcipua. & Euthy. eodem in loco. Denique Iohan. 14. cum loquitur de ſuſcitatione Lazari ait. multa tum dogmata, tum miracula omiſerunt euangeliſtæ, ſiue omnino obliti, ſiue potius diuiniori diſpenſatione, vt haberet Iohannes poſt ipſos quæ ſcriberet. Hæc illi. atque hos etiam Eraſmus Matth. 2. libenter ſequitur. Argumenta quæ in huiuſce opinionis confirmationem afferri poterant, in varijs huius libri locis, nos adduximus & ſoluimus. Verum exempli gratia inſigniora loca non grauabor afferre.

Leges San. Tho. 2. 2. q. 110. art. 3. ad. 1.

Locus Marci cap. 2. illuſtratus.

Primus locus ſit ex Marco capit. 2. Nunquam, inquit, legiſtis quod fecit Dauid, quãdo eſurijt ipſe, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domũ Dei, ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis mãducauit, quod non licebat niſi ſacerdotibus. At ſacerdos hic iuxta hiſtoriæ veritatem, vt dicitur. 1. Reg. 21. Achimelech vocatur. Ad hoc reſpondet Theophy. Marci. 2. quod fortaſsis duo nomina habuit, idemque ſit Abiathar & Achimelech. aut fortaſsis liber Regum ſacerdotem inquit eſſe Achimelech, euangeliſta pontificem Abiathar. Vnde inter ſe nõ ſunt diuerſa, ſacerdotem eſſe Achimelech, pontificem autem Abiathar. Hactenus Theophy. Euthy. Marci. 6. ait, Nomen proprium erat Achimelech, cognomen verò Abiathar, habuit à progenitoribus deductum. manifeſtum eſt ergo quod binomius fuerit. quod vero addit hoc in loco & Pſal. 33. quod nil refert an vocetur Achimelech vel Abimelech, falſum eſt. nam Pſalmo. 33. Abimelech. & Pſalm. 51. & 1. Reg. 21. Achimelech. dicitur, Poſtremo ſic ſoluit Beda lib. 1. in Marcum capit. 2. & Gloſſa ordin. Ambro. inquit, aderant Achimelech pater, & Abiathar filius, qui occiſo patre à Saul, comes exilij Dauid factus eſt, & poſtea regnãte Dauid, filius factus eſt ſummus ſacerdos. Ideo quia maioris dignitatis & nominis filius erat quam pater, à domino nomen filij nominatum eſt relicto patre.

Locus Lucæ eximiè expoſitus.

Secundus locus deſumptus eſt ex Geneſ. 46. & Exod. 1. & Deutero. 10. vbi numerantur ſeptuaginta animæ egreſſæ de fœmore Iacob, quæ ingreſſę ſunt in Ægyptum. Cum tamen Actuum. 7. ab Stephano. 75. ſupputentur. & Clemens Alexandrinus Stromate 1. ait. Euphorus & alij hiſtorici, & gentes & linguas dicunt ſeptuagintaquinque, cum audiſſent vocem Moſis dicentis. Erant omnes animæ ex Iacob 75. quæ deſcenderunt in Ægyptum. Videntur autem ex vera ratione linguæ generales eſſe ſeptuagintaduæ, vt noſtræ tradunt ſcripturæ. Fiunt aliæ per communionem duarum vel trium vel pluriũ dialectorum. Hiero. in quæſt. in Gene. ſic diſſonantiam redigit in concordiam. Excepto, inquit, Ioſeph & filijs eius, ingreſſæ ſunt in Ægyptum 66. animæ. Sed vbi in 70. interpretibus legimus. Filij Ioſeph qui nati ſunt ei in Ægypto animę nouem. In Hebræo ſunt, animæ duæ. Ephraim enim & Manaſſes antequam Iacob intraret in Ægyptum nati ſunt

Digitized by Google

de Aſenech filia Putiphariſ. Et illud quod ſupra legimus. Facti ſunt filij Manaſſe, Suthalaam, Etham. filij verò Suthalaam Edom, additũ eſt. Siquidem id quod poſtea legimus, quaſi per anticipationem factum eſſe deſcribitur. Nam cum ingreſſus eſt Iacob in Ægyptum, nõ poterant Ephraim & Manaſſes generare. Igitur omnes animæ in Ægypto ingreſſæ de fœmore Iacob ſunt.70. Sexaginta ſex poſtea ingreſſę ſunt, & repererunt in Ægypto tres animas, ſcilicet Ioſeph cum duobus filijs Ephraim & Manaſſe, ſeptuageſimꝰ fuit ipſe Iacob. At dicet Stephanus enumerat 75. Non debuit, inquit ille, Lucas in gentes volumen ſcribens, cõtrarium aliquid ſcribere, aduerſus eam ſcripturam quæ in gentibus erat diuulgata. & vtiq; illo tempore maior erat 70. auctoritas quàm Lucæ qui tunc vilis habebatur. Hoc generaliter obſeruandum, quod vbicunque apoſtoli ad populum loquuntur, his plerunq; teſtimonijs abutuntur quæ erant gentibus diuulgata. Licet plerique tradant Lucam, vt proſelytũ Hebræas literas ignoraſſe. Sic ille. Verum de his latior ſtatim futurus eſt ſermo. Hanc eandem dat nodi diſſolutionem Albinus in quæſt. in Gene. Secundo D. Euche. in quęſt. Deutero. hæc tradit. Eo tempore quo Iacob ingreſſus eſt in Ægyptum, cum Ioſeph & filijs eius Ephraim & Manaſſes 70. animas fuiſſe. In Actibus tamen 75. animæ numeratur. Per anticipationem filios nepoteſq;ue Ephraim & Manaſſes numerauit, quos poſtea natos ſcriptura oſtendit. Deinde in lib. 3. in Gene. ca. 46. ait. Septuaginta interpretes non mihi videntur erraſſe eum dicunt 75. animas intraſſe, ob myſterium aliquod. Si adhuc viuente Iacob, illi qui ex duobus filijs Ephraim & Manaſſe orti ſunt, cum domo Iacob ſe aggregauere. Verum hoc videtur eſſe falſum, quia Ephraim & Manaſſes nondum poterant gignere, cum adhuc pueri eſſent. Nam inuenitur Iacob 17. annos vixiſſe in Ægypto, quomodo potuerunt filij Ioſeph illo viuo nepotes habere? Ingreſſus eſt enim in Ægyptum Iacob ſecundo famis anno, & nati ſunt filij Ioſeph in annis abundantiæ. Quibuſlibet annis vbertatis nati exiſtimentur, à primo anno vbertatis vſque ad ſecundum famis quo ingreſſus eſt in Ægyptum. 9. annis ſiunt. His additis 17. quibus ibi vixit Iacob 26. anni reperiuntur. Quomodo ergo minus quàm 26. annorum iuuenes, nepotes habere potuerunt? Chryſo. ſuper Gene. nihil de hac re prodidit, cum 70. prorſus cum Luca conſentiant. Denique Augu. lib. 1. quæſt. in Gene. queſt. 152. non diſſentir ab Euche. qui, vt ſolet alias, omnia ex Auguſt. tranſcripſit.

Vltimus locus magna eſt inuolutus obſcuritate, ideo vt exactè intelligatur, nonnulla altius repetenda, & veluti quædam fundamenta præiacienda ſunt. Et primum ex Hiero. in q. in Geneſ. annotandum. Mortuã eſſe Saram in ciuitate Arbe (hæc eſt Hebron) id eſt, ciuitas quatuor. Nam ibi Abraham, Iſaac & Iacob ſepulti ſunt, cum vxoribus ſuis, excepta Rechel, quę dolore partus correpta in Bethlehem ſepulta eſt, de qua dicitur apud Iere. Vox in Rama audita eſt, &c. & Adam, vt dicitur Ioſue. 14. At in epitaphio Paulæ ait. Plerique quartum Caleb putant. Hebręi arbitrantur Arbe eſſe nomen cuiuſdam gigatis è filijs Enachim. Porrò de Adam ſepultura magna quæſtio eſt. Orige. quidẽ tract. 35. in Matth. ait, Venit ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi ſepultum eſt, vbi crucifixus eſt Chriſtus, vt ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificentur. Vt in loco illo qui dicitur Caluariæ locus, id eſt locus capitis, caput humani generis reſurrectionem inueniat. eiuſdem ſententiæ aſſertor eſt Hiero. epiſt. Paulæ ad Marcellam. & Theophy. Mar. 15. & Lucæ 23. & Iohan. 19. & Euthy. Matth. 67. ſecuti Chryſo. Ambr. quoq; libr. 5. epiſt. epiſt. 19. ait. Quã, ſcilicet, mortẽ ſuſcepit in Golgotha Chriſtus, vbi Adæ ſepulchrum, vt illum mortuum in ſua cruce reſuſcitaret. Vbi ergo in Adam mors omnium, ibi in Chriſto omnium reſurrectio. & Athana. de paſsione. Denique Epipha. libr. 1. aduerſus hæreſes in poſtremis verbis. in hæreſi Tatianorum. & lib. 2. hære. vlti. Vides quot illuſtrium virorum ſuffragijs hæc opinio ſtabilita ſit? ſed audi Hiero. in commen. Matth. capi. 27. quid de hac quæſt. ſenſerit. Audiui, inquit, quendam expoſuiſſe Caluariæ locũ in quo ſepultus eſt Adam, & ideo ſic appellatum eſſe, quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput, & hoc eſſe quod dicat apoſtolus. Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. Fauorabilis interpretatio, & mulcens aures populi, nec tamen vera. extra vrbem enim loca ſunt in quibus trũcantur capita damnatorum, & caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſere nomen. Ideo ibi cruci-

Lege l3. q. 2. Ebron & emẽdatriũ ĩquatuor.

De ſepultura patriacharum.

Vbi Adam ſepultus.

Hiero. diſſidet ab omnibus ſanctis. & merito quidẽ.

Epheſ. 5.

crucifixus eſt dñs, vt vbi prius erat area dam
natorum, ibi erigerentur vexilla martyrij.
Adam vero ſepultum iuxta Ebron & Arbe,
Ioſue. 14. in Ieſu filij Naue volumine legimus. eadẽ re-
petit ad Epheſios 5. Hactenus ille. Hunc quẽ
reprehendit arbitror eſſe Epipha. nam dicit,
audiui quendam aut fortè aliquem cõciona
Honorius torem illius ætatis perſtringit. Porrò Hono-
chronogra rius in Chronicis, inter vtranq; opinionẽ me
phus. dius incedit. Adam, inquit, primus homo in
Ebron à Deo formatus, in paradiſo cũ Eua
7. horis commoratus, ob mandati tranſgreſ-
ſionem huius mundi exilium ſubijt. ipſe ve-
ro poſt nongentos & triginta annos in Ieru.
obijt, in loco Caluariæ ſepultus, aliquandiu
requieuit, deinde in Ebron tranſlatus, in ter-
ram, de qua aſſumptus eſt, redijt.

Sepulchrũ Præterea aduerte Ioſeph ſepultum fuiſſe
Ioſeph vbi. in Sychem, vt dicitur Ioſue 24. in parte agri
quem emerat Iacob à filijs Emor fratris Sy-
Geneſ. 33. chem. & vt ait Hiero. in q. in Gene. Mauſeo-
lum eius hodie cernitur. Hunc agrum dono
dedit Iacob, filio ſuo Ioſeph, vt dicitur Ioan.
3. vbi corrupte Sychar vocatur. Venit, inq̃t
Ioan. Ieſus in ciuitatẽ Samariæ quæ dicitur
Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob, fi
Vocabula lio ſuo Ioſeph. Tunc enim temporis ſic cor-
quædã tem rupte à Iudæis appellabãt. & Salem ciuitas
pore Chri- regionis Sychem, quam Salim, nomine cor-
ſti corru- rupto, vocat Ioan. Erat, inquit, Ioãnes bapti-
pte plata. zãs in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ
ibi erãt. & Golgotha, ꝑ Golgoltha dicebãt.
Hæc iterum ſcribit in epiſtola ad Euagrium.

Vbi huma- De 12. patriarchis Iacob filijs quo huma-
ti fuerĩt pa ti fuerint loco, non ſatis conſtat inter erudi-
triarchæ tos. Nam Hiero. in epitaphio Paulæ inquit.
duodecim. Tranſiuit in Sychem, non; vt nõnulli legũt;
Sychar, quæ nunc Neapolis appellatur. At-
que inde diuertens vidit 12. patriarcharum
ſepulchra. Hoc iterum tradit in libr. de opti-
mo genere interpre. Ex his teſtimonijs conſtare
videtur iuxta Sychem primariam vrbem Sa
mariæ, in limitibus Manaſſes, ſepulchrum
fuiſſe ſortitos. & hoc ſignificauit Lucas cum
inquit. Tranſlati ſunt in Sychem. ex Aegy-
pto videlicet. Porro Ioſephus lib. 2. antiqui.
cap. 4. verſus finem, in Ebron affirmat fuiſſe
ſepultos, his verbis. τελευτᾷ δ' ἰώσηπος, τελευ-
τοῦσι δ' αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοί, ζήσαντες εὐδαιμόνως ἐπὶ
τ' αἰγύπτου. καὶ τούτων μὲν τὰ σώματα κομίσαντες
μετὰ χρόνον, αὐτῶν οἱ ἀπόγονοι, καὶ οἱ παῖδες
ἔθαψαν ἐν χέβρωνι. & libr. 1. ca. 19. cum loqui-
tur de Iacob exeunte ex Bethel verſus Ephra

thã ait. ἐντεῦθεν δὲ προελθὼν ἐπὶ κατὰ τὴν ἐφραθά-
την γίνεται, ῥαχήλαν ἐκ τοκετοῦ θανοῦσαν
θάπτει, μόνην τῶν συγγενῶν τῆς ἐν χεβρῶνι τιμῆς
οὐ τυχοῦσαν. id eſt. Poſtquam ex Bethel pro
fectus eſt venit in Bethlehem, quæ alio no-
mine Ephratha vocatur, Rachel partus dolo
re correpta, obijt mortem atque ibi ſepultã
eſt. Atq; ipſa ſola ex illa familia in Chebron
ſepulta non eſt. Hæc ille. Chebron alio noĩe
vocatur Mambre, & eſt ager ille quem emit
Abrahã ab Ephron Etheo, vt Sarã ſepeliret.

Prȩterea reducere oportet in memoriam,
quod dicitur Geneſ. 23. Abraham emit ſpe-
luncam duplicẽ ab Ephron Etheo filio Seor
iuxta Hebron quadringentis drachmis ar-
genti. Denique & quod legimus Geneſ. 33.
Quod Iacob reuertens de Meſopotamia po
ſuit tabernaculum ante Salem vrbem Sychi
morum, & emit ibi partem agri in quo habe
bat tentoria, ab Emor patris Sychem centũ
agnis. pro agnis in Hebræo legitur, Quæſita.
eſtque genus numi quo contractus firman-
tur, apud nos vocatur Arrabo. à veritate de-
ductum eſt nomen.

Hæc quæ à nobis accurate ex varijs locis *Loc⁹ obſcu*
coaceruata ſunt, Stephanus in Actibus apo- *rus ex Acti*
ſtolorum. ca. 7. videtur labefactare & conuel *bus explica*
lere velle, ait enim. Deſcendit Iacob in Aegy *tus.*
ptum & defunctus eſt ipſe & patres noſtri,
& tranſlati ſunt in Sychem, & poſiti ſunt in
ſepulchro, quod emit Abraham pretio argẽ
ti à filijs Emor filij Sychem. In his tamẽ vlti-
mis verbis in Gręco codice legitur. Emor Sy
chem. & ſubintelligi debet nomen patris, ex
loco citato Geneſ. 33. aut nomen filij, quod
erat eiuſdem nominis cum patre, vt voluit
noſter interpres, ne ſint iſta duo loca inter
ſe pugnantia. Adhuc aduerte quod in hoc
loco Stephani, Sychem primo loco poſitum
eſt vrbis nomen, in ſecundo nomen pro-
prium viri.

Horum locorum diſſidium complures an
te nos conſopire aggreſſi ſunt, neſcio an
prorſus infœliciter. Nos aliorum ſententijs
omiſſis, noſtram tantum explanabimus mẽ
tem. Tranſlati ſunt, inquit Lucas, iuxta opi-
nionem quidem Hierony. Ioſeph cum reli-
quis patriarchis ex Aegypto in Sychẽ ſunt
delati. Nam Iacob in Ebron ſepultus eſt, &
ad hunc ſenſum oportet trahere quod ſub-
iungitur. & poſiti ſunt, ſcilicet patriarchæ.
Deinde addit Lucas. Quod emit Abraham.
Nomen Abraham in genitiuo eſt poſitum,

nam eſt nomen indeclinabile, vt cætera Hebræa nomina ad hunc ſenſum. Abrahæ, ſcilicet nepos, Iacob, emit agrum ab Emor, vt dicitur Gene. capi. 33. Quod verò non temere ſubaudiatur nomen nepos, eſt optimū exēplum. 3. Reg. 12. cum deſciuerunt decem tribus à domo Dauid, dicunt. Quæ nobis pars in Dauid aut quæ hæreditas in filio Iſai? Vade in tabernacula tua Iſrael, nunc vide domū tuam Dauid. Dauid inquā id eſt nepos Dauid, nempe Roboam. & Lucę. 3. Qui fuit Eli, ſcilicet filius, qui fuit Melchi, ſcilicet gener. & apud Paulum. Nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt: id eſt doctrina Chriſti. & 2. Parali. 25. apud Obededon, id eſt, apud virum ex nepotibus eius. Poſtremo Lucas his verbis ſententiam claudit. Filij Sychem. & Geneſ. 33. Patris Sychem. & in Actibus in Græco exēplari paulo aliter quam in Latino. τοῦσυχέμ, ita vt penes te ſit ſubaudire patrem aut filiū. Verū quia Gene. 33. legitur. Patris Sychem, iſta lectio probanda videtur. Quanuis non ignorem iuxta Auguſti. ſententiam nomen patris pro filio nonnūquam accipi & locus eſt lib. 1. Locut. in Gen. ſupra caput. 14. Atq; ita accipiendū eſt, ſequendo lectionē Latinā in Actibus apoſtolorum. Eraſmus dicit hāc quæſtionem explicaſſe Hierony. in quæſtionibus Hebraicis. Sed fallitur, nā nuſquam Hieronymum id voluiſſe eam neq; tractaſſe legimus. Sic igitur hic error, μνημονικὸν ἁμάρτημα Eraſmi.

De quibuſdam nominibus quæ trahūt originem à fabulis poeticis.

Nonnihil etiam dicendum videtur de illis nominibus, quæ inueniuntur in veteri inſtrumento (quæ tamen videntur originē trahere à poeticis fabulis & figmentis) quo conſilio ſcriptura illis vſa fuerit. De quibus Hiero. lib. 6. comment. in Iſaiam cap. 13. hæc ſcribit. Legimus in ſcriptura Hyadas, & Veſperum & Arcturum & Oriona, nec putare debemus iuxta gentium fabulas: ſic appellari. Nam apud Hebræos propria habēt vocabula. Sicut enim deus vocauit lucem, diem, firmamentū cælum. Sic ſingulas ſtellas ſuis appellauit nominibus, quorum proprietatē lingua noſtra nō exprimit. Scriptum eſt enim de deo. Qui numerat multitudinem ſtellarū & omnibus eis nomina vocat. Et Eucherius in quæſt. in Iob. Interrogat. Quid ſibi vult ꝙ auctorum ſecularium conſuetudine legimus Pleiadas, Oriona vel Arcturū? Reſpon. Non ꝙ his apud Hebræos nominibus cenſeantur, ſed vt apud nos horum ſyderum ſignificantia poſſet eſſe manifeſtior, ita hæc tranſlator appellare voluit, vt vſus gentilitatis inuenerat. Illud quoq; generaliter obſeruandum eſt, quod apoſtoli in ſcripturis ſuis ſcribentes ad populos, vtūtur interdum his teſtimonijs, quæ videbantur diuulgata per populos, Lege Ambr. in lib. de Fide ad Gratianum Auguſtum capit. 1. Præterea Hiero. ad Galat. ca. 3. ait, Paulus ſermone triuij vtitur, vt, Quis vos faſcinauit non credere veritati? non quo ſciret eſſe faſcinum, qui vulgo putatur nocere. Legimus in Prouerbijs. Donum inuidi cruciat oculos. Qui apud nos inuidus apud Græcos ſignificantius dicitur, faſcinator. Et in Sapientia quæ inſcribitur Salomonis. Faſcinatio malignitatis obſcurat bona. Quibus docemur exemplis, quod vel inuidus aliena felicitate crucietur, vel in quo bona ſint aliqua, alio faſcinante, id eſt inuidente, noceatur. Dicitur propriè faſcinus infantibus nocere, & ætati paruulæ, & his qui necdum firmo veſtigio figant gradum. Vnde quidam è gentibus. Neſcio quis teneros oculo mihi faſcinat agnos. Hoc vtrum verū, necne ſit, deus viderit, quia poteſt fieri, vt dæmones huic peccato ſeruiant, & quoſcunque in Dei opere, vel cœpiſſe vel profeciſſe cognouerint, eos à bonis operibus auertant. Sic Paulus ex opinione vulgi ſumpſit exemplum, vt quomodo tenera ætas noceri dicitur faſcino, ſic etiam Galatę in Chriſti fide nuper nati, & nutriti lacte, & nō ſolido cibo, veluti quodā faſcinante ſint nociti, & ſtomacho fidei nauſeante, ſpiritus ſancti cibum euomuerint. Quod ſi aliquis contradicit, exponat quomodo de communi opinione non ſit ſumptum. Vallis Tytanorum in Regum libris, & Syrenæ & Onocentauri in Iſaia, Arcturus & Orion & Pleiades in Iob, ca. 9. & cætera his ſimilia, quæ vtique vocabula, gentilium fabularum & cauſas & origines habent. Hæc ille. Locus deſiderabat vt nomina ſacra his nominibus profanis ſubnecterem, ſed quia typographus formis Hebraicis carebat, id facere non potuimus.

Iob. 9. *Amos. 5.* *Pſal. 146.* *Faſcinare.* *Prouerb. 4.* *De hoc S. Tho. 1. par. q. 117. artic. 3.* *Virgilius.* *2. Reg. 23.* *Iſaia. 34.*

Quod ſcriptura, apocrypha & carmina poetarum, citent.

Deinceps quærendum videtur, an interdum ſacri ſcriptores vtantur teſtimonio ex libris apocryphis deſumpto, ſicut interdum citant teſtimonia ethnicorum poetarum. Ad quam quæſtionem ſic reſpondet Hiero. in cōment. epiſto. ad Titum ca. 1. Paulus ſolet gentilium ſcripta citare, vt in Actibus apoſtolorum cū concionaretur ad populum, & in Areopago inter cætera ait. Sicut & quidam

Actu. 17.

dam de veſtris poëtis dixerunt. Ipſius enim & genus ſumus. Quod hemiſtichiũ in phęnomenis Arati legitur. &. 1. Cor. 15. de Menandri comœdia verſum ſumpſit iãbicum. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et in epiſtola ad Titum carmen ſumpſit ex Epimenide ſiue Callimacho. Cretenſes ſemper mẽdaces, malæ beſtiæ, vẽtres pigri. Nec mirũ ſi pro opportunitate temporis, gentiliũ poẽtarum verſibus rarò admodum abutatur, & vt loci potius quàm oſtentationis opportunitas exigebat, in morem apium, quæ de diuerſis floribus ſolent mella cõponere, & fauorum cellulas coaptare. Nec ideo ſtatim totã illius poetæ poeſin approbauit. Nam ſic liber Enoch, de quo Apoſtolus Iudas in epiſtola ſua teſtimonium poſuit, inter diuinas ſcripturas debemus recipere, & multa alia quæ de reconditis, Paulus eſt locutus. Nemo eſt enim tam ſicarius, aut tam parricida, qui non aliquid boni fecerit aliquando, ergo ſi vnum bonum illius approbauero, in cæteris mihi neceſsitas incumbet, quę mala fueriut approbandi. Item Hierony. in libro de opti. genere interpretandi inter alia multa hæc etiam affert. Quis neſciat in Moyſis & prophetarum voluminibus quædam aſſumpta è gentilium libris, & Salomonem ex philoſophis Tyri, & nonnulla propoſuiſſe, & ad aliqua reſpondiſſe. Vnde in exordio Prouerbiorũ commonet, vt intelligamus ſermones prudentiæ, verſutiaſque verborum, parabolaſque & obſcurum ſermonem, dicta ſapientum, & ęnigmata, quæ propriè dialecticorũ & philoſophorum ſunt. Et Paulus Epimenidis poëtæ abuſus verſiculo ſcribẽs ad Titũ. In alia quoque epiſtola Menandri ponit ſenarium, Et apud Athenienſes in Martis curia diſputans, Aratum teſtem vocat. Ac ne parum hoc eſſet ductor Chriſtiani exercitus, & orator inuictus de Chriſto cauſam agens, etiam inſcriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim à vero Dauid extorquere de manibus hoſtium gladium, & Goliæ ſuperbiſsimi caput proprio mucrone trũcare. Legerat enim in Deut. voce domini præceptum, mulieris captiuæ radendum caput, ſupercilia, omnes pilos & vngues corporis amputandos, & ſic eam habendam in coniugio. Hoc exemplum multi eccleſiaſtici viri ſecuti ſunt, qui innumera de gentium libris ad ſuos tranſtulerunt. Chryſoſtom. quoque hom. 3. in

Vide in Decret. D. 37. ca. turbat.

Iudas citat librum Enoch.

Vt Iethroſo cer Moyſis Exo. 18.

Prouer. 1.

Actu. 17.

Deut. 21. Mulieris captiuæ radẽdum caput

epiſt. ad Titum. poſt quam hæc omnia ferè quæ ex Hiero. adduximus, receſuiſſet, addit. Teſtimonijs gẽtium Apoſtolus vtitur, quod illos his maximè reuincimus, cum ſuorum in eos torquemus maledicta, quoties eos, qui apud eos fuere mirabiles, accuſatores illorum conſtituimus. Item Hiero. ad Epheſ. 5. ait. Quædam Paulus citauit ex reconditis prophetarum oraculis & apocryphis. vt ad Ephe. Propter quod dicit. Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. Ecce ſecundum ſententiam Hiero. teſtimoniũ illud ſumptũ eſt ex apocryphis. Alij non admittunt, vt dogmata, ex ſcripturis nothis, poſſint confirmari. quamuis hiſtoriã ex illis depromi poſſe non negent, & ideò illa apoſtoli verba, volunt per προσωποποιίαν ſpiritus ſancti apoſtolum orationem figuraſſe, ad exhortationem pœnitentiæ, ad hunc ſenſum. Propter quod dicit, ſpiritus ſcilicet ſanctus per me. Surge. &c. Sed rectius tribuentur hæc verba Iſaiæ. dicenti capit. 60. Surge & illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum. Eodem modo corrigendus eſt locus Chryſto. qui homi. 7. in priori epiſto. ad Corinth. ait. Dictum illud. Quod oculus non vidit. nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. &c. non inueniri in ſacra ſcriptura, niſi forte in libris quorum memoria obliterata eſt. Cum tamen apud Iſaiam cap. 64. illa verba inueniantur. A ſeculo, inquit, nõ audierunt, nec auribus perceperunt, oculus non vidit Deus abſque te, quæ pręparaſti expectantibus te. Addit præterea Hiero. illo in loco. Paulus citauit quædã ex reconditis prophetarũ libris & apocryphis. vt de Ianne & Mãbre magis Pharaonis, ſicut & in alijs locis illũ feciſſe manifeſtũ eſt. Nõ quod apocrypha comprobet, ſed quo Arati & Epimenidis & Menãdri verſibus ſit abuſus, ad ea quæ voluerat in tẽpore comprobanda. Et iterum in eadẽ epiſto. ad Ephe. ca. 1. ait. Non eſt fas ei qui diuina lectioue fuerit inſtructus loqui aliquid quod in ſanctis voluminibus non inuenerit. Vnde Paulus ponens principatus, poteſtates, virtutes, dominationes, ex aliquo ſcripturæ loco nobis incognito eas aſſumpſiſſe, credendum eſt. Verũ licet multi multa dicãt, arbitror illum, aut de traditionibus Hebræorũ, ea quæ ſecreta ſunt in mediũ protuliſſe, aut certe quæ iuxta hiſtoriam ſcripta ſunt ſenſiſſe ſublimius, & quod de regibus & principibus, ducibus quoq;, tribunis & centurio-

Hiero. contra Iobãillud verum eſt teſtimonium quod ab inimica voce profertur.

Hiero. ſniã improbat.

Chryſo. expoſitio exploſa.

2. Timo. 3.

Coloſſ. 1. Epheſ. 1.

Locus annotandus Hiero. de quatuor hierarchijs angelorum.

turio-

Digitized by Google

torlōibus, in Numeris & Regum libris, refer
tur, imaginem aliorum principum regumq;
Principat⁹ cognouiſſe. Quod ſcilicet ſint principatus,
Poteſtates. ſint poteſtates, ſint Dominationes & virtu-
Virtutes. tes & cætera miniſteriorū vocabula in cæle
Domina- ſtibus, quæ nec nos poſſumus noīare, nec ip
tiones. ſum Paulum puto, vt in graui corpuſculo cō
ſtitutum enumerare valuiſſe. Si autem ſunt
principatus & poteſtates & virtutes & dñā-
tiones, neceſſe eſt vt & ſubiectos habeant, &
timentes & ſeruientes ſibi, & eos quæ ſua for
titudine roborentur. Quæ diſtributiones of
ficiorum, nō ſolum in præſentiarū, ſed etiam
in futuro ſeculo erunt, vt per ſingulos pro-
fectus & honores & aſcenſiones & deſcenſio
nes, vt creſcat aliquis vel decreſcat, & ſub alia
atq; alia poteſtate, virtute, principatu, & dñā
tione fiat. Nos homūculi in cinerē & puluē-
rem diſſoluendi, ſi cōſenſu hominū leuemur
in reges, tantas habemus miniſtrorū diuerſi
tates & multitudines, quantas facilius poſſu
mus ſentire quam dicere. Verbi cauſa, quod
præfectus in parte ciuili, Iudices, prouincias,
& ordinē ſuum habeat, rurſum militia, in tot
comites, duces, tribunos, & multiplicem ſcin
datur exercitum, & putamus deum, dominū
dñorum, & regem regnantium, ſimplici tan
tum miniſterio eſſe contentū. Hactenus Hie
rony. ſatis quidem eruditè & eloquenter no
bis explicuit, vnde ſumpſerint nomina & o-
riginē, Hierarchiæ angelorum, quod myſte-
rium, oībus ſcriptoribus eccleſiaſticis, quos
ego legi hucuſque, latuit. Vnde & Origenes
Origenes. Theologorū omnium facile princeps, lib. 1.
Periarchon. cap. 5. fatetur, ſe neſcire ex quo
loco diuinarum ſcripturarum, ordines ange
lorum ſunt deſumpti. Sunt, inquit, quidam
ſancti angeli Dei, quos Paulus miniſteriales
ſpiritus appellat, ad miniſterium deſtinatos,
propter eos, qui hæreditatem capient in ſa-
lutem. Apud ipſum quoque Paulum inueni
mus, neſcio vnde ſumentem, cognominan-
tem tamen quaſdam ſedes, & dominationes
& principatus & poteſtates.

Hic locus exigere & poſtulare videbatur,
vt etiam ea quæ à gentium ſcriptoribus, ex
diuinis libris ſurrepta, & à loco ſacro in pro-
phanum tranſlata ſunt, explicare aggredere
mur. Nam illi haud infrequenter, literis mo-
nimentiſque ſuis, res noſtras inſerere cura-
runt, inſtar Nabuchodonoſoris, qui vaſa tē-
pli dominici ex vrbe Ieruſalem Babylonem
deferre ac idolis ſuis deuouere, curauit. Ve-
rum quia paucis verbis res tota planè & di-
lucidè pertractari & aperiri non poteſt, ne
ab inſtituto longius noſtra ſe flectat oratio,
locum ſignabo præclarum, in quo multa
philoſophorum & poetarum poſsis inueni-
re furta, aut ſi mauis ſacrilegia. Atque is eſt
apud Iuſtinum martyrem in admonitorio,
quo in libro tam ex Homero quam ex Pla-
tone oſtendit, illos, ſuos libros ornaſſe ver-
bis & ſententijs ex noſtris libris deſumptis.

In poſtremo huius capitis loco conieci-
mus quæſtionem illam à Hierony. multa
exemplorum varietate, & verborum copia,
diſcuſſam. nempe an Apoſtoli & Euangeli- *An apoſtoli*
ſtæ, ita nitantur auctoritate veritatis Hebrai *vſi ſint edi*
cæ, vt 70. apud illos tranſlatio in pretio *tione. 70.*
non ſit. Deinde etiam an illi omnes vtan- *an Hebraa.*
tur teſtimonijs ex Hebræis codicibus de-
ſumptis; an vero aliqui ſint qui ſeptuagin-
ta auctoritate freti, Hebraicam veritatem
citare nonnunquàm diſsimulent. Pro ha-
rum quæſtionum ſolutione, illius planè di-
uini viri Hierony. lucubrationes euolua-
mus, qui diligenter in hac re vigilauit, bre-
uiter quidem & ſuccincte, vt appetitum ex-
citaſſe, non obruiſſe ciborum multitudine
& varietate videamur. Hierony. ergo in pro *Hierony.*
œmio. 15. libr. comment. in Iſaiam ait. Cre-
bro dixiſſe me noui Apoſtolos & Euange-
liſtas, vbicunque de veteri inſtrumento po-
nunt teſtimonia. Si inter Hebræos & .70.
nulla diuerſitas ſit, vel ſuis vel 70. interpre-
tum verbis vti ſolitos. Sin autem aliter in He
braico, aliter in veteri editione, ſenſus eſt, He
braicum magis quam 70. interpretes ſequi.
Denique vt nos multa oſtendimus poſuiſſe
eos ex Hebræo quæ in 70. non habentur, ſic
æmuli noſtri doceant aſſumpta aliqua teſti-
monia de 70. quæ nō ſunt in Hebræis libris. *Hierony.*
Item Malachiæ 3, Apoſtoli, inquit, & euāge
liſtæ & ipſe dominus non 70. interpretū au-
ctoritatem ſecuti ſunt, qua, Hebrææ linguæ
habentes ſcientiam non indigent, ſed ex He
bræo transferebant, non curantes de ſylla-
bis punctiſq; verborū, dummodo ſententia-
rum veritas transferatur. Item Iſaiæ. 6. ait,
Paulus cum Hebręis diſputans Actuum 18. *Hierony.*
citat illud Iſaię. Auditu audite & nolite intel
ligere, & videte viſu, & nolite cognoſcere, ex
cæca cor populi huius, &c. Non iuxta He-
braicū quod rectū eſſe cognouerat, ſed iuxta
70. eſt locutus. Nam euangeliſtam Lucam
tradunt veteres eccleſiæ tractatores medici-
næ artis

Digitized by Google

næ artis eſſe ſcientiſsimum; & magis literas
Græcas ſciſſe quàm Hebræas. Vnde & ſer-
mo eius tam in Euangelio quàm in Actibus
Apoſtolorum comptior eſt, & ſecularem re-
dolet eloquentiam, magiſque teſtimonijs
vtitur Græcis quam Hebræis. Matth. autem
& Iohan. quorum alter Hebręo, alter Græ-
co ſermone euangelia texuerunt, teſtimo-
nia de Hebraico proferunt, vt eſt illud
Hoſea. 11. Ex Ægypto vocaui filium meum. & Quo-
niam Nazaræus vocabitur. & Flumina de vē
Iohan. 7. tre eius fluent aquę viuę, & Videbunt in quē
compũxerunt. & cætera his ſimilia. Pauli
Zacha. 12. idcirco ad Hebræos epiſtolæ contradicitur
quòd ad Hebræos ſcribens, vtitur teſtimo-
nijs, quæ in Hebræorum voluminibus non
habentur. Hęc ille. Teſtimonium illud quod
citatur à Iohan. capit. 7. flumina de ventre
eius fluent aquæ viuæ, ſumptum eſt vt di-
cit Hieronym. in prolo. Pentateuchi ex pro
uerbijs. Sed ex quo loco, non conſtat, aliqui
dicunt ex capit. 5. ſumptum eſſe. Deriuen-
tur fontes tui foris, & in plateis aquas tuas di
Theophy. uidet. Theophy. tamen Iohan. 7. ſic diſpun-
git. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura. &
deinde oportet aliud facere principium. Flu-
mina de ventre eius fluent. & Euthy. Iohan.
Euthy. 9. ait, Poſt dictum ſicut ſcriptum eſt, ponen-
da eſt diſtinctio. multifariam enim præcipit
Chryſoſto. ſcriptura credere in illum. Atque ita expo-
nunt Chryſoſto. & cæteri Græci, qui verita-
tem Hebraicam non potuerunt conſulere.
Hactenus de his. ad inſtitutum noſtrum re-
Hierony. uertamur. Hierony. Iſaiæ. 28. adhuc addit.
Hoc in veteri obſeruari teſtamento, abſque
paucis teſtimonijs quibus Lucas ſolus abuti
tur, qui magis Græcę linguæ habuit ſcientiā,
quod vbicunque quid de veteri inſtrumen-
to dicitur, non eos iuxta. 70. ſed iuxta Hebrai
cum ponere, nullius ſequentium interpreta-
tionem, ſed ſenſum Hebraicum ſuo ſermone
vertentium. vt cum apud Iſaiam. capit 28. le
gimus. In loquela enim labij, & in lingua al-
tera loquetur ad populum iſtum. Quod Pau
lus ſumens ex illo loco, ſic extulit. In alijs lin
guis & in alijs labijs loquar populo huic nec
ſic exaudiet me. &. 29. capit. addit. Vbi legi-
mus in Iſaia. Pro eo quod appropinquat po
pulus hic ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me,
cor autem eius longe eſt à me, timuerunt me
mandato hominum & doctrinis. Dominus
Matth. 15 tamen in euangelio contra Phariſæos ſic pro
tulit. Quare & vos preteritis mandatum Dei
propter traditiones veſtras. Et iterum. Hy-
pocritæ bene prophetauit de vobis Iſaias di
cens. Populus iſte labijs me honorat, cor au-
tem longe eſt à me. fruſtra colunt me docen
tes doctrinas & præcepta hominum. Multa
alia exempla huiuſcemodi vel vnus liber Hie
rony. de opti. genere interpretandi ſuppedi-
tabit. Item in. queſt. in Gene. ait. Hoc genera *Hierony.*
liter obſeruandum quod vbicunq; apoſtoli
locuntur ad populos, his plerunque teſtimo
nijs abuti, quæ iam gentibus fuerant diuul-
gata. Vnde cum. 70. animæ ingreſſæ ſint in
Ægyptum, Stephanus in concione. 75. ani-
mas ingreſſas aſſerit. De hoc ſupra latius diſ-
ſeruimus. Deniq; in commenta. Habacuc. ca *Hierony.*
pit. 2. ait. Quod apoſtolus. 70. magis teſtimo
nio abuſus eſt ad Roma. ſcribens. Iuſtus ex fi
de mea viuet, & non eo quod habetur in He
braico, ex fide ſua, cauſa perſpicua eſt. Scri-
bebat enim Romanis, qui ſcripturas Hebrai-
cas neſciebant, nec erat ei cura de verbis, cū
ſenſus eſſet in tuto, & damnum ex eo præ-
ſens diſputatio non haberet. Alioquin vbi
diuerſus eſt ſenſus, & aliter ſcriptus eſt in He
braico, aliter in. 70. nota cum his vti teſti-
monijs quæ à Gamaliele doctore legis didi
cerat.

Fortè tamē offendet aliquos parum in ſa- *Ordo nar-*
cris literis verſatos, ordo perturbatus & con- *randi diuer*
fuſus, non ſolum in citationibus, ſed etiam *ſus, non no*
in quibuſcunque alijs narrationibus. Hos ſic *cet veritati*
inſtruit Auguſt. lib. 2. de cōſenſu euangeliſta *De hoc lib.*
rum. 29. Non eſt, inquit, mendacium ſi quiſ- *5. cap. 1.*
quam non hoc ordine cuiuſquam ſermonē *Auguſt.*
digeſſerit, quo ille à quo proceſsit narrauit.
Cum ipſius ordinis nihil ad rem, ſiue ita, ſiue
ita ſit. & iterum capit. 12. eiuſdem libri. ait.
Sancti qui prudenter intelligunt, nullo mo-
do laborandum eſſe iudicant ipſas ſententias
eſſe neceſſarias cognoſcendę veritati, quibuſ
libet verbis fuerint explicatæ. & quod alius
euangeliſta alium ordinem tenuit non eſt vti
que contrarium. nec illud contrarium eſt, ſi
alius dicit quod alius prætermittit. Vt enim
quiſque meminerat, & vt cuique cordi erat,
vel breuius vel prolixius eandem tamen ex-
plicare ſententiam, ita eos explicaſſe manife
ſtum eſt.

Duo ſunt citationum genera, nam aliquā-
do in nouo teſtamento talia verba citantur *Citationū*
quæ clarè in veteri leguntur, & hæc non in- *duplex ge-*
digent noſtra expoſitione nec diligētia. Ali- *nus.*
quando verò ſenſus tantum ſine vlla citatio-
ne

Digitized by Google

ne inuenitur, nec ſcimus an auctoritate propria hoc eſt Dei, illa protulerint, an ex veteri ſint inſtrumento deprompta. Vt in euan-
Matth. 10 gelio Saluator ait. Veni ſeparare hominem aduerſus patrẽ ſuum & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurus aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Nam hic locus propè eiſdem verbis in Michæa ſcribitur. Quæ verba vtrum aſſumpta ſint ex propheta, an propria auctoritate præcepta, noſſe domini eſt, qui in euangelijs & prophetis locutus eſt. Illorum teſtimoniorum, quorum ſenſus tantum inuenitur depromptus, ſine vlla citatione, in ſequenti tabula ſubiecimus exempla.

Ex Geneſi.

1 *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula Dei verbo. Hebr.e. 11.*
1 *Cæli erant prius & terra de aqua & per aquam conſiſtentes Dei verbo. 2. Petri. 3.*
2 *Bene omnia fecit. Marci 7.*
1 *Adam primus formatus eſt, deinde Eua. 1. Timoth. 2.*
2 *Non vir ex muliere, ſed mulier ex viro. 1. Corinth. 11.*
3 *Serpens ſeduxit Euam aſtutia ſua. 2. Cor. 11.*
3 *Adam non eſt ſeductus, mulier eſt ſeducta. 1. Timoth. 2.*
4 *Fide plurimam hoſtiam Habel quàm Cain obtulit. Hebræ. 11.*
4 *A ſanguine Habel iuſti. Matth. 23.*
4 *Non ſicut Cain qui ex maligno erat. 1. Iohan. 3.*
4 *Væ illis qui in via Cain abierunt. Iudas.*
5 *Fide, Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem. Hebræ. 11.*
6 *Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur arca. 1. Petri. 3.*
6 *Fide, Noe reſponſo accepto, de his quæ non videbantur, &c. Hebræ. 11.*
7 *Octauum iuſtitiæ præconem cuſtodiuit. ſecunda Petri. 2.*
7 *Sicut in diebus ante diluuium, &c. Matth. 24.*
9 *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matth. 26. Apocal. 13.*
12 *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire. Hebræ. 11.*
14 *Hic enim Melchiſedech, rex Salem ſacerdos Dei ſummi. Hebræ. 7.*
16 *Abraham filium habuit de ancilla. Gal. 4.*
17 *Signum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei. Roma. 4. Actu. 7.*
18 *Fide, & ipſa Sara ſterilis, virtutem in conceptione, &c. Hebræ. 11.*
18 *Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. 1. Petri. 3.*
19 *Euertit ciuitates Sodomorũ & Gomorræorum. 2. Petri. 2.*
19 *Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates Iudæ.*
19 *Memores eſtote vxoris Loth. Lucæ decimoſeptimo.*
19 *Sicut factum eſt in diebus Loth, edebant, & qua die exijt Loth à Sodomis, pluit. Lucæ. 17.*
21 *Abraham habuit filium de libera Galat. 4.*
22 *Fide obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur. Hebræ. 11.*
22 *Offert Abraham filium Iſaac ſuper altare. Iacobi. 2.*
22 *Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham &c. Lucæ. 1.*
25 *Rebecca ex vno, concubitum habens, Iſaac patris noſtri, &c. Roma. 9.*
25 *Ne quis fornicator aut prophanus vt Eſau, qui propter eſcam, &c. Hebræ. 12.*
27 *Fide & de futuris benedixit, Iſaac, Iacob. Hebræ. 11.*
48 *Fide, Iacob moriens ſingulos filiorum Ioſeph benedixit. Hebræ. 11.*
49 *Quem ſcripſit Moyſes in lege. Iohan. 1.*
50 *Fide, Ioſeph moriens de profectione filiorum Iſrael, &c. Hebræ. 11.*

Ex Exodo.

2 *Fide Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus. Hebræ. 11.*
2 *Fide, Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis. Hebræ. 11.*
2 *Cum vidiſſet Moyſes quendam iniuriam patientem. Actu. 7.*
3 *Expletis annis. 40. apparuit illi. Actu. 7.*
12 *Fide, celebrauit paſcha & ſanguinis effuſionem. Hebræ. 11.*
14 *Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube. 1. Corinth. 10.*
14 *Fide, tranſierunt mare Rubrum. Hebræ. 11.*
16 *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, &c. Iohan. 6.*
16 *Panem de cælo dedit eis manducare. Iohan. 6.*
16 *Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. 1. Corint. 10.*
17 *Bibebant de ſpiritali, conſequente eos, petra. 1. Corinth. 10.*
19 *Si beſtia tetigerit mõtem lapidabitur. Hebr. 12.*
19 *Gens ſancta, populus acquiſitionis. 1. Pet. 2.*

20 Non

20 *Non periurabis.Matth.5.*
20 *Non homicidium facies.Matth.19.*
20 *Non acceſſiſtis ad tractabilem montem.Hebr.12*
24 *Lecto omni mandato legis à Moyſe.&c.Heb.9.*
26 *Tabernaculum factum eſt primum Hebræ.9.*
32 *Nec idololatræ efficiamini.1.Corint.10.*

Ex Leuitico.

12 *In ſabbato circunciditis hominem.Iohan.7.*
12 *Poſtquam impleti ſunt dies octo.Luca.2.*
12 *Poſt quam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem.Luce.2.*
12 *Vt darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege domini.Luca.2.*
14 *Offer munus tuum quod præcepit Moyſes.&c. Matth.8.Mar.1.Luca.5.*
16 *Omnis multitudo populi erat orans foris.Luc.1.*
16.*Si ſanguis hircorum & vitulorum,Hebr.9.*
19 *Nolite in perſonarum acceptione.&c.Iaco.2.*
19 *Si peccauerit in te frater tuus.Matth.18.Luca.19.*
20 *In lege Moyſes mandauit huiuſmodi lapidare. Iohan.8.*

Ex Numeris.

8 *Omne maſculinum adaperiens vuluam.Luc.2.*
9 *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt.1.Cor.10*
11 *Panem de cælo dedit eis manducare.Iohan.6.*
12 *Sicut & Moyſes in omni domo eius.Hebræ.3.*
14 *Cadauera filiorum Iſrael proſtrata ſunt in deſerto Hebræ.3.*
14 *Neque murmurraueritis ſicut quidam eorum.1.Corinth.10.*
16 *In contradictione Core perierunt.Iudas.*
19 *Quorum enim animalium ſanguis infertur pro peccato.Hebræ.13.*
20 *Bibant de ſpirituali conſequente eos petra.1.Corint.10.*
21 *Neque tentemus Chriſtum ſicut quidam.&c.1.Corin.10.*
21 *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto.Iohann.3.*
22 *Animal mutum ſubiugale corripuit veſaniam Balaam.2.Pet.2.*
22 *Errore Balaam mercede effuſi ſunt.Iudas &.2.Petri.2.*
24 *Balaam docebat Balach mittere ſcandalum coram filijs Iſrael. Apoca.2.*
25 *Neque fornicemur ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt.1.Cor.10.*
26 *Proſtrati ſunt in deſerto.1.Cor.10.*

26 *Sabbathis ſacerdotes in templo ſabbathum violant.Matth.12.*

Ex Deuteronomio.

1 *Nolite in perſonarum acceptione.Iaco.2.*
5 *Non periurabis.Matth.5.*
10 *Non eſt acceptio perſonarum apud Deum.Ro.2. Actu.10.Colo.3.Ephe.6.1.Pet.1.*
17 *Irritam quis faciens legem Moyſi.Hebræ.10.*
18 *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt?1.Corin.9.*
24 *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij.Matth.5.19.Mar.10.*

Ex Ioſue.

2 *Similiter & Raab meretrix.Iaco.2.*
6 *Fide,muri Iericho corruerunt.Hebræ.11.*
6 *Fide,Raab meretrix, non perijt cum incredulis. Hebræ.11.*

Ex.1.Regum libro.

21 *Non legiſtis quod fecerit Dauid quando eſurijt. Matth.12.Mar.2.Luc.6.*

Ex.lib.3.Regum.

2 *Liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid quoniam defunctus eſt.Actuum.2.13.*
20 *Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis.Matth.12.Lu.11.*
17 *In diebus Eliæ clauſum eſt cœlum. Luc.4.*
17 *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.Iacob.5.*

Ex lib.4.Regum.

4 *Neminem per viam ſalutaueritis.Luc.10.*
5 *Multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo propheta. Luca.4.*

Ex lib.1.Paralip.

23 *Nec quiſquam ſibi ſumit honorem,ſed qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron. Hebræ.5.*

Ex Iob.

1 *Nihil intulimus in hunc mundum. 1. Timothe.6.*
1 *Beatus vir qui ſuffert tentationem.Iacob.5.*
34 *Non eſt perſonarum acceptor Deus.Actu.10.*

Ex

Ex Pſalmis.

40 *Filius hominis vadit ſicut ſcriptum eſt. Matth. 26. Marci. 14. Luca. 22.*

131 *Petijt David vt innemret tabernaculnm dei Iacob. Acta. 7.*

Ex Prouerbijs.

1.1 *Si inſtus vix ſalnabitnr. 1. Petri. 4.*

17 *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Iacob. 1.*

20 *Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. 1. Iohan. 1.*

24 *Nolite in perſonarnm acceptione. Iaco. 2.*

25 *Cum vocatus fueris ad prandinm, vado, recumbe in noniſſimo loco. Luca. 14.*

Ex Iſaia.

8 *Ecce hic poſitus eſt in rninam & reſurrectionem multornm. Luca. 2.*

13 *Statim poſt tribulationem diernm illornm ſol obſcurabitnr. Matth. 24, Mar. 13. Lue. 21.*

41 *Suſcepit Iſrael puerum ſuum. Luca. 1.*

54 *Beata ſteriles, & ventres qui non genuerunt. Luca. 23.*

58 *Eſurini & dediſtis mihi mãducare. Matth. 25.*

63 *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine. Apocal. 19.*

Ex Ieremia.

2 *Nunqnid ſeruus eſt Iſrael aut vernaculus. Iohan. cap. 8.*

2 *Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineã. Matth. 21. Mar. 12. Lue. 20.*

7 *Nunquid ſpelunca latronum facta eſt domus mea Matth. 21. Iohan. 2.*

18 *Nunqnid dicit figmentum ei qui ſe finxit, &c. Roma. 9.*

Ex Ezechiele.

3 *Cum conſummati fuerint mille anni. Apocalypſi. 20.*

12 *Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius. 2. Petri. 3.*

18 *Eſurini & dediſtis mihi mandueare. Matth. 25.*

Ex Daniele.

7 *Et erat numerus eorum millia millium. Apoc. 5.*

12 *Et angelus quem vidi ſtantem ſuper mare. Apoca. 10.*

Ex Ioele.

3 *Sol obſcurabitur & luna non dabit lumen ſuum. Matth. 24. Mar. 13. Luca 21.*

Ex Michea.

2 *Non habemus hic manentem ciuitatem. Hebra. 13.*

4 *Regnabit in domo Iacob in aeternum. Luca. 1.*

¶ De pronominibus & illorum emphaſi.

CAP. II.

NIL eſt in ſcripturis tam humile,
aut deiectum quin nobis ingentes
pariat & procreet vtilitates, ſi
dextrè ſcripturas tractare & ad-
amuſsim examinare volumus. Quare non
erit inutile, nonnulla, quæ de Pronominum
emphaſi, ex diuturna priſcorum patrum le-
ctione ſelegimus; in medium afferre, vt ſal-
tem ſtudioſorum excitemus animos, ad ob-
ſeruandum & colligendum alia his ſimilia
& cognata. Sumamus igitur exordium à pro
nomine, meus. De quo Origenis verba ſub- *Meus.*
ijciam ex lib. 1. comment. in epiſt. ad Roma.
Hæc vox Deus meus, nõ poteſt eſſe niſi ſan *Deus meus*
ctorum quorum Deus dicitur, ſicut deus A- *vox ſancto*
braham, vel Iſaac, vel Iacob. Non poteſt do- *rum tantũ.*
minum ſuum dicere is, cui deus venter eſt, &
cui auaritia deus eſt, & cui gloria ſeculi & põ
pa mũdi deus eſt. Quicquid enim vnuſquiſ-
que ſupra cętera colit, hoc illi Deus eſt, Hinc
intelliges quid ſibi velit Diony. ca. 2. de Cæ- *Dionyſij lo*
leſti Hierarchia. cum ait. Sit dux verbi Chri- *cus.*
ſtus (Si mihi dicere liceat) meus. Præterea
Baſilius Pſalm. 29. cum ait propheta. Do-
mine Deus meus clamaui ad te. ait. Vox
iſta deus meus, plena affectu fiduciæ eſt, &
cõueniens ſtatui prophetico. vide eum Pſal.
7. circa principium. Deinde Chryſoſto. ho-
mil. 34. in Gene. ait, Mos eſt prophetis pro-
pter excellentem amorem erga Deum, id
quod factum eſt omnibus, proprium ſibi fa-
cere. vt Pſalm. 17. Deus deus meus. quamuis
totius orbis ſit dominus. Sed peculiare hoc *Amor.*
eſt amori, vt ex communibus propria faciat.
Et ad Roma. 8. Qui dilexit me. te ſolum dile-
xit? om-

xit? omnium, inquit, naturã dilexit, ſed ego ei gratias habeo, quaſi me ſolum dilexiſſet & tradidiſſet ſemetipſum pro me ſolo. Hæc iterum inculcat ho. 39. eiuſdem libri. & in ſermone. 2. epiſto. ad Roma. & hom. 2. in priorem epiſt. ad Corinth. cap. 1.

Tuus. Quando vtitur Deus hoc pronomine tuus in malam partem accipi ſolet, ſicut meus in bonam. Hoc ſignificare voluit Hiero. Danielis. 9. ca. cum ait. Quando aliqui boni ſunt vocantur à domino, mei, quando mali, tui, vel non mei. Vnde quia propheta, dixerat, Daniel. Eduxiſti populum tuum, & nomen tuũ inuocatum eſt ſuper ciuitatẽ tuam, & ſuper populum tuũ. Propterea ex perſona Dei loquitur Gabriel. Nequaquã populus Dei eſt, ſed populus tuus, nec vrbs ſancta Dei, ſed ſancta, vt dicis tibi. Simile quid & in Exodo legimus, quãdo Deus loquitur ad Moyſen. *Exod. 32.* Deſcende, peccauit enim populus tuus. hoc eſt non populus meus, quia me deſeruit. Itẽ Iſaię. 13. cum ait propheta. Fortes meos & exultantes in gloria mea. oſtendit eos non ſuis viribus, ſed Dei ira tam ſublimis regni potentiã ſubuertiſſe. Vnde apud Ezechielem. capit. 3. cum loquitur dominus ad prophetam. Vade, inquit, & ingredere ad transmigrationẽ ad filios populi mei. non mei, ſed tui legendũ eſt, cum dictũ ſit de populo peccatore & idolorum cultui dedito.

Deinde annotãdum eſt ex Chryſo. ho. 39 in Gene. Quod mos eſt prophetis hoc addita mento, Ego ſum Deus tuus. amorẽ Dei erga iuſtum declarare. Nam qui totius mundi eſt Dominus, & vniuerſi opifex, creator cœli & terræ, dicit, Ego ſum Deus tuus. Magna profecto dignitas iuſto tribuitur, vt omniũ, Dominus, à ſeruo vocari voluerit. Et inuenimus *Exod. 3.* eum poſt hęc dicentem. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.

Noſter. Pronomẽ noſter tam dicitur de re propria quã de illa quæ nobis obuenit ex liberalitate alterius. Vnde Grego. li. 24. Mora. cap. 5. ait. Iuſtitia noſtra dicit, nõ quę ex noſtro noſtra eſt, ſed quę diuina largitate fit noſtra. ſic dicimus panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie. Ecce & noſtrũ dicimus & tamẽ vt detur oramus. noſter fit cum accipitur, qui tamen Dei eſt, quia ab illo datur, Dei ergo eſt ex munere, & noſter fit per acceptionem. Deinde noſter dicitur aliquis ad diſtinctionẽ hoſtium & alienorũ, vnde Hiero. ad Titũ. 3. cũ dicit apoſtolus. Diſcãt noſtri bonis operibus præeſſe, ait noſtros vocat qui in Chriſto crediderunt.

Veſter. Veſter nonnunquã de iuſtis dicitur. vt cũ dicitur. Videns ordinem veſtrum. & in euangelio. Nonne ſcriptũ eſt in lege veſtra, id eſt, vobis data. Aliquãdo de iniquis dicitur & ne fariis. Vnde Hiero. Amos. 4. ait. Quando ſermo diuinus addit Veſter, vt prophetas veſtros, ſuos eſſe negat. vt Amos. 4. multitudinẽ hortorũ veſtrorum, vinearũ veſtrarum, oliueta veſtra, & ficeta veſtra, comedit eruca. Iſti ſunt de quibus loquitur propheta, multiplicauerunt ſibi hortos in quos, ne vinea ſua mu taretur, Naboth occubuit, & hæretici vineas *3. Reg. 21.* & olivueta & ficeta habere ſe iactant, ſed vinea eorum vinea ſodomorum eſt, & olivueta eorũ non ſunt de bonis oliuis, ſed de oleaſtris quos *Hæretici.* apoſtolus radicibus bonarum oliuarum præcipit inſerendos. Ficeta quoque talia habent, *Rom. 11.* quæ calathum peſsimarum impleant ficorũ, quos Ieremias præ amaritudine comedi non *Iere. 29.* poſſe teſtatur, ad quę cum Dominus veniſſet *Mat. 11.* æterna eis ariditate maledicit, vt nunquam fructum afferant, ne virore foliorum decipiãt tranſeuntes. & Iſaias ait. ſolennitates veſtras odio habet anima mea.

Hoc pronomẽ eorum de iniquis & à Deo abhorrentibus dicitur. Hoc ſignificauit Hiero. Ezech. 7. in huius loci expoſitione. Poſsidebũt ſanctuaria eorũ. cũ ait. Significanter eorũ dicit, quia polluta fuerant ſanctuaria Dei, & violatum arcanum eius. Non dixit, poſsidebunt ſanctuaria mea, ſed eorum, quia poſt cõtaminationem mea eſſe ceſſarunt.

Suos vocat Deus ſanctos viros tantũ, quãuis vniuerſæ creaturæ, Dei ſint, ratione creationis. Hinc eſt quod Theophy. Iohã. 13. ait. ſuos vocat Deus ſecundũ familiaritatis rationẽ vt diſcipulos ſuos. Quãtũ enim ad rationẽ creationis eius, proprij ſunt omnes homines. In propria, inquit Iohannes, venit, & ſui eum non receperunt. Sui proprie ſancti ſunt, eo ꝙ familiares ei ſunt. Vnde Iohan. 13. legimus, Quum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Porrò quod exponit Theophy. ſui eum non receperunt, de illis qui Dei erant iure creationis, non videtur eſſe verum Sed hic eſt ſenſus. Qui impẽſe videbãtur cultui diuino eſſe dediti, eum neglexerunt & ignominia affecerunt. Nam loquitur ſcriptura iuxta illorum vel vulgi perſuaſionem.

Hic, hæc, hoc ad quæ tẽpora extẽdatur. Pronomen, hic hæc hoc ad præteritũ pręſens & futurum ſe porrigit & extendit. Nã vt ait Chryſoſt. ho. 78. in Mat. ſolet ſcriptura ſic

loqui, hæc eſt generatio, non de viuentibus tunc, loquens, ſed de vniuerſis fidelibus, vt in Pſal. Hęc eſt generatio quęrentium eum, quę rentium faciem Dei Iacob, & in Euangelio. Non præteribit generatio hæc. Neinpe fidelium omnium. Lege quę ſcripſimus lib. 3. c. 3.

Pronomina quæ redundare videntur Emphaſin habent.

Solent Hebræi pronomina ſuperfluo, vt nobis videtur, inculcare, ad maiorē rei vehementiam, & exaggerationem, & ad hunc ſenſum trahere debemus Auguſt. verba ex Pſal. 104. quæ ſic ſe habent. Frequens eſt apud Hebræos, vt pronomina poſſeſsiua, aut relatiua, abundent, vt apud Mat. Venit is qui fortior eſt poſt me, cuius non ſum idoneus, vt procumbens ſoluam corrigiam calceamentorū ipſius. Abundat dictio, ipſius, & Pſal: 73. Redemiſti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion in quo habitaſti in eo. Item Euthy. Pſal. 9. ait. Solent Hebræi pronomina ſuperfluo coniūgere, vt beatus cuius Deus Iacob adiutor eius & Beatus vir cui eſt auxilium ei abs te, & iterum. Cuius maledictione os eius plenum eſt, & in euangelio. Cuius ventilabrum in manu eius. Pro in cuius manu ventilabrum eſt. Et cantico Deute. Vbi ſunt dij eorum in quibus confiſi ſunt in eis. Multa huiuſcemodi exempla poſſemus coaceruare, ſed hæc ſufficiant. Deniq; Cambi Pſal. 3. ait. omnis additio idem valet ac ſi geminaretur ſententia, nam additio nunquam niſi ad maiorem Emphaſin fieri ſolet.

Poſtrema regula huius capitis ſit hæc. Nomina propria interdum ponuntur pro pronominibus deriuatiuis. Hoc ſignificauit Auguſt. Pſal. 67. cum hunc locum enarrat. Rex virtutum dilecti dilecti. Illius hæc ſunt verba: Locutio eſt ſcripturis vſitatiſsima, quod per nomen proprium, pronomen exprimatur aut relatiuum, vt eundem eſſe de quo dicitur dubitari omnino non poſsit. Sic in Pentateucho multoties inuenitur. *Exo. 4.* Fecit Moyſes illud atq; illud, ſicut præceperat dominus Moyſi, ideſt, ei. Ecce poſitum eſt nomen proprium, loco pronominis. Non dixit quod vſitatum eſt in locutionibus noſtris. Et fecit Moyſes ſicut præceperat ei dominus. Sed fecit Moyſes ſicut præceperat dominus Moyſi. Quaſi alius ſit Moyſes cui præcipit, & alius Moyſes qui fecit cū idē ipſe ſit. Tales locutiones in nouo teſtamento difficillime inueniuntur Inde tamen eſt quod apoſtolus ait. *Pauli locus ad Rom. 1.* De filio ſuo qui factus eſt de ſemine Dauid, ſecūdū carnē, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſecundū ſpiritū ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorū Ieſu Chriſti domini noſtri, iſta vltima quatuor verba poſita ſunt loco pronominis, eius. Nā ex hoc quod Chriſtus ſuſcitauit ſeipſum à mortuis oſtēdit ſe Deum eſſe. Ita loquitur apoſtolus tanquam alius ſit filius Dei qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, & alius Ieſus Chriſtus dominus noſter. Illud tamen exemplum quod affert Auguſt. Rex virtutum dilecti dilecti, non placet, ipſe arbitratur nomen primum dilecti eſſe nominatiuum, & ſecundum eſſe in genitiuo. Cum ſit eiuſdem nominis geminatio in recto, vt æquiualeat nomini diſtributiuo, vt dicemus cap. ſequenti in fine, & rex eſt nomen ſingularis pro plurali, ideſt, reges potentes à domino diligentur. Poterat Augu. vti clarioribus exemplis, his in primis. Gene. 7. Duo duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & fœmina ſicut præceperat dominus Noe, & Audite vxores Lamech ideſt meę, & Creauit deꝰ hominē ad imaginē & ſimilitudinem ſuā. ad imaginem Dei, ideſt eius creauit eum, & ad Ephe. 1. Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti per volūtatem Dei, Dei, ideſt Chriſti, & Deut. 9. Dedit mihi dominus tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & Marci. 1. Vidit Symonem & Andream fratrem Symonis, quamuis in codice Latino legatur eius, & Matth. 1. Chriſti generatio ſic erat. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu pro eius. Licet in codice Gręco legatur eius Atq; ita legit Origen. & Chriſtianus Druth. & Exo. 2. Iuxta Hebraicum, egreſſus eſt vir de domo Leui, & duxit filiam Leu. 1. eius. Eſt enim peculiare Hebræis vti tertijs perſonis pro ſecundis aut primis. Vide Auguſt. ſuper Gene. q. 110. & quæ ſcripſi. lib. 9. Regula. 32.

¶ De ſignis vniuerſalibus.

CAP. III.

PRopoſitio vniuerſalis affirmatiua interdum vniuerſaliter capitur, vt pſalm. 24. omnes viæ domini miſericordia & veritas, & apud Iohan. 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si intelligatur dē lumine naturali, vniuerſaliter intelligitur. Si de lumine gratiæ, pro multis accipitur, omnis. Porro hæc vniuerſalitas referenda eſt ad

dictio

dictionem cui adiungitur. 2. Paralip. 9. Ma-
gnificatus eſt rex Salomon præ omnibus re-
gibus terræ. Non vniuerſæ terræ, ſed regio-
nis illius & illi adiacentium. & Actu. 11. A-
gabus ſignificabat per ſpiritum, famem ma-
gnam futuram in vniuerſo orbe terrarũ, quæ
facta eſt ſub Claudio Cæſare. in vniuerſo or-
be, ideſt, in tota Iudæa per Synecdochẽ. Hoc
eſt quod ait Hiero. Iſaiæ. 13. Idioma eſt, in-
quit, ſacræ ſcripturæ, vt omnem terram illius
ſignificet prouinciæ, de qua ſermo eſt. Vt a-
pud Iſaiam. Dominus exercituum præcepit
militiæ belli, vt diſperderet omnem terram.
quod quidã non intelligẽtes, ad omniũ terra
rũ ſubuerſionẽ trahunt, cum de Babylone tã-
tum ſit locus intelligendus. & Ambro. lib. 3.
De hoc. lib. 9. Reg. 4. 5. 6. de Vocatione gentium inter alia multa ait.
Sermo diuinus, hac vtitur cõſuetudine, vt ea
quæ de quadam parte dicuntur, ad omnes
homines pertinere videantur. Sic interdum
& pro parte terræ, omnem terram, & pro par
te mundi totum mundum, & pro parte ho-
minum, omnes homines nominãtur. Vt om-
nes declinauerunt. Hinc tamen oritur dubiũ,
Quæſtio de tenebris paſſionis dominica. An tenebræ illæ quæ in paſſione domini ac-
ciderũt, obtexerint vniuerſum orbẽ, an par-
tem eius. Theophy. Matth. 27. his verbis re-
ſpondet. Erant inquit, in toto mũdo tenebræ,
(non in parte mundi) ſicut in Ægypto, vt
monſtretur quod lugeat in paſſione condito
ris creatura, & quod à Iudæa lux receſſerit.
Iudæi quoque petentes ſignũ è cœlo, nũc vi-
deant ſolem obtenebrare. Sexta autem die
homo eſt conditus, & ſexta hora de ligno co
Qua hora homo creatus, & redemptus. ſuprà lib. 3. ca. 1. medit. Qua hora Dominus hominẽ condidit,
eadẽ & lapſum reparauit. Sexto die & ſexta
hora cruci affixus eſt. Et Euthy. Matth. 67.
Non poterunt Iudæi dicere quod ſolis ecli-
pſis ſecundũ naturam eſſet. Nam ipſa in vno
tẽporis accidit momento, & in vna parte ter
ræ, & non decimoquarto die lunæ. Hæ vero
tenebræ & ad tres horas perſeuerarunt, &
ſuper vniuerſam terrã &. 14. die lunę, quando
impoſsible eſt ſecundũ naturã contingere ſo
lis eclipſim. & Diony., epiſt. 11. fatetur ſe vi-
diſſe admirandã eclipſim in Heliopoli vrbe
Aegypti. ſed Eraſmus epiſtolã illam, imo to-
tum Dionyſiũ reijcit & contẽnit. eam tamen
admittunt multi præclari viri & literis &
ſanctitate inſignes, vt Michael Syngelus
in iuſto volumine de laudibus Dionyſij edi
to. & Aretha in Apocalypſi. cap. 18. illam
agnoſcit inquiens. ait Iohãnes Apoca. 6. cap.
Cum apertum fuiſſet ſigillum ſextum, & ter-
ræmotus factus eſt magnus, & ſol factus eſt
niger. &c. Manifeſte deſcribit nobis viſio,
ſigna quæ in Chriſti paſſione facta ſunt. Cũ,
enim eſſet pleno lumine luna nempe. 14.
die, & ex diametro diſtaret à ſole, quomodo
poſſibile fuit, vt ſolem repentino ſuo aduẽtu
obſcuraret? nam ita ſolarem eclipſim fieri di-
Ad Apollophanem. cũt Aſtrologi. Rurſum quomodo poſsibile
fuit, vt luna in medio die conſtituta talis ap-
pareret. Vnde etiã Diony. Areopagita ad di-
uinũ refert miraculum, quod tempore paſsio
nis in ſole cõtigit, nõ iuxta affectiones in cor-
poribus cœleſtibus fieri ſolitas. Hæc ille. At
dices eclipſis nõ potuit eſſe vniuerſalis. Si eſt
naturalis, nõ nego. Terræmotus etiã fuit vni-
uerſam terrã concutiẽs. Nã vt ait Auguſt. li. 2.
de mira. Scripturę. Quindecim vrbes in Thra
cia ſunt ſubmerſæ illo terræmotu. & Nice-
pho. lib. 1. cap. 17. ſub Tiberio. 14. minoris
Vrbes. 14. in Aſia ſubmerſæ. Aſiæ vrbes terræmotu concidiſſe, memoriæ
proditum eſt, quarum nomina ſunt, Epheſus,
Magneſia, Sardis, Moſthene, Hierocæſarea,
Philadelphia, Tmolus, Timus, Myrina. Cy-
me, Apollonia, Hyrcania, Dia, Cibyra. & Ter
tulianus in apologetico capit. 21. & quod
Plinius. lib. 2. cap. 84. ſcribit, de hoc terræmo-
tu dictũ putant. Tiberij, inquit, Cæſaris prin-
cipatu. 12. vrbibus Aſiæ vna nocte proſtratis.
Et Euſebius in Chronicis dicit accidiſſe. 25.
anno Tiberij.

Origenis ſententia. Oppoſitam ſententiã tuetur Orige. tract.
vlt. in Matth. Cum exponit hunc locum. A
ſexta autem hora tenebræ. &c. Arbitror, in-
quit, ſicut cætera ſingna quæ facta ſunt in paſ
ſione domini, in Ieru. tantũmodo facta ſunt,
ſic & tenebræ tantum ſuper totam Iudæam
factæ ſunt vſque ad horam nonam. Nam
quod velum templi ſciſſum eſt, quod terra
contremuit, quod petræ diruptæ ſunt, quod
monumenta aperta ſunt, in Ieruſalem tantũ
accidit. Neque enim ſenſerunt qui in Aethio
pia erant, & in India, & in Scythia. quod ſi fa
ctum fuiſſet, inueniretur in hiſtorijs aliquibus
in quibus ea, quæ illis temporibus accide-
runt, ſcripta ſunt. Quod hoc verum ſit, argu
mento eſt hoc, quod tertio. Regum. lib. vbi
Abdias diſpenſator Achab dixit Eliæ: Quid
peccaui, quia dediſti ſeruum tuum in ma-
nus Achab vt mortificet me? Viuit Deus
tuus, ſi eſt gens vbi non miſit dominus meus
quærere te. Quis tam lapideus eſt, vt exiſti-
met quod rex Iſrael Achab per omnẽ gentẽ

Digitized by Google

mundi quæſiuit Eliam. Sed ſine dubio exaggeratorie dicta ſunt, oſtendētia quod ſatis eũ quæſiuit in gentibus quę fuerāt circa Iudæā. Nam ſub Chriſto tenebræ factæ ſunt ſuper Iudæam tribus horis, lumen autem fuit ſuper omnem reliquam terram, quod vbiq; illuminat omnem eccleſiā Dei in Chriſto. Et ſi vſq; ad horam 9. tenebræ fuerunt ſuper omnē Iudæam, manifeſtum eſt quod iterum lumen eius refulſit, quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus futurus eſt. Quod autem tribus horis factæ ſunt ſuper Iudæam, oſtendit quòd ob peccata ſua priuati ſunt lumine patris, filij, & ſpiritusſancti. Hactenus de hac quæſtione.

Interdum vniuerſalis non intelligitur abſolute & vniuerſaliter, vt Leui. 11. omne quod habet diuiſam vngulam & ruminat in pecoribus comedetis, quod non extenditur ad cadauera, nec ad animantia à beſtijs dilaniata, & Geneſ. 3. Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod eſſet mater cunctorum viuentium, quod non extenditur ad irrationalia, & Gene. 41. omnis terra venit in Ægyptũ, ideſt, bona eius pars, & apud Lucā. Exijt edictum à Cęſare vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Sed totus orbis non erat imperio Romano ſubiectus, & ad Rom. 1. Paulus, fides veſtra annunciatur in vniuerſo mũdo, ideſt, in multis locis. Et, Eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum, cum multi apoſtolos diligerent, & pro illis ceruices ſuas gladio ſuppoſuerint. Et, omnes qui ante me venerũt fures & latrones fuerunt, & Salomon, omnia ſunt vanitas, cum virtus vanitas non ſit, &, omnia flumina vadũt in mare, & ad Colo. 1. de euang. Quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt, & in epiſt. catholi. Omne gaudium exiſtimate fratres cum in varias tētationes incideritis, ideſt, maximũ aut magnũ gaudium, & cum dixerint aduerſum vos omne verbum ideſt, multa verba, &. 1. Corin. 9. Qui in agone certat ab omnibus ſe abſtinet, ideſt, à multis abſtinet cibis, ſic intelligendus eſt Pauli locus omnes in Adam peccauerunt, cum tamen virgo Maria immunis ſit ab omni labe peccati. Eſt huius rei optimum exemplum annotatũ à Chriſoſt. ho. 23. in epiſt. ad Hebræ. cum de multis ſanctis patribus locutus eſſet apoſtolus, ad Hebræ. 11. addit. Hi omnes mortui ſunt non acceptis promiſſionibus. At Enoch quem in illo nominum catalogo recenſuit, mortuus non eſt, quia tranſtulit illum dominus.

Maria immunis ab originali peccato.

Locus Pauli ad Heb. 11. expoſitus.

De Henoch lib. 3. ca. 1. diſſerumus

Porro hæc quæ à nobis breuiter decurſa ſunt, oportet multis ſanctorum virorum exemplis illuſtrare & munire. In primis Euthy. Mat. 19. ait. Eſt ſcripturæ idioma, vt omnes dicat pro pluribus. & Iohan. 10. in huius loci expoſitione, omnes qui ante me venerũt fures fuerunt, ait. Quotquot à ſeipſis venerũt, quotquot venerunt non per prædictum oſtium, vt Iudas, Theudas, prophetę aũt non à ſeipſis venerunt, ſed à Deo miſsi ſunt, nec aliũde ſed per oſtium intrauerunt. Scire oportet quod frequenter ſcriptura vniuerſalem repræſentans formam, particularem inſinuat intelligentiam, vt Pſalm. 13. omnes declinauerunt ſimul & inutiles facti ſunt. Tales quidem non erant qui tunc Deum colebant. & Theophy. Matt. 19. & Orige. tracta. 28. in Matth. verſus finem. Item Hiero. Zacha. 2. in poſtremis verbis. Cum dicitur, omnis caro, non abſolute hominum & beſtiarum & volatilium, ſed ſpecialiter hominum accipitur. Vt in Pſalm. 64. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Neque enim ad dominum omnis caro irrationabilium ventura eſt animantium, ſed illa quæ donum ſancti ſpiritus ſuſceptura eſt. De qua dicitur. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Hæc ille. Nam caro pro homine accipi, alibi dicturi ſumus, & in comment. epiſt. ad Ephe. cap. 1. ait, omnis, ſæpe refertur, non ad vniuerſitatem, ſed ad ea tantum de quibus diſputatum eſt. Vel aliter, omnis capitur pro parte maxima, eo quod quæ minora ſunt, in maioribus intelligantur. Veluti cum dicimus, omnis ciuitas conclamauit, non quod aliquis tacens non fuerit, ſed quod maxima vrbis pars id fecerit. Vnde Paulus, omnes ſua quærunt, non autem quę ſunt Dei, &, omnes me dereliquerunt, non quod Timotheus & cæteri diſcipuli, qui illo tempore quo epiſtolæ ſcribebantur cum eo erant, illum reliquerint. Sed idcirco quia à pluribus ſit deſertus, ab omnibus ideſt maxima parte, deſertum eſſe conqueritur, & in Pſal. omnes declinauerunt ſimul & inutiles facti ſunt. Si omnes declinauerunt, ergo declinauit & ipſe qui loquitur, & iterum. Ego dixi in exceſſu mentis meæ, omnis homo mendax, cum ipſe mendax non eſſet, & Paulus. Docentes omnem hominem. Cũ multi doctrinam eius non audierint. Lege eundem Hierony. in epiſt. ad Damaſum de filio prodigo.

Iœl. 2.

Philip. 2.

2. Tim. 3.

Pſalm. 13.

Pſal. 115.

Colo. 3.

Multi aliquando pro omnibus accipiuntur.

Multi pro omnibus.

Digitized by Google

tur. Matth. 20. Filius hominis non venit mini
ſtrari ſed miniſtrare, & dare animam ſuam re
demptionem pro multis. & ca. 26. Hic eſt ſan
guis meus, qui eſt noui teſtamẽti, qui pro mul
tis effundetur in remiſsionem peccatorum.
Ex Theophy. in prædictorum locorũ expo-
ſitione. Item ad Hebræ. 9. Hæc dictio, inquit,
multi pro omnibus ponitur. Vt animam ſuã
daret pretium redemptionis pro multis, ideſt,
pro omnibus. omnes etiã multi ſunt. Et Au-
guſt. contra Iulianum Pelagianũ. lib. 6. ca. 12.
Rom. 5. Hæc dictio multi pro omnibus ponitur. Ge-
neſ. 17. Patrem multarum gentium poſui te,
& apud Paulum. Per vnius inobedientiam
peccatores conſtituti ſunt multi. Adde etiam
ex Hiero. Iſaiæ. 66. Quod hic numerus multi
Multi in ma ſemper in vitio eſt. Vnde in Geneſi narratur,
lam partẽ quod cœperint homines fieri multi in terra.
ponitur. Hæc ille. & in Pſalm. Multi inſurgunt aduer-
ſum me. & in lege præcipitur. Ne acquieſca-
mus iudicio multorum. Nam ſtultorum infi-
nitus eſt numerus. Hinc fortè pauci pro iuſtis
accipi ſolent, vt in Pſalm. 16. Domine à pau-
cis de terra diuide eos, in vita eorum.

Haud infrequenter particula negatiua,
Non, quæ præcedit, aut ſequitur, poſt dictio-
nem, omnis, ſignificat idem quod nullus. a.
um. vt ad Epheſ. 4. omnis ſermo malus ex o-
re veſtro non procedat. & Habacuc. 2. omnis
ſpiritus non eſt in eo, ideſt, nullus. & in Eccle
ſiaſte. ca. 1. Non eſt omne nouum ſub ſole. &
Lucæ. 1. Non erit apud Deũ impoſsibile om-
ne verbum. Exod. 22. omnem viduam & pu-
pillum nõ affligetis. Leuitici. 3. omnẽ adipẽ
& omnem ſanguinem non comedetis. Exod.
20. Non facies omne ſculptile. 1. Iohann. 1.
omnis qui peccat non videt deũ. Gene. 4. Vt
non interficeret eum omnis inueniens eum.
Hoc ſignificare volens Euthy. Ioh. 10. ait. Eſt
vbi omnis ſignificat idem quod nullus vt in
dicto Saluatoris Matth. 24. Niſi breuiati fuiſ
ſent dies illi non fuiſſet ſalua omnis caro, id
Pſalm. 118 eſt nulla. In illo quoque Dauidico verſu. Non
dominetur mei omnis iniuſtitia, hoc eſt nul-
la. Et iterum Matth. 57. ait. non omnis pro-
nullo, ex idiomate veteris ſcripturæ ſumitur.
Vt Matth. Niſi breuiati fuiſſent dies illi non
fuiſſet ſalua omnis caro. Niſi breuiati fuiſſent
dies illi, intelligitur (iuxta Chryſoſto. hom.
49. in Matthæum. capit. 24. & iuxta Hieron.
ibidem) Niſi pauci fuiſſent dies illi. nam ali-
ter non poſſunt eſſe dies breuiores quam. 24.
horarum.

Sæpè multi aut omnes in ſcripturis ponũ
tur pro vno. vt Pſalm. 106. omnem eſcam a-
bominata eſt anima eorum, ideſt, manna. &
Matth. 5. Beati eſtis cum dixerint vobis om-
ne malum, ideſt aliquod malum, propter me,
mentientes, Regulam hanc his verbis Hiero.
tradit. Matth. 26. Tropus eſt, inquit, ſcriptu-
ræ qui vocatur σύλληψις quo & pro vno, om
nes, & pro multis vnus, appellari ſolet. Nam
Paulus in ea epiſtola quæ inſcribitur ad He- *Hebræ. 11.*
bræos, cum ſanctorum paſsiones & merita
deſcripſiſſet, intulit. Leonum molas obſtru-
xerunt, vnus Daniel, circuierunt in melotis, *Orige. ho.*
Elias, lapidati ſunt, Stephanus, ſerrati ſunt, *1. in Iſaiã*
Iſaias, in occiſione gladij mortui ſunt, cum *et Hiero. c.*
vnum tantum, Iſaiam ſectum Iudæi autumẽt. *1. illius, vt*
Aliqui tamen hoc ignorantes calumniãtur il- *lib. 2. ca. 2.*
lum Matthæi locum. Videntes diſcipuli in- *col. 138. di*
dignati ſunt, cum alius euangeliſta, Iudam ſo *ximus.*
lum dixerit contriſtatum, eo quod loculos te *Matth. 26*
nuerit, & fur ab initio fuerit. Hoc alij aliter *Lucæ. 23.*
ſoluunt, quod apoſtoli propter pauperes in-
dignati ſunt, Iudas autem propter lucra ſua.
Hoc idem repetit auctor commẽtariorum in
Marcum titulo Hierony. cap. 14.

E contrario vnum pro multis ſolet inueni
ri. quod his verbis ſolet proferri, indefinita
propoſitio poni ſolet pro vniuerſali. vt Exo.
21. Maledicens patri ſuo aut matri ſuæ mor-
te moriatur, id eſt quicunque maledixerit. &
poſt parum ait. Percutiens patrem ſuum &
matrem ſuam, morte moriatur. & iterum. Per
cutiens virum moriendo morietur.

Eiuſdem nominis replicatio in ſcripturis,
idem valet quod nomen diſtributiuũ vel vni
uerſale, vt Duo duo ingreſſa ſunt ad arcam,
ideſt, de qualibet ſpecie duo. & Septẽ ſeptem
erat locus puteorũ puteorũ, id eſt multorum
puteorũ. hoc intelligitur ſiue nomen gemine
tur vt in ſupradictis exemplis, ſiue non gemi
netur, vt in his quæ nũc ſubijciam. vt Vir per
familias, ideſt, quiſq;. & vir qui obtulerit obla
tionem, aut mulier, ideſt, vnuſquiſq; vel vna-
quæque. & Iohan. 3. Non poteſt homo acci-
pere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo.
& Pſalm. 48. Fratrem nõ redimet redimendo
vir, id eſt vnuſquiſq; homo fratrẽ liberare ab
afflictione non poterit. Aug. tamen libr. 3.
Locut. in Leui. ſic ait. Homo homo filiorum
Iſrael, id eſt quilibet homo. & Vir qui obtu-
lerit ſacrificium, id eſt, quicunque vir. Mulier
id eſt vnaquæque mulier. & parum infra
ſubiungit. Non ſicut quidam putauerunt, ita

Digitized by Google

dici tanquam laudabiliter nuncupetur, homo homo,acſi diceret,homo,ſed homo,ideſt non qualiſcunq;,velut ſimilis pecori, ſed qui verè ſit homo,quem ſenſum non eſſe verum apertè oſtenditur,cum in eo dicitur qui culpatur,non qui laudatur.

Hunc quem carpit Auguſt. Origenes eſt, qui in quadam homilia hoc affirmauit.

¶De Numeralibus nominibus in genere, & de numeris nominum.

CAP. IIII.

RES & inſtitutum noſtrum efflagitare videntur,vt de numeris nominum, & nominibus numeralibus in genere,nõnulla quę maximum habent momentum ad intelligentiam diuinarum ſcripturarum, breuiter percurramus. Primo quidem ad numerorumtractationem animum conuertamus, de quibus regula illa valde annotanda in primis ſe ſe offert, quam affert Auguſt.lib.2. Quæſtionũ in Exodum. q.47.Solet ſcriptura ita tempora nuncupare, vt quod de ſumma perfectioris numeri paululum excreſcit,aut infra eſt, non computetur.Hoc eſt quod dixit Deus Abraham. Sciẽdo ſcies,quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria, & in ſeruitutẽ redigẽt eos. & nocebunt illis,quadringentis annis , non quòd in illa ſeruitute Dei populus quadringentos annos fuerit. Sed quia ſcriptum eſt.
Geneſ. 21. In Iſaac vocabitur tibi ſemen,ex anno natiuitatis Iſaac, vſque ad annum egreſsionis ex
Galat. 3. Ægypto , computantur anni quadringenti
Exod. 12. quinque, cum ergo de quadringentis. 30. detraxeris.25.qui ſunt à promiſsione vſque ad natum Iſaac, non mirum eſt ſi quadringentos quinque annos,ſumma ſolida quadringẽtos voluit appellare ſcriptura.Nõ itaq; quod ait, in ſeruitutem redigent eos & nocebunt illis,ad quadringentos annos referendum eſt, tanquam per tot annos eos habuerint in ſeruitute,ſed referẽdi ſunt.400.anni, ad id quod dictum eſt, peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria,quia ſiue in terra Canaam ſiue in Ægypto peregrinum erat illud ſemen, antequam hæreditatem ſumerent terram ex promiſsione Dei,quod factum eſt poſtea quã ex Ægypto liberati ſunt.Vt hyperbaton hic intelligatur & ordo verborũ ſit.Sciendo ſcias quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria,quadringentis annis. Illud autem interpoſitum, intelligatur, & in ſeruitutem redigent illos & nocebunt illis, ita vt ad quadringentos annos iſta interpoſitio non pertineat. In extrema enim parte annorum ſummæ huius, hoc eſt poſt mortem Ioſeph factum eſt vt in Ægypto populus Dei durã perageret ſeruitutem. Ex illa ergo promiſsione qua vocatus eſt Abraham(vt exiret de terra ſua & de cognatione ſua, & qua illi dominus promiſit in ſemine tuo, &c.) poſt quadringentos &.30. annos lata eſt lex, vt Paulus dicit ad Galat. 3. & ipſa ſcriptura Exodi. cap.12.hoc ſignificauit.Ab ipſo incolatuque incoluerunt in terra Aegypti & terra Canaã ipſi & patres eorum. Ac per hoc manifeſtum eſt computandum eſſe tempus etiam patriarcharum,Abrahæ,Iſaac, Iacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham de terra Canaam, id eſt ex illa promiſsione, in qua eius fidem laudauit Apoſtolus,vſque ad illud tempus, quo ingreſſus eſt Iſrael in Aegyptum. Toto quippe illo tempore peregrinati ſunt patres in terra Canaam, & deinde ſemen Iſrael in Aegypto,ac ſic completi ſunt quadringenti.30. anni à promiſsione vſque ad exitum Iſrael ex Aegypto, quando facta eſt lex in monte Sinai. Nam.75. anno vitæ Abraham egreſſus eſt de Canaan vt dicitur in Geneſi, & genuit Iſaac cum eſſet annorum centum.Fiunt itaq; anni.25.ex promiſsione vſq;ad natum Iſaac. His adduntur,omnes anni vitę Iſaac,centum & octoginta , fiunt ducenti quinque tunc erat Iacob centum & viginti. Natique ſunt ſexagenario patre, gemini, ipſe & Eſau. Poſt decem autem annos intrauit Iacob in Aegyptum , cum eſſet annorum centum triginta. Ioſeph autem cum eſſet.39. Fiunt proinde anni à promiſsione vſq; ad ingreſſum Iacob in Aegyptum ducenti quindecim. Ioſeph autẽ ab illo.39.anno ætatis ſuæ,in quo eum pater in Aegypto inuenit, vixit ſeptuaginta & vnum annos.quia omnes ætatis eius anni centum decẽ fuerunt.Cũ ergo ad ducẽtos quindecim annos acceſſerit.71.fiunt anni ducẽti octoginta ſex. Reſtant centũ quadringenta quatuor vel quinque quibꝰ intelligitur ſeruiſſe in Aegypto Iſrael,poſt mortẽ Ioſeph.Hęc eadem totidem ferè verbis tractat Aug.li.16. de Ciuit.Dei.ca.24.& affert aliud exẽplũ ex

Gene.

Digitized by Google

Gene.11.deſumptũ iuxta editionem.70. ſed quia aliter in vulgata editione quæ in Hebraico habetur, omiſi, & Eucherius, lib.2.in Gen. c.20.Item Suidas in dictione Μωυσῆς, ait ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ Μωύσεως ἔτει, ἐξῆλθον οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ἐξ αἰγύπτου, ἐν ᾗ παρῴκησαν ἔτη διακόσια δεκαπέντε. πῶς οὖν φησιν ὁ θεὸς πρὸς τὸν Ἀβραάμ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἔτη τετρακόσια. ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἀπὸ τῆς ἀναβάσεως Ἀβραὰμ ἐν χαρὰν, δεῖ τὴν τοῦ λαοῦ παροικίαν ἀριθμεῖν. οὐ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ μόνη γέγονεν ἡ παροίκησις. ἀλλὰ καὶ ἐν γῇ χαναάν. Μωυσῆς γὰρ λέγει. ἡ δὲ παροίκησις τῶν υἱῶν ἰσραὴλ, ἐν γῇ χαναὰν καὶ ἐν αἰγύπτῳ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα. καὶ τοῦ μὲν ἀβραὰμ ἀπὸ τῆς ἐν χαρὰν ἀναβάσεως μέχρι τῆς ἰσαὰκ γενέσεως ἔτι εἰκοσιπέντε, ἀπὸ δὲ ἰσαὰκ μέχρι ἰακὼβ, ἔτη ἑξήκοντα, ἀπὸ δὲ ἰακὼβ μέχρι τοῦ Λευὶ, ὀγδοήκοντα ἑπτά. ἀπὸ Λευὶ, μέχρι καὰθ, τεσσαράκοντα πέντε. ἀπὸ καὰθ, μέχρι * ἀβραὰμ ἑξήκοντα τρία, ἀπὸ μωσέως μέχρι τῆς ἐξόδου, ὀγδοήκοντα. καὶ οὕτως ἐξῆλθεν ἰσραὴλ ἐκ τῆς αἰγύπτου, τοῦ μωσέως γεννηθέντος. Hoc eſt, octogeſimo anno vitæ Moyſis, exierunt Iſraelitæ ex Aegypto, in qua habitauerunt ducentis &. 15. annis. Verum ſi hoc certum eſt, quomodò dixit dominus Abrahæ. Peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua quadringentis annis. Sed palàm eſt exilium illud eſſe ſupputandum à deſcenſu Abrahę in Charan. Nam non tantum Aegyptum illi incoluerunt, ſed etiam regionem Canaan, & ideo rectè dixit Moyſes. Iſraelitas Aegyptum incoluiſſe ac regionem Canaan, quadringentis &.30. annis. Mox à deſcenſu Abraham & habitatione in Charan vſque ad natiuitatem Iſaac ſupputantur. 25. anni, ab Iſaac vero vſque ad Iacob, anni. 60. ſunt, à Iacob ad Leui vſque. 86. à Leui vſque ad Caath. 45. à Caath vſque ad Amram. 63. anni numerantur. Denique à Moyſe vſque ad egreſsionem, octoginta. Nam anno. 80. vitæ Moyſis profecti ſunt ex Aegypto. Hæc deſumpta ſunt ex Epiphanij Ancyroto, circa finem, parum ante epilogum, verum in vtroque loco vbi legitur μέχρι ἀβραὰμ, lege μέχρι ἀμραμ. Igitur ſummatim ſic ſupputantur anni. Abraham. 75. anno egreſſus eſt de terra ſua. Gene. 11. Centenarius genuit Iſaac. Geneſ. 17. Putaſne centenario naſcetur puer, eſto iam. 25.

*Lege ἀμράμ.

25 anni. Iſaac Abrahæ filius ſexagenarius, ge-
60 nuit Iacob & Eſau. Geneſ. 21. adde. 60. annos.
90 Iacob nonagenarius genuit Ioſeph. adde. 90.
110 annos. Ioſeph vixit centum & decem annos. Geneſ. vlt. Poſt mortem eius durauit

ſeruitus Aegypti iuxta aliquos hiſtoriographos. 65. annos, & tunc natus eſt Moy- 65
ſes, cuius anno. 80. egreſsi ſunt filij Iſrael. Igi- 80
tur à. 75. anno Abrahæ, ad. 80. Moyſi ſunt quadringenti & triginta. Si ab hoc numero detraxeris. 25. qui ſunt anni à promiſsione vſque ad natum Iſaac, remanent quadringenti & quinque anni, quos quadringentos nominat ſcriptura. Iuxta Regulam dictam. Lege etiam Albinum in Quæſtionibus in Gen. Oecumen. ad Galat. 7. ait. Quadringenti & 30. anni hoc modo colliguntur, à. 75. anno. Abrahæ vſque ad. 100. numerantur anni. 25. Iſaac anni. 70. anni Iacob. 95. anni Ioſeph. 110, anni in Aegypto tranſacti centum quadraginta quatuor, intellige poſt mortem Ioſeph. Verum hæc non ſatis commodè colligit Oecume. Hierony. tamen ad Gala. 3. cap. qui has ſupputationes non ignorauit, nam legerat eas apud Euſebium in Chronicis ex quo & deſumptæ ſunt, ait. Supputandi in hoc loco anni, (ab eo tempore quo dominus locutus eſt cum Abraham dicens. In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes.) vſq; ad Moyſen, vtrum quadringenti triginta ſint. Vel quomodo in Gen. ipſi Abrahæ dominus pollicеatur, quod poſt quadringentos annos de terra ſeruitutis filij eius exituri ſint. Nõ enim parua res eſt, & à multis quæſita, neſcio an ab aliquo ſit inuenta. Sed de his haſtenus, ad regulam reuertamur, vt illam multis illuſtremus exemplis. Primum ſit illud quod affert Auguſt. lib. 7. Locut. in Leui. Intrauit, in quit, Abimelech filius Gedeõ, ideſt, Ierobaal, domum patris ſui in Ephratha, & interfecit fratres ſuos filios Ierobaal. 70. viros ſupra lapidem vnum. Quamuis minus fuerint duo, ipſe Gedeon qui occidit, & Ionathas iunior qui latuit. Sic vniuerſum numerum poſuit pro pene vniuerſo, & lib. 1. Locut. in Geneſ. verſus finem, cum dicitur. Duodecim ſumus pueri tui fratres in terra Canaan, cum poſterius dicat quod vnus eorum non ſit, ipſum, ſcilicet, Ioſeph non eſſe exiſtimantes, ſed perijſſe. Et alibi dicitur. Hi ſunt filij Iacob qui nati ſunt in Meſopotamia, cum ibi non fuerit natus Beniamin. Sed in Ephratha. Hoc idem ait Euche. lib. 3. in Gene. cap. 14. Item in lib. q. in Gene. 117. ait Auguſt. Per Synecdochen, vbi maior pars eſt, aut potior, ſolet eius nomine etiam illud comprehendi quod ad ipſum nomen non pertinet, ſicut ad. 12. Apoſtolos iam non pertinebat Iudas, tamen duo-

Geneſ. 22.

Iudi. 9.

Geneſ. 42

Geneſ. 25

Y 4 denarij

denarij numeri nomen apoſtolus illis tribuit, cum ait, illum appparuiſſe duodecim. Cum articulo enim Græci codices habent, vt non
1.Cor.1.5. poſſint intelligi quicunque. 12. ſed illi in illo numero inſignes. Eodem modo dictum eſt illud. Nonne ego vos. 12. elegi & vnus ex vobis diabolus eſt. Hæc eadem exempla affert Euche. loco citato. Deinde idē Eucherius lib. 1. comment. in Geneſ. ca. 37. Noe cum eſſet quinquaginta annorum genuit Sem, &c. ait. More ſuo ſcriptura quingentos vocat, nomine totius, maximam partem plerumq; ſignificans, cum eſſent. 480. & deſumpſit ex Aug. 15. de Ciuita. Dei. cap. 24. Item ad Hebr. 11. dicitur. Hi omnes mortui ſunt, cum Enoch nō ſit mortuus, &c. 3. Reg. 2. dicitur Regnauit Dauid. 40. annos. 7. in Hebron. 33. ſupra totum Iſraeliticum populum. At. 2. Regum. 6. Sex menſes adduntur, & Gen. 17. dicit Abraham. Putaſne centenario naſcetur filius, ſed eum hæc dicebat nondum centeſimum, ſed nonageſimū nonum agebat annum. Deniq; Epiphanius. li. 3. aduerſus hæreſes. c. vlt. quod inſcribitur. σύντομος ἀληθὴς λόγος περὶ πίςεως καθολικῆς. parum poſt principium ait, cum generationes decem præterierint ab Adam vſq; ad Noe, & à Noe vſque ad Abraham aliæ decem, ab Abraham vſq; ad Dauid generationes. 14. à Dauid vſque ad tranſmigrationē, generationes. 14. à tranſmigratione vſque ad Chriſtum generationes. 14. ita vt ab Adam vſque ad Chriſtum. 62. generationes ſupputentur. Sexaginta ſolummodo numerantur ob breuitatem. Etenim in deſerto cum eſſent 72. palmę, ſeptuaginta in ſcripturis ſupputantur, & in montem cum Moyſe ſeptuaginta conſcendiſſe legimus, cum. 72. inueniantur cum Elad, & Modad, & ſub Ptolemæo. 72. interpretes legis fuerunt, & vulgo dicimus, iuxta interpretationem. 70. ſic legitur. Lege quæ ſcripſi lib. 10. Reg. 43.

Locus Pauli ad Hebr.

Numerum definitum pro indefinito poni in ſcripturis frequentiſſimum eſt. Eccleſ. 11. Da partem ſeptem, necnon & octo, quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram, ideſt. Diſtribuito opes tuas multis indigētibus aut potius omnibus vt ſerueris à domino ab imminenti calamitate. Prouer. 24. Septies in die cadit Iuſtus, ideſt, frequententer. Zachariæ. 3. ſuper lapidem vnum ſeptem oculi, ideſt, multæ cuſtodię. Iob. 19. decem vicibus confunditis me. Pſal. 90. Cadent à latere tuo mille, & de
1.Reg.18. cem millia à dextris tuis, & occidit Saul mille, & Dauid decem millia. Apocal. 2. Ecce miſſurus eſt Diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini & habeatis tribulationem diebus decem, ideſt, multis, & Geneſ. 31. Pater veſter mutauit mercedem meam decem vicibus, ideſt, multis. Hieron. tamen aliter exponit cum quærit, quæſtio Labam ſex annis potuit mutare mercedem Iacob decem vicibus, & reſpondet quod oues Italicæ bis pariunt in anno. Vnde Virgi. bis grauidæ pecudes, & eadem dicitur eſſe natura ouium Meſopotamiæ. Iob. 2. ſederunt cum eo ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & Amos. 1. Hæc dicit dominus ſuper tribus ſceleribus Damaſci & ſuper quatuor non conuertam eum. Numerus ſeptenarius qui ex tribus & quatuor conſtat capitur pro multitudine, ad hunc ſenſum. Quia peccandi finem nullum faciunt, extremo ſupplicio eos afficiam. Hanc regulam Philippus presbyter lib. 2. in Iob. cap. 19. his verbis nobis tradit. Per conſuetudinem humani eloquij, numerus finitus capitur pro infinito, ſic dicimus. Hoc ſcelus iſte operatus eſt, ſed & quinquies peiora commiſit, ſunt alij numeri in quibus ſola auctoritas perfectionis tenēda eſt, non autem ratio perſcrutanda, vt ſepties recipiet in hoc ſeculo, quod aliter euangeliſta centuplum nominauit. Et gentes quas filij Iſrael debellauerunt, alibi ſeptem dicuntur, cum alijs in locis eædem gentes decem eſſe referantur. Atque hoc videtur optime intellexiſſe Aug. cum lib. 3. de doct. Chriſt. c. 35. ait. Plerūque numeri pro vniuerſo tēpore ponūtur, vt ſepties in die laudem tibi dixi, nihil eſt aliud quam, ſemper laus eius in ore meo. *Pſal. 118.*

Locus ex Amos. 1. expoſitus.

Nomina numeralia ab vno vſq; ad quinq; ſolent in ſcriptura ad ſignificandum diminutionem poni. 3. Regum. 17. En colligo duo ligna, ideſt, pauca. Iſaiæ. 17. Erit ſicut quærens ſpicas In valle Raphaim, & relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio Oleę duarum vel trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor aut quinq; in cacuminibus eius, fructus eius, &. 1. Cori. 14. Malo in eccleſia quinque verba meo ſenſu loqui, ideſt, pauca, & Vetula in euangelio obtulit duo æra minuta. A quinq; vero vſq; ad decem, ſolent nomina ſignificare incrementum, vt ſepties in die cadit iuſtus, & Iob. 19. Ecce decem vicibus confunditis me.

Luc. 21.

Prouer. 24

Eſt idioma. (vt ait Hieron. Danielis. 9. cap. verſus finem.) ſermonis Hebraici, & antiquorum ſermonis Latini, vt ante minorem numerum

rum

Digitized by Google

rum ſupputent,& poſtea maiorē. V. G. nos iuxta proprietatem linguæ Latinæ noſtræ, nunc dicimus. Abraham vixit annis centum ſeptuaginta quinq; . Illi econtrario loquuntur. Vixit Abraham annis quinq; & ſeptuaginta & centum. Multa in Geneſi huiuſmodi inueniuntur exempla.& lib.2. cōtra Ioui.ait, omnis ſcriptura maxime vetus, minorem pręponit numerum,& ſic ad maiorem gradatim conſcendit.

Hebræi vtuntur nominibus cardinalibus pro ordinalibus. Licet interpretes frequenter offenſi ſoni aſperitate ſoleant mutare nomen cardinale in ordinali. Nihilominus aliqua remanſerunt exempla quæ immutata permanſerunt. Gen. 1. Factū eſt veſpere & mane dies vnus, ideſt, dies primus,& in euangello. Vna ſabbathorum. Pro prima die ſolennitatis paſchæ,& apud Aggæum vbi nos legimus. Anno tertio Darij, Hebræi legunt. Anno trium Darij. Ex hac Regula, videntur non eſſe ſatis concinnas expoſitiones quæ afferri ſolent in loco citato, Gen. 1. quas legere poteris apud S. Tho. 1. par. q. 74. art. 3. ad. 7. argum. & Philonem in Coſmop.

Poſtquam de numeris illa tradidimus quę à Latinis percipi vtcunque poterant, de numeris nominū aliqua dicenda eſſe videntur. Et primo illud ponamus documentum quod iam poſuimus in ca. de citationibus. Mos eſt ſcripturæ ſacræ, vt pluralis numerus capiatur pro vno ex pluribus. Vt, ſepultus eſt in vrbibus Galaad, ideſt, in vna vrbe, & Ionæ. 1. deſcendit ad latera nauis,& Gen. 19. cum ſubuerteret dominus vrbes in quibus habitauit, ideſt vrbem illam quam habitauit. Iud. 7. de Achā. Peccauit Iſrael & tranſgreſsi ſunt pactum meum,& acceperunt de Anathemate. Hoc eſt quod dicit Ambro. lib. 10. comment. in Lucam. cap. 22. Aliquando, inquit, numerus pluralis de vno dicitur, vt in Pſal. Adſtiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum. Solus enim rex Herodes, & princeps Pilatus, in Apoſtolorum Actibus conſpiraſſe ad-
Actu. 4. uerſus Chriſtum Petri voce produntur. Sed
Hebr. 11. in Paulo ad Hebræos habes. In caprinis pellibus ambulabant, ſecti ſunt, leonum molas obſtruxerunt. Cum ſolus Elias melotem habuiſſe, & Iſaias ſectus eſſe, & Daniel à leonibus intactus manſiſſe doceatur. Sic aliqui etiam
Matth. 27. concordant euangeliſtas, quando dicitur
Luca. 23. duos blaſphemaſſe latrones, cum vnus eorundem blaſphemaſſet. Aut fortaſſe primo ambo blaſphemabant, poſt vnus eorum propter magnitudinem ſignorum conuerſus eſt. Lege Chryſoſt. ho. 4. in Gen. & Auguſt. lib. 3. de conſenſu euangeliſt. cap. 16. Itē Euthy. Pſal. 79. ait. Plurali numero vtitur ſcriptura pro ſingulari Hebræorum more, vt in Pſal. Pſal. 79.
Extendit palmites ſuos vſq; ad mare, & vſq; ad flumina propagines ſuas. Per flumina Euphratem ſignificat. In tertio certe lib. Regum flumen ſingulari ſermone poſitum eſt,& alibi. Hi ſunt dij tui Iſrael qui eduxerunt te de terra Aegypti,& tamen de vno vitulo loqui Exodi. 32.
tur,& hoc repetit Pſalm. 71.& Chryſoſtom. hom. 11. in Gen. Exempla crebro inueniuntur in ſcripturis, vt Pſalm. 131. Introeamus in tabernacula eius, ideſt, in tabernaculum, & Matth. 2. Defuncti ſunt qui quærebant animam pueri. Hoc eſt Herodes. Quamuis Hieronym. illo in loco ſic exponat. Non ſolum Herodes ſed & ſacerdotes & ſcribæ eodem tempore fuerunt mortem domini meditati. Item Hieronym. Danielis. capit. 3. ait. Hæc eſt ſcripturæ ſacræ conſuetudo, vt vnum idolum appellet pluraliter. Vnde in Re- 3. Reg. 12.
gum volumine Ieroboam ponens aureum vitulum in Bethel, idola feciſſe narratur. Sic nonnulli intelligunt illud Daniel. Deos meos non colitis, ideſt ſtatuam. Verum alijs videtur alios eſſe deos Nabuchodonoſor, & aliā ſtatuam auream quam in cultu ſui iuſsit erigi. E contrario multa dæmonia ſingulari numero appellantur, vt in Iſaia. Inclinat ſe & adorat Iſaia. 44.
illud,& votum faciens dicit, Deus meus es tu. Deniq; Augu. lib. 1. q. in Gen. q. 149. ait. Pluralis numerus pro ſingulari ponitur, ſicut è contrario, pro plurali ſingularis, vt Gen. 46. intrauit in Ægyptum Iacob, & omne ſemen eius,& filij & filij filiorum eius, & filiæ & filię filiarum eius cum eo. Quomodo dicit filias,& filias filiarum cum filiā vnam legatur habuiſſe. Superius dixi filias eius proneptes vocari. Sicut filij Iſrael omnes dicūtur, vniuerſus populus ab illo propagatus. Sed cum dicit filias filiarum, pluralis pro ſingulari ponitur pro vna Dina. Atq; ita dicit Euche. eodem loco. De hac dicendi forma lege Calphurnium Scena. 1. Actu. 1. in Heauto.& Matth. 12. dicitur. Abijt Ieſus per ſata ſabbathis. 1. ſabbatho quodam, licet in libris Latinis in ſingulari ſit poſitum.

Accipitur quandoq; plurale nomen pro vnoquoq; de multis. Geneſ. 26. Fuerunt exacerbans ſpiritum, ideſt vnaquæq; earū fuit

exacerbans. Hoc præcipue fit quando præcedit numerus pluralis, & ſequitur ſingularis. Nam tunc numerus ſingularis per inductionem de quolibet prædicatur in illo plurali incluſo. Geneſ. 27. Maledicentes tibi, maledictus, & benedicentes tibi benedictus, & 49 Filiæ eius, incedebat, ideſt, vnaquæq; è filiabus. 1. Reg. 4. oculi eius caligauit, & Pſal. 118. Rectum iudicia tua, & in Prouer. Fulcientes eam beatus. Et ſapientes mulieres ædificauit domum ſuam.

Item quando nomen eſt ſingularis numeri ex pluribus conſtans, nomen illud ſingulare eſt ſuppoſitum verbi numeri pluralis, vt in Exod. Dimitte populum meum vt ſeruiant mihi. Populus enim numeri ſingularis eſt, ſed conſtat ex multis, & omnis terra adorent te, quia omnis terra dictũ eſt de hominibus quę ſunt in terra, & Geneſ. 15. ſciendo ſcies quod peregrinum erit ſemen tuum in terra nõ ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent eos quadringentis annis. & Attendite popule meus legem meam. Lege Auguſt. in libro Locut. in Exodum. De his in additionibus diſſeruimus latius.

Aliquando nomen reddens ſuppoſitum verbo eſt numeri pluralis & verbum numeri ſingularis, vt ſigillatim vnumquodq; nomen ſingulare, illius multitudinis, illi verbo ſubaudiatur. Vt qui confidunt in domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum, ideſt, quiſq; confidens, ſcilicet, Petrus, aut Iohãnes non cõmouebitur, & iterum. Volucres cæli & piſces maris perambulans ſemitas maris, & Paulus ad Galat. 6. Inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum, & ad Epheſ. 3. Peto ne deficiatis in tribulationibus quæ eſt gloria veſtra, id eſt, quę ſunt vt gloria eccleſiæ creſcat. Quo in loco dicit Hierony. ex imperitia artis Grammaticæ Paulum hæc protuliſſe, cum ſit phraſis Hebraica vſitatiſsima in vtroq; inſtrumento. Hanc regulam ſic protulit Grego. 26. libr. Moral. cap. 10. cum ait. Mos ſacræ ſcripturæ eſt, vt à ſingulari numero ad pluralem ſubito tranſeat, atque Apoſtoli ſæpe ſe ad ſingularem vertat. Atq; ita cum in Iob Eliu diceret. Clamabunt & eiulabunt. Nequaquam ſubdit. Non dixerunt vbi eſt Deus. Sed non dixit, vbi eſt Deus. Apoſtoli quippe numero ad ſingularem veniens, ad perſonam ſubito infimi cuiuſq; tranſiuit. Fortaſſe quia à ſingulis melius recognoſcitur, quicquid de eis ſingulariter auditur, vt ad cor ſuũ quiſq; redeat, & in ſemetipſo hoc quod de vnoquoq; dicitur reprehendat. Et Auguſt. libr. 5. Locut. in Deuteron. ait. A plurali ad ſingulare tranſit ſcriptura, vt ſurgite & pertranſite Vallem Arnon, ecce tradidi in manus tuas Seon regem Eſebon. Non dixit in manus veſtras. Item Euthy. Pſalm. 118. Indifferenter inquit, prophetæ nunc ſingulari ſermone verbum dicunt, nunc in plurali. Vt, Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt. Ratio eſt, quia nomen illud ſingulare capitur indefinite pro qualibet re in illo ſingulari incluſa. Vnde Rabbi Dauid Pſalm. 12. cum dixiſſet propheta. Tu domine cuſtodies eos, cuſtodies illum à generatione hac in æternum, ait. Cuſtodies illum, ſuper quemque pauperem ſigillatim intelliges.

De hoc lib. 1. cap. 1. diximus.

Deinde ait Euthy. Pſal. 42. ſcriptura ſingulari aliquando, aliquando plurali ſeu collectiuo nomine, aliquos laudat aut vituperat, aut de illis loquitur. Quia nimirũ & priuata & cõmuni prauitate aut laude conueniunt, vt Iudica me Deus & diſcerne cauſam meam de gẽte nõ ſancta à viro iniuſto & doloſo erue me. Vnde quod Hiero. dicit Iſaiæ. 63. de epiſtolis Pauli ad Corinthios, nos non tam de illis quàm de vniuerſa ſcriptura dictum intelligamus, illius hæc ſunt verba. Epiſtolam priorẽ quam ſcribit Paulus ad Corinthios cum ad vnius ſcribatur populum ciuitatis pro varietate habitantium, ideſt ſanctorum & peccatorum nunc laudat eos, nunc corripit, nunc docet, nunc reprehendit, prouocat ad continentiam, nuptias recuſat, trahit ab idololatria, inſtruit reſurrectionem, digamiæ porrigit manum, ne locum tribuat fornicationi.

Pro Pauli intelligẽtia lege q̃ ſcripſi li. 8. c. 1.

Diximus de numero plurali quæ dicenda nobis viſa ſunt, nunc ad ſingularem calamum conuertamus. De illo Auguſt. Pſalm. 78. hæc ſcribit. Pro numero plurali ſæpè ſingularem inuenies poſitum, ſicut veſtem pro veſtibus, militem pro militibus, pecus pro pecoribus, multa enim huiuſmodi moris eſt dici, nec ſolum vulgo loquentium, verum etiam diſſertiſsimorum eloquentiæ auctorum. Nec ab ipſa diuina ſcriptura hoc genus locutionis alienum eſt, ponit enim ranam pro ranis, & locuſtam pro locuſtis, & libr. 2. Locut. in Exodum dat huius rei cauſam. Neſcio, inquit, quomodo per loquendi conſuetudinem imbutis ſenſibus hominum, aliquid amplius

plusſingulari numero intelligitur, quā quod pluraliter dicitur. Nam plus accipitur cum dicitur. V.G. eſt illic miles, quam ſunt illic milites, & illic piſcis, quam ſunt illic piſces, & in eodem libro ait Auguſt. Tropus hic quando fit in rebus, quæ à nobis non ita dici ſolent obſcuritatem facit. Vt in illo Exodi. ſumetis vobis faſciculum hyſſopi, faſciculus hyſſopi plures faſciculos ſignificat, vt rana plures ranas, muſca plures muſcas. Item in Dialogo. 65. q. titulo Auguſt. hæc leguntur. Ponitur frequenter in ſcripturis ſingularis pro plurali, vt in Pſalm. 77. Miſit in eos muſcam caninam & comedit eos, & ranam & exterminauit eos. Cum vtiq; nec vna muſca, nec rana fuerit. Et iterum Pſalm. 104. Venit locuſta. Sic dicitur in Geneſi. Fons aſcendebat è terra. Secūdum id ait nobiliſsimus poetarum. Vterumque armato milite complent. Hæc ille, & iterum in Geneſi de Babylone dicitur. Venite ædificemus ciuitatem, & turrim cuius caput vſq; ad cælum, ideſt turrium multitudinem, aut vnam præcipuam, vt ait Auguſt. lib. 16. de Ciuita. Dei. cap. 4. Hæc fere omnia paruo verborum circulo colligit Hieronym. lib. 2. contra Iouinianum. Scriptura, inquiens diuina, & vnum pluraliter, & plurale ſingulariter appellare ſolet. Exemplum primi effert Auguſt. lib. 1. q. in Gen. q. 22. cum ait dominus. Venite aſcendamus & confundamus linguam eorum. Forte, inquit, ſecundum illud accipiendum eſt. Faciamus hominem, &c. vt Trinitatem perſonarum intelligamus. Nam poſtea additur. Quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ. Aliqui arbitrantur cum dicitur. Venite deſcendamus, ad angelos referendum fore. Non vtiq; recte.

¶ In cenſu & numeratione populi Dei, quid obſeruari præſcriptum ſit à domino.

CAP. V.

OPortet diligēter cauere ne illas leges tranſgrediamur, quas obſeruare conuenit, in populi Dei tam carnalis quā ſpiritualis enumeratione, ne forte ſi aliquid omiſſum fuerit quod non exequamur iuxta præſcriptū diuinum, nobis eueniat quod regi David accidiſſe legimus. 2. Regum. vlt. cap. in quē ingens animaduerſio ſecuta eſt, non tam ob inſolētiam animi quā ob neglıgētiā cuſtodiēdi diuinum præceptum. Præcepti diuini in lege à domino dati hæc eſt ſumma. *Exod. 30.* Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens. Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pro animabus ſuis domino, & non erit plaga in eis cū fuerint recenſiti. Hoc enim dabit omnis, qui tranſit ad numerum, dimidium ſicli iuxta menſuram, ſcilicet, ſicli templi, ſiclus. 20. obolos habet, media pars ſicli afferetur domino. Qui habetur in numero, à viginti annis & ſupra dabit pretiū. Diues non addet ad medium ſicli, & pauper nil minuet. Suſceptā pecuniā trades in vſum tabernaculi, vt dominus propitietur peccatis eorum. De hoc ſiclo lege Ambro. lib. 1. epiſt. epiſt. 1. Porro vt res tota clare intelligatur, & poſsit à nobis mente cōplecti, oportet ea quę poſſunt colligi ex libro Numerorum, iuxta exactam priſcorum patrum interpretationem in medium afferre. Origenes quidē. ho. 1. Nume. hæc ad verbum ſcribit. Diuinis, inquit, numeris non omnes digni ſunt, ſed certis quibuſdam prærogatiuis deſignantur hi, qui intra numerum Dei debeant cōprehendi. Nam ex præcepto Dei neq; mulieres deducuntur ad numerum, fœmineæ infirmitatis obſtaculo, *Mulieres.* neq; ſeruorum quiſquam, vt pote vita moribuſq; degeneres. *Serui.* Sed nec Aegyptiorum quidē vllus ex his qui erāt admixti, numerantur, vt alienigenæ & Barbari. *Aegyptij. Alienigenæ Barbari.* Sed ſolummodo numerantur Iſraelitæ & iſti nō omnes, ſed à viginti annis & ſupra. Nec ſola ætatis habetur obſeruatio, ſed quæritur ſi aptum bellis robur oſtendat. Non ergo ſola ætas ſed virtus in Iſraelitica plebe requiritur. Puerilis ætas non numeratur, nec apta diuinis calculis dicitur, *Pueri.* niſi forte primogeniti ſint, aut ſacerdotali vel Leuitica ſtirpe deſcendant. Iſti ſoli in pueris adducuntur ad numerum. Fœminarum prorſus nulla adducitur. Hęc ſi myſtice intelligātur docebimur, quod ſi tranſcendero puerilis ætatis inſipientiam, ſi deſiero paruulus eſſe ſenſibus, & vir effectus depoſuero quæ ſunt paruuli, ſi inquam effectus fuero iuuenis, & talis iuuenis qui vincā malignum, dignus diuinis numeris computabor. Donec aut ineſt alicui noſtrum, vel puerilis vel lubricus ſenſus, vel fœminea & reſoluta ſegnities vel Aegyptios gerimus & barbaros mores, haberi apud Deū in ſancto vel

conſecrato

conſecrato numero non meremur. Innumeri apud Salomonem dicũtur eſſe qui pereũt, numerati autem omnes qui ſaluantur. Vnde de ſanctis dicitur. Qui numerat multitudinẽ ſtellarum & omnibus eis nomina vocat,& in euangelio. Veſtri etiam capilli capitis numerati ſunt. Virtutes animi, capillos apoſtolorum vocans. Deinde præcipitur vt numeretur,à viginti annis & ſupra, omnis qui procedit in virtute Iſrael. Non tamen in qualicunq; virtute,ideſt non Ægyptiorum virtute, neq; Aſſyriorum neque Græcorum, ſed virtute Iſrael, ipſe numeratur apud Deum. Eſt enim virtus animi quem Græcorum, philoſophi, docent. Sed hæc non pertinet ad numerum Dei: nō enim pro Deo ſed pro gloria exercetur humana. Eſt & Aſſyriorum virtus, eſt & Chaldæorum, quæ in Aſtrologiæ ſtudijs prędicatur. Sed non eſt iſta virtus Iſraelitica. Eſt & Ægyptiorum virtus, in ea quam dicunt, ſecreta ſapientia. Sed hæc non adiungitur ad calculum Dei. Sola apud Deũ virtus Iſraelitica numeratur. Sed quid eſt quod non ſtatim quãdo egreſſus eſt de Ægypto populus numeratur. Nec cum mare rubrum tranſiuit. Nec cum confligunt cum Amalech & vincunt. Nec cum Mannæ accipiunt cibum, & bibunt de conſequente eos petra, nondum enim in his, ea quæ numeris apta ducuntur, adoleuerant. Deinde tabernaculum teſtimonij conſtruitur, ſed nec in hoc quidem numerandi populi tempus aduenit. Lex per Moyſen datur, ſacrificiorum mos traditur, purificationum ritus docetur, ſanctificationum leges & ſacramenta condun tur, & tunc ad numerum ex præcepto Dei populus adducitur. Vide Chriſtiane quanta tibi tranſeunda ſunt, quanta toleranda, quot profectionibus, quot tentationibus, quot pręlijs pugnandum tibi eſt & vincendum, vt poſſis ad diuinum numerum pertinere, vt inter ſanctas tribus annumerari, dignus habearis, vt viſitari poſsis, & per Dei ſacerdotes Aaron & Moyſen numerorum cenſibus adſcribi. Suſcipienda eſt tibi primo lex Dei, offerenda ſacrificia, explendæ purificationes, peragranda cuncta quæ lex ſpiritus docet, vt poſsis aliquando ad Iſraeliticum numerum pertinere. Et erit vnuſquiſq; in eo ordine, quem ſibi geſtorum merita contulerint, vt ait Paulus. Vnuſquiſque in ordine ſuo. Hinc accidet in reſurrectione, vt vnuſquiſque aut in tribu Ruben ſpiritualibus indicijs adſcribatur, ob

Virtutes gẽtium.

hoc quod aliquid in moribus ipſi Ruben ſimile habuit. Alius autem in tribu Symeō, for taſsis pro obedientia. Alius in tribu Leui, credo quod bene præfuit ſacerdotio. Alius in tribu Iuda, nō dubito quin is qui regios ſpiritus geſsit, & bene rexit populum qui intra ſe eſt. Sed & ſingulis quibuſq; tribus vnuſquiſq; ſociabitur pro his quæ ad vnamquanq; earum, vel in actibus cognata vel in moribus habuit. Hæc & alia innumera illo in loco Orig. diuini tus ediſſerit. Itẽ Hiero. Matt. 14. ca. ait. Quando multitudo aliqua numeratur, ſolum viri qui in perfectum virum creuerũt, cõputãtur. Mulieres autem & paruuli ſexus fragilis & ætas minor, numero indigni ſunt. Vnde in Euangelio manducantium fuit numerus quinque millia virorũ exceptis mulieribus & paruulis. Vnde & in Numerorum libro. quoties ſacerdotes & Leuitæ & exercitus & turmæ pugnantium deſcribuntur, ſerui & mulieres & paruuli, & vulgus ignobile abſq; numero prætermittitur, & Exo. 12. Profecti ſunt, inquit, filij Iſrael de Ramaſe in Sochoth, ſexcenta fere millia peditum virorum abſq; paruulis, ſed & vulgus promiſcuum innumecabile aſcendit cum eis. Item Theophy. Iohannis 6. ca. cum dixiſſet euangeliſta. Diſcubuerunt viri numero fermè quinquies mille, ait. Soli viri numerantur ab Euangeliſta, qui legis ſequitur conſuetudinem. Etenim & Moſes à viceſimo anno & ſupra, numerauit populum nulla mentione facta mulierum, quo docetur omne quod virile & iuuenile eſt, dignum cen ſeri vt numeretur apud Deum. Lege Cyrillum lib. 3, ſuper Iohannem. cap. 16.

De ordinibus illorum qui ſunt in populo Dei.

Hieronym. Matth. 14.

Matth. 14.

Nume. 1 1.

Theophy.

Cyrillus.

¶ Aliquot ſpecies numerorum quid myſticè & iuxta hiſtoriam in ſcripturis ſignificent, oſtenditur.

CAP. VI.

DIſſerendi de numeris locus peropportunus ſe nobis obtulit, quãuis illorum tractationem paucis abſoluere decreuerim, & innumera illa nmittere, quæ in commentarijs noſtris inchoata & rudia, ex aliorum ſcriptis, congeſſeram, bona quippe pars illarum rerum quæ à nobis

nobis collecta ſunt & annotata, non ſatis, à
multis intelliguntur, nec omnino à me pro-
bantur. Atque ideo paucula ex multis ſubij-
ciam, ne omnino de re tanta ſiluiſſe videar,
ſtudioſorum erunt partes, hæc qualiacunq;
ſunt, æqui & boni conſulere, & quæ potio-
ra illis videbuntur ſeligere & memoriæ com
mendare. Poſſem etiam hoc in loco de illis
numeris quibus Platonici myſteria philoſo
phiæ occultabant, atque à promiſcua plebe
arcebant, diſputare: verum ſuperuacaneum
mihi viſum eſt. id facere, ne forte piaculum
admittam, intromittens incircunciſos in ec-
cleſia Dei. Ideo illa tantum afferre conabor,
quæ in noſtrorum hominum ſanctiſsimo-
rum & doctiſsimorum diſputationibus ſunt
verſata, & in eorum literis tradita. Et primo,
Lege c.16. numerorum diſciplina (vt ait Auguſti. lib. 2.
de doct. Chriſtiana cap. 38.) cuilibet tardiſſi
mo clarum eſt, quod non ſit ab hominibus
inſtituta, ſed potius indagata atque inuenta.
Italus. Non enim ſicut primam ſyllabam Italiæ,
quam breuem pronuntiauerunt veteres, vo-
luit Virgilius, & longa facta eſt. Ita quiſquã
poteſt efficere cum voluerit, vt ter terna aut
non ſint nouem, aut nõ poſsint efficere qua-
dratam figuram, aut non ad ternarium nu-
merum tripla ſint, ad ſenarium ſeſcupla, ad
nullum dupla, quia intelligibiles numeri ſe-
miſſem non habent. Siue ergo in ſeipſis con
ſiderentur, ſiue ad figurarum, aut ſonorum
aliarumve motionum leges numeri adhibeã
tur, incommutabiles regulas habẽt, nec vllo
modo ab hominibus inſtitutas, ſed ingenio-
ſorum ſagacitate compertas.

De his numeris vt ordine procedamus ab
vnitate oportet incipere. De qua diuinitus
diſſerit Orige. homil. vnica, in libros Regum
Vnus ad laudẽ pertinet bonorũ virorum. inquiens. Vnus ad laudem pertinet iuſto-
rum, vt. 1. Regum. 1. Erat vir vnus de Rama-
thaim. Nos qui adhuc peccatores ſumus, nõ
poſſumus iſtum titulum laudis acquirere,
quia vnuſquiſque noſtrum non eſt vnus, ſed
multi. Intuere alicuius vultum irati, nunc ite
rum triſtis, paulò pòſt rurſum gaudentis, ite-
rum turbati, rurſum lenis, in alio tempore de
rebus diuinis conſulentis, paulò poſt vero
quæ ad auaritiam, vel quæ ad gloriam ſeculi
pertinent molientis. Vides quomodo ille
qui putatur vnus, non eſt vnus, ſed tot in eo
perſonæ videntur eſſe, quot mores, quia &
ſecundum ſcripturas. Inſipiens vt luna mu-
Eccleſ. 27. tatur. De iuſtis non ſolum per ſingulos vnus
dicitur, verum & omnes competenter vnus
dicuntur. Et cur non omnes vnum dicantur,
quorum cor & anima vna eſſe deſcribitur,
vnam ſemper omnes ſapientiam meditan-
tur, vnum ſapiunt, vnum ſentiunt, vnum
Deum venerantur, vnum Ieſum confiten-
tur. Vnde merito & ipſi omnes, non ſolum
vnum, ſed vnus dicuntur. Sicut Apoſtolus ſi
gnificauit dicens. Omnes quidem currunt, *Locus Pauli expoſit⁹. ex priori Cor. epiſtola ca. 9.*
ſed vnus accipit palmam. Vere enim imita-
tur iuſtus qui talis eſt, vnum Deum. De quo
dicitur. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus,
Deus vnus eſt. Non tantum vnus numero
deſignatur, qui vtique ſupra omnem nume-
rum eſſe credendus eſt, ſed per hoc magis
vnus dici intelligendus eſt, quod nunquam
à ſemetipſo alter efficitur, hoc eſt, nunquam
mutatur, nunquam in aliud vertitur, ſicut &
de eo Dauid proteſtatur dicens. Tu autem
idem ipſe es, & anni tui non deficient. Et il-
lud in hunc ſenſum reſpicit. Ego ſum domi-
nus Deus veſter & non mutor. Immutabilis
ergo eſt Deus, & per hoc vnus dicitur, quòd
non mutatur. Sic ergo imitator Dei iuſtus,
qui ad imaginem Dei factus eſt, vnus & ipſe
cum ad perfectum venerit appellatur, quia
ipſe cum in virtutis ſumma conſtiterit non
mutatur, ſed vnus permanet ſemper. Nam
dum in malitia eſt vnuſquiſque per multa
diuiditur & in diuerſa diſpergitur, & dum in
multis eſt malitiæ generibus, dici nõ poteſt
vnus. Igitur quia ſecundum mirabilem hanc
vnitatem vnus eſt iuſtus, imo & plures iuſti
vnum ſunt, ideo apoſtolus omnem cohorta
tur eccleſiam dicens. Vt idem dicatis om-
nes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autẽ
perfecti in eodem ſenſu & eadem ſcientia.
Propterea & in Actibus apoſtolorum, cor
& anima credentium vna eſſe dicitur. Si au-
tem aliquid ſubtilius, conſiderare velimus,
inuenire poſſumus & aliam vnitatem. V. g.
Si ita mortificauero membra mea, vt iam nõ
concupiſcat caro aduerſus ſpiritum nec ſpiri
tus aduerſus carnem, ſi iam non ſit alia lex
in membris meis quæ repugnet legi mentis
meæ. & captiuum me ducat in legem pecca-
ti, ſi omnia quæ intra me ſunt in vno atq; eo
dem ſenſu perfecta ſint, & vna atque eadem
ſententia moueant, tunc & ego ero vir vnus.
Et Augu. in poſtremis verbis Pſal. 4. in huius
loci expoſitione. Quoniam tu domine, ſin-
gulariter in ſpe, &c. ait, Perit multiplicitas, &
ſingularitas tenetur in ſanctis. De quibus di-

Digitized by Google

citur in Actibus, Multitudinis credentium erat anima vna & cor vnũ. Vnitatis ergo debemus eſſe amatores, ſi vni Deo & Domino noſtro cupimus inhęrere. Et Eucherius in formula ſpirituali.ca.de Nume.ait. Vnus ad vnitatẽ Dei refertur, in pẽtateucho. Audi Iſrael, Dñs Deus tuus vnus eſt, & apoſtolus. Vnus Deus, vna fides, vnũ baptiſma. Lege Ambro. libr.1.epiſto.1. Denique Hierony. Eccleſi.4. ca.ait. Singularis numerus in bono ſemper accipitur, duplex in malo. Propterea iuxta Salomonẽ, vnus pugillus habet requiem, & duæ manus labore ſunt plenæ. De Deo quo modo ſit vnus dicere ſuperſedeo, legito tu Dionyſij Areopagitæ.13.caput. Nominum diuinorum, & nil amplius deſiderabis.

Numerus ſecundus (vt inquit Hiero. Aggæi.1.) eſt immundus, quia poſt vnionẽ virginitatis, & paradiſi nuditatẽ, tunicas ſignificauit pelliceas. Deniq; in Gene. cũ primo die dictũ ſit, & in tertio & in quarto & in quinto & in ſexto: poſt cõſummationẽ operum ſingulorũ. Et vidit Deus quia bonũ eſt. In ſecũdo die iuxta Hebraicum & Aquilã & Symmachũ & Theodotionẽ non habetur. Neq; enim poterat ſecundus dies qui numerum facit, qui ab vnione diuidit, quod bonus eſſet Dei ſentẽtia comprobari. Item in commen. Ezechielis capit.11. Numerus, inquit, dualis ſcinditur ab vnitate, & in ſecundæ diei numero nõ videtur à domino. Vnde & in arca Noe bina & bina introducuntur immunda. Dominus autem ſciſſionem in vnum coarctans fecit vtrunq; vnum, & ſoluit medium parietẽ inimicitias in ſua carne condemnãs. Vnde eum anguſtius quid loquitur & ſublimius ait. Ego & pater vnum ſumus: vt à Iudaica dualitate in vnionẽ nos reuocet fidei Chriſtianæ. Denique pontificatu perdito Iudæorum, dominus patitur, nequaquam ſub vno pontifice, ſed ſub duobus Anna & Caipha, vt religionis eorum ſeiſſum monſtraretur errorem. Et in Ezechiele capit.11. ſub duobus populi principibus Iezonia & Phaltia hoc euidenter demõſtratur. Hæc eadem rurſum inculcauit Hiero. libr.1. contra Iouinianum. & habetur.32.q.1.nuptiæ, ſub Ambro. nomine. Porro hoc quod tam diligenter & accuratè à Hiero. annotatum eſt, non videtur eſſe verum. Nam in iſto die ſicut in alijs inuenimus ſcriptũ: vidit deus quod eſſet bonum. Dies quippe ſecundus non finitur, cum dicit Moyſes. Factum eſt veſpere & mane dies ſecundus, nã & hęc quę ſtatim adduntur illius ſunt. Dixit verò Deus, cõgregẽtur aquæ quę ſub cælo ſunt, in locum vnum, & appareat arida, & factũ eſt ita: & vocauit Deus aridam terram: congregationes aquarum appellauit maria, & vidit Deus quod eſſet bonum. Lege S.Thom.1.parte.q.74. artic.vlti.ad.3. ſed ad numerum binarium reuertamur. De illo hęc ſcribit Eucherius. Duo, inquit, ad duo teſtamenta legis referũtur. in libris Regum. Fecit in Dabir duo Cherubim decem cubitorum magnitudine. Duo præcepta charitatis, amoris videlicet Dei & proximi. Duo in agro, duo in molendino, duo in lecto leguntur in ſancto euangelio. Lege Hiero. in epiſt. ad Rufinum, de iudicio Salomonis.

Gene.6. Ephe.2. Ioan.10. Matth.24

Conſueuit (ait Chryſo.ho.47. in Matth.) ſcriptura numero ternario pro multitudine abuti, vt Matth.13. Simile eſt regnum cælorum fermẽto quod accipiens mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus. Item Eucherius ait. Ternarius ad trinitatem refertur. vt io epiſt. Ioannis. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, Spiritus ſanctus, & tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. & in Gene. videbam vitem in qua erãt propagines creſcere in gemmas. 1.Ioan.5. Gene.40.

Numerus quaternarius, inquit Eucherius, ad quatuor euangelia refertur, vt in Ezechiele. Ex medio eorum ſimilitudo quatuor animalium. Sicut & quatuor flumina paradiſi. Nomen quoque Tetragrammaton quatuor literis Hebraicis ſcribitur. Quatuor cornibus ſancta crux inſignitur. Vnde in Habacue dicitur. Cornua in manibus eius. Ezechi.1. Haba.3.

Quinq; numerus, teſte Cyrillo.li.16.in Leui. in laudabilibus ponitur & in vituperabilibus. Quinq; ſunt ſapiẽtes virgines, quinq; & inſipientes. Et Hiero. Ezechielis cap.11. Scimus, inquit, quinque numerũ in medio poſitum & pro qualitate vtentium vel ad bonam vel ad malam partem poſſe verti. Sic in euangelio quinque virgines prudentes, & quinq; ſtultæ reperiuntur. Item Auguſt. Pſal.49. addit. Quinque multitudinem ſignificat. Quinque virgines admittuntur, quinque excluduntur. Nunquid ex tot millibus virginum, ſolæ quinque ſunt qui integritatẽ carnis ſeruant Deo? Minimè. Sed in quinario numero intelligitur continentia quinque ſenſuũ carnis. Etenim multis venit corruptio per oculos, multis per aurẽ, multis per illicitum olfactũ, multis per nephariũ guſtũ, multis per adulte- Matth.25.

dulterinum amplexũ. Ab his omnibus quinque ianuis corruptionis, quicunque ſe continent, & ſic continẽt vt in ſua conſcientia gloriam habeant, nõ laudem ab hominibus ſpectent, ſunt quinq; virgines ſapientes, habentes oleum conſciẽtiæ ſecum. Rurſum ille qui apud inferos torquebatᷓ, habeo, inquit, quinque fratres. ibi intelligitur populus Iudæorum ſub lege poſitus, quia Moyſes legiſlator quinque libros conſcripſit. Et tractat. 25. in Ioannem. ait, Quinarius numerus ad legem pertinet, ipſi ſunt quinque libri Moyſi, ipſæ ſunt quinque porticus illæ languidos continentes, ipſi ſunt quinque panes quinq; millia hominum paſcentes. Denique Eucherius
Ioan. 5. ait. Quinque ad quinque libros Moyſi, ad quinque porticus, ad quinq; panes, ad quin-
1. Cor. 14. que plagas in corpore dominico. & apoſtolus ait, In eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui.

De numero ſenario hæc ſcribit Eucherius. Numerus ſenarius ad diem ſextum pertinet, quo dominus hominem cum vniuerſis terræ animantibus fecit. In Gene. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et paulò poſt. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus. ſenario numero, perfectio comprehenditur, propterea Deus ſex diebus mundum perfeciſſe deſcribitur, & ipſis quinque vnus adijcitur, vt lex per euangelium impleatur. Sex ſunt ætates ſeculi, quinque tranſierunt, ſexta à Ioan. Baptiſta & in humanato Chriſto decurrit vſque ad finem ſeculi. Vnde & ſexta die fecit Deus hominẽ ad imaginem ſuam, quia ſexta iſta ætate manifeſtatur per euangelium reformatio mentis noſtræ, ſecũdum imaginem eius qui creauit nos. Sex has ætates, illæ ſex hydriæ ſignificant, quas dominus impleri iuſsit, & in ijs aqua conuerſa eſt in vinum, vt iam manifeſtatum Chriſtum in lege & prophetis intelligamus. Illa ergo tempora ſex, quaſi per articulos diſtributa, quaſi vaſa eſſent inania, niſi à Chriſto implerentur. Tempora vtique inaniter præterirent, niſi in eis dominus Ieſus prædicaretur. Impletæ ſunt igitur hydriæ, id eſt adimpletæ ſunt prophetiæ. Item Hiero. circa principium cõmenta. in Aggæum, cum propheta dixiſſet. In anno ſecũdo Darij regis in menſe ſexto, ipſe ait, Menſis ſextus ſcribitur, qui non habet ſolẽnitates Dei, ſicut menſis ſeptimus, ſed vicinus eſt dierum ſex, in quibus factus eſt mundus. In quo laboratur & in ſudore faciei comeditur panis, & terra nobis generat tribulos & ſpinas, & cum ſementem acceperit tritici, lolio magis auenisque fœcunda eſt. & Auguſti. tract. 25. ſuper Ioan. ait, Perfectio ſenario numero cõprehenditur, propterea Deus ſex diebus mũdum perfecit. de qua re latius diſſerit. lib. 11. de ciuitate Dei. cap. 30.

Septies (vt inquit Theophylactus in expoſitione horum locorum, qui à nobis modo citabuntur) non raro pro ſæpè ponitur. Lucæ 17. Si ſepties in die peccauerit in te frater, & ſepties in die conuerſus fuerit, remitte illi. & cap. 8. Maria quę vocatur Magdalene, à qua ſeptem dæmonia eiecerat. & 11. capit. Cum inuenerit domum ſcopis mundatam, tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. & Chryſoſt. homi. 19. in Gene. addit hoc exemplũ. Donec ſterilis peperit ſeptem. Et nos inſuper vtamur teſtimonio illo ex Amos cap. 1. ſuper tribus, inquit ſceleribus Damaſci & ſuper quatuor non conuertam eam, id eſt, Si ſemel aut bis deliquiſſent, eis peperciſſem, nunc quia peccata peccatis accumulant, acerbe puniam eos. Item illo in ſuper Exo. viſitans iniurias patrum in filios vſq; in tertiam & quartam generationem. & Euthy. Pſal. 78. ait. Septuplum Hebræorum more ponitur pro multiplici, quemadmodũ non infrequenter ſeptem poni videmus pro multis. Vt, Redde inimicis meis ſeptuplum. Item in comment. in Iob titulo Hiero. dicitur. Septem iuxta auctoritatem ſcripturarũ plenitudinem quandam myſterij ſignificãt. Vt, ſeptem ſpiritus, ſeptem candelabra, ſeptẽ eccleſiæ, ſeptem dona ſpiritus ſancti. Et Auguſti. libr. 11. de ciui. dei. cap. 31. ait. In ſeptimo die requies commendatur, in qua primũ ſanctificatio ſonat, & Deus noluit iſtũ diem vllis ſuis operibus ſanctificare, ſed requie ſua quæ habet veſperam, vt reliqui ſex dies. De hoc numero ſatis ſit admonere, quod totus impar, primus numerus ternarius eſt, totus par, quaternarius, ex quibus duobus ſeptenarius conſtat. Ideo pro vniuerſo ſępè ponitur, ſicuti eſt, ſepties cadet iuſtus, & reſurget, id eſt, quotieſcunq; ceciderit nõ peribit. Quod non de iniquitatibus, ſed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi voluit. Et ſepties in die laudabo te, quod alibi alio modo dictum eſt. Semper laus eius in ore meo. In his locis ſeptenarius numerus, pro cuiuſque rei vniuerſitate poni ſolet. Propter

hoc, eodē ſæpè numero ſignificatur ſpiritus ſanctus, de quo dominus ait. Docebit vos omnem veritatem. Eucherius quoq; ait, Septem ad diem ſeptimum pertinet, in quo perfectis omnibus dominus requieuit. in Geneſ. Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere qđ patrarat. Numerus in humanæ rationis cauſa ſummam perfectionem ſignificat, quia ex primo pari & ex primo impari cōſtat, ex primo ſiquidem qui diuidi poteſt, & ex primo qui diuidi non poteſt. Hinc Iubileus, qui per

Iubilæ. ſectam requiem exprimit, ſeptem hebdomadis conſtat. Hinc ſeptem ſpiritus, qui ſunt ad thronum Dei. Et ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti, ſignificauerunt ſeptem panes, quibus Chriſtus quatuor hominum millia ſatiauit. Adhuc Hiero. Amos ca. 5. hæc tradit. Septenarium numerū eſſe ſanctum, etiam ſab-

Sabbatum. batum probat, in quo requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis, & prohibet ne quid in eo operis ſeruilis fiat, niſi ea tantum, quæ ad animam pertinent, & ne in eo onera portentur. Vnde & in ſolitudine qui in die ſabbati ligna collegerant, quæ arſura ſunt, ſententia domini condemnantur, & ſeptem hebdomades complent, numerū ſanctæ Pentecoſtes, & iubileus annus remiſsionis tubarumq; clā gentiū hoc numero texitur. In ſeptimo quoque menſe figūtur tabernacula, & Hebræus cum ſex annis ſeruierit, anno ſeptimo liberatur. Deniq; captiuitas populi Iſrael templiq; ſubuerſio, ſeptuageſimo anno deſolationis impleta eſt. Nouit hoc ſecularis philoſophia & medicorum libri. quorum Galenus diſſertiſsimus ſcripſit ternos libros. περὶ κρισεων ϗ τῶν κρισιμῶν ἡμερῶν. In quibus ſeptenarij numeri oſtendens potentiam, ardentiſsimas febres ſeptimo dicit ſolui die, aut ſi tanta humoris noxij & pituitæ fuerit magnitudo, vt primæ hebdomadis nequaquam feruore cōſumpta ſit, ſecundæ hebdomadis vltimus expectatur dies, id eſt, quartus decimus. Quod ſi hunc vt iuxta Hippocratē loquar, ἡ νόσος

Id eſt, morbus. vicerit tranſeunt ad 21. diem, hoc eſt ad finem tertiæ hebdomadis. Ita ab initio mundi diebus cognitis, vt omnes labores & moleſtiæ ſeptimo numero conquieſcant. & ſeptē aſtra iuxta numerum dierum dicūtur errantia. De cuius numeri ſacramentis in Scipionis ſomnio plenius narrat Tullius, & obſcuriſsimus Platonis Timæus liber eſt, qui ne Ciceronis quidem aureo ore fit planior. Et Matth. 12. ait, ſeptenarius numerus ſanctus eſt, propter dona ſpiritus ſancti quæ deſcenderunt ſuper virgam de radice Ieſſe apud Iſaiam. Datur etiam Dæmoni ſeptenarius numerus, quia vitiorum numerus, diabolo conſecratus eſt. Vnde apud Matth. Vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Si de hac re amplius noſſe deſideras, lege Baſilium homi. 11. Exaëme. & Hiero. Matth. 15. & Zachariæ 4. & Grego. 1. moral. cap. 7. *Iſaia. 11.*

Octauus numerus, vt inquit Augu. epiſt. 119. capit. 13. reſurrectionis ſignificat ſacramentum, quod poſt ſabbatum factum eſt. Nam pro octaua Pſalmus inſcribitur, & octauo die circuncidebantur infantes. & in Eccleſiaſte ad duorum teſtamentorum ſignificationem dicitur. Illis ſeptem & illis octo reſeruatum eſt, tamen illis eſt occultatum ſacramentum reſurrectionis, donec veniret Chriſtus, ſed ſolum celebrādum ſabbatum traditum eſt, quia erat antea requies mortuorum, reſurrectio autem nullius erat donec veniret Chriſtus, qui reſurgens à mortuis iam non moreretur, & mors illi vltra non dominaretur. Sed poſtquam facta eſt talis reſurrectio in corpore dominico, vt præiret in capite eccleſiæ quod corpus eccleſiæ ſperat in fine, iam etiam dies dominicus, id eſt octauus qui & primus inciperet celebrari. Item Hiero. Amos 5. in expoſitione huius loci. ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores & octo homines primates & paſcent terram Aſſur gladio. ait, ſeptem paſtores, omnes patriarchas & prophetas eſſe arbitror, qui hebdomadi, id eſt veteri ſeruierint inſtrumento. octo primates vniuerſos noui teſtamenti, qui ab apoſtolis vſq; ad hanc ætatē momorderint Aſſyrium. Vnde in Eccleſiaſte præcipitur, vt demus partes ſeptem, demus & octo. Et in templo Ezechielis ca. 40. quod interpretatur eccleſia & cæleſtis Ieruſalē, ſeptem & octo gradibus aſcenditur. & in Pſalterio quindecim gradus ſunt, quibus per hebdomadem & ogdoadem, id eſt, octo ad canendas laudes ſcandimus. In octauo die celebratur circuncißio ſpiritualis, & in templo Iudæorū deſtruitur ſabbatum, & quidam Pſalmi pro octaua ſcribuntur. Lege epiſt. ad Paulinū in principio. *Eccleſ. 11.* *Roma. 6.* *Cātica graduum.*

Nonus numerus, vt inquit Eucherius, ad ſacramentum horæ nonæ, qua dominus ſpiritum emiſit, refertur. Vnde in euangelio circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna. ſunt & nouem nomina pretioſorum lapidum & nouem ordines angelorū. Et Hierony-

rony. Aggæi cap. 2. Nonus, inquit, numerus V. g. nonus menſis, nunquam in bonam partem legitur. Paſcha immolat popul⁹, & alias celebrat feſtiuitates, omnis eius ſolẽnitas die finitur octauo, nec ad nonum peruenit. Qui agnum paſchale præparant tranſacta die nona incipiunt præparare. Dies quoque propitiationis & expiationis menſis ſeptimi poſt

Ierem. 39. 52. diem nonum celebratur. In Ieremia, Ieruſalem nono anno à Babylonijs oppugnatur. & in Aggæo quia prophetia de immunditia populi futura erat, idcirco ſecundo anno Darij, nonus menſis adiungitur. & iterum Ezechielis 24. ca. ait, Nonus numerus ſemper in ſcripturis pœnarum ac dolorum eſt. & ſemper ſequitur iuſtitiam decimi menſis, & dici decimæ clemẽtia temperatur. Idcirco enim adhibentur ægrotantibus pœnæ, vt dolorẽ, ſanitas cõſequatur. Hanc ob cauſam ait Ezechiel. Factum eſt verbum domini ad me, in nono anno, in menſe decimo. Denique Auguſti. lib. 2. de conſenſu euangeliſtarum. ait,

Luca. 17. Quod nouem illi leproſi qui à domino fuerunt mundati, nec ei gratias dederunt, merito in nouenario numero, tanquam imperfecti, remanent. Vnum enim ſi addatur ad nouem, quædam effigies vnitatis impletur, quo fit tanta completio, vt vltra iam non progrediatur numerus, niſi rurſus ad vnũ redeatur. Nouem itaq; indiget vno, vt quadam vnitatis forma coagulentur. vt decem ſint, vnum autem nõ eis indiget vt cuſtodiat vnitatem. Quamobrem vt illi nouem, qui gratias non egerunt, reprobi effecti, à conſortio vnitatis excluſi ſunt, ita vnus ille qui gratias egit, vnicæ eccleſiæ ſignificatione laudandus eſt. Et quia illi erant Iudæi, amiſiſſe per ſuperbiam declarati ſunt regnum cœlorum, vbi maximè vnitas cuſtoditur. Ille vero qui erat Samaritanus, illi à quo accepit tribuens quod accepit, & quodam modo cantans illud è

Pſalm. 58. Pſalmo, inquit. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam.

Denarium numerum, inquit Hierony. Iere m. 32. eſſe myſticum, oſtendit Decalogus qui ſcript⁹ fuit in tabulis lapideis digito dei. Hoc iterum repetit Ezechi. 42. Item Grego. homil. 18. Ezechielis ait. Denarius numerus pro perfectione ſemper accipitur, quia in decem præceptis legis cuſtodia continetur. Actiua etenim ac contemplatiua vita, ſimul in decalogi mandatis coniuncta eſt, quia in ea & amor Dei & amor proximi ſeruari iubetur. Et in ſecũdo opere in Matth. titul. Chryſoſt. homil. 1. hæc inuenimus. Decimus numerus quia eſt perfectionis, myſterium habet Chriſti perfecti. propter quod & prima nominis Ieſu litera, Iod decem denotat.

Vndecim ad apoſtolos refertur, ait Euche. vt in euangelio. Vndecim diſcipuli abierunt in Galilæam, Vndenarius etiam numerus, quando denarium monade excedit, pro tranſgreſsione & reprehẽſione ponitur. Vnde Petrus non paſſus eſt numerum apoſtolorum in vndenario cõſiſtere, ſed elegit Mathiam duodecimum in ordine. Hinc vndecim ſaga cilicina in veteri lege fieri præcipiũtur, quæ ſignificant pœnitentium actus, pro commiſsis peccatis. Ad vndecimam quoq; horam, gentiles & ætas decrepita vocatur.

De duodecimo numero legimus in Euangelio. Duodecim nomina apoſtolorum ſunt hæc. Quo numero ſignificatur vniuerſa iudicantium multitudo, propter duas partes ſeptenarij, qua plerunque ſignificatur vniuerſitas. quæ duæ partes, ideſt tria & quatuor, altera per alteram partem multiplicatæ, duodecim faciunt. De his duobus numeris hæc ſcribit Hierony. in comment. Ezechielis capi. 31. Cum locuturus eſſet dominus ad Pharaonem apud Ezechielem, vndecimo anno *Ezech. 31.*
ſermo fit, nedum enim venerat ad duodecimum, qui numerus eſt plenæ conſũmatæq; virtutis. Vnde & duodecim ſunt filij Iacob, *Gene. 35.*
à quibus poſtea 12. nomina prophetarum vno volumine continentur. Et apoſtoli duodecim ſunt, quorum quia vnus Iudas proditor fuit, in locũ eius Mathias eligitur. Et Archiſynagogi filia annorum duodecim à Domino ſuſcitatur. Hęmorrhoyſſa quoq; anno duodecimo recipit ſanitatem. Item Auguſt. in comment. Pſal. 86. ait. duodecim eſt ſacramentum vniuerſitatis. Vnde dicitur de apoſtolis, quod iudicabunt duodecim tribus Iſrael. Nũquid Paulus excludetur ab hoc numero? Minimè. Nam non ſolum duodecim illi & Paulus, ſed quotquot iudicaturi ſunt, propter ſignificationẽ vniuerſitatis, ad duodecim pertinent. Ab omnibus quatuor ventis, ſicut dicit Dominus in Euangelio, à quatuor *Apoca. 21.*
tuor ventis ſe collecturum electos ſuos. & ſimiliter dicũtur duodecim portæ Ieruſalem, per quas vniuerſi ingrediũtur ad Chriſtum, qui porta eſt. Similiter duodecim ſunt ſancti Patriarchæ, & rurſum Pſalm. 59. ait. Duodecim perfectus eſt numerus, cui duodenarius

Digitized by Google

Apoſtolorũ numerus deputatur. Quia per totum mundum mittendum erat verbum. Mundus ex quatuor partibus conſtat. Quatuor eius partes notiſsimæ ſunt omnibus, & ſæpè in ſcripturis memoratę, quæ etiam quatuor venti dictæ ſunt, Oriens, Occidens, Aquilo & Meridies. Ad omnes illas quatuor partes miſſum eſt verbum, vt in Trinitate omnes vocarentur. Duodenarium numerũ, ter quaterni faciunt. Hæc ille. & in Exo. cap. 15. duodecim ſunt fontes in deſerto. & Ioſue 4. eliguntur 12. viri, & 12. lapides ex alueo Iordanis.

ANNOTATIO.

AVguſtinus in loco modò à nobis citato Pſalmi 86. aſsignat duodecim portas vbi Ieruſalem, ſecutus (vt arbitror) Apocalypſim Iohannis, qui cap. 21. illius libri ait. Habebat Ieruſalem illa murum magnum & altum habentem portas duodecim, & in portis angelos (aut angulos) duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina 12. tribuum filiorum Iſrael. Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres. Numerus hic rectè ſupputatus eſt in myſtica Ieruſalem & cæleſti, attamẽ terrena Ieruſalem, denarium portarum numerum, non excedebat. Illarum hæc ſunt nomina. Sahar Haçon. i. Porta gregis, vt dicitur Eſdræ lib. 2. capit. 3. quia per illam exibant & ingrediebantur greges in vrbem. Sahar Hadagim. Porta piſcium. Sahar Haiſana. Porta vetus, aut veteris ſcilicet piſcinæ, de qua lege Iſaiæ caput 22. Sahar Hagai. Porta vallis, ſcilicet Ioſaphat. Sahar Haaſphoth. Porta ſterquilinij aut ſtercoris. Sahar Hain. Porta fontis. Sahar Hamaim. Porta aquarum, quæ eſt verſus orientem. Sahar Haçucim. Porta equorum. Sahar Hamiphead. Porta Miphcad. i. viſitationis, & iuxta noſtram tranſlationem iudicij.

Quatuordecim, teſte Eucherio, ad ſacramentum Dominicæ generationis refertur. Vnde in Euangelio ab Abraham vſq; ad Dauid generationes ſunt quatuordecim.

Quindecim teſte eodẽ Eucherio ad quindecim gradus templi, quos fecit Salomõ, ad quorũ numerũ quindecim Pſalmi qui inſcribunt Canticum graduũ, cõpoſiti ſunt, id eſt à Pſalmo. Ad dominũ cũ tribularer clamaui. vſq; ad Laudate nomẽ domini. Et Hierony. in epiſt. ad Gala. ca. 1. Quindecim hi, inquit, dies, plenam ſignificãt ſcientiam cõſummatamque doctrinam. Siquidẽ quindecim ſunt carmina in pſalterio, quindecim gradus per quos ad canendum deo, & in atrijs eius conſiſtendum, iuſtus aſcendit. Ezechias quod *Iſaia. 38.* quindecim annorum ſpacio ſibi aduitam dato, ſignum accipere meretur in gradibus, & ſolennitates Dei à decimoquinto die incipiunt, & Paulus apud Petrũ quindecim dies commoratus eſt. Deniq; Auguſt. Pſalm. 89. in huius loci expoſitione. Dies annorum ſeptuaginta anni, ſi autem in potentatibus octoginta anni. ait, Septuaginta anni & octoginta, conſtituunt centum quinquaginta, quem ſacratum eſſe numerum ſatis inſinuat liber Pſalmorum, qui totidem Pſalmos cõplectitur. hanc enim habent in ſignificatione rationem, centum quinquaginta, quam quindecim. Qui numerus fit, ſeptem & octo coniunctis, quorum primus inſinuat vetus teſtamentum propter ſabbati obſeruationem, ſecundus teſtamentum nouum propter Domini reſurrectionem. Hinc ſunt in templo. 15. gradus, hinc ſunt in Pſalmis 15. Cantica graduum, hinc quindecim cubitis ſummos montes aqua diluuij ſuperauit, etſi quibus alijs locis ſacratus hic commendatur numerus, Septuaginta ſignificant vetus teſtamentum, quia temporalia promittere videtur, octoginta nouum, quia in ſpe eſt renouationis & reſurrectionis.

Numerus 16. ad numerum prophetarum refert. quatuor quippe ſunt maiores. & 12. minores, de quib⁹ ſupra à nobis diſſertũ eſt.

Numerus. 17. diſcutiendus eſt quid ſibi velit. Decem, inquit, Auguſti. Pſalm. 49. in præceptis, ſeptem, in gratia ſpiritus ſancti, per quam gratiam, implentur præcepta. Decem ergo & ſeptem tenent omnes pertinentes ad reſurrectionem ad dexteram & ad regnum cælorum, id eſt, legem implentes per gratiam ſpiritus, non quaſi per opus ſuum aut meritum ſuum.

22. Ad ſacramentum diuinorum voluminum, ſecundum literas Hebræorũ. Quomodo igitur viginti duo elementa ſunt, per quę ſcribim⁹ Hebraicè omne quod loquimur. ita viginti duo volumina ſupputantur ſcripturarum, quibus quaſi elementis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia. Sed & Pſalmi 36. 110. 111. & 118. & 144. eiuſdem numeri texuntur alphabeto. & Ieremiæ Lamentationes. Salomonis quoque

quoque caput vltimum Prouerbiorum. In li
bro ſimiliter Numerorum.ca. 3. hæc eadem
ſupputatio,ſub Leuitarum ac ſacerdotum cē
ſu,myſticè oſtenditur.

24.Ad myſteriū numeri ſeniorū in Apo-
calypſi,ſuper thronos.24.ſeniores.& viginti
quatuor ſortibus in miniſterio templi diſtri-
buti fuerunt ſacerdotes à Rege Dauid.

Quantum recordor,inquit Hiero. Ezechi
11.nunquam in bonam partem viceſimum
quintum numerum reperio.Licet in Leui.ad
ſacerdotale miniſterium à. 25. annis eligan-
tur. in Hebræo tamen tricenariū numerum
legimus. At Orig. ho. 25. Num. ait. In. 25.
numero ætatis ſacerdotis. 5. ſenſum perfe-
ctio declaratur,ita vt quinquies quina nume
rentur, quod vtique indicat eum vocari ad
opera ingentia in myſterio peragenda, qui
ex omni parte multiplicatis & purificatis ſen
ſibus inuenitur eſſe perfectus.

In triceſimo anno accepit Ezechiel mira-
bilem illam reuelationem quadrigarum, in
qua viſione dicit Hierony. Ezechi. 1. præfi-
gurabatur Saluator,qui. 30. annos natus ve-
nit ad baptiſmum, quæ in homine perfecta
Num.4. ætas eſt. Vnde in Numerorum volumine
iuxta Hebræos. non vt in. 70. continetur, à
viceſimo quinto ætatis anno,ſed à triceſimo
incipiunt ſacerdotes in tabernaculo miniſtra
Gene.4. re. In quod ſignum præceſsit & Ioſeph quan
do in Ægypto eſurienti populo frumenta
largitus eſt. & Iohannes Baptiſta venit ad
fluenta Iordanis,prædicauitque baptiſmum
pœnitentiæ. Atque ita etiam dicit in epiſto.
ad Theophilum de erroribus Iohannis Hie-
roſolymitani prope finem. Lege Grati. D.
78.& concilium Conſtantinopoli. in Trul-
Matt. 13. lo. capit. 14. &. 15. Præterea Matth. 13. de
ſemine iacto in terra bona,dicitur,aliud ceci
dit in terram bonam, & dedit fructum,aliud
quidem centum,aliud ſexaginta, aliud vero
triginta. In cuius loci expoſitione Hierony.
In epiſto.ad Gerontiam. & in epiſto. ad Eu-
ſto. de virginitate. & in epiſto. ad Pamma.
de conſolatione ſuper obitu Paulinæ vxoris,
tribuit centeſimum fructum virginibus. 60.
labori viduarum.trigeſimum operi nuptia-
rum. & in conſolatione ait. In his tribus mu-
lieribus tria Chriſti præmia recognoſco. Eu-
ſtochium virginitatis flores metit. Paula la-
borioſam viduitatis aream terit, Paulina ca-
ſtum matrimonij cubile ſeruat. Theophy. ali
ter Matth. 13. ait enim. non æqualē fructum
ferunt omnes qui ſemē ſuſcipiunt. Sed alius
quidem centuplum,forte paupertatem per-
fectam habens,& ſummam exercitationem.
alius ſexagecuplū, vt cœnobita adhuc ope-
rans. alius vero trigecuplum, vt qui honeſtas
nuptias delegit. At Orige. hom. 12. in Gene.
per fructum centeſimum martyres intelli-
git. Denique Auguſt. lib. 1. quæſt. euangeli-
carū. q. 9. ait, cēteſimum martyrum, propter
contemptum mortis. Sexageſimum virginū
propter ocium,quia non pugnant cōtra car-
nem. Solet enim ocium ſexagenarijs conce-
di poſt militiam. Triceſimum coniugatorū,
quia ipſi habent acrem conflictum, ne libidi
nibus ſuperentur. & lib. de ſancta virginitate
cap. 45. loquens de martyrio, ait. Hoc autem
tam magnum eſt, vt eum fructum centenum
quidam intelligant. Perhibet enim præclariſ
ſimum teſtimonium eccleſiaſtica authori-
tas. nam notum eſt quo loco martyres, &
quo defunctæ ſanctimoniales ad altaris ſa-
cramenta recitentur. Sed quicquid ſignificet
fœcunditatis ſeminis illa diuerſitas, viderint
alij. Siue virginalis vita in centeno fructu ſit
in ſexageno vidualis, in triceno autem con-
iugalis. Siue centena fertilitas martyrio po-
tius imputetur, ſexagena continentiæ, & tri
cena connubio. Siue virginitas accedente
martyrio centenum fructum impleat, ſola ve
ro in ſexageno ſit. coniugati autem tricenū
ferentes ad ſexagenum perueniant ſi marty
res fuerint. Hæc & alia affert Auguſt. loco
modo citato.

33. Numerus ad myſteriū ætatis qua do-
minus in carne verſatus eſt. de qua re libro
primo. cap. de hiſtoria diſputauimus.

Quadragenarius numerus, teſte Hierony.
in comment. Ezechi. cap. 29. ſemper afflictio
nis & pœnitentiæ eſt. Vnde Moyſes & Elias *Exo. 32.*
& ipſe Saluator. 40. diebus ieiunauerunt & *3. Reg. 9.*
noctibus. & per. 40. annos populus qui erat
in ſolitudine, vt poſtea in Galgalis oppro-
brio & ignominia Ægypti liberetur, pluuiæ *Num. 14.*
quoq; diluuij. 40. diebus inferunt orbi nau-
fragium. & Ezechiel pro tribu Iuda quadra- *Gene. 17.*
ginta diebus dormit in dextro latere. & qua *Ezechi. 4.*
dringentis annis populus ſeruiturus in Ægy
pto nūciatur, quæ faciunt quadraginta deca
des, ſiue quatuor ἑκατοντάδας. Et Ionæ. 3. ca.
circa principiū, cum Ionas ait, adhuc. 40. dies
& Niniue ſubuertetur, ait. Porro quadrage-
narius numerus conuenit peccatoribus, &
ieiunio & orationi & ſacco & lachrymis &

perſeuerantiæ deprecandi. ob quod & Moyſes quadraginta diebus ieiunauit in monte Sina, & Elias fugiens Iezabel, & Dei deſuper ira pendente, quadraginta dies ieiunaſſe deſcribitur. Ipſe quoque dominus verus Ionas miſſus ad prædicationem mundi, ieiunauit 40. dies, & hæreditatem nobis ieiunij derelinquens, ad eſum corporis ſui, ſub hoc numero noſtras animas præparat. Lege Hierony. Amos 2.capit. & Michææ 5. Porrò Auguſti.lib.2.de conſ.euang.capi.4. loquens de quadraginta generationibus quas enumerat Matth. ait. Numerus iſte illud tempus ſignificat, quo & in hoc ſeculo & in hac terra regi nos oportet à CHRISTO ſecundum diſciplinam laborioſam, qua flagellat Deus omnem filium quem recipit. Hoc verum eſſe illud declarat, quod quadraginta dierum ieiunium, hoc eſt humiliationem animæ, conſecrauit lex, per Moyſen & Eliam, quæ quadragenis diebus ieiunauerunt, & Euangeliū per ipſius domini ieiunium. quibus diebus 40. tentabatur à diabolo. Quid aliud quam per omne huius ſeculi tempus tentationem noſtram in carne ſua, quam de noſtra mortalitate aſſumere dignatus eſt, præfigurans? poſt reſurrectionem quoque non amplius quam dies 40. cum diſcipulis ſuis, in hac terra eſſe voluit, huic eorum vitæ adhuc humana conuerſatione coniunctus, & cum illis alimenta mortalium, quanuis iam non moriturus accipiens. Vt per ipſos 40. dies ſignificaret, ſe occulta præſentia quod promiſerat impleturum, quando ait, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Cur autem iſte numerus temporalē vitam ſignificet, illa cauſa occurrit. Quod & tempora annorū quadripartitis vicibus currunt, & mundus ipſe quatuor partibus terminatur, quas aliquando ventorum nomine ſcriptura commemorat. Ab Oriente & occidente & Aquilone & Meridie. Quadraginta autem, quater habent decem. Porrò ipſa decem ab vno vſque ad quatuor progrediente numero conſummantur. Ad hunc igitur mundum, & ad nos in tentatione laborantes regendos, venientem regem Chriſtum, Matth. ſuſcipiēs, exorſus eſt ab Abraham & enumerauit 40. homines, & 2.de doct.Chriſt.cap.16. ait, Numerorum imperitia multa facit non intelligi, tranſlate ac myſtice poſita in ſcripturis. Quis obſecro non moueatur quid ſibi velit, quod & Moyſes, & Elias & ipſe dñs 40. diebus ieiunauerunt? qui nodus ſolui non poteſt, niſi huius numeri cognitione. Habet enim denarium quater, tanquam cognitionem omnium rerum intextam temporibus, Quaternario quippe numero, diurna & annua curricula peraguntur. Diurna matutinis, meridianis, veſpertinis nocturniſque horarum ſpatijs. Annua, vernis, æſtiuis, autumnalibus, hyemalibuſque menſibus. A temporalium autem delectatione, propter æternitatem in qua viuere volumus abſtinēdum ac ieiunandum eſt. Quanuis etiam temporum curſibus ipſa nobis inſinuetur doctrina, contēnendorum temporalium & appetendorum æternorum. Porrò denarius numerus creatoris atque creaturæ ſignificat ſcientiam. Nam trinitas creatoris eſt. Septenarius autem numerus creaturam indicat, propter vitam & corpus. Nam in illa tria ſunt. Vnde etiam toto corde. tota anima tota mente diligendus eſt Deus. In corpore quatuor apparent elementa, ex quibus conſtat. In hoc denario dum tēporaliter nobis inſinuatur, hoc eſt quater ducitur, caſtè & continēter à temporum delectatione viuere, hoc eſt quadraginta diebus ieiunare monemur. Hoc lex, cuius perſona eſt in Moyſe, hoc prophetia, cuius perſonam gerit Elias, hoc ipſe dominus monet, qui tanquam teſtimonium habens ex lege & prophetis, medius inter illos, nempe Moyſem & Eliam, in monte tribus diſcipulis videntibus claruit. D.Euche. hæc ſcribit. Quadraginta ad quadrageſimæ ſacramētum. Vnde in euangelio, Agebatur ab ſpiritu in deſerto diebus. 40. & virtus decalogi per quatuor libros Euangelij impletur. Decalogi autem mādata perficimus, ſi quatuor ſancti Euangelij libros perfectè cuſtodimus. Si per continentiam, vigilias & orationes, & cætera quæ Apoſtolus commemorat, arma iuſtitiæ, ad immortalis vitæ præmia peruenimus.

Exod.34. *3.Reg.34.* *Euchariſtia.* *Matth.28* *Vide caput de generatione Chriſti.*

42. Ad numerum in eremo manſionum, vel ad numerum generationum, quæ ab Abraham ſunt enumeratæ, dempto Auguſti. vſque ad Dominum Ieſum. Verum de hoc numero, in 3.libr.capi.4. quæ dicenda videbantur, ex Hierony. in libro manſionum ad Fabiolam prodidimus.

46. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum redeuntibus Iudæis à tranſmigratione Babylonis, ſecunda ædificatione poſt illam Salomonis, quæ viginti annis ab-

ſoluta

Digitized by Google

ſoluta ac perfecta eſt. Hic annorum numerus perfectioni dominici corporis aptiſsimè conuenit. Vnde Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 16. inquit, ille numerus ædi-
Io. 2. ficationis templi commemoratus in Euangelio, quadraginta ſcilicet ſex annorum, neſcio quid myſticum ſonat, & relatus ad fabricam Dominici corporis, propter quam templi mentio facta eſt, coegit nonnullos hæreticos fateri filium Dei vero humano corpore indutum. Lege ipſum lib. 83. q. q. 56. & lib. 65. q. q. 26.

Quinquagenarius numerus, inquit Hierony. Iſaiæ. 3. ſemper refertur ad pœniten-
Gene. 18. tiam. Vnde in Gene. legimus loquente Abraham ad dominum, quod à quinquaginta primum iuſtis, ſi inueniantur in ciuitate, dixerit vrbem eſſe ſaluandam. & ſeptem hebdo-
Num. 28. madarum in Numeris ideſt, Pentecoſtes celeberrima feſtiuitas eſt. Iubileus quoq; , ideſt remiſsionis annus, qui ſeptennis annorum hebdomadibus, ideſt. 49. annis texitur, in quo clanguntur tubæ, & ad omnes reuertitur antiqua poſſeſsio. hoc continet ſacramentum. & Dauid in quinquageſimo numero Pſalmum ſcripſit pœnitentiæ. Legimus
Num 31. quoque in eodem Numerorum libro, quod de præda & ſpolijs, quinquageſimum caput, tam de hominibus quam de iumentis acci-
Luc. 7. piant ſacerdotes, & quinquageſimum Leuitæ, qui cuſtodiunt fores tabernaculi. Illa quoque Euangelij parabola, in qua dicuntur duo debitores, vnus qui debebat quingentos denarios, alius quinquaginta, ad hanc refertur intelligentiam. Vnde & apoſtolus ad Epheſios quibus myſtica quęque diſſoluerat, vult permanere vſque ad Pentecoſten, donec perfecte ad dominum conuertantur, di-
1. Cor. 6. cens. oſtium mihi apertum eſt magnum & euidens, ſed aduerſarij multi. Imitatur autem & diabolus iſto numero Iſraeliticum
Exo. 18. exercitum, de quo Iethro dederat genero ſuo Moyſi conſilium, vt conſtitueret ſuper populum tribunos & centuriones & quinquagenarios. Vnde impius rex mittit duos quinquagenarios cũ ſubditis ſibi militibus, vt exhiberent Eliam, qui diuino igne conſumpti ſunt. Tertius autem ſaluatur ex eis, qui conuerſus ad preces, pœnitentiæ ſacramenta cognouerat. Vnde & Iudæi nolentes dominum eſſe perfectum, nec principem
Iohan. 8. quinquagenarium, dicunt ad eum. Quinquaginta annos nec dum habes, & Abrahã vidiſti? & ille ſciens ſe eſſe non ſolum pœnitentium principem, ſed & iuſtorum, reſpondit. Antequam Abraham eſſet ego ſum. Quod autẽ Dominus princeps ſit quinquagenarius ex vna feſtiuitate intelligere poſſumus, de qua ait. Dominus eſt ſabbati, & fi- Matt. 12.
lius hominis, quod ſi ſabbati & calendarum, ſi calendarũ, & Paſchæ, ideſt, azymorũ, ſi paſchæ & Iubilei, ſi Iubilei & Tabernaculorũ, ſi Tabernaculorum, & Pentecoſtes, quæ ad quinquageſimũ refertur numerum. & Matt. 14. inquit. Iubẽtur diſcũbere ſupra fœnum à Chriſto turbæ, per quingenos aut centenos, vt poſtquam calcauerint carnem ſuã, & omnes flores illius, & ſeculi voluptates, quaſi arens fœnum ſubiecerint, tunc per quinquagenarij numeri pœnitentiam, ad perfectum centeſimi numeri culmen aſcendant. Hæc repetit rurſum Ezechie. 42. in poſtremis verbis, & Ambro. in Apolo. David cap. 8. 50. remiſsionis eſt numerus ſicut in euangelio dominus ipſe nos docuit, dicens. Duo debitores erant cuidã fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque. & in lege habes, quia Iubileus dicitur quinquaginta annorum recurſus, quo debita vacuantur, confirmantur Hebræorum libertates, poſſeſsionum refuſiones. Hunc numerum læti celebramus poſt domini paſsionem, remiſſo culpæ totius debito, chirographo quoq; vacuato ab omni nexu liberi, & ſuſcipimus aduenientem in nos gratiam ſpiritus ſancti, die Pentecoſtes vacante ieiunio, laus dicitur Deo, Halleluia cantatur. Denique & puellæ pater illius quę per vim concubitus, nulli deſponſata, pertulerit, quinquaginta didrachmata argentea accipiet, ipſa autem in coniugio permanebit. Hoc etiam numero vitia vertũtur in gratiã. Magnus igitur Pſalmus, quo docemur, quemadmodum agenda pœnitentia ſit. Miſerere mei. &c. Hæc omnia deſumpta ſunt ex Origene. homilia. 5. Nume. Lege Auguſtinum lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 16.

Sexageſimus numerus conuenit fructui debito viduis & continentibus vt ſupra in 30. numero expoſuimus.

72 Ad numerum presbyterorum quos elegit Moyſes, & ad numerum diſcipulorũ quos dominus conſtituit apud Lucam cap. 10. aptari poteſt. Poſt hæc, inquit, deſignauit & alios ſeptuaginta duos. Porro in dubium

Quot fuerint diſcipuli dñi.

Exo. 15.

bium reuocatur ab eccleſiaſticis viris fuerint ne diſcipuli domini 70. an. 72. Et quidem doctiores & in ſacris literis exercitatiores viri 70. tantum fuiſſe arbitrantur. vt Hierony. in lib. Manſi. ad Fabiolam. ait, duodecim fontes in deſerto erumpentes, apoſtoli 12. ſunt, de quorum fontibus deriuatæ aquæ totius mundi ſiccitatem irrigant. Iuxta has aquas 70. creuerunt palmæ, quos & ipſos ſecundi ordinis intelligimus præceptores, Luca euangeliſta teſtante. 12. fuiſſe apoſtolos, & 70. diſcipulos minoris gradus. De quibus & Paulus refert, quod apparuerit dominus primum vndecim, deinde apoſtolis omnibus. Alios volens intelligi primos, alios ſecundos Chriſti diſcipulos. Ita quoq; ſentit Theophy. & Tertullia libr. 4. contra Marcionem ait, Cur. 12. apoſtolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Næ ex hoc Chriſtum meum interpretari poſſem, non tantum vocibus prophetarum, ſed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud creatorem deprehendo. 12. fontes Elim. 12. gemmas in tunica ſacerdotali Aaronis. & 12. lapides ab Ieſu de Iordane electos, & in arcam teſtamenti conditos. Totidem enim apoſtoli portendebantur. proinde vt fontes & amnes, rigaturi aridum retro & deſertum à notitia, orbem nationum, ſicut & per Iſaiam. Ponam in terra inaquoſa flumina. proinde vt gemmæ, illuminaturi, ſacram eccleſiæ veſtem, quem induit Chriſtus pontifex patris. Proinde, vt & lapides, ſolidi fide, quos de lauacro Iordanis Ieſus verus elegit, & in ſacrarium teſtamenti ſui recepit. Et ſtatim ſubdit. Allegit & alios 70. Apoſtolos, ſuper 12. Quo enim 12. ſecundum totidem fontes in Elim, ſi non & 70. ſecundum totidem arbuſta palmarum? Et Iſidorus in enarratione in Exod. capit. 1. ait 70. animæ cum Iacob introierunt in Ægypto, id eſt, 70. diſcipuli ad prædicandum verbum Dei, toto mittuntur in mundo. & capit. 22. ſcribit eadem penè verba quæ Hierony. in Manſionibus. De Apoſtolis dicit Iuſtinus in Tryphone. 12. tintinabula quæ ex veſte talari pontificis pendebant, erant figura. 12. Apoſtolorum. & Beda libr. ſecundo in Lucam. capit. vigeſimoprimo. ait, Cum in typo eccleſiæ Salomon domino templum conderet, fecit & mare æneum in quo ſacerdotes lauarentur, duodecimque illud boum clunis impoſuit, quorum tres Aquilonem, tres occidentem, tres Meridiem, tres Orientem aſpicerent. figuraliter inſinuans, quoniam Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores cunctas orbis quadrati plagas, fide, & confeſsione ſanctæ Trinitatis eſſent à peccatorum labe purgaturi. Porrò vulgata editio apud Luc. capit. 10. & Auguſtinus, & Beda 72. fuiſſe diſcipulos arbitrantur, & Epiphanius itidem. Verum hæc diſſonantia facilè in concordiam redigitur, ex illis quæ annotauimus, in hoc libro, capite quarto. & libro primo, harum Hypotypoſeon capi. quarto. ab illis locis pete, quæ hic dicenda erant. Iſtorum diſcipulorum nomina prodidit, ac vitas ſcriptis mandauit, Dorotheus epiſcopus Tyri in Synopſi.

Centum inquit Auguſt. 20. lib. de ciuitate Dei. capit. 7. pro vniuerſitate ponuntur, quale illud eſt, quod dominus omnia ſua dimittenti, & eum ſequenti promiſit, dicens. accipiet in hoc ſeculo centuplum. Quod exponens Apoſtolus ait. Quaſi nihil habentes, & omnia poſsidentes. quia & iam ante dictum erat. fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt. Et Hieronymus Iſaiæ 65. ait. in cæleſti Hieruſalem diuerſæ ætates non erunt, ſed omnes peruenient in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Omnes nanque peruenient ad centenarium numerum, qualis fuit Abraham, qui promiſsionem filij Iſaac, hac ætate ſuſcepit. De cuius numeri laudibus hoc tantum dicimus, quod decem decades æqualia habent latera, & quadræ formæ poſsideant firmitatē. In repromiſsionibus quoque pro his quę pro dño contēpſimus, multiplicata nobis cētuplū pollicetur dñs, & in bonam terram ſemen cadens, primùm habet vberrimæ frugis numerum centenarium. Deniq; & Iſaac, vnā ſementem iaciens fidei, hoc numero laboris ſui opera multiplicata ſuſcepit. Lege Euthy. Matth. 24. circa primum. Denique iuxta ea quæ ſupra diximus, centum ad martyrū fructum ſiue virginum refertur. Vnde in euangelio dabunt fructum aliud centeſimū. nam hic numerus abſolutam perfectionem ſignificat, ſicut cum de electis dicitur. Qui reliquerit domum, patrem aut matrem centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit.

Millenarius numerus, inquit Gregorius libro nono. Moral. capit. 1. in ſacra ſcriptura pro vniuerſitate ſolet intelligi. Hinc in Pſalm. 104. Verbi quod mandauit in *mille* genera-

Digitized by Google

generationes: cum conſtet quod ab ipſo mũdi exordio vſque ad redemptoris aduentum per Euangeliſtam non amplius quam ſeptuaginta ſeptem propagines numerentur. Quid ergo in millenario numero, niſi ad proferendam nouam ſobolem perfecta vniuerſitas præſcitæ generationis exprimitur? Hinc &
Apoca.20. per Ioannem dicitur: & regnabunt cum eo mille annis. Quia videlicet regnum eccleſiæ vniuerſitatis perfectione ſolidatur. & libro 35. capit. 12. ait, Millenarius numerus in ſacro eloquio perfectus accipitur, quia appellatione eius vniuerſitas deſignatur. Vnde
Pſal. 104. ſcriptum eſt. Verbum, quod mandauit in mille generationes, ideſt, in vniuerſas generationes. Hæc ille. & Pſalm. 49. Iumenta in montibus mille. Item Auguſtinus libro 20. de ciuitate Dei capit. 7. ait, Vidit Ioannes
Apoc.c.20. in Apocalypſi Angelum deſcendentem de cælo habentem clauem abyſſi: & tenuit draconem illum, & alligauit mille annis. Mille, inquit, annos pro annis omnibus huius ſeculi poſuit, vt perfecto numero notaretur ipſa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus, denarij numeri quadratum ſolidum reddit. Decem quippe, decies ducta, fiunt centum, quæ iam figura quadrata, ſed plana eſt. Vt autem in altitudinem ſurgat, & ſolida fiat, rurſum centum, decies multiplicantur, & mille fiunt. Porrò ſi centum ipſa aliquo modo pro vniuerſitate aliquando ponuntur, quale illud eſt, quod dominus omnia ſua dimittenti & eum ſequenti promiſit, dicens. Accipiet in hoc ſeculo centuplum, quod exponens quodãmodo apoſtolus ait, Quaſi nihil habentes & omnia poſsidentes, quia & ante iam dictum erat. Fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt, quanto magis mille pro vniuerſitate ponuntur, vbi eſt ſoliditas ipſius denariæ quadraturæ? Vnde nec illud melius intelligitur, quod in Pſal. legitur. Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes, ideſt, in omnes. Huiuſcemodi innumera colligi poſſunt ab ſtudioſis ex antiquis doctoribus, præcipuè ex Auguſtino, qui multus eſt in his pertractandis, attamen vellem, vt in illis philoſopharemur ad ſobrietatem.

Hoc teſtimonium citat̃ vt ſcriptura diuina. 14. q. 4 ca. Quid dicã. & à Hiero ad Paulũ in fi. Sed ignoro ex quo loco ſit deſumptũ.

LIBRI SEXTI HYPOTYPOſeon Theologicarum finis.

Digitized by Google

LIBER SEPTIMVS HYPOTYPOSEON, AVTORE MARTINO Martini Cantapetrenſi, Sacræ Theologiæ magiſtro, ac diuinarum ſcripturarum, in tribus linguis Salmanticæ Primario interprete. Ad Illuſtr. & Reuerendiſs. virum D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum, incipit.

IN EXPONENDIS diuinis ſcripturis, Præſul Illuſtriſsime, duo extrema vitia fugere oportet. Nam aliqui adeo amplectuntur ſenſus myſticos, atque illis ſunt addicti, vt qui ſenſum hiſtoricum, ac literalem velit tractare, à Chriſtiana religione ad Iudaiſmum illis defeciſſe videatur. Econtra alij, ita ſenſui literali ſunt addicti, vt myſticum ſenſum cōtēnere & pro nihilo ducere credas: illos qui ſunt prioris generis reprehendit Hiero. ſub perſona Origenis in præfatio. ad Amabilem in decem viſiones Iſaiæ, inquiens. Origenes ingenij ſui acumina, putat eccleſiæ eſſe ſacramenta. & Euthy. Pſalm. 150. ait, Allegoricas expoſitiones perſæpè afferre docti omittūt, quod hi ſenſus facilè deſtruūtur, & quia multis grati non ſunt. Hac in re valde ſollicitos fuiſſe antiquos patres, nullus eſt qui ignoret, ſi libros eorum euoluerit. Duorum præcipuè Gregorij, & Ambroſij. Qui ſunt ſecundi generis abſurdius & ſtupidius errarunt: vt ſunt ferè omnes ætatis noſtræ ſcriptores, præcipuè Caietanus, qui cum poſt euangelij prædicationem & ablationem velaminis, quod tegebat faciem Moyſis, cœperint deo per ſpiritum adhærere, nunc demum carne conſummantur: & cū illis liceat, poſtquam fruges repertæ ſunt, panem illum de cælo venientem comedere, malint cum Gryllo illo Homerico, glande veſci, Aut cum Glauco χάλκεα χρυσέων commutare. Nos medium inter vtroſque tenentes, ita calamum temperabimus, vt doceamus quibus in locis literam ſequi oporteat, exploſo ſenſu myſtico: & in quibus ſpiritus amplectendus excluſa litera. Deinde leges quaſdā feremus quibus vnuſquiſque ſenſus adſtringi aut parere debeat, dummodo verus & germanus ille ſit, & à quibus cum deſciuerit, nothus & adulterinus ſit cenſendus.

Opiniones variæ ð ſenſu myſtico & literali.

Aduerte cōtra quoſdā ſtolidos qui ſenſum literalem grāmaticū putant.

Id eſt ærea pro aureis.

Attamen vt Caius Lucilius homo doctus, & perurbanus, Doctorum iudicium reformidans, dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, nec ab indoctiſsimis, neque à doctiſsimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alij plus fortaſſe quàm ipſe de ſe: ſic cum diſputatio noſtra pro Tarentinis, Conſentinis & mei ſimilibus Theologis futura ſit, nonnulla quæ neceſſaria ſunt, illis, qui in literis humanioribus non ſunt verſati, præmittere oportet, videlicet quid ſit Allegoria, quid Parabola, quid Ænigma, quæ vt obſcuram & perplexam reddunt ſcripturā, ita ſi rectè intelligantur, perſpicuam & planam illam efficient. At verò licet obſcuritas in oratione reprehenſione ſit digna (vnde Quintil. reprehendit quendam grammaticum qui diſcipulis dicebat, σκότισον, & quanto obſcurius tanto melius, nec ego quidem intellexi. & affert Ariſtot. tertio, rheto. rationem, quia virtus orationis eſt exprimere alijs quod ſentimus & volumus (id niſi planis verbis fiat, aſſequi non poterimus:) cæterum quod in oratoribus reprehendimus in ſcripturis & philoſophiæ ſegnibus lateant. Atque ideo Plato numeris, Pythagoras ſymbolis ſuis, eam obſcuram reddiderunt: vt à fabis abſtineto, id eſt, à magiſtratibus: & ſtateram ne tranſgrediaris: id eſt, iuſta age, Ne temere dexteram porrigas, ideſt ne abſque conſilio amicos ſuſcipias. Cor ne edito, id eſt, ne te dolore conficias. Cibum in matellam ne immittas, id eſt, ne ſpargas porcis margaritas. Hactenus de his, ad inſtitutum reuertamur.

Caius Lucilius.

Tarentini. Cōſentini.

Quintil. li. 8. capi. 2.

Hoc eſt loquere obſcurius.

Plutarchus ð inſti. puerorum.

Parabola, teſte Hieronymo Ecclesia. 12. aliud

Parabola, quid ſit.

BIBLIOTECA

Digitized by Google

aliud in medulla, aliud in ſuperficie pollicetur. Prouerbia quippè non hoc ſonat quod ſcriptum eſt, etiam in Euangelijs edocemur. Quod dominus in parabolis ſit locutus, ſecretò autem Apoſtolis diſſeruerit ea. Ex quo manifeſtum eſt & Prouerbiorum librum, non vt ſimplices arbitrantur, patentia habere præcepta. Sed quaſi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirtis caſtanearum operculis abſconditus fructus inquiritur, & Origenes in præfatio. quatuor homil. in cantic. ait. Vbicunque prouerbium audierimus, aliud quidem palam dicitur, aliud vero intrinſecus indicatur. Vnde dominus in Euangelio. Hæc in Prouerbijs locutus ſum vobis, veniet hora quando iam in prouerbijs non loquar vobis, ſed palam de patre meo, & Baſilius in homil. in prouerb. Salomonis, inquit. τὸ τῶν παροιμιῶν ὄνομα ἐπὶ τῶν δημωδεστέρων λόγων παρὰ τοῖς ἔξωθεν τέτακται. καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς λαλουμένων ὡς τὰ πολλά. οἶμος γὰρ ἡ ὁδὸς ὀνομάζεται. ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν ὁρίζονται, ῥῆμα παρόδιον τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν. καὶ ἀπὸ ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὅμοια μεταληφθῆναι δυνάμενον. παρὰ δὲ ἡμῖν, παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος, μετ' ἐπικρύψεως μετρίας ἐκδιδόμενος. πολὺ μὲν τὸ αὐτόθεν χρήσιμον περιέχων. πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. Hoc eſt, Paræmia in libris gentium vocatur popularis ille ſermo, quo in vijs maximè vtebantur. Vnde Paræmiam definiunt, eſſe ſermonem tritum ac crebro vſurpatum à viatoribus, hæc ad plures res ſimiles poteſt transferri. At verò apud nos, eſt ſermo vtilis, habens in ſe aliquid mediocriter abſconditum, qui etſi habeat vtilitatem in ſuperficie, multo maior eſt quæ interius deliteſcit. Vide Cyrillum libro quinto Theſauri, capit. 4. At verò illam, quam Origenes circa principium commenta. Matthæi aſsignat differentiam inter ſimilitudinem & parabolam, ego non ſatis intelligo. Et Hieronym. Prouerb. 1. ait. Parabola eſt comparatio ex diſsimilibus rebus, aliud enim in ſuperficie ſonat, & aliud intellectui innuit.

Prouerbiũ. *Iohan. 16.*

Allegoria, vt inquit Hieronymus ad Galatas. 4. aliud prætendit in verbis, aliud ſignificat in ſenſu, vt Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt, qui autem de libera per repromiſsionem, quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta, vnum quidem in Sina in ſeruitutem generans, qui eſt Agar. Sina, eſt mons in Arabia, qui conterminus eſt ei qui nunc eſt Ieruſalem, & ſeruiuit cum filijs ſuis, illa quæ ſurſum eſt Ieruſalem libera eſt. Scriptura diuina per allegoriam non modica ex parte contexta eſt, & quam vocauit hic Allegoriam, alibi vocat intelligentiam ſpiritualem, Vt, ſcimus quod lex ſpiritualis eſt, & alibi, omnes eandem ſpiritualem manducauerunt eſcam, & eundem ſpiritualem biberunt potum. Nam manna, & ſubiti fontis eruptio & petra ipſa quæ ſequitur, quod Allegoricè accipienda ſint, nemo eſt qui dubitet. Sed hæc allegoria rerum eſt: altera enim eſt allegoria verborum de qua. Suidas ait, Ἀλληγορία. ἡ μεταφορά. ἄλλο λέγων τὸ γράμμα καὶ ἄλλο τὸ νόημα. Hoc eſt. Allegoria eſt metaphora, aliud dicens, & aliud ſignificans, & Quintilian. libro. 8. inſtitut. Orato. capit. 6. Ἀλληγορία, quam inuerſionem interpretamur, aliud in verbis, aliud in ſenſu oſtendit, ac etiam interim contrarium.

Allegoria. *Galat. 4.* *Rom. 7.* *1. Corin. 1.*

Primus, vt.

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus? ò quid agis? fortiter occupa
Portum. *Carmin. 1. Od. 14.*

Totuſque ille Horatij locus, quo nauim pro repub. fluctuum tēpeſtates, pro bellis ciuilibus, portum prò pace atque concordia dicit. Tale Lucretius.

Auia Pieridum peragro loca.

Sine tranſlatione vero in Bucolicis.

Certè equidem audieram, qua ſe ſubducere *Aegl. 9.*
colles
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,
Vſq; ad aquam & veteris iam fracta cacumina
fagi,
Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcam.

HOC loco præter nomen cætera proprijs deciſa ſunt verbis. Verum non paſtor Menalcas, ſed Virgilius eſt intelligendus. Hæc allegoria aliquando eſt totius, & tunc vocatur Ænigma, vt, Argentum tuum verſum eſt in Scoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua, id eſt, omnes vos qui aliquando Deo adhærebatis, ab eo receſsiſtis, &, Dies domini ſuper Cedros Libani ſublimes & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper colles eleuatos, & ſuper turrim excelſam, &c. id eſt. Vltio domini in principes *Iſaia. 1. c.* *Iſaia. 2.*

A Iſrael

Digitized by Google

Iſrael ſæuitura eſt. Plerumque apertis permixta eſt. Vt Cicero pro Milone. Cæteras tempeſtates in illis duntaxat fluctibus concionis putaui eſſe ſubeundas, quia addidit concionis, quæ eſt interpretatio allegoriæ, vocatur allegoria mixta, & Iſaiæ.8. Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloë quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin,& capit.5. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt. Et in hoc genere Allegoriæ, ſpecies ex arceſsitis verbis venit, eius intellectus ex proprijs, vt ad Epheſ. 6. Eſtote ſuccincti lumbos veſtros in veritate & induti loricam iuſtitiæ, calceati pedes in præparationem euangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei, &.1. Petri.1. ſuccincti lumbos mentis veſtræ. Sic lumbus efficit Allegoriam, ſed cum addit, in veritate, ipſam interpretatur, & cum addo, iuſtitiæ, expono Allegoriam quæ latebat ſub nomine lorica, & in Hymno de paſsione, regnauit à ligno Deus, quod ſumptum eſt ex Pſalm. 92. aut. 95. Dominus regnauit, ſed explicauit Hymnographus metaphoram. Iuſti. & Tertuli. dicunt eſſe corruptum à Iudæis locum. Id quoque ſeruandum in allegorijs, vt quo ex genere cœperis tranſlationem, hoc deſinas, ac perſeueres. Multi cum initium à tempeſtate ſumpſerint, in incendio aut ruina finiunt, quæ eſt inconſequentia rerum fœdiſsima.

Ænigma. Ænigma, vt legimus in commenta. in Prouerbia. titulo Hieronym. capit. 1. eſt quæſtio
Iudic.14. obſcura, quæ difficile intelligitur niſi aperiatur, vt illud in libro Iudicum. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dul-
Sermo.1. cedo, & Auguſt. Pſalm. 48. Ænigma, inquit, eſt obſcura & perpetua parabola. Sicut, ſanguiſugæ erant tres filiæ, & circa prinripium libri.2. Quæſtio. in libros Regum, ad ſimplicianum, ait. Velamen omnino intercludit aſpectum, Aenigma vero tanquam per ſpeculum, ſicut apoſtolus ait, Videmus nunc in ſpeculum & in Aenigmate, nec euidentiſsimam detegit ſpeciem, nec prorſus obtegit veritatem. Quintilia. quoque libro. 8. capit. 6. ait, Allegoria quæ eſt obſcurior, ænigma dicitur, vitium meo quidem iudicio, ſiquidem dilucide dicere, virtus, quo tamen & poetæ vtuntur. Virgilius. Æglo. 3.

Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo.
Treis pateat cœli ſpacium, non amplius vlnas?

Hæc ille.

De his verſibus Virgilij dicitur, quod cum quidam quæreret ab eo an quid arcanum in illis verbis eſſet concluſum, Reſpondiſſe, ſe in illis carminibus Grammaticis omnibus crucem affixiſſe, in qua ſe aſsidue diſtorquerent. Cui Aſconius Pedianus reſpondit, mihi certe nullam crucem reliquiſti, non enim ſum id anxie quæſiturus. Lege Orige. homil. 13, Numerorum.

Diuina ſcriptura, quatuor ad ſummum, *Quot ſen-*
poteſt admittere ſenſus, non quidem omnes *ſus admit-*
ſimul, ſed iuxta temporum & locorum op- *tat ſcriptu-*
portunitatem, nunc hunc, nunc illum, non *ra diuina.*
nunquam vero duos ſimul recipere poteſt. Primus literalis & hiſtoricus. Secundus eſt Tropologicus, ideſt ad mores noſtros componendos ſpectans, à τρόπος, mos, & λόγος ſermo. Tertius eſt qui myſticus, aut ſpiritualis, & θεωρητικὸς, id eſt, ſpeculatiuus & contemplatiuus nuncupatur. Hunc Theologi Iuniores in duas diuidunt partes, in allegoriam quæ pertinet ad caput eccleſiæ Chriſtum, & illius corpus, eccleſiam fidelium militantem, & Anagogen quæ pertinet ad eccleſiam triumphantem. Aliquando tamen, Allegoria, Tropologia, & Anagoge pro quolibet ſenſu ſpirituali accipiuntur apud Theologos antiquos. Porrò quod quidam dicunt de ſenſu literali, nempe quod ſi ſenſus myſticus in aliquo ſcripturæ loco inuentus fuerit, talis eſt vere literalis & non myſticus, falſum videtur. Nos dicendum arbitramur ſenſum illum eſſe myſticum, ſed de fide quia in ſacra ſcriptura continetur, cui refragari piaculum eſt. Igitur de ſenſibus ſcripturarum quæ ſcribunt ſancti doctores, ſunt quæ ſequuntur. Hieronym. quidem. quæſt. 12. ad Hedibiam, ait. Præcipitur nobis Salomone
dicente. Tu autem ſcribe eam tripliciter, in *Prouer.22.*
conſilio & ſcientia, vt reſpondeas verbum veritatis, his qui proponunt tibi. Triplex in corde noſtro deſcriptio & regula ſcripturarum eſt. Prima vt intelligamus eas iuxta literam vel hiſtoriam. Secunda mediè iuxta Tropologiam. Tertia iuxta intelligentiam ſpiritualem myſtica quæque noſcamus. In hiſtoria eorum quæ ſcripta ſunt ordo ſeruatur. In Tropologia, hoc eſt in intelligentia ſpirituali, de litera ad maiora conſurgimus,

& quic

& quicquid in populo illo carnaliter factũ eſt
iuxta moralem Interpretamur locum, & ad
animæ noſtræ emolumenta conuertlmus. In
ſpirituali θεωρια, ad ſublimiora tranſimus, ter-
rena dimittimus, de futurorum beatitudine
& cæleſtibus diſputamus, vt præſentis vitæ
meditatio, vmbra futuræ beatitudinis ſit. Et
in comment. Ezechie. capit. 16. cum hæc di-
xiſſet, his exemplis illuſtrauit. Secundum li-
1. Cor. 10. teram illud eſt. Ne fornlcemur ſicut quidam
eorum fornicati ſunt, & ceciderunt vno die
viginti tria millia. &, Nolite murmurare ſi-
cut quidam ex eis murmurauerunt, & perie-
runt ab exterminatore. Mediè autem & iux-
ta Tropologiam quando recedimus à litera,
& paululum ad altiora conſcendimus, dicen-
1. Corin. 9 te apoſtolo. Scriptum eſt, non alligabis os
boui trituranti. Statimque ſequitur. Nũquid
de bobus cura eſt Deo? an propter nos vtiq;
locutus eſt. Extrema autem, id eſt tertia &
ſublimis ſacraque intelligentia, iuxta illud
Epheſ. 5. eiuſdem apoſtoli. Propterea relinquet ho-
mo patrem & matrem, & adhærebit vxori
ſuæ, ſacramentum hoc magnum eſt. Orige.
quoque homilia. 2. &. 17. in Geneſ. ex quo
Hiero. mutuo illa deſumpſit, ait. Prima ex-
poſitio hiſtorica eſſe debet, veluti fundã-
mentum quoddam in inferioribus poſitum.
Secunda myſtica, quæ ſuperior & excelſior
eſt, myſterium magnum quod eſt in Chri-
ſto & eccleſia continens. Tertia eſt mora-
lis, mores emendare docens, vitia reſecare,
purgare animam, atque exuere illam ab om
ni vinculo captiuitatis. Lege ipſum latiſſi-
mè de hac re diſputantem libro. 4. Periar. ca
pit. 2. & Hieronymum in commenta. Amos.
capit. 4. Auguſtinus longè aliter hos ſenſus
diſtinguere videtur. Sed illi tres ſenſus, Hi-
ſtoricus, Ætiologicus & Analogicus ad v-
num ſenſum literalem pertinent, & ſub alle-
goricum ſenſum, tres ſenſus myſticos, nem-
pe allegoricum, tropologicum & Anagogi-
cum intellexit. Illius verba in lib. de Vtili.
credendi ad Honoratum contra Manichæos
capit. 3. hæc ſunt. Vniuerſa ſcriptura quadri
fariam traditur Secundum hiſtoriam. Secun
dum Ætiologiam. Secundum Analogiam.
Secundum allegoriam. Secundum hiſtoriam
traditur, cum docetur quid ſcriptum, aut
quid geſtum ſit, quid non geſtum, ſed tan-
tummodo ſcriptum quaſi geſtum ſit. Secun-
dum Aetiologiam cum oſtenditur quid qua
de cauſa, vel factum vel dictum ſit. Secun-
dum allegoriam, cùm docetur non ſecundum
literam eſſe accipienda quædam quæ ſcripta
ſunt, ſed figurate intelligenda. De hiſtoria
illud ſcripto eſt. Cum obiectum eſſet, quod
die ſabbati diſcipuli ſpicas euulſiſſent, Non
legiſtis, inquit, quod fecit Dauid cum eſu- Matth. 12
riret, & qui cum eo erant, quomodo intrauit
in domum Dei, & panes propoſitionis man-
ducauit, quos non licebat ei manducare, ne-
que eis qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdo-
tibus. Ad Ætiologiam verò illud pertinet,
quod cum Chriſtus prohibuiſſet vxorem
abijci, niſi fornicationis cauſa, relatumque
eſſet ab interrogantibus, Moyſen dato li-
bello repudij permiſiſſe diſcedendi licen-
tiam. Hoc, inquit, Moyſes fecit propter du
ritiam cordis veſtri. Hic enim cauſa reddi-
ta eſt cur illud à Moyſe pro tempore benè
permiſſum ſit, vt hoc, quod Chriſtus præ-
cipiebat, alia iam tempora demonſtrare vi-
deretur, nempe cum dictum eſt illis. Quia
vos indignos feciſtis verbi Dei ecce conuer-
timur ad gentes. Analogia etiam vtitur ſcri-
ptura, qua vtriuſque teſtamenti congruen-
tia perſpicitur. Ipſe etiam liberator noſter
in Euangelio Allegoria vtitur ex veteri teſta
mento. Generatio, inquit, hæc ſignum quæ- Matth. 12
rit, & non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ pro-
phetæ. Sicut enim Ionas in ventre ceti tri-
bus diebus, & tribus noctibus fuit. Sic &
filius hominis, tribus diebus & tribus nocti-
bus erit in corde terræ. & Paulus ipſam Exo-
di hiſtoriam futuræ Chriſtianæ plebis alle-
goriam fuiſſe ſignificat ad Corinth. epiſtol.
1. Nolo autem vos ignorare fratres, quod Cap. 12.
patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & om
nes per mare trãſierunt, & omnes in Moy-
ſe baptizati ſunt, in nube & in mari, & om-
nes eundem cibum ſpiritualem manducaue
runt, & omnes eundem potum ſpiritalem
biberunt, &c. omnia iſta in figuram con-
tingebant illis, ſcripta ſunt autem ad corre-
ptionem noſtram, in quos fines ſeculorum
deuenerunt. & affert alterum exemplum ex
capit. 4. epiſto. ad Galat. de duobus teſta-
mentis. Lege ipſum ſuper Geneſi. capit. 2. in
imperfecto.

At quæres quantum valeant ſenſus my- *Sẽſibus my-*
ſtici ad probandum ea quę ad fidem ſpectãt? *ſticis quan*
Nullam authoritatem habere arbitror ad co *tũ authori*
gendum tergiuerſantes, niſi aut in ſcriptura *tatis tribuẽ*
inueniantur, aut ex illa elici poſsint. Hinc *dum ſit.*
Hieronym. Matthæi. 13. ait. Nunquàm pa-

Digitized by Google

Hæc ſummè aduerſa contra barbaros quoſdã, qui autumãt ſenſum hiſtoricũ ad munus ſpectare grammatici.

Quæ ſint nobis arma cõtra hæreticos.

rabolæ & dubia ænigmatum intelligentia, poſſunt ad authoritatem dogmatum proficere. Vt ſimile eſt regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abſcondit, in farinæ Sathis tribus, donec fermentatum eſt totum. Aliqui mulierem iſtam eccleſiam interpretantur, quæ fidem hominis farinæ Sathis tribus commiſcuerit, credulitati Patris, Filij & Spiritus ſancti. Cumque in vnum fuerit fermentata, non nos ad triplicem Deum, ſed ad vnius diuinitatis perducit notitiam, farinæ quoque Satha tria, dum non eſt ſingulis diuerſa natura, ad vnitatem trahunt ſubſtantiæ. Et Auguſtin. in epiſtola ad Vincentium Donatiſtam. ait. Impudentiſsimus eſt reputandus quiſquis per aliquid in allegoria poſitum quicquam pro ſe interpretari conetur, niſi habeat & manifeſta teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura. Lege ipſum Auguſtin. contra epiſtol. Petiliani Donatiſtæ de vnitate eccleſiæ. cap. 19. & Durand. in. 2. ſentent. diſt. 6. quæſtio. 1. Hanc allegoriam, quam veluti ſubfrigidam reprehendit Hierony. inquiens. Aliqui mulierem iſtam, &c.) Inuenies apud Iſychium libro. 1. in Leui. cap. 2. abſcondit, inquit, in farinæ Satha tria, eccleſiam ſignificans, quæ in Trinitatis verbo fermentat theologiæ myſterium.

Iſychius clã reprehenditur à Hier.

Deus verbis & factis loquitur li. 4. c. 1. co. 296

Deus duobus modis nobiſcum loquitur, aut per verba, aut per facta aliquorum illuſtrium aut obſcurorum virorum. Atq; ideo Auguſt. epiſto. 49. quæſt. vltim. ait. Sicut humana conſuetudo verbis, ita diuina potentia factis loquitur, & ſicut ſermoni humano verba noua, vel minus vſitata, moderatè ac decenter aſperſa ſplendorem addunt, ita factis mirabilibus congruenter aliquid ſignificantibus, quodam modo luculentior eſt diuina eloquentia. Veluti quando Ionas deuoratus eſt quid Deus voluit ſignificare dominus docuit in euangelio, ſicut Ionas fuit in ventre Ceti tribus diebus, &c. Porrò quãuis nomina & verba ſigna ſint, nos tamẽ ex conſuetudine ſcripturarum, ſigna vocamus facta aliquorum quæ aliquid præſignificare videntur, de qua re Orige. 4. lib. comment. epiſto. ad Roma. hæc ſcribit, ſignum dicitur, cum per hoc quod videtur, aliud aliquid indicatur, ſicut cum, verbi gratia, dominus dicit in euangelio. Generatio hæc ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, &c. Similiter de ipſo domino alibi. Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur. Contradicebatur enim ſigno in quo Chriſtus venerat, quia aliud in eo videbatur, aliud intelligebatur. Caro cernebatur, & Deus credebatur. Abraham accepit ſignum. Nam circuncisio erat ſignaculum iuſtitiæ fidei quam habuit antequam circuncideretur. Appellatur ergo ſignum quia aliud videbatur, aliud intelligebatur. Nam carnalis illa circuncisio, ſignum erat ſpiritualis circunciſionis, quæ non in carne ſuſcipitur, ſed in corde. Item Ambroſ. 1. libro de Abraham capit. 4. ait. Inquit Paulus quod Abraham ſignum accepit circunciſionis, vtique ſignum non eſt ipſa res, ſed alterius rei eſt, hoc eſt non eſt veritas, ſed indicium veritatis. Denique ipſe expoſuit dicens. Signum accepit circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ & fidei. Vnde non incongrue intelligimus, quod circunciſio corporalis, ſignum circunciſionis eſt ſpiritualis. Orige. quoque libr. 10. commenta. epiſtolæ ad Roma. cap. 15. ſigna, inquit, appellantur in quibus cum ſit aliquid mirabile, indicatur quoque aliquid futurum. Prodigia verò in quibus tantummodo mirabile aliquid oſtenditur. Interdum tamen abuſiuè ſcriptura, prodigia pro ſignis, & ſigna pro prodigijs, ponit. Lege Auguſt. libr. 2. de doctrina Chriſtia. qui tamen illa omnia ex Origene mutuò deſumpſit. Sicut ſcholaſtici ex Auguſtino.

Signum.

Quod typũ futurorũ ſuſtinẽant prophetæ ĩ ſcripturis.

Prophetæ, inquit Hierony. Zacha. 3. in ſignum poſiti ſunt futurorum. Vnde Ieſus ſacerdos magnus Chriſti figura fuit. Hic erat indutus veſtibus ſordidis, qui cum non feciſſet peccatum, pro nobis peccatum factus eſt, & ipſe infirmitates noſtras portat & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum eſſe in dolore & in plaga & in anguſtia. Ipſe vero vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. & in apoſtolo legimus. Chriſtus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, & Iſaiæ. 8. Prophetæ in ſignum præceſſerunt futurorum, iuxta illud. Et erit vobis Ezechiel in ſignum. Vnde Hiero. in epiſt. ad Euagrium de. q. Melchiſedec, ait, omnes pene ſancti patriarchæ & prophetæ in aliqua re figuram expreſſerunt ſaluatoris. Noe inebriatus in domo ſua & denudatus atque irriſus à Cham filio, typum ſaluatoris præbuit, & Noe populi Iudæorum. Sampſon quoque amator meretricis & pauperis Dalilæ multo

Gal. 3. *Ezech. 24.* *Noe.* *Cham.* *Samſon.*

plures

pluréshoſtlum mortuus quàm viuus occidit, vt Chriſti exprimeret paſsionem. Denique Melchiſedec Chriſti ſacerdotij typus fuit, de quo dicitur: Tu es ſacerdos in æternum ſecū- dum ordinem Melchiſedec. Et Theophy. Iohan. 8. ait: Abraham vidit diem Chriſti, ideſt, crucem, & gauiſus eſt. Nam præfigurabat Chriſtum illu in oblatione Iſaac, & arietis ſacrificio. Sicut enim, illic Iſaac ligna, ita dominus crucem portauit. & ſicut relictus eſt Iſaac immolatus autem aries, ita & Deus alienus eſt à paſsione, in humana autem natura & carne paſſus eſt. Hunc diem crucis cum Abraham præuidiſſet, gauiſus eſt, eo quod futurus eſſet in ſalutem mundi. Vide de hac re quæ in lib. 6. Hypoty. capi. 1. circa principiū ſcripſimus. & Orige. hom. 8. in Gene. & Auguſti. lib. 22. contra Fauſtum. capit. 24. & hom. 1. operis ſecundi in Matth. ſub titulo Chryſoſt. ibi. Abraham genuit Iſaac. & Theophylactum. Matth. 1. Filij Abraham. Quod de ſanctis viris à nobis dictum eſt, poteſt ad nepharios quoque homines trahi, quod in typo præceſſerint futurorum, & ad vrbes & regna quę ſunt officinæ malorum, vt Babylon, Ægyptus. ſic Antiochus Antichriſti figura fuit, Nabucho. dæmonis, ſic rex Tyri, Nembroth, Eſau. Nero quoque Antichriſti typus fuit. 2. ad Theſ. 2. niſi venerit diſceſsio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, ideſt, Antichriſtus, nunc myſterium operatur iniquitas, ideſt, regnum Neronis, eſt illius regni figura.

Nero.

Mos ſcripturæ, inquit Hiero. Dani. 11. eſt futurorum veritatem typis præmittere, iuxta illud quod de domino ſaluatore in Pſalm. 71. dicitur, qui prænotatur Salomonis, & omnia quæ de eo dicuntur Salomoni non valent conuenire. Nec enim permanſit ille cum ſole & ante lunam generationis generationum; neque dominatus eſt à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. neque omnes gentes ſeruierunt ei, neque ante ſolem permanſit nomē eius, neque benedictæ ſunt in ipſo omnes tribus terræ, neque omnes gentes magnificauerunt eum. Ex parte autem & quaſi in vmbra, & imagine veritatis in Salomone præmiſſa ſunt, vt in domino ſaluatore perfectius implerentur. Sicut igitur ſaluator habet, & Salomonem & cæteros ſanctos, in typum aduentus ſui, ſic & Antichriſtus peſsimum regem Antiochum, vt eſt apud Danielem ſcriptum, qui ſanctos perſecutus eſt, templum violauit, recte typum ſui habuiſſe credendus eſt. Hæc ille. Sic dicitur in euangelio. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem, ita oportet exaltari filium hominis. Serpens Chriſtum ſignificabat propter naturā in ſimilitudinem peccati aſſumptam. Aut iuxta Grego. lib. 30. mora. capit. 30. propter ſapientiam quæ in ſerpente intelligitur. Vnde dicitur. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. & arca Noe typus fuit eccleſiæ, vt docet B. Petrus. Præterea quod de agno Exodi. 12. ſcriptum eſt, Iohannes docet in Chriſto fuiſſe adimpletum. Facta, inquit, ſunt hæc vt ſcriptura impleretur quæ dicit. os non comminuetis ex eo. Vnde optime dicit Grego. lib. 22. moral. capit. 21. cum ait. In ſacra ſcriptura iuſti viri non ſolum quod dicunt prophetia eſt, ſed etiam plerunque quod agunt. vt Ezechiel, accepit vaſa tranſmigrationis, & Hoſeas vxorem duxit fornicariam, & exitus Iſrael ex Aegypto, labor in faciēdis lateribus. &c. omnia myſtica ſunt.

Pſalm. 71. *Dani. 11.* *Iohan. 3.* *Matth. 10* *1. Pet. 3.* *Not. de hoc prau m(u-)pra dixi.* *Ezechi. 12* *Hoſea. 1.*

Impium eſt, (teſte Hiero. Hoſeæ. 10. capit. circa principium libri tertij) quod ſecundum hiſtoriam de homine peſsimo intelligitur, iuxta Tropologiam ad Chriſtum referri. Et in comment. Iſaiæ. capit. 45. ait. Satis mirari nequeo, quæ ſtultitia ſit, vt prophetiam Cyri apud Iſaiam ad Chriſtum referant, per quem mundus reconciliatus eſt Deo. Et in comment. Ezechielis. capit. 12. ait. Quidam volunt captiuitatem Sedechiæ, qui interpretatur iuſtus dominus, in typum præcedere ſaluatoris, qui de cæleſtibus ad terrena deſcendens, humanum corpus aſſumpſerit. Quod non probandum puto, neque enim rex impius in figura poteſt præcedere illius, qui totius pietatis exemplum eſt. & Orige. homi. 5. in Geneſin. reprehendit illos qui dicunt Lot Chriſti figuram, duæ filiæ, duorum teſtamentorum, typum ſuſtinuiſſe, inter quos eſt Euche. lib. 2. in Geneſi. capit. 30. At quod aliquis opponere poterat, Soluit Auguſt. lib. 2. de ſer. domini in monte, dicens. Illud euangelij de iudice, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur, & tamen ſæpè interpellanti viduæ ceſsit. Non vllo modo iudex ille iniuſtus perſonam domini allegoricè ſuſtinet. Sed tamen quantum Deus, qui bonus eſt & iuſtus curet deprecantes ſe, hinc conijci dominus voluit, ideſt, Si iniquus iudex hæc præſtitit, melius Deus ſumme bonus precibus bonorū acquieſcet.

Impij non ſuſtinent typum piorū. *Cyrus.* *Sedechias.*

ſcet. Cum dixit Hieronym. Iſaiæ. 45. ſatis mirari nequeo, quæ ſtultitia ſit, &c. reprehendit Cyril. lib. 5. ſuper Gene. qui prophetiam Cyri de CHRISTO interpretatur, & Tertullianum in lib. aduerſus Iudæos cum de Chriſti natiuitate diſſerit, & Lactantium. lib. 4. inſti. de vera ſapientia. cap. 14. ſimiliter Euche. in fine lib. 1. comment. in lib. Regum, reprehendendus eſt, qui mortem Saul, Chriſti mortem interpretatur, & maledictione montium Gelboe. Iſraelitici populi reprobationē ait ſignificare, non cadit ros ſupra eos, quia gratia ad gentes deuoluta eſt.

Aliquaodo, (inquit Theodoretus dialogo. 3. qui inpatibilis inſcribitur,) res quæ mala videtur, ob aliquam ſignificationem typum gerit bonæ, vt, ſicut Moyſes exaltauit ſerpen-

Iohan. 3. tem in deſerto. Quia enim fuit factus maledictum & peccatum, ita peccati, ſerpens ſuſtinuit figuram, & duo hirci qui in lege, alter ſacrificabatur, alter verò dimittebatur, duarum Chriſti naturarū imaginem præfigurabant is quidem qui dimittebatur, diuinitatis impatibilis, qui vero mactabatur, patibilis humanitatis.

Vnus homo plures ſuſtinet figuras. Mos eſt (vt ait Auguſt. lib. 16. contra Fauſtum. cap. 15. 16. & 17.) diuinorum myſteriorum in ſcripturis ſanctis, vt idem homo aliam atq; aliam pro re aliqua ſignificanda perſonam gerat.

Moyſes. Sic Moyſes populi Iudæorum ſub lege poſiti perſonam gerebat, eumq; prophetica prænunciatione præfigurabat. Nam ſicut Moyſes petram virga percutiens de Dei

Num. 20. virtute dubitauit, ita ille populus qui ſub lege per Moyſen data, tenebatur, Chriſtum ligno crucis affigens, eum virtutem Dei eſſe nō credidit. Sed ſicut percuſſa petra manauit aqua ſitientibus, ſic plaga dominicæ paſſionis effecta eſt vita credentibus. Fuit etiam figura Chriſti, nam de illo dicitur ad Moyſen. Suſcitabo illis prophetam de fratribus ipſo-

Deute. 18. rum ſimilem tibi, & Maria & Aaron coniurauerunt contra Moyſen, id eſt, aduerſus Chriſtum coniurauit ſynagoga. Item Euche. lib. 2.

Iſaac. in Gen. ca. 51. inquit. In Iſaac duas nobis apoſtolus figuras exponit. Vna qua dixit, quod

Geneſ. 26. Iſmael filius Agar, populi ſecundum carnem, Iſaac vero populi qui ex fide eſt, formam tenet. Vnde ad Gala. 4. Quomodo is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eū

Gala. 3. qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc. Alia qua

Rom. 9. ait. Nō dixit in ſeminibus quaſi in multis, ſed ſemine tuo qui eſt Chriſtus. Tenet ergo Iſaac populi Chriſtiani figurā, & Chriſti. De Moyſe cum eſt Chriſti figura Anacletus epiſt. 2. in poſtremis verbis ſic diſſerit. Hæc regula tam ad res inanimes quā ad rationis expertes trahi poteſt, vt leo pro Chriſto & pro diabolo, cedrus pro ſuperbo & pro populo Dei, vt la- *Cap. ſequēti.*
te ſtatim tractabimus cū de nominibus, quæ in bonam aut in malam aut in vtramque partem accipiuntur, egerimus.

Nonnunquam, (inquit Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum. cap. 42.) cum factum in ſcriptura ſacra narratur prophetia eſt, cum vero illorum vita qui hoc commiſerunt, conſideratur, flagitium eſt. Aliud enim illi cum hoc facerent intenderunt. Aliud Deus, qui hoc fieri permiſit, vt aliquid inde monſtraret pro ſignificatione futurorum. Sic Lot cum habuit rem cum filiabus, futuræ legis videtur geſtaſſe perſonam, quam quidā ex illa procreati, & ſub lege poſiti male intelligendo, atque non legitimè vtendo, infidelitatis opera pariunt. Bona enim eſt lex, inquit apoſtolus, ſi quis legitimè ea vtatur. Hæc eadem totidem penè verbis leges apud Eucherium libr. 2. in Gene. cap. 30.

Plerumq;, inquit Grego. lib. 3. mora. c. 21. res quæ per hiſtoriam virtus eſt, per ſignificationem culpa, & aliquando res geſta in facto cauſa damnationis eſt, in ſcripto autem prophetia virtutis. Quod verum citius oſtendemus, ſi vnum aut alterum ſacræ ſcripturæ teſtimonium ad vtraque probanda proferamus. *Exemplum ſecundi.*
Quis namque audiens non ſolum fidelium, ſed ipſorum quoque infidelium non *2. Reg. 11.*
omnino deteſtetur, quod Dauid in ſolario ambulans, Berſabee Vriæ concupiuit vxorem? quem tamen à prælio reuertentem, ire ad domum admonet, pedes lauare. Qui protinus reſpondit dicens. Arca Domini ſub pellibus eſt, & ego in domo mea requieſcam? Quem Dauid ad menſam propriam ſuſcepit, eique epiſtolas per quas mori debeat, tradit. Cuius autem Dauid in ſolario deambulans typum tenet, niſi eius, de quo ſcriptum eſt. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Et quid eſt Berſabee ad ſe perducere, niſi legem literæ carnali populo coniunctam, ſpirituali ſibi intellectu ſociare? Berſabee enim puteus ſeptimus dicitur. Quia nimirum per cognitionem legis, infuſione ſpiritalis gratiæ, perfecta nobis ſapientia miniſtratur. Quem vero Vrias, niſi Iudaicum populum deſignat? Cuius nomen interpretatum dicitur, lux mea

Dei.

Digitized by Google

Dei Iudaicus enim populus, quia de accepta legis ſcientia extollitur; quaſi de Dei luce gloriatur. Sed huic Vriæ Dauid vxorem abſtulit, ſibique coniunxit, quia videlicet manu, quod Dauid dicitur, in carne redemptor apparens, dum de ſe ſpiritualiter loqui legem innotuit, per hoc quod iuxta literam tenebatur, hanc à Iudaico populo extraneam demonſtrauit, ſibique coniunxit, quia per ſe illam prædicari demonſtrauit. Vriam tamen ad domum ire Dauid admonet, pedes lauare, quia incarnatus dominus veniens Iudaico populo præcepit, vt ad conſcientiam redeat, ſordes operum fletibus tergat, ſpiritualiter legis mandata intelligat, & poſt tantam duritiam præceptorum fontem baptiſmatis inueniens, ad aquam poſt laborem recurrat.

Sed Vrias qui arcam domini eſſe ſub pellibus nouit, reſpondit, quod domum ſuam intrare non poſſet. Ac ſi Iudaicus populus dicat. Ego mandata Dei in ſacrificijs carnalibus video, & redire ad conſcientiam per ſpiritualem intelligentiam non requiro. Quaſi enim arcā ſub pellibus eſſe dicit, quia præcepta Dei, non niſi ad exhibendum miniſterium ſacrificij carnalis intelligit. Hunc tamen ad domum redire nolentem Dauid ad menſam vocat, quia quamuis Iudaicus populus ad conſcientiam redire contemnat, ei tamen redemptor veniens, mandata ſpiritualia prædicat,

Iohan. 5.

dicens. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim iſte ſcripſit. Legem itaque Iudaicus populus tenet, quæ eius diuinitatem loquatur, cui credere idem populus deſignat. Vnde & Vrias ad Ioab cum epiſtolis ex quibus occidi debeat, mittitur, quia idem Iudaicus populus legem portat, qua conuincente moriatur. Dum enim mandata legis retinens, implere renititur, ipſe nimirum defert Iudicium, vnde damnetur. Quid per factum iſtud, Dauid ſceleſtius, quid Vria mundius dici poteſt? ſed rurſum per myſterium quid Dauid ſanctius, quid Vria infidelius inuenitur? Quando ille per vitæ culpam prophetiæ ſignat innocentiā, & iſte per vitæ innocentiam, in prophetia exprimit culpam.

Exemplum primi.

Item etiam & non incongrue per ea quę bene ab amicis Iob geſta ſunt, male ab hæreticis gerenda deſignantur. Dum virtus ſacri eloquij ſic tranſacta narrat, vt ventura exprimat. Sic in facto rem approbat, vt ei in myſterio contradicat, ſic geſta damnat, vt hæc myſtice gerenda perſuadeat. Lege Euche. lib. 2. comment. in libros regum. capit. 7. qui hæc totidem verbis ex Gregor. tranſcripſit. & homil. 1. titulo Chryſoſt. in Matth. Præterea Hieronym. in epiſt. ad Ruffinum de iudicio Salomonis inter duas meretrices, ait. Iuxta typicum intellectum, duæ meretrices, ſunt eccleſia & ſynagoga.

2. Reg. 14.

Quod autem adulteræ & meretrices ſynagoga & eccleſia dicantur in ſcripturis nulla dubitatio eſt, & hoc prima fronte videtur eſſe blaſphemum.

Eccleſia meretrix quo modo ſit. Ezech. 16

Cæterum ſi recurramus ad prophetas, Hoſee ſcilicet, qui accepit vxorem fornicariam & generat filios fornicationum, & deinde adulteram, & ad Ezechiel qui Ieruſ. meretricem arguit, quod ſecuta ſit amatores ſuos, & diuaricauerit omni tranſeunti pedes, lupanarque in loco celebri extruxerit, animaduertemus Chriſtum, idcirco veniſſe vt meretrices donaret matrimonio, & de duobus gregibus vnum ouile faceret medioque pariete deſtructo, in eaſdem caulas oues prius morbidas congregaret. Mulier quoque illa meretrix in euangelio, qui pedes Ieſu lachrymis lauat, crine detergit, & cui peccata omnia dimittuntur, manifeſte pingit eccleſiam de gentibus congregatam. Hæc idcirco replicaui, ne cui videatur incongruum, ſi ſynagoga & eccleſia meretrices dicantur. Eccleſia quidem meretrix fuit, ſed non permanſit meretrix. Et Eucher. circa finem libr. 1. commenta. in libro. regum, ait. Non abſurdum videri debet vt mala reproborum acta, boni aliquid ſignificent, aut rurſum bona iuſtorum opera in contraria ſignificatione ponantur. Denique Auguſt. libr. 22. contra Fauſtum. cap. 83. ait. Nequaquam offendat, quod de quibuſdam malis operibus hominum in ſcripturis ſanctis, quidam non mala, ſed bona futura ſignificantur.

Lege. 56. D. cap. Naſci.

Seruat enim vbique diuina prouidentia virtutem bonitatis ſuæ, vt quemadmodum ex adulterorum concubitu naſcitur homo, de hominum opere malo, bonum opus Dei, de fœcunditate ſeminum, non de turpitudine vitiorum. Ita in ſcripturis propheticis, non tantum bona hominum, verum etiam & malefacta narrantibus, quoniam prophetica eſt ipſa narratio, ſignificetur aliquid de malis operibus hominum etiam futurorum bonorum, non peccantis opere, ſed ſcribentis. Neque enim Iudas, cum ad Thamar concupiſcentia victus intraret, hanc ſuæ libidinis intentionem gerebat, vt inde aliquid ſignificaretur, quod ad

ſalutem hominum pertineret. Sicut nec Iudas ille qui dominum tradidit, hoc intendit, vt aliquid inde gereretur, quod ad eandem ſalutem hominum pertineret. Porro ſi de tā malo opere Iudæ illius, tam bonum opus dominus fecit, vt eiuſdem ſuæ paſsionis ſanguine nos redimeret, quid enim mirum ſi propheta eius, de quo ipſe ait, De me enim ille ſcripſit, ex malo facto Iudæ iſtius, boni aliquid ſignificauit, vt ſuo miniſterio nos doceret? Ea quippe hominum facta, ſancto ſpiritu inſpirante, collegit propheta narrator, quorum interpoſitio non vacaret ad præſignationem rerum quas intenderat prophetare. Ad ſignificanda autem aliqua bona, nihil intereſt facta illa quibus ea ſignificantur, ſeu bona ſeu mala ſint. In factis hominum quæ ad imitandum vitandumve proponuntur magni intereſt, bona ne an mala ſint. Quæ autem ad ſignificandum ſcribuntur, nihil refert in moribus facientium, quàm laudem reprehenſionemve mereantur. Si modo habent aliquam rei, de qua agitur, neceſſariam præfigurandi congruentiam. Sicut enim Caiphas in euangelio, quantum ad eius perniciosum animum pertinebat, & quantum ad ipſa verba, ſi in eis voluntatem dicentis attendas, quibus agebatur vt iuſtus iniuſtè necaretur, vtique mala erat, tamen magnum bonum ipſo neſciente ſignificabant, quando ait. Expedit vt vnus homo moriatur, &c.

Iohan. 11. dictumq; de illo eſt. Hoc à ſe non dixit, ſed cum eſſet pontifex prophetauit. Ita factum Iudæ ſecundum illius libidinem malum fuit, ſed illo neſciente magnum bonum ſignificauit. A ſeipſo quippe malum fecit, ſed non à ſeipſo bonum ſignificauit. Hactenus Auguſt. qui tamen multis exemplis ex ſcriptura deſumptis eandem rem explicat, ſcilicet, de adulterio Dauid, Salomonis, Hoſeæ & aliorum. Vt tamen breuiter & dilucidè, totam rem, à nobis ſuprà diſputatam fuſè abſoluamus, dicendum primo, nullum hominem nepharium poſſe gerere typū Chriſti, poteſt tamen homo bonus in aliqua re quæ aut mala eſt, aut eſſe videtur, typum ſuſtinere bonæ rei, & hoc eſt quod dixit Hiero. Iſaiæ. 45. & in epiſt. ad Ruffi. quem libentiſsimè in hac re ſequor,

Debet cap. ſequenti. cum reliqui ſcriptores non adeo purè & ſyncere ſenſus myſticos tractent. Secundo, credo res animatas, ac etiam rationis expertes, ſecundum varias rei illius notationes, poſſe ſuſtinere typum aut boni aut mali, vt aqua, pro calamitate accipitur, ac pro ſancta doctrina. Attamen vt totam hanc rem probe poſsis intelligere, aunotare oportet ex Aug. in comment. Pſal. 57. Quod non vndecunq; datur ſimilitudo in ſcripturis, laudatur ipſa res, ſed tantum inde ſimilitudo trahitur. Non *Luc. 18.* enim laudauit iudicem iniquum, qui nolebat audire illam viduam, qui nec Deum timebat nec homines reuerebatur, & tamen dominus inde ſimilitudinem traxit, & dominus laudauit vilicū iniquitatis eo quod prudenter egerit. Neq; illum laudauit pigrum, qui tres *Luc. 11.* panes non propter amicitiam dedit petenti, ſed tædio victus, & tamen inde ſimilitudinem dedit. Et de rebus non laudandis trahuntur ſecundum quendam modum nonnullæ ſimilitudines, ſic Pſalm. 57. datur ſimilitudo de incantatore incantante vt educat aſpidem è cauerna, cum inquit, Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas. Quæ non exaudiet vocē incantantiū, veneficii incantātis ſapienter. Neque ideo putandum eſt licere ire ad Marſos, quia hoc dicitur in ſcriptura. Neq; quia apoſtolus dicit. Non ſic pugillor quaſi aerem cædens, pugillare enim eſt Pancratium facere, *2. Tim. 2.* iam hinc data eſt ſimilitudo ſpectacula nos delectari debere? Aut quia dixit qui in agone contendit ab omnibus, ideſt, multis, ſe ab- *1. Cor. 9.* ſtinet, propterea agoniſtica iſta vana & ludicra affectare debet Chriſtianus, attende quid tibi dicatur ad ſimilitudinem, quid moneatur ad prohibitionem.

Quoniam multi interpretes admodum ſuperſtitioſè, ſingulas penè lineas diuinæ ſcripturæ iuxta quadruplicem ſenſum explanare & è quouis verbo myſteria eruere, ſatagūt, quod fieri, ſi regulas ſcripturarū ſequamur, non licet. Ideo vt huic morbo medicinam adhibeamus, oſtendere oportet, quibus in locis *Præcepta uitæ agēda & ſignificā de quo ſint* ſenſum planum, ex ipſis verbis, vt iacent, depromptum, abſq; vlla allegoria admittat ſcriptura. Deinde commonſtrare quando allegoricus ſenſus petendus ſit. Qua de re Hierony. in comment. Matth. cap. 23. hęc ſcribit. Multa in lege ſcripta ſunt quæ typos præferunt futurorum. Alia vero aperta, iuxta pſalmiſtam dicentem. Mandatum domini lucidum, illuminans oculos, quæ ſtatim opera deſiderant. *Pſal. 18.* Verbi gratia, non adulterabis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices. Et Auguſt. in expoſitione. cap. 3. epiſtolæ ad Galat. Opera, inquit, legis bipartita ſunt. Nā partim

Digitized by Google

partim in ſacramentis, partim vero in moribus ſunt. Ad ſacramenta pertinent, circunciſio carnis, ſabbatum temporale, neomeniæ, ſacrificia, & innumeræ huiuſmodi obſeruationes. Ad mores autem, non occides, non falſum teſtimonium dices, & talia cætera. Et libro.6.contra Fauſtum.cap.2.ait. ſunt in ſcriptura præcepta vitæ agendæ, & præcepta vitę ſignificandæ. Exempli gratia, non concupiſces, præceptum eſt agendæ vitæ. Circuncides omne maſculum octauo die, præceptum eſt ſignificandæ vitæ, & libr.10. contra eundem, cap.2. ait. Veteris teſtamenti præcepta vitæ agendæ, ſeruantur à Chriſtianis. Vitę ſignificandæ, tunc rectè obſeruata, cum prænūciabantur iſta quæ nunc reuelata ſunt. Et in commenta.2.epiſt.ad Corinth.ca.3.falſò Hieronym.inſcriptis, dicitur. Non vbiq; hiſtoria, nec vbiq; allegoria ſeruanda eſt. Sunt enim quædam in figura dicta, alia nō. Nam ſi præcepta moralia velles allegoricè intelligere, omnem virtutem eorum euacuans, omnibus aperuiſti viam delinquendi. Sed ille verus ſpiritualis intellectus eſt, qui non veriſimilibus coloribus pulchrum mendacium pingit, ſed virtute rerum, ipſam rem exprimit veritatis. Separatim quoque de præceptis moralibus, vt expeditius hæc intelligantur, ad hunc ſcribunt modum. In primis Hiero.ad Epheſ.cap.5. Præcepta moralia licet dilucida ſint & aperta, indigent prudenti & circunſpecta expoſitione, quia lucidum illud, illorum illuminat oculos, qui inſipientia derelicta, ſapientiæ ſtudijs ſe manciparunt. Et in commenta. Zacha.cap.8. De præceptis, inquit, quæ ad vitā pertinent, & ſunt perſpicua nō debemus quærere allegoriam, ne iuxta Comicum, nodum in ſcirpo quæramus. Vnde in Zacharia dicitur. Hæc ſunt verba quæ facietis, loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo, & veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, vnuſquiſq; malum contra proximum ſuum nō cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis, omnia enim hæc ſunt quæ odi. & Iſai.58. Tunc delectaberis, &c. Et Zachar.11.capit.inquit. Vbi maniſeſtiſsima prophetia eſt, & per tranſlationem hiſtoriæ verus ordo narratur, ſuperflua eſt tropologiæ interpretatio. Vt ſi dicamus alios bonos, alios malos eſſe paſtores, & hoc tam ad veterem populum referri quam ad nouum, ideſt, tam ad Iudæorum ſacerdotes & principes, quam ad epiſcopos & presbyteros Chriſtianorum. De præceptis vitæ ſignificandæ intelligitur quod dicit Philo. loquēs de nobis, hoc eſt Chriſtianis, in lib. de vita cōtemplatiua. Tractant hoc modo ſcripturas, vt magis allegoricis expoſitionibus vtantur, quoniam lex illis videtur animali eſſe ſimilis, quod corpus quidem habeat ipſam literam, & ea quæ ſecundum literam deſignantur, animam vero occultum in litera ſpiritualem intellectum, quem illi ab authoribus ſuis edocti ſublimius & nobilius, veluti inſpicientes per ſpeculum, contemplantur, ex ipſis etiam nominibus admirandas quaſdam ſpecies intelligentiæ proferentes. At dices, Auguſtinum non ſatis ſibijpſi conſtare. Nam libr.1. de mendacio ad Conſentium.cap.15. ait omnia vet.legis pertinere ad figuratiuam prænūciationem. Sed libr.2. quæſt. ad Simplicianū ſtatim in principio ait. Ad ea quæ requiſiſti ex libris regnorum aliud volumen aggrediar quæ ſicut multa & prope omnia veterum librorum figuratiua ſunt & myſteriorum velaminibus obuelata. Horum ſolutio ex dictis patet, nēpe quod loquatur in primo loco de præceptis vitæ ſignificandæ. Si de hac re plura deſideras lege prooemium Grego. in libro 21.mora, & Orige.homil.11.Numer. & Auguſt.lib.3.contra duas epiſtolas Pelagianorū ad Bonifacium.

Præcepta moralia ſūt cōia vtriq; teſtamento

Allegoria nō eſt de fide.

De præceptis moralibus.

Zachar. 8.

De præceptis cæremonialibus.

Euſe.lib.2. cap.17.

Deinde oportet, (quis ſit ſenſus literalis in illis locis, in quibus litera non conſtat, aut cum per allegoriam aliquid dicitur,) docere. Qua de re Hieronym. Matthæ.21. ad hunc modum ſcribit. Cum hiſtoria vel impoſsibilitatem habet vel turpitudinem ad altiora tranſmittimur. Vt in euangelio. Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis. Secundum literam in paruo itineris ſpacio ſuper vtrumque animal ſedere non potuit. Aut enim ſedit aſinæ, & pullus abſque ſeſſore fuit, aut ſi pullo, quod magis competit, vſus eſt ad ſedendum, aſina ducta eſt libera. Ideo aſina iſta, quę ſubiugalis fuit & edomita, & iugum legis traxerat, Synagoga intelligatur. Pullus aſinæ laſciuus & liber, gentium populus, quibus ſederat Ieſus miſsis ad eos duobus diſcipulis ſuis, vno in circunciſionem, ſcilicet, Petrum, altero inter gentes, nempe Paulum. Et lib.7. cōment.Iſaiæ.cap.19.ait. In multis ſcripturarum locis pleraque ponuntur quæ non poſſunt ſtare iuxta hiſtoriam, ideò neceſsitate cogimur altiorem intelligentiam quærere,

Quādo ſenſus literalis per allegoriam explicatur.

Matth 21

De hac ī additionibus Regu.

vt

Digitized by Google

vt Iſai. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo cubabit, vitulus, & leo & ouis ſimul morabuntur & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum. Delectabitur infans ab vbere ſuper foramina aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet. Preterea in eiuſdem Iſaiæ commenta. cap. 29. ait. Reſpondeant Iudæi & amici ſimplicis hiſtoriæ, qui fructus non quærunt in

Iſaia. 29.

arbore, ſed folia tantum vmbramque verborum, quæ cito areſcit & deperit. Quomodo in aduentu domini, Libanus mons Phœnicis verſus eſt in montem Carmelum, & Carmel in ſaltum & infructuoſa ligna reputantur. Audiant ergo Libanum quod interpretatur dealbatio referri ad populum gentium, qui lotus in domino & purgatus ſordibus priſtinis, totus mundus aſcendens, ſub eccleſiæ perſona, innititur Saluatori, & deeo in cantico cant. dicitur. Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata. Et iſtum populum transferri in Carmel, hoc eſt in circuncisionis ſcientiam, vt ſpiritualis & veræ circuncisionis myſteria recognoſcat, & in loco ſit, quondam populi Iudæorum. Illos autem qui Chriſtum ſuſcipere noluerunt, reputari in ſaltum, & in arbores ſteriles, quæ non poſſunt cum lignis frugiferis laudare dominum, & Orige. hom. 2. in Gene. ait. Non ſemper in ſcripturis diuinis hiſtorialis conſequentia ſtare poteſt, ſed nonnunquam deficit, vt

Prouer. 26

cum dicitur, ſpinæ naſcuntur in manu ebrioſi, id eſt, homo iracundus iurgia ſeminat, & cũ de templo à Salomone conſtructo dicitur.

3. Reg. 6.

Vox mallei & ſecuris non eſt audita in domo Dei, id eſt, celeriter ædificata eſt, & iterum in

Leui. 13.

Leui. cum lepra parietis & pelliculæ & ſtaminis inſpici iubentur à ſacerdotibus & purgari & Pſal. 21. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me, & Iſaiæ. 14. Abietes ſuper te lætatæ ſunt, & cedri Libani. Propter hæc ergo & his ſimilia non ſolum tricamerata, ſed & bicamerata arca contexitur vt ſciamus in ſcripturis diuinis non ſemper triplicem, quia non ſemper nos hiſtoria ſequitur, ſed inter dum duplicis tantummodo ſenſum expoſitionis inſertum. Vide Origen. 4. Periarc. cap. 2. & Auguſt. lib. 3. de doctrina Chriſtiana. capit. 11. Item Auguſt. Pſalm. 103. verſus finem, ait. Quædam in ſcripturis abſurda miſcet Spiritus ſanctus, vt ex eo quod nõ poſſunt accipi ad literam, cogat nos iſta ſpiritualiter quærere. Hæc ille. Sic Abraham in extrema ſenectute copulauit ſibi Cethuram, vt in vxoribus & filijs, duo teſtamenta ſignificarentur. Lege Auguſt. in li. Quæſtio. in Gene. quæſt. 158. Orige. quoque dicit, ſtultum eſſe putare totum pactũ quod dominus fecit cum Abraham in abſciſsione pelliculæ conſtare, & Hierony. in proœ. manſionum, ait. Iudæi paruuli & qui ſolidum cibum glutire nequeunt, ſed adhuc lacte nutriuntur infantiæ, legant Pharaonem carneũ & mare rubrum, per quod ad Indiam nauigatur, & Manna coriandro ſimile, & omnia quę ſcripta ſunt audiant corporaliter, lepram domorum, & lepram pellis & ſtaminis, taurum homicidam, & iumentum adulterij reũ, & Hebræi propter vxorem & liberos ſeruire cupientes perforatam aurem ſubula. Nos autem derelinquentes Capharnaum, agrum quondam pulcherrimum, & cum Ieſu egredientes in deſertum paſcamur panibus eius, ſi inſipientes ſumus & iumentorum ſimiles, hordeaceis, ſin rationale animal, triticeis, & ex grano frumenti commolitis, quod in terram cadens multos fructus mortuum attulit. Hæc ille. Hanc forte ob cauſam Deus præcepit Abrahæ vt filium immolaret, cum id minimè vellet. Sed tantum voluit præfigurare mortem filij ſui quam pro nobis paſſurus erat.

Senſus literalis. quãque ex allegoria elicitur

Inter omnes ſenſus literales illi ſunt venuſtiores, qui non ſtant iuxta literæ propriam ſignificationem, ſed per allegoriã verborũ connectuntur, quãuis ſint literales, veluti fit in parabolis, vt adorabunt me beſtiæ agri, ideſt gẽtileis depoſita feritate Deum colent, & apud Iſaiam. Audite principes Sodomorum, & Dabo vobis terram fluentem melle & lacte, & ædificatio Ieruſ. gemmatæ. &, ſi oculus tuus ſcandalizat te erue eum, oculum vocat amicũ & dicetis monti huic, tranſi. Hãc regulam his verbis explicauit Orige. homil. vlti. in Gene. Myſtica, inquit, expoſitio plus placet ſi ſola ſit, veluti in Gene. Alligans ad vitem pullum

Geneſ. 49.

ſuum, & ad palmitem aſinam ſuam. Hoc non intelligit de Iuda, ſed de Chriſto, ipſe alligauit ad vitem pullum ſuum, qui dixit. Ego ſum vitis vera, pullus eſt ex gentibus populus, cui nunquam adhuc legis onus fuerat impoſitum, & ſuper quem nemo niſi Chriſtus aſcenderat, pullus vero aſinæ ſunt hi qui de

Pullus aſinæ

priori populo, qui nunc in figura aſinæ nominantur, electi ſunt ad ſalutem. Abiecta ergo aſina quæ onus legis in infidelitate por-

Aſina.

tare

Digitized by Google

tare maluit,pullus ex ipſa natus eligitur, ideſt nouellus ex vetere per fidem populus aſciſcitur,ac populo ex gentibus ſociatur.Et Hierony.Hoſ.10.Hanc habet conſuetudinem ſermo diuinus,vt per tropologiam & metaphoram hiſtoriæ exprimat veritatem.

In explicandis parabolis attendere oportet ad quem ſcopum illæ dirigantur,& in illo immorari conuenit,& reliqua quæ aſſumpta ſunt ad eam contexendam,negligere. Nam *Iob.* ſi vniuerſa quæ de Iob dicuntur, Chriſto tribuamus, infinita dictu abſurda fateri, cogemur. Vnde Chryſoſtom.homi.65.in Matth. ait.In parabolis non oportet nimia in ſingulis verbis cura angi, ſed cum quid per parabolam intendit, didicerimus, inde vtilitate collecta, nihil vlterius anxio eſt conatu inueſtigandum. Item Theophyla. Lucæ.16. Omnis, inquit, parabola obliquè & figurato modo rerum quarundam naturam manifeſtat, non enim per omnia rebus illis aſsimilata,propter quas aſſumpta eſt.Idcirco nō oportet omnes parabolarum partes curioſius inquirere,ſed quatenus apparent propoſito vtiles,reliquæ enim omittendæ ſunt,quaſi parabolam contexentes, & nihil ad propoſitū conducentes, ſic in parabola diſpenſatoris diſsipantis bona domini,apud Lucam. capit. 16.faciendum eſt.Nam ſi per tenues particulas omnes exponere tentamus, quis diſpenſator,quis diſpenſatorem conſtituit illum, & à quo delatus ſit,& qui debitores, & propter quam cauſam,ille quidem oleum,alius autem triticum,& qua de cauſa centum debere dicatur, & ſi alia omnia perquiſiuerimus obſcurum & moleſtum ſermonem faciemus,& fortaſsis ſi dubia quæ neceſſario exoriuntur explicare voluerimus,ridiculi erimus.Igitur tantum vtilitatis ex præſenti parabola capere oportet,quantum poſsibile eſt. Vult dominus hoc loco nos docere, vt bene diſpenſentur creditæ nobis diuitiæ, & primum diſcimus quod non ſumus Domini diuitiarum, Nihil enim habemus proprium,ſed diſpenſatores alienarum rerum ſumus,quæ à dño ſunt nobis concreditæ,vt bene illas diſpenſemus, ſicut ipſe imperat. At ſi non expēderimus eō creditas diuitias iuxta mētem domini, & abuſi fuerimus illis in noſtrum luxum, diſpenſatores ſumus accuſatione digni. Voluntas eſt domini eſt,vt vtamur datis in vſus conſeruorum,non in proprias delicias. Porro qui accuſantur & excluduntur à diſpenſatione diuitiarum hoc eſt qui ex hac vita emigrant, quādo ſcilicet ratione dabimus de diſpenſatione cum ex hac vita migrauerimus.Igitur harum diuitiarū,fratres participes faciamus,vt quando hinc defecerimus, accipiant nos pauperes in æterna tabernacula.Lege Theophy.Iohā. 16.& Originem. Matth.13. cap. & Auguſt. libr.7.q. in librum Iudicum. q. 30. Præterea Theophy.in præfa.Ionæ,ait.Non per omnia neceſſum eſt quærere ſimilitudinem, neque enim à nobis poſtulandum eſt, vt omnino quæ ſunt hiſtoriæ ad ſpiritualem contemplationem conuertamus. Vt cum aliquem ſanctorum figuram Chriſti dixerimus fuiſſe,non opus eſt per omnia quærere, ſimilitudinem. Veluti Moyſen dicimus Chriſti typum fuiſſe,ſeu legiſlatorem,ſeu mediatorem.Loquere inquit,ad nos tu, & ne loquatur Deus ad nos ne quando moriamur. Hunc ad modū Chriſtus ambo hæc,nimirum nouam nobis legem ferens, & mediator Dei & hominum factus, & voluntatem patris ſui nobis denuncians,ipſiq; reconcilians.Non tamen impeditioris linguæ fuit,nec gracilis vocis,vt Moyſes,nec titubauit labijs ſuis,nec terræ promiſsionis exors fuit.Rurſum Aaron Chriſti typus fuit,ceu ſummus ſacerdos,qui in ſancta ſanctorum ingreditur,& populi peccata diluit,quæ omnia Chriſto conueniunt.Siquidem inſignis pontifex factus ſeſe ipſe obtulit, ac in cælum aſcē dens peccata noſtra in ſeſe tranſtulit & abſtulit,chirographo diruto.Atqui Aaron non caruit noxa & reprehenſione, vt qui aduerſus Moyſen eum Maria murmurauerat, ac eos qui in ſolitudine vitulos conſlauerant, non prohibuit. In Chriſto verò nihil huiuſmodi deprehenditur,peccatum enim nullum fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.Sic & Ionas miſſus eſt vt annunciaret voluntatem Dei Niniuitis,ac eam prouinciam non ſubijt prompte,ſed in fugam ſeſe conijciens illam declinabat. Chriſtus verò à patre miſſus obediens factus eſt.Porrò quod propheta voluntarius in pelagus proijcitur,& à ceto deuoratur, & tertio die denuo ab eodem euomitur,tandemq; ad Niniuitas proficiſcitur, omnia Chriſto ſunt communia. Nam & ille ſponte mortem obijt,& morte vere abſorptus eſt,tertia die vitæ reſtitutus, ac in Galilæam profectus, initium prædicandi Euangelij apud gentes ſumendum præcipit . At Ionas ſeruatis Niniuitis, turbatur, CHRISTO vero ſalus gentium valde iucunda fuit & grata. Decerpes

Diuitiarū diſpenſatores ſumus. cum dominio inſarū & proprietate.

Moyſes. Exo. 20.

Aaron.

Colo. 2.

Num. 12. Exodi. 32.

pes

pes igitur ex hac prophetia & ex alijs quantum ſatis eſt ad myſterium Chriſti, quantum cunq; eſt commodum, cætera omittantur. *Ita Euche. li. 2. in Gene. cap. 7.* Item Auguſtin. lib. 16. de ciuitate Dei. cap. 2. inquit. Non omnia quæ geſta narrantur aliquid ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea quæ nihil ſignificant attexuntur. Solo enim vomere terra proſcinditur, ſed vt hoc fieri poſsit, etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Ita in prophetia dicuntur aliqua quæ nihil ſignificant. Sed quibus adhæreant quæ ſignificant, & quodammodo religentur. Hierony. quoque Ionæ. 1. cap. ait. Non quærendus idem ordo tropologiæ & hiſtoriæ. Nam *Gala. 4.* Apoſtolus Agar & Saram ad duo teſtamenta refert, & tamen non omnia quæ in hiſtoria illa narrantur tropologicè interpretari poſſunt. & alibi. de Adam & Heua diſputans, *Epheſ. 5.* ait. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, ſacramentum hoc magnū eſt, ideſt, allegoricè hæc intelligēda ſunt. ego autē dico in, ideſt, de Chriſto & in eccleſia. Nunquid totum principiū Geneſeos, & fabricam mundi & hominum conditionem, ad Chriſtum & ad eccleſiam referre poſſumus, quia hoc teſtimonio vſus eſt apoſtolus? Hoc enim eſt quod ſcriptum eſt. Ideo relinquet homo patrem ſuum, referamus ad Chriſtum, vt dicamus eum patrem reliquiſſe in cælis Deum, vt gentium populus iungeretur eccleſiæ. Hoc quod ſequitur, matrem ſuam, quomodo poſſumus interpretari, niſi fortè dicamus eum reliquiſſe cæleſtem Ieruſalem, quæ eſt mater ſanctorū, & cætera his multo difficiliora. Illud etiā quod ab eodem *1. Cor. 10.* apoſtolo ſcribitur. Bibebāt autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. nequaquam nos arctat vt omnem Exodi librum referamus ad Chriſtum. Quid enim poſſumus dicere, quod hæc petra à Moyſe non ſemel percuſſa ſit, ſed bis, quod aquæ fluxerint, & torrētes repleti ſint? num vniuerſam huius loci hiſtoriam per hanc occaſionem, cogemus ſub leges allegoriæ? & non potius vnuſquiſque locus ſecundum hiſtoriæ diuerſitatem diuerſam recipiet intelligentiam ſpiritualem? Igitur ſicut hæc teſtimonia ſuas interpretationes habent, & nec præcedentia nec ſequentia eandem deſiderant allegoriam. Sic Ionas non abſque periculo interpretātis, totus referri ad dominum poterit. Nec ex eo quod in euangelio dicitur. Generatio peſsima & adultera ſignum *Matt. 12.* quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Reliqua etiam, quæ in propheta digeſta ſunt, eodem ordine referuntur ad Chriſtum. Certe vbicunque abſque diſcrimine hoc fieri poteſt, nos quoque facere nitemur. Denique Philippus presbyter lib. 1. comment. in Iob cap. 12. ait. ſciendum quod hi qui typum aſſerunt Chriſti, vt Adam, Dauid, Salomon cæteri quoque & Samſom & etiam Iob, non in omnibus actibus ſuis, ſed rebus certis quibuſdam in ſe ſignificant ſaluatorem. omnes enim in ſe figuram domini prætulerunt, dum de vnius Adę coſta fit mulier, Sic in paſsione Chriſti de latere eius formatur eccleſia. Quod verò Habel à fratre interemptus eſt, Chriſtus à *Habel.* fratribus ſuis Iudæis occidendus ſignificatus eſt. quod Samſom alienigenam duxit vxorem, & ad meretricem ingreſſus eſt, ſicut & *Samſom.* Hoſee qui ad fornicariam iubetur accedere, Chriſtum in ſe præfigurauit, qui ex gentibus *Hoſeas.* idololatris, eccleſiam virginem factam per baptiſmum, ſacro matrimonio copulauit. Quod leonem tenuit, & eum veluti hœdum *Leo.* caprarum occidit, & in ore leonis mortui poſtmodum fauum mellis inuenit, ſignificatum *Iudicū. 14.* eſt quod in ſuperbis & in iniquorum ore, vbi fuerat putor blaſphemiæ, eſſet poſtmodum dulcedo laudis. vt ſecundum apoſtolum. Vbi abundauit peccatum, abundaret *Rom. 5.* & gratia. & qui. 300. vulpes doloſas cepit, vineas exterminātes dominicas, caudis earum alligatis faculis in agros eas miſit Philiſtinorum. id figuratum eſt vt per doloſos, quorū principatus in caudis eſt, pars Chriſto aduerſantiū vaſtetur. & vt Samſom ſitiens, de molari dēte aſini, inuocato Deo aquam eduxit vt biberet. ita Chriſtus de immundo gentiū populo, fide credentium, tanquam refrigerij poculo, ſatiatus eſt. maxilla quoq; aſini occidit mille viros. In maxillis & dentibus, ſermo intelligitur. Doctrina eorum qui ex gētibus crediderāt, perfecto quodā numero, & finito pro infinito deſignatur. nam Chriſtus hoſtes ſuos duobus modis interfecit, dum alij non credendo pereunt, alij credendo peccato moriuntur.

¶ Ad conficiendum & componendum allegorias,

Digitized by Google

gorias, diligenter ſcrutari & euoluere oportet ſcripturas, videlicet an in Paulo, aut in aliquo alio apoſtolo vel propheta inuenias partem aliquam illius hiſtoriæ, de qua diſſerere vis, vel leuiter tactam, & ex illo verbo, veluti ex vngue leonem, tu ipſe cætera poteris è tenebris in lucem educere, & fuſius dilatare. V.g. inuenio in Paulo circuncisionem quandam in carne eſſe, colligo eſſe aliam in ſpiritu quæ efficit Iudęum ſpiritualem: id eſt Chriſtianum, & lego hominem quendā eſſe exteriorem, & infero alium eſſe interiorem, & hoc ſumme obſeruauit Origenes. & ideo allegoriæ eius merito ab omnibus laudantur, & aliorum, qui hac arte caruerunt, reijciuntur & exploduntur. Hoc voluit Hierony. ſignificare Matth. 13. Cauēdum, inquit, eſt vbicunque dominus exponit ſermones ſuos, aut rogatus à diſcipulis, intrinſecus diſſerit, ne vel aliud, vel plus velimus intelligere quam ab eo expoſitum eſt. cuius rei exēplum in promptu eſt apud Matth. capit. 13. in parabola ſeminantis. & Orige. homil. 11. in Ezechie. ait. Quomodo ſaluator noſter in euāgelijs quaſdam parabolas interpretatur, ſic & prophetæ. Hæc ille. in euangelio, explicatur naufragiū Ionæ & quod fuerit in ventre ceti tribus diebus & noctibus. & exaltatio ſerpentis in deſerto. in prophetis multa ſunt ſimilia. Ezechi. 17. exponitur parabola aquilæ magnarum alarum. & capi. 5. exponitur parabola pilorum raſorum. & Iſaiæ 5. vineæ. & apud Danielem multæ viſiones ab ipſo vel angelo interpretatæ ſunt. Hactenus de his, ad ea quæ dicere cœperamus tandem reuertamur. Sed vtar Hierony. verbis in lib. Manſionum ad Fabiolam deſumptis, parū poſt principium. Si pars, inquit, hiſtoriæ ſpiritaliter accipitur, & cætera quæ ſequuntur ſimiliter exponi poterunt. Vnde cum Paulus dicat. Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierūt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, & omnes eandem ſpiritualem manducauerunt eſcam, omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. bibebant autem de ſpirituali conſequēte eos petra, petra autem erat Chriſtus. Ad hunc modum omnia quæ filijs Iſrael ab exitu Ægypti, donec ingrederentur in terram promiſſionis acciderunt, myſtice poterunt explicari. Et Origen. ſæpè hunc locum ex Paul. 1. Corin. 2. deſumptum inculcat. Spiritualibus ſpiritualia comparantes. id eſt conferentes, facilè germanum ſenſum ſcripturæ eliciemus. & Theophyl. in expoſitione huius loci, inquit. Si prodierint ſpirituales quædam quæſtiones, conferamus eas, hoc eſt diluamus, per alios ſpirituales intellectus vel hiſtorias. Veluti hiſtoria eſt quod Chriſtus reſurrexit. quæ eum ſpiritualis ſit, ex alia nimirum Ionæ hiſtoria comparatur, id eſt diluitur ac demonſtratur. Si quæſtio eſt an virgo peperit, hoc itidem diluitur atque confertur per Saræ ſterilitatem, per Rabeccæ itidem & Eliſabeth emortuas matrices. Quę profecto nō ex naturali conſecutione, quatenus ad cuiuſlibet matricis vim attinet, conceperūt. Tum ex eo quod Eua ex Adam citra ſemē ſit progenita, & ex alijs quæ in prima ſua productione vſque dum ad ortum peruenīūt, conſiderantur. Conſentit Occu. eodem in loco. & Chryſoſt. homi. 7. in priorem epiſt. ad Corint. quærit, an in conuerſione aquæ in vinū Chriſtus vſus ſit verbis, & videtur quod vſus fuerit verbis, quia cum alia edebat miracula id faciebat. Vide capi. cum Marthæ. de celebra. miſſarum. Et vt hanc regulam planius intelligas, relege quæ ſcripſimus ſupra libr. 5. capit. 1. cum docebamus. quomodo ſcriptura exponere ſoleat, quæ ante ſubobſcure dixerat.

De hoc lib. 5. ca. 1. col. 353. ſcripſimus latius.

1. Cor. 10.

Quomodo muniebat deus viā ad ea quæ facturus erat in lege noua.

In conuerſione aquæ in vinū an vſus ſit chriſtus verbis.

Quanuis in libro primo capit. 3. oſtenderim parabolas & figuras ſcripturarum eſſe fictas, operæpretium erit etiam nonnihil de hac re nunc ſcribere, nempe quod etiam ſi ſint fictæ non mendaces oſtendere, magis vt ordinem rerum ſeruemus, quam quod aliquid noui nos allaturos eſſe cogitemus. Et quidem Auguſti. in libro contra menda. ad Conſentium capit. 10. hæc ſcribit. Parabolæ & figuræ quæ ob ſignificationem quarundam rerum, & non ad proprietatem accipiendæ ſunt, ſed in eis aliud ex alio intelligēdum, non ſunt mendacia. Vt in metaphora cum dicimus fluctuare ſegetes, gemmare vites, floridam iuuentutem, niueam caniciem. Proculdubio gemmas florem, niuem, abſque mendacio aliundè tranſtulimus. & petra Chriſtus, & cor lapideum Iudæorum. Item leo Chriſtus, leo diabolus, & alia innumera non ſunt mendacia. Quin & tropica locutio vſque ad eam venit quę appellatur Antiphraſis, vt dicatur abundare quod non eſt, dicatur dulce quod acidum eſt, lucus quod nō luceat, parcæ quod minimè parcant. Vnde illud. ſi non in faciem benedixerit tibi,

Metaphora ficta, non ſunt mendaces.

De hoc in cap ſequēti, diſſerit.

Antiphraſis d illa. c. 2. Amicus Iob.

B quod

quod diabolus ait domino de ſancto Iob, & intelligitur maledixerit. Quo verbo & Naboth fictum crimen à calumniantibus di- 3.Reg.21. ctum eſt. Dictum eſt enim quod benedixerit regi. hoc eſt maledixerit. ſic non ſolum quod fecit aut dixit Iacob patri vt benediceretur. Ego ſum primogenitus tuus Eſau, ſed Gene.27. nec illud quod Ioſeph velut illudendis locutus eſt fratribus, an ignoratis quòd non ſit ſimilis mei in ſcientia augurãdi. nec quod Dauid ſimulauit inſaniam, nec cætera huiuſcemodi Gene.44. Pſal.33. mendacia iudicanda ſunt, ſed locutiones actioneſque propheticæ ad ea quæ vera ſunt intelligenda referendæ. Quæ propter ea figuratis velut obteguntur locutionibus, vt ſenſum piè quærentis exerceant, ac ne nuda & prompta vileſcant.

Aduerte quod quoties ꝓphetia iuxta ſenſum hiſtoricum narrat aliqua de veteri populo, quæ tamẽ populo Chriſtiano poſſunt conuenire, non licet trahere ad allegoriam, ne vis ſcripturæ, quæ eſt in ſenſu literali, labaſcat, ſed melius eſt vt prophetia maneat in ſenſu literali, ex quo efficax trahitur argumentum ad reuincẽdum hæreticos. vt Iſaiæ 58. Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & oẽs debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis & percutitis pugno impiè. nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem. & Ieremiæ 22. hæc dicit dominus ad paſtores. Vos diſperſiſtis gregem meum, & eieciſtis eos & non viſitaſtis eos, ecce ego viſitabo ſuper malitiam ſtudiorum veſtrorum. ecce quæ de ſacerdotibus Iudæorum dicuntur, poſſunt dici de ſacerdotibus populi Chriſtiani in ſenſu literali. Sicut & illud Ezechi.34. Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebãt ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur. lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod fractum eſt non alligaſtis, &c. idem dic de præceptis decalogi, dempto illo de Sabbato. Hanc regulam ſic protulit Hierony. Malachiæ. 1. Regula ſcripturarum eſt, vbi manifeſtiſsima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare quæ ſcripta ſunt. vt illud Malach. Non eſt mihi voluntas in vobis & munus non ſuſcipiam de manu veſtra, à ſolis ortu vſq; ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, &c. Ad ſacerdotes

De ſacerdotibus vtriuſque populi.

Iudæorum ſermo ſit Domini, qui offerunt cæcum & claudum & languidum ad immolandum, vt ſciant carnalibus victimis, ſpirituales victimas ſucceſſuras. Et nequaquam taurorum hircorumq; ſanguinem, ſed Thymiama, hoc eſt ſanctorum orationes Domino offerendas, non in vna orbis prouincia Iudæa, nec in vna vrbe Iudææ Ieruſalem, ſed in omni loco offerri oblationem nequaquam immundã, vt à populo Iſrael, ſed mundam vt in cæremonijs Chriſtianorum.

Vt mentem & ſcopum Parabolarum valeas intelligere, annotare oportet quod ſcribit Hierony. Matth. 22. omnes, inquit, parabolas breui ſermone dominus comprehendit, quod in opere vineæ, & in ædificatione domus, & in conuiuio nuptiali, quia in illis non initia, ſed finis quæritur. Parabola quidẽ nuptialis hac clauſula finitur. Multi ſunt vocati pauci vero electi. Vineę verò hac. Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis. Hæc ille. & apud Lucam, capit. 18. duo homines aſcendebant in templum vt orarent, vnus Phariſæus, alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat. Gratias ago tibi, quod non ſum ſicut cæteri hominum, &c. Denique his verbis clauditur ſermo. Qui ſe humiliat exaltabitur, qui ſe exaltat humiliabitur.

Frequenter prophetæ ex aliqua re illo tẽpore geſta, ſumpta occaſione, poſtquam illam narrare deſtiterint aut in medio ſermone altius illam ſubuehunt & trahunt ad explicandum Chriſti & eccleſiæ ſacramẽta. & hoc modo omnes ferè Pſalmi ſunt cõtexti. videlicet ſi liberatus eſt à morte, loquitur de redemptione generis humani. & ſi loquitur propheta contra paſtores Iſrael, ſtatim conuertit ſermonem ad verum paſtorem Chriſtum. Si loquitur de libertate illius populi à captiuitate, ſtatim loquitur, de ereptione generis humani à dæmonis tyrãnide per Chriſtum, & ſi loquitur Euangelium de meſſe terrena, ſtatim loquitur de meſſe ſpirituali credẽtium. Si loquitur de Salomone aut Dauid, ſtatim ſubnectit ſermonem de Chriſto, vero Dauid & Salomone. ſic dicendum de Nabuchodonoſor, Pharaone, & de regnis Ægypti, Babyloniæ, & Daniel quærit ab angelo quando remeaturus ſit Iſrael ad ſedes proprias. & reſpondit de liberatione quæ à Chriſto fieri debebat per paſsionem. Iſaiæ 45. agit de Cyro qui liberauit Iudæos à captiuita-

De hoc lib. 4.ca.3. diſſeruimus.

ptiuitate Babylonica,& ſtatim ſubiungit de
deſcenſu Chriſti ad liberandum nos. Hoc
quod nos diximus, his verbis tradidit au-
thor ſecundi operis in Matth.titulo Chryſo
ſto.homil.49.Frequenter,inquit,ex occaſio
ne carnali incipiebant prophetæ, & ſic mi-
ſcebant prophetiam. Vt puta cùm Dauid
fugeret à facie Abſalom,ex occaſione tribu
Pſalm. 3. lationis ſuæ,dixit. Domine quid multiplica
ti ſunt qui tribulant me. & introducens pro
phetiam dominicæ paſsionis, addidit. Ego
dormiui & ſoporatus ſum,& exurrexi,quo-
niam dominus ſuſcepit me. Illa ergo quæ di
xit. Domine quid multiplicati ſunt, & cæte-
ra quæ ſequuntur, ſecundum hiſtoriam in-
telligamus. Hæc autem quæ dixit. Ego dor-
miui & ſoporatus ſum,neceſſario ſpirituali-
ter intelligemus de Chriſto, ordinem hiſto-
riæ relinquentes. Tale eſt quod Petrus dicit
Actu. 2. in Actibus, interpretās. Non dabis ſanctum
Pſalm. 15. tuum videre corruptionem, quia non pote-
rat hoc intelligere de Dauid,ſed de Chriſto,
quia Dauid vidit corruptionē, Chriſtus au-
tem tertia die reſurgens,non vidit corruptio
nem.Sed apud Matth.cap 24.cœpit ex oc-
caſione corporalis fugæ,& quæ facta eſt tē-
pore illo in Ieruſalem. & propheta magis de
ſpirituali Ieruſalem. Ecce enim quod dicit.
Qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes. cor-
poraliter ſecundum hiſtoriam poſsibile eſt
tempore Romanorum,tempore autem An-
tichriſti de Iudæa ad montes fugere corpo-
raliter non proderit.Primo quia nec erit An
tichriſtus tantum in terra Iudæa, nec Iudæi
futuri ſunt ante illum, ſed vbicunque fue-
rint Chriſtiani, ab illo, aut à miniſtris eius
perſecutionem paſſuri ſunt, & vbicunque
chriſtianus populus indagādus eſt. Et quod
ſequitur, qui ſupra tectum eſt, non deſcen-
dat tollere aliquid de domo. ſiue tempore
Romanorum, ſiue Antichriſti non poteſt
habere congruum intellectum , quia quid
prodeſt homini ſi aſcendat ſupra tectum,
cùm ipſa nanque domo ſuccenditur. Ideò
chriſtianis præcipitur, vt hæreſeon tempo-
re, fugiant ad ſcripturas. nam montes ſcri-
Pſalm. 86. pturæ dicuntur. Fundamenta,inquit,eius in
mōtib9 ſanctis. Ex his facilè intelliges Chry-
ſoſt,homil. 11.in Matth.cum inquit. ſcriptu
ra ſolet ſæpè in eiſdem rebus, ſæpè etiam in
contrarijs duas prophetias pariter colloca-
re,aut de duabus rebus loqui,quarum vnam
hic impleat,alteram ſpōdeat in futuro, vt ab
his qui de promiſsionibus eius pertinacius
dubitant,ex hac quæ iam facta eſt, etiam il-
la quæ impleta nōdum eſt,credatur ſuo tem
pore implēda. Siquidem & illis qui propter *Lib. 8. c. 3.*
ipſum,mundi huius cuncta contemnerent, *de hoc diſ-*
centuplum in præſenti tempore, in futuro *ſerui.*
autem vitam promiſit æternam. Ex his vti- *Matth. 19*
que quæ in præſenti ſeculo præſtat, vera eſ- *Locus Mat.*
ſe etiam futura declarat. Similiter in euange *annotādus.*
lio,Matth.ca. 3.cum dicitur. Baptizabit vos
ſpiritu ſancto & igne. Quoniam ſcilicet ba-
ptizet in ſpiritu ſancto,& cōburet igne inex
tinguibili. Quod vero difficilius videbatur
& grādius,factum eſt, quomodo illud quod
eſt facile & iuxta rationem non verum con-
cedam ? Baptizat quidem hic ſpiritu ſancto,
in die verò iudicij igne comburet. Item Hie
rony. Malac. 1.ait, Sic prophetæ futurorum
texunt vaticinium , vt præſens tempus non
deſerant. non enim de futuris tantummodo
aut præſentibus,ſed de vtriſque miſcent ſer-
monem. Vnde Malachias. Non eſt mihi vo
luntas in vobis, ait dominus. & munus non
ſuſcipiam de manu veſtra, ab ortu enim ſo-
lis vſque ad occaſum magnum eſt nomen
meum,in gentibus,& in omni loco ſacrifica-
tur nomini meo oblatio munda.& ſubdit.&
vos polluiſtis illud,id eſt, cum à gentibus co
lar,& obſeruer à vobis nunc contemnor. &
in comment. Hoſeæ capi. 1.ait. Prophetæ ſic
multa poſt ſecula de aduentu Chriſti & de
vocatione gentium pollicentur, vt præſens
tempus non negligant, ne concionem ob
aliud vocatam , non docere de his quæ in-
ſtant,ſed de incertis & futuris ludere videan
tur.& vtitur exēplo ſatis obſcuro,in re aper-
ta, ex eodem Hoſea deſumpto. nos omiſi-
mus. Et in commenta. Iſaiæ capit. 25. verſus
finem,exponens hæc verba. Dicent in die il
la,ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum
& ſaluabit nos. iſte dominus & ſuſtinuimus
eum, exaltabimur & lætabimur in ſalutari
eius. Quia requieſcet manus eius in monte *De hoc lib.*
iſto,& triturabitur Moab ſub eo, ſicut terun *9. Regula*
tur paleæ in plauſtro, & extendens manus *10.*
ſuas ſub eo,ſicut extendit natans ad natan-
dum,&c.ait. Licet ſermo propheticus de cō
ſummatione mundi generaliter texat vatici
nium,tamen ne omnino præſentia videatur
negligere,nominat Moab, qui fuit inimicus
Iſrael,intantum vt faceret eos fornicari cum
Madianitis,& conſecrari idolo Beelphegor.
Hæc ille. & in euangelio murmurabant Pha

Digitized by Google

riſæi de domino eo quod remitteret pecca-
Marc. 2. ta,& ait illis. Vt ſciatis, quod filius hominis
habet poteſtatem dimittendi peccata, dixit
Matth. 9. Paralytico. Tibi dico ſurge. ex ſanitate cor-
poris probat animæ ſalutem. & prophetæ
edunt miracula, vt credant adimplenda fore
Ex remiſsione in maioris cognitionem ſcandimus. illorum vaticinia. Vnde Theophyl. Matth.
9, ait. ego ex corporis cura fidem vobis facio
quod animas ſanem. per rem minorem qui-
dem, ſed quæ difficilior videatur confirmãs
peccatorum remiſsionem, quæ magna qui-
dem eſt, ſed facilior nobis videtur, eo quod
minimè appareat. & Matth. 8. dixit Domi-
nus. multi venient ab oriente, & occidente.
& filij regni eijcientur foras. & ſanatus eſt
puer. Dicit Theophy. Declarat ex his, quo-
niam ſi ille verbo ſanatus eſt, verè etiã dictũ,
quod Iudæi abijciendi eſſent. & Lucæ 1. ait,
per puerperium Eliſabet, oſtendit Angelus
Zachariæ offerenti holocauſta pro populo,
dimiſſa eſſe peccata Iſrael. & Matth. 1. ait, pa
rit nunc Maria filium, vt credas angelo dicẽ
ti. natum eſſe Chriſtum è ſpiritu ſancto. De-
nique Hierony. Matth. 9. loquens de Paraly
tico. ait, Fit igitur carnale ſignum, vt probe-
tur ſpirituale, quanquam eiuſdem virtutis ſit
& corporis & animæ vitia dimittere.

Figuratæ locutiones quo poſsint modo
cognoſci, Auguſt. docet late in libr. 3. de do-
ctrina Chriſti. nos ex illo hæc paucula decer
pſimus. primò cap. 5. ait, Verborum tranſla-
torum ambiguitates nõ mediocrem curam
induſtriamq; deſiderant. Ideò cauendũ eſt,
ne figuratam locutionem ad literã accipias.
Veluti ſi Sabbatum audieris, nõ intelligis ni
ſi vnum diem de ſeptem, qui continuo volu
mine repetũtur. & cum audieris ſacrificium,
excedis cogitatione illud, quod fieri de vi-
ctimis pecorum terreniſque fructibus ſolet.
eum de vero ſabbatiſmo & ſacrificio ſint in-
telligenda. & ca. 10. Quicquid in ſermone di
uino, neque ad morum honeſtatem, neq; ad
fidei veritatem propriè referri poteſt, figu-
ratum eſſe cognoſce. Morum honeſtas, ad
diligendum Deum & proximum. Fidei veri
tas, ad cognoſcendum Deum & proximum.
Hæc ille. exemplum ſit, præceptum circun-
ciſionis, & apud Ezechie. c. 4. quod comedit
panem cum ſtercore humano coctum, &
quod dormiuit tot dies ſupra latus dextrũ,
& tot ſupra ſiniſtrum. & Iere. 13. delumba-
re. Item Augu. lib. 22. contra Fauſtum. c. 95.
ait, Ea quæ diuinitus præcipiuntur, aut mo-
res pietatemq; formare, aut aliquid figuratè
ſignificare, intelligẽdum eſt, aut vtrumq; po
tius quam neutrum, dum tamen & ipſa quæ
figurate dicta vel facta intelliguntur, ad eoſ-
dem mores bonos pietatemq; referamus. &
3. de doct. Chriſt. cap. 12. ait, Quæ quaſi fla-
gitioſa imperitis videntur, ſiue tãtum dicta,
ſiue etiam facta ſunt, vel ex Dei perſona vel
hominum, quorum nobis ſanctitas commẽ
datur, tota figurata ſunt. In omnibus enim
talibus non vſus rerum, ſed libido vtentis in
culpa eſt. Neque enim vllo modo quiſquam
ſobrius crediderit domini pedes ita vnguen
to pretioſo à muliere perfuſos, vt luxurioſo-
rum & nequam hominum ſolent, quorum
talia conuiuia deteſtamur. Odor enim bo-
nus, bona fama eſt, quam quiſquis bonæ vi-
tæ operibus habuerit, dum veſtigia Chriſti
ſequitur, quaſi pretioſiſsimo odore perfun-
dit. Itaq; quod in alijs perſonis plerumque
flagitium eſt, in diuina vel prophetica perſo
na magnæ cuiuſdam rei ſignum eſt. vt Ho-
ſeæ coniunctio cum meretrice. Et ſufficien-
dæ prolis cauſa erat vxorum plurium ſimul
vni viro habendarum inculpabilis conſuetu
do, & ideo vnam fœminam maritos habere
plurimos honeſtum non erat. non enim mu
lier eo eſt fœcundior, ſed meretricia potius
turpitudo eſt. In huiuſcemodi moribus quic
quid illorum temporum ſancti non libidi-
noſe faciebant, quamuis ea facerent quæ hoc
tempore, niſi pro libidine fieri non poſſunt,
non culpat ſcriptura. & quicquid ibi tale nar
ratur, non ſolum hiſtoricè, ſed & figuratè in
terpretandum eſt. Porrò vt melius hæc intel
ligere poſsis, nõnulla altius à me repetenda
ſunt. Aduerte quod multa in ſacra ſcriptura
dicuntur quæ tamẽ in viris quantumuis ſan
ctis non ſunt impleta, vt primogenitis ex le-
ge obueniebat hæreditas, attamen nũquam
fere hæreditatem adibant, nullam aliam ob
cauſam, niſi vt præfigurarent primogenitũ
Iſrael, ideſt, Iſraeliticum populum ab hęredi
tate excludendum fore. Præterea nõ licebat
vxorem accipere ex cognatione aliena, ſed
ex eadẽ tribu & familia, at Moyſes, Ioſeph,
Ægyptiam & Æthiopem duxerunt vxorẽ,
& Raab Cananæa, fuit coniuncta Naaſon,
contra præceptum domini. Deuter. 7. vt ſi-
gnificarent vniuerſas gentes venturas eſſe
ad Chriſti fidem. Æthiopia, inquit, præue- *Pſal. 67.*
niet manus Deo. Hoc verum eſſe, ſubditis
probatur teſtimonijs. Theophyla. Lucæ 1.
ait, Iu-

Digitized by Google

Vxores ſanctorum ſteriles fuere, lege quæ ſcripſi. lib. 8. cap. 6.

ait, Iuſtorum mulieres & iuſtæ, ſæpe ſteriles fuerunt, vt dicas legem non exigere corporalium filiorum procreationem, ſed ſpiritualium. & Hierony. Zacha. 10. capi. ait, Multiplicationem liberorum non accipiamus carnaliter. Alioquin Elias, Eliſæus, Ieremias & Ioannes Baptiſta, quo maior inter natos mulierum non fuit, hac benedictione caruerũt. Sed illa, qua vocantur ad fidem, multitudines nationum. & Orige. homil. 4. in Ezechi.

Daniel an Eunuchus fuerit, lege quæ ſcripſi lib. 3. c. 3.

Aiunt, inquit, Hebræi Daniel fuiſſe Eunuchum. verũ anima eius fertilis & ſancta fuit. & quæ multos liberos procreauit. Hæc ille. Sed fuiſſe Eunuchum non credo, cum Danie. 1. præceperit rex, vt pueri eligantur ſine macula. & Chryſoſto. homi. 49. in Gene. ait, Non ſolum Rabecca ſterilis fuit, ſed & mater iuſti Sara, nec ſolum mater eius ſola, ſed & nurus Rachel vxor Iacob & omnium iuſtorum vxores ſteriles ſunt. & in euangelijs Eliſabeth. Quando igitur videris virum & mulierem virtuti deditos, carere filijs, ne tribuas hoc eis peccato. Nam illam ob cauſam ſteriles fuere, vt cum videris virginem noſtrum, dominum parientem, ne ſis incredulus miraculo. Imo admirare & obſtupeſce. his ſimilia affert Hierony. ad Euſto. De virginitate. Et Theodore. in epito. capi. de matrimonio. & Origen. homil. 12. in Gene. Quærendum eſt tamen à doctioribus. cur cum plebi promiſcuæ non licuiſſet habere plures vxores, patribus illis antiquis licuiſſet etiam in lege naturæ. Deinde quid illud matrimonium ſignificaret? Ego arbitror ad hoc fuiſſe factũ, vt ex abſurditate rei nos excitaret ad quærendum myſterium, quod latebat. & vulgo id facere, fas non erat, quia illi nullius rei typum ſuſtinebant. De qua re Origen. homil. 11. in Gene. loquens de coniugio Cethuræ, ait. An patriarcharum coniugia myſticum aliquid indicant? Alioqui cælebs & ſterilis in lege maledicto ſubiacent. Dicit enim, Maledictus qui non reliquerit ſemen in Iſrael. Quod ſi hæc de carnali ſemine dici putentur, omnes eccleſiæ virgines ſub maledicto poſitæ videbũtur, imo ipſe Ioannes quo maior inter natos mulierum non fuit, & alij ſanctorum plurimi ſemen ſecundum carnem non reliquerunt. Sed certum eſt illos ſpirituale ſemẽ & ſpirituales filios reliquiſſe. Vnde Paulus per euangelium filios generabat. Hinc eſt quod nonnulli patriarcharum habuerint plures vxores, quia plures ſimul poterant exercere virtutes. & Ambroſius libr. 1. de Abraham cap. 4. ait. Abraham non ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis, ancillæ contubernio coniugalẽ poſt habuit thorum, ſed ſtudio quærendæ poſteritatis. Adhuc poſt diluuium raritas erat generis humani & religionis. Vnde Loth filiæ, hanc cauſam quærendæ poſteritatis, habuerunt, ne deficeret genus humanum. Hæc ſecundum allegoriam dicta ſunt.

Allegoria.

Allegoria eſt cũ aliud geritur, & aliud figuratur. Abraham duos filios habuit. duos populos oſtendens ab ipſo manare. vnum Iudæorum, qui legis ſyllabis ſeruiat, eo quod de ancilla in ſeruitutem videatur eſſe generatus. alterum Chriſtianum, qui ad remiſſionem peccatorum cæleſtis gratiæ libertatem acceperit. Quod ergo putas peccatum, aduertis eſſe myſterium? Hæc de modo cognoſcendi locutiones figuratas dixiſſe ſufficiat.

Et ſi omnia, quæ ad ſenſus ſcripturarum perſcrutãdos, ſpectare videbantur abſoluiſſe, iuxta ingenioli vires, me crederem, volo, in poſtremo noſtræ fabulæ actu, nonnulla ſanctorum teſtimonia congerere, quæ probent vnius & eiuſdem loci non ſolum allegoricum ſenſum, eſſe admittendũ. ſed præmuniendam eſſe viam ad illum, iacto prius fundamento ſenſus literalis & hiſtorici.

Orig. error ſubuertentis ſenſum literalem. de lib. 2. capit. 1.

Vt errorem Origenis refellam qui vbiq; ſenſum literalem conuellere videtur. Qua de re Grego. homil. 4 in euangelia ait. In verbis ſacræ ſcripturæ prius ſeruanda eſt veritas hiſtoriæ, & poſt modum requirenda ſpiritualis intelligentia allegoriæ. Tunc nanq; allegoriæ fructus ſuauiter carpitur, cum prius per hiſtoriam in veritatis radice ſolidatur. Et homi. 9. in Ezechiele. ait, Liber ſacri eloquij intus ſcriptus eſt per allegoriam. foris per hiſtoriam. Intus per ſpiritualem intellectum, foris autem per ſenſum literæ ſimplicem. Intus quia inuiſibilia promittit, foris quia viſibilia, præceptorum ſuorum rectitudine, diſponit. Intus quia cæleſtia pollicetur, foris autẽ quia terrena contemptibilia qualiter ſint, vel in vſu habenda, vel ex deſiderio fugienda, præcipit. Alia nanque de ſecretis cæleſtibus loquitur, alia vero in exterioribus actionibus iubet. & ea quidem quæ foris præcipit, patent, ſed illa quæ de internis narrat, planè comprehendi nequeunt.

De hoc lib. 1. ca. 1. diſſerui.

Item in commenta. Marci falſo Hierony. inſcriptis, dicitur. eſt conſuetudo ſcripturæ diuinæ allegoricè

Digitized by Google

loqui, vt cum aliud dicat, aliud velit intelligi, quod in euangelijs poſitum frequenter inuenies. Sed nobis neceſſe eſt, vt ſic excelſiora ſenſibus noſtris applicemus, vt tamen cuncta ſecundum hiſtoriæ veritatem cernamus. exemplum eſt in Pſalm. 79. de vinea. & Iſaiæ 5. Præterea Auguſti. libr. 8. ſuper Geneſim ad literam capit. 7. ait, In narratione rerum geſtarum, res ipſæ prius intelligendæ ſunt vt narrantur, tunc demum ſi quid aliud ſignificant oportet perſcrutari. Veluti quatuor illa flumina, in quæ flumen illud, quod egrediebatur de paradiſo, diuiſum eſt, cum eorum nomina ſcriptura ſacra commemoret, Geon, Piſon, Tygrin, & Euphraten, & regiones quas illa permeant, ſuis nominibus appellet, Euilath, Æthiopiam, Aſsyriam, abſurdum eſſe allegoricè tantum accipere, niſi prius illa eſſe vera flumina credantur. Iterum cap. 8. eadem repetit. Et Hierony. libr. 5. comment. in Iſaiam cap. 13. reprehendens Origen. Spiritualis interpretatio ſequi debet ordinem hiſtoriæ, quod plerique ignorantes lymphatico in ſcripturis vagantur errore. Et Auguſti. in lib. 83. quæſtio. quæſt. 65. ait, Res factæ cum allegorizantur rei geſtæ fidem non amittunt, ſicut duorum filiorum Abrahæ allegoriam, Paulus exponit duo eſſe teſtamenta, nunquid ideo, aut Abraham non fuit, aut illos non habuit. & Hierony. Amos 9. capit. ait, Omnes repromisſiones quas ſancti prophetæ ſuo ore cecinerunt, non inanem ſonum habent, & caſſa ſolius tropologiæ nomina, ſed fundantur in terra, & cum hiſtoriæ habuerint fundamenta, tunc ſpiritualis intelligentiæ culmen accipiant. Vt verè Chriſtus de virgine natus ſit, verè Lazarum mortuum ſuſcitauerit, verè ad tactum eius αἱμοῤῥοοῦσα ſanata ſit, verè in aduentum Domini cæci viderint, claudi cucurrerint, contractæ manus, extenſæ ſint, lepra mundata ſit. Licet ſecundum tropologiam quotidie de anima virginali, naſcatur ſermo diuinus, quotidie peccatorum, & vitiorum funibus alligati de ſepulchro ſcelerum ſuorum iubeantur exire, quotidie ſanguinis opera conſtringantur, cæci in infidelitate, Chriſti lumen aſpiciant, claudicantes prius in fide currant in via dñi, & aridæ manus auaritia extendātur ad eleemoſynam, & lepra Mariæ quæ cōtaminat quicquid attigerit recipiat priſtinam puritatem. Hæc ille. Tot doctorum virorum calculis

Origenes.

catholicum dogma confirmare ſtatui, non quod laborem in labefactādo errorem Origenis, quem antea libr. 2. capit. 1. vt potui refutaui, ſed vt aliquorum noſtri temporis, quorum nominibus parco, ora obturem, qui errorem ſepultum & à mentibus hominum abolitum, ab inferis reuocare conantur. Vt tamen hac in parte inſtituto noſtro minimè defuiſſe videamur, de his ſenſibus de quibus ſermo à nobis ſuſceptus eſt, literali videlicet & allegorico, dicendum, quod in ſenſu literali à capite ad calcem totam contextus continentiam oportet rimari, nec vllam ſyllabam aut apicem abſque interpretatione tranſilire, iuxta regulas à nobis datas. Cum aliqui ineptus expoſitor vbicunque cum hiſtoria defecerit, tranſit ad allegoriam, & ita ſeparata conſociat, vt nouam ſermonis fabricam conſtruens, in vnum corpus lapidem ferrumque coniungat. At in allegoria liberè vagari poſſumus, modo non deſit pietas. Vnde ea tantum attingere poſſumus ex hiſtoria quæ inſtituto noſtro comminimè ducere videntur, quæ tamen aliquando ſunt conſona literæ, aliquando illi oppoſita ſunt, vt paulò ante probauimus ex hiſtoria Dauidis & Vriæ. Hoc voluit ſignificare Hieronymus in commenta. Habacuc capit. 1. cum inquit. Hiſtoria ſtricta eſt, & euagandi non habet facultatem. Tropologia libera, & his tantum legibus circumſcripta vt pietatem ſequatur intelligentiæ, ſermoniſque contextum. nec in rebus multum in ſe contrarijs copulandis violenta ſit Nam ſępè aduerſa eſt allegoria hiſtoriæ veritati. vt Haba. 1. Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſsideat tabernacula nō ſua, horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius, equites nanque eius de longe venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum, omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens, & congregabit quaſi arenam captiuitatem, & ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam, tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit & corruet, hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Iuxta literam cōminatur Deus ſe ſuſcitaturum eſſe Chaldęos, qui miniſtri ſunt irę eius, qui

De hac re ſupra ī exēplo Vriæ & Dauid.

qui interpretantur quaſi dæmonia.Hæc gẽs
amara eſt,non parcens,& cito explens quod
ſibi fuerat imperatum. Iuxta allegoriam. o-
nus eius egredietur.onus pro peccato. ad
hunc ſenſum. Qui egerint pœnitentiam &
dæmones dereliquerint,quibus, quaſi equi,
prius terga præbebant.& tunc abiecto one-
re peſsimo, ad portandum Chriſtum vene-
rint,qui ſuper pullum aſinæ manſuetus aſcẽ-
dit.venient quaſi aquila,vt ſermonis Dei ve-
ſcantur carnibus & famẽ tanti temporis ſa-
turent,lupi veſpertini vocantur,quibus vita
peſsima occubuit.Cũ autẽ illi fuerint de ma-
nibus Chaldæorũ erepti, tũc ſermo diuinus
congregabit,quaſi arenam illos qui erant in
Chaldæorum captiuitate.tunc tyranni ludi-
cri eiuserunt,cum Chriſti aduentu iam om-
nes ſint deſtructi.Deinde deridet illas muni
2. Cor. 10. tiones,de quibus.Arma militiæ noſtræ non
carnalia ſunt,ſed potẽtia Deo ad deſtructio
nem munitionum.Cum autem hoc fuerit ex
pletum,tunc ſpiritus conuertetur, & nequa-
quam puniet vt ante punierat, ſed pertran-
ſiens peccatores rogabit pro eis,&reconcilia
bit eos priſtino domino,in quibus omnibus
oſtenditur fortitudo Dei noſtri.

Poſtremò ad intelligendum ſenſum litera
lem, aut ad eruendum illum ex maximis ob
ſcuritatibus in lucẽ, aduerte quod Hierony.
in cõment.Iſaiæ.cap. 18. ait. ſæpe prophetæ
metaphoram conuertunt in hiſtoriæ verita-
tẽ.vt apud Iſaiam ca. 18. Ante meſſem enim
totus effloruit,& immatura perfectio germi
nauit,& præcidentur ramuſculi eius falcibus.
Et ne putares ipſum de vinea loqui, & non
de hominibus,vertit metaphoram in hiſto-
riæ veritatem, ſubiungens. & relinquentur
ſimul auibus montium & beſtijs terræ. & in
comment.Habac.cap.3.ibi.Maledixiſti ſce-
ptris eius.In expoſitione,inquit,hiſtoriç alle
goria & tropologia ſolet miſceri illi.& hiſto-
ria ipſa frequenter metaphoricè texitur. vt
ſub imagine mulieris, vel vnius viri de toto
populo prædicatur. Hæc ille. vt Ezechi. 15.
dicitur,vt lignum vitis inutile, igni traditur,
ſic Ieruſalem exurenda eſt.his verbis expli-
cauit propheta.Quid fiet ligno vitis ex om-
nibus lignis nemorum,quæ ſunt inter ligna
ſyluarum.Nunquid tolletur de ea lignum vt
fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus vt
dependeat in eo quodcunq; vas. & ſubdit.
ſic tradam habitatores Ieruſalẽ,& ca. 17. ſub
nomine aquilæ deſcribit imperium Babylo-
nicum,quod vaſtabat populũ Dei.Ex his &
alijs quæ à nobis dicta ſunt,colliges,quod li-
teralis ſenſus eſt ,qui ex verbis aut nomini-
bus proprie aut metaphorice acceptis, eli-
citur, qui licet plerunque ſignificet aliquid
ſpirituale,ex re illa corporali,literalis eſt ſen
ſus.Hoc innuere voluit Augu.Pſal. 103. Alle
goria, inquit,dicitur, cum aliquid aliud vide
tur ſonare in verbis,& aliud intellectu ſigni-
ficare , quomodo dicitur agnus Chriſtus.
nunquid pecus? leo Chriſtus, nunquid be-
ſtia? petra Chriſtus, nunquid duritia, mons
Chriſtus,nunquid tumor terræ? & ſic mul-
ta,aliud videntur ſonare aliud ſignificare, &
ideo vocatur allegoria. Nonnulla alia quæ
hoc in loco afferri poterant omiſi, quando
quidem de illis alibi diſſerere ſtatui vberius,
& illo in loco cum fœnore reddam quæ nũc
omiſſa ſunt.

¶Sylua quorundam nominum, quæ in bonam, aut in malam, aut in vtranque partem accipiuntur.

CAP. II.

SI alicubi verum eſt dictum pro- Iſaie. 5.
pheticum, Væ qui dicunt bonũ
malum,& malum bonũ, ponen-
tes tenebras lucem, & lucem te-
nebras,& ponentes amarum in dulce, & dul
ce in amarum.præcipuè dici poteſt in nomi-
nibus ambiguæ ſignificationis,quæ in bonã
aut in malam partem accipiũtur.Nam ſi no-
men vnum Deum ac diabolũ, doctrinã verã
& falſam ſignificat, profecto maxima cau-
tio ac diligentia adhibenda eſt, ne decipia-
mur,tenebras,lucem,& lucem tenebras ap-
pellando.Quare ſi in alijs nobis ceſſatum nõ
eſt,conandum eſt,ne in hac quoq; parte mu
neri noſtro deeſſe videamur. Igitur cõpluri-
ma afferre exempla tentabo, ex illis tu ipſe
poteris hoc talento numularijs tradito, mul
ta ſimilia congregare. Auguſt.quidem lib. 3.
de doctrina Chriſti.ca. 24. ait. Quoniã mul-
tis modis res ſimiles rebus apparent,nõ pute
mus eſſe præſcriptum,vt quod in aliquo lo-
co res aliqua per ſimilitudinẽ ſignificauerit,
hoc etiã ſemper ſignificare credamus. Nam

Digitized by Google

Fermētum & in vituperatione fermentum poſuit do-
Matth.16 minus,cum diceret. Cauete à fermento Pha
riſæorum.Et in laude cum diceret.Simile eſt
Luca 13. regnum cælorum mulieri quę abſcondit fer
mentum in tribus menſuris farinę donec fer
mentaretur totum.Huius varietatis obſerua
tio duas habet formas. ſic enim aliud atque
aliud res quæque ſignificant, vt aut contra-
ria aut tantummodo diuerſa ſignificēt. Con
traria ſcilicet,cum alias in bono, alias in ma-
lo res eadem per ſimilitudinem ponitur. vt
Leo. fermentum. Tale eſt etiam quod leo ſignifi-
Apoca. 5. cat Chriſtum.vt, Vicit leo de tribu Iuda. ſi-
1.Petri. 5. gnificat diabolum. Aduerſarius veſter dia-
bolus tanquam leo rugiens circumit, quæ-
rens quem deuoret. Ita ſerpens in bono eſt.
Matth. 10 Aſtuti vt ſerpentes.in malo autem. Serpens
Euam ſeduxit aſtutia ſua. In bono panis. E-
Panis. go ſum panis viuus qui de cælo deſcendi: in
malo.panes occultos libenter edite.Hęc qui
dem quæ commemoraui minimè dubiam ſi
gnificationem gerunt, quia exempli gratia
commemorari non niſi manifeſtiſsima de-
buerunt: ſunt autem quæ incertū ſit in quā
Pſalm.74. partem accipi debeant,ſicut. Calix in manu
domini vini meri plenus mixto. Incertū eſt
vtrum iram dei ſignificet.aut gratiā ſcriptu-
rarum à Iudæis ad gentes tranſeuntem. At
cum res eadem non in cōtraria, ſed tantum
Aqua. in diuerſa ſignificatione ponitur,illud eſt in
exemplo,quod aqua & populum ſignificat,
Apoc.7.& ſpiritum ſanctum.Ioan,7. flumi-
na de ventre eius fluent aquæ viuę.ſic & alię
res non ſingulæ,ſed vnaquæq; earū, non ſo-
lum duo diuerſa, ſed etiam nonnunquā mul
ta ſignificant.Item Grego.homil.19.in Eze
chie.ait, Magna legentium debet eſſe diſcre
tio,vt in ſacro eloquio,cum quilibet vnus ſer
mo dicitur, non vnam eandemq; rem ſigni-
Sol. ficare credatur.Sic aliquādo ſol in bono,ali-
quādo vero accipitur in malo:ſolis enim no-
mine aliquando ſignatur dominus, aliquan
do perſecutio. Atteſtante libro ſapientiæ, in
Capi.2. inferno enim impij dicturi ſunt. Errauimus
à via veritatis & ſol iuſtitiæ non ortus eſt no
bis.Et de iactis ſeminibus dominus dicit. Or
Mar.14. to ſole aruerunt. Quia facta perſecutione in
reproborum cordibus, prædicationis verba
ſiccantur.ſic bouis nomine ſapiens deſigna-
Bos. tur. vt, Non iunges bouem & aſinum. id eſt
Deute.22. ſapientem cum ſtulto in prædicatione non
ſocies.& per bouem fatuus deſignatur, ſicut
de illo qui in turpitudine amoris captus eſt,

dicit. Statim eam ſequitur vt bos ductus ad *Salomon.*
victimā,ideſt,ſicut fatuus trahit ad mortem.
Et Philippus presbyter lib.3.in Iob. c.38. in
fine, hæc eadem ſcribit. Vt tamen hæc me-
lius intelligantur, oportet multis exemplis
rem totam illuſtrare & expeditam facere.

Petra,vt inquit Hierony.in cōment. Ab- *Petra.*
diæ.quanquam frequēter, vel in perſona do *Pſalm.39.*
mini,vel in ſoliditate ponatur.vt in Pſal. ſta-
tuit ſupra petram pedes meos. & ad Petrum
dicitur. Tu es Petrus, ſuper hanc petram ędi
ficabo eccleſiam meam. In cōtrariam etiam *Matth.16.*
partem frequenter accipitur. Auferam, in- *Ezech.16.*
quit, cor lapideum, & dabo vobis cor car- *& 32.*
neum.&, Potens eſt Deus de lapidibus iſtis
ſuſcitare filios Abrahæ. & in Abdia non di-
citur,habitantem ſupra petram, in qua pru-
dens ædificator domum ſuam extruxit, ſed
in ſciſſuris petrarum, vt hæreſeon, à petra
Chriſto,ſignificet ſciſsiones.

In ſacra ſcriptura,inquit Gregor. libr.18. *Lapides.*
moral.capit. 20. lapides in malo aliquando,
aliquando vero in bono accipi ſolent. Nam
cum lapis pro inſenſibilitate ponitur, dura,
per lapides corda deſignantur. Vnde per *Matth. 3.*
Ioan.dicitur. Potens eſt Deus de lapidibus
iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. nomine lapi-
dum corda gentilium deſignat, dura atque
inſenſibilia per infidelitatem. & per prophe
tam,inquit dominus, Auferam cor lapideū *Ezech.36.*
de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum.
Rurſum per lapides, mentes fortium deſi-
gnari ſolent. Vnde per Petrum ſanctis dici-
tur. Et vos tanquam lapides viui ſuperædifi- *1.Petri. 2.*
camini domos ſpirituales.& per prophetam
venienti eccleſiæ pollicetur dicens. Ecce ego *Iſaia.54.*
ſternam per ordinem lapides tuos & funda
bo te Saphyris.

In ſacra ſcriptura. ait Gregorius 19. mo- *Volucres.*
ral.capit.1.volucres,aliquando in malo, ali-
quando in bono dantur intelligi. Per volu-
cres quippe nonnunquā poteſtates aeriæ de
ſignantur, bonorum ſtudijs aduerſæ. Vnde
veritatis voce dicitur. Quoniā ſemen quod *Matth.13*
ſecus viam cecidit, venerunt volucres & co-
mederunt illud. Quia nimirum maligni ſpi-
ritus humanas mentes obſidentes, dum co-
gitationes noxias ingerunt, verbum vitæ à
memoria euellunt. Hinc rurſum cuidam di-
uiti ſuperba ſapienti dicit. Vulpes foueas ha *Matth.53*
bēt, volucres cæli nidos. nōie volucris ſuper
ba dæmonia intelligimus quæ in corde hoīs
habitāt. At contra in bono volucres poni ſo
lent.

Digitized by Google

lent. Vnde Dominus. Simile eſt regnum cæ
lorum grano ſinapis, quod acceptum homo
miſit in hortum ſuum, & creuit & factum eſt
in arborem magnam, & volucres cæli requie
uerunt in ramis eius.

Paſſer. Paſſer, teſte Hiero. eccleſ. 12. nunquam in
malam partem legitur. loquitur in decimo
Pſalmo. Iuſtus, In domino confido quomo-
do dicitis animæ meæ tranſmigra in montē
vt paſſer. & alibi. Vigilaui & factus ſum ſicut
paſſer ſolitarius in tecto. Necnon in alio lo-
co. Etenim paſſer inuenit ſibi domum.

Abyſſus. Abyſſus, vt inquit Baſi. ho. 2. Exaē. ὕδωρ πο
λὺ δυσέφικτον ἔχον ἑαυτοῦ πέρας ἐπὶ τὸ κάτω, id eſt
eſt multitudo aquarum ad cuius profundi-
tatem non poteſt perueniri. & Damaſ. lib. 2.
cap. 9. Abyſſus eſt aqua plurima, cuius finis
incomprehenſibilis eſt hominibus. nomen
βυθός ſignificat profunditatem, & iuxta Io-
nes dicitur βυσσόν. cū litera priuatiua addita
ἄβυσσος. His ſuppoſitis, inquit Hiero. Haba.
3. Abyſſus ſæpe in bonam partem, ſæpe in
malam, interdum indifferenter accipitur. In
bonam. vt, iudicia tua abyſſus multa. In ma-
Pſal. 79. lam. viderunt te aquæ Deus. & dæmones de
precantur ne mittantur in Abyſſos. &. tene
bræ erant ſuper faciem abyſſi. neſcio an in
Gene. 7. bonam partem poſſit accipi. Indifferentes.
Rupti ſunt fontes abyſſi. & cataractæ cæli
apertæ ſunt. &, Dracones omnes abyſſi. Niſi
forte ex eo quod dracones & ignem & gran
dinem ponitur, in malam partem trahēdum
ſit. Et comment. Ionæ. cap. 2. Abyſſos perni-
cioſas quaſdam & peſſimas fortitudines ac-
cipere debemus, vel tormentis ſupplicijſque
Luc. 8. deditas poteſtates, ad quas in euangelio dæ-
mones rogant, ne ire cogantur. Vnde & te-
nebræ erant ſuper abyſſum. Interdum abyſ-
ſus accipitur pro ſacramentis ac profundiſſi
mis ſenſibus ac iudicijs Dei. vt, iudicia Domi
Pſal. 35. 41. ni abyſſus multa. &, abyſſus abyſſum inuo-
cat in voce cataractarum. cataracta Hiſpanè
Peſquera. Intelligunt locum vltimum de du
plici teſtamento & apoſtolis. alij de maximis
tribulationibus quæ ſe inuicem inuitant vt
eum inuadant, voce maxima.

Cedri. Cedri, teſte Hiero. Iſai. 2. in malam partem
Iſai. 2. accipiuntur, vt apud Iſaiam. Dies Dni ſuper
Pſal. 28. omnes cedros Libani. & alibi. Vox Dnī rōte
rentis cedros, conteret Dñs cedros Libani, &
iterū Pſal. 30. Vidi impium exaltatū & eleua
tū quaſi cedros Libani, & tranſiui & ecce nō
erat. Quod ſi prudens lector quæſierit cur in

tēplo domini cedrina ligna ſint poſita, & in
Pſal. iuxta Hebraicam veritatem legamus. *Pſal. 103.*
Saturabuntur ligna domini, & cedri Libani
quas tu plantaſti. ibi paſſeres nidificabunt.
Et inter cætera ligna etiam cedri ad laudes
domini prouocantur. & in aduentu Saluato
ris quando omnes arbores & ligna campi ap
plaudent ramis ſuis, ſcriptum ſit. Ponam in
terra inaquoſa cedrum & buxum & Cypreſ *Pſal. 41.*
ſum & pinum. Dicendum eſt quod ex eodē
genere hominū, alij ſublimētur ad regnum,
alij trahantur ad pœnam, & cedri Libani quę
propter ſuperbiam conterentur, eligentur
cum boni odoris fuerint, & cum apoſtolo di
xerint. Chriſti bonus odor ſumus Deo. & *1. Cor. 2.*
Grego. lib. 32. ait. Scriptura ſacra, cedri nomi
ne, aliquando alta excellentia glorię cæleſtis
exprimitur. Sicut Pſalmiſta teſtatur. Iuſtus *Pſalm. 91.*
vt palma florebit, & ſicut cedrus Libani
multiplicabitur. Cedri rurſus nomine, prauo
rum rigida elatio deſignatur. ſicut per eun- *Pſalm. 28.*
dem prophetam dicitur. Vox domini con-
fringens cedros. & Euthy. Pſalmo. 28. ait.
Cedrus, aliquando in bonum accipitur, quia
cedrina ligna immarceſcibilia ſunt atque im
putrida, & earum materia denſa eſt ac odora
ta. Iuxta illud. Iuſtus vt palma florebit. Ali-
quando in malum, quia arbor eſt ſterilis at- *Pſalm. 36.*
que inflexibilis, Iuxta illud Vidi impium ſu
per exaltatum atque eleuatum ſicut cedros
Libani. & iterum. Vox Domini confringens
cedros. Per cedros dæmones intelligit, pro-
pter eleuationē & ſuperbiā illā quæ de cælo *Pſalm. 28.*
eos præcipitauit. Lege Baſi. Pſal. 28. ſermo. 1. *Arabs.*

Arabs, inquit Hiero. lib. 6. cōment. in Iſaiā
ca. 6. aliquādo in bonam partē accipitur, eo
quod tendat ad finem, & oblitus præterito-
rum extendat ſe ad priora. Vnde Iſaias ait.
Nec ponet ibi, nempe in Babylone, tentoria
Arabs. Arabs autem interpretatur occiden-
talis & veſpertinus.

Exploratores, inquit Hiero. Ezechiel. 27. *Explorato-*
ca. in bonā partem dicuntur, quales Moyſes *res.*
miſerat ad explorādam terrā promiſsionis. *Nume. 13.*
Sed & in contrariā, quales apoſtolus vitare ſe *Galat. 2.*
dicit, propter ſubintroductos falſos fratres,
qui intrauerunt explorare libertatē noſtram
quā habemus in Chriſto. De quibus Ioſeph *Geneſ. 42.*
loquitur. Exploratores eſtis, cōſiderare veſti
gia regionis veniſtis, fratres eius intelligētes
crimen eſſe non modicū aliena per inſidias
explorare reſponderunt non ſunt explora-
tores ſerui tui.

Amice.

Ami

Amicus per Antiphraſin inimicum ſignificat, Threnorum 1. Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me. ex Hiero. Threno. 1. & Orige. tracta. 35. in Matth. ait. Hoc nomine amice in vocandi caſu, neminem bonorũ in ſcripturis cognoſcimus appellatum. Ad *Matth. 20* malum enim & non indutum veſtibus nuptialibus dicitur. Amice quid huc veniſti, nõ habens veſtem nuptialem. Malus etiã eſt qui in parabola denarij audit. Amice non facio tibi iniuriam, accipe quod tuum eſt & vade. & ad Iudam dicitur. Amice ad quid veniſti. Hæc ille. In bonam etiam partem inuenitur. Lucæ 14. Amice aſcende ſuperius.

Onus. Onus, ait Hiero. lib. 3. cõment. epiſtolę ad Galat. c. 5. & in bonam & in malam partem puto poſſe accipi. hoc eſt in his qui peccatis grauibus opprimuntur. & in his qui virtutũ leuiora onera ſuſtentant. De peccatis pœnitens in Pſalm. loquitur. *Zachar. 5.* iniquitates meæ eleuatæ ſunt ſupra caput meum, & ſicut onus *Iſaia. 1.* graue grauatæ ſunt ſuper me. & iniquitas, inquit propheta, ſedet ſuper talẽtum plumbi. & Iſaias ait. populus graui iniquitate. De virtutibus, doctrinaq; virtutũ, dominus ait. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Quod autem & doctrina pro onere accipia*Matth. 23*tur perſpicuũ fuit in euangelio. alligãt quippè Phariſæi onera grauia, & quæ portari nõ poſſunt, & ſuperponunt ſuper humeros hominum, ipſi autem vno ea digito nolunt cõtingere. Lege quæ ſcripſi lib. 4. cap. 2.

Mare. Mare, authore Hiero. ca. 3. in bonam partem accipi, Pſalm. 23. teſtimonio eſt, in quo tropologicè eccleſia dicitur, ἡ οἰκουμένη, id eſt orbis terrarum. Ipſe ſuper mare fundauit eum, & ſuper flumina præparauit illum, id *Pſalm. 79.* eſt orbem. Nec nõ & illud quod de vinea dicitur, quæ tranſlata eſt ex Ægypto. Extendiſti propagines eius vſque ad mare. vſque ad mare puto quod in bonã partem poteſt accipi. Et ea quę plena ſunt ſacramẽtis & in profundo poſita (de quibus dicit apoſtolus. O *Roma. 11.* profundum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. & propheta conſonat. De profundis clamaui ad te domine) mare in ſcripturis appellari. Quod *Pſal. 125.* autem & accipiatur in contrario multa teſtimonia ſunt. vt illud Pſal. hoc mare magnũ & ſpacioſum, ibi naues pertranſibunt. & in euangelio quando dominus increpauit ventos & mare, & dixit ei. tace & obmuteſce.

Flumina. Sunt, inquit Hiero. Ezechie. 29. bona flumina, ſunt & mala. bonorum illud eſt exemplum. Fluminis impetus lætificat ciuitatem *Pſalm. 45.* Dei. & qui biberit ex hac aqua, fluent de ventre eius flumina aquæ ſalientis in vitã æternam. Malorum quod Pharao loquitur. Mea ſunt flumina & ego feci ea, in quibus draco habitat. Iterum hæc replicat Habac. capit. 3. Præterea Orige. homi. 13. in Ezech. ait. Scio flumina in quibus draco ſedet, ſuper quę flumina hi qui de Iſrael capti fuerant, ſedentes, cum carmen Sion canere non poſſent, flebant, ſecundũ id quod in Pſalmis ſcriptũ eſt. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fle*Pſal. 136.*uimus. Scio aliud flumen cuius impetus lætificat ciuitatẽ Dei, iuxta Pſalmiſtæ vocẽ dicẽtis. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Quis eſt iſte fluuius lætificans ciuitatẽ Dei. Ieſus dñs noſter iſte eſt, qui ait per Iſaiam. Ecce ego declino ad vos quaſi fluuius pacis. *Iſaia. 66.* Scio ego quoſdam eſſe fluuios repromiſſos, qui ex hoc fluuio manant. omnis qui biberit ex aqua iſta, ſitiet rurſum. qui autem biberit ex aqua quam ego dedero, inquit, Ieſus, non ſitiet in æternum, ſed erit fluuius in eo, fons aquæ ſalientis in vitam æternam. & flumina de ventre eius egredientur. Habes igitur fluuios ſanctos à quibus procul eſt draco. Eſt quidam fluuius quem Draco fecit, dicit quippe draco. mea ſunt flumina & ego feci ea. & comminatur Deus tam Draconi quam fluuijs, in quibus eſt Draco. Audi hæreticum cum omni verſutia prædicãtem needum Chriſtum veniſſe. Ideo diligenter attende cum aquam biberis, ne forte de illo fluuio bibas, in quo ſedet draco, ſed bibe ex aqua viua, & de eo fluuio in quo eſt ſermo Dei, in quo eſt dominus noſter Ieſus.

Clamor, inquit Grego. in expoſitione. 5. *Clamor.* Pſalm. pœnit. aliquando in bona, aliquando in mala ſignificatione accipitur. Clamat enĩ Iuſtus cum operatur iuſtitiam ex deſiderio. clamat & impius cum peccatum iungit peccato. Clamabat Moyſes cum populum de Ægyptiaca ſeruitute liberatum ad terrã promiſsionis per deſertum deduceret. clamabat & populus Gomorrhæus cum ex frequentiſsima peccati perpetratione, Deum ad iracundiã prouocaret. Deniq; Moyſi tacẽti di*Exodi. 14*ctũ eſt à dño. Quid clamas ad me? Vnde quidã nos admonet dicens. auferatur clamor de *Epheſ. 4.* medio veſtrum. & iterum in expoſitione. 2. Pſalm. ait. Quod peccatum clamor ſit, teſtatur ſcriptura quæ dicit. Clamor Sodomorũ *Geneſ. 18.* & Gomorrhæorum aſcendit ad me. & ite*Ibidem.*rum.

Digitized by Google

rum.Deſcendam videre,vtrum clamorē,qui venit ad me,opere compleuerint.

Gigas *Pſalm.18.* *Iſaia.3.* Gigantem,iuxta Hiero.Iſaiæ.3.in bonam partē,hoc eſt de Domino ſaluatore in Pſal. legimus. Exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam.& in Iſaia iuxta.70.Gigantem & fortem.ſin autem legerimus Nēbrod Gigantem qui fuit venator coram Domino.& Gigantes propter quos venit diluuium ſuper terram,in contrariam partē accipiendi ſunt. Lege Auguſt.Pſalmo.87.

Mulus. *Pſalm.31.* Mulus,vt ſcribit Hiero.Iſaiç.66.in ſcripturis dupliciter accipitur. Vel in ſterilitate & continentia, qualibus ſedit Dauid & Salomon,quorum alter interpretatur fortis manu,alter pacificus.3.Reg.1.Vel in mala parte,de quibus dicitur.Noli fieri ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus, quibus præpoſitus erat Doëg.

Naues. Naues,iuxta Hiero. Iſai. 2. in malam partem accipi legimus. Nam habuit Ioſaphat naues quas mittebat in Tharſis,ſed contritę ſunt in Aſiongaber.habuit & Salomon, quę ibant in Tharſis,& poſt tres annos reuertebantur,afferebantque regi,argentum, aurū, ebur & ſimias, ſed quia rex vterque peccauerat,alius deditus voluptati,& externarum gētium amans fœminas.alius ſe cum rege Samariæ copulans,quod vtrumque ad ethnicos & Hæreticos refertur,in quibus nihil eſt aliud, niſi fulgor eloquentiæ,& ſenſus dialectica arte conſtructus, & ſermo mortuus, quod intelligitur in eburneis dentibus, & ſimilitudo *Pſal. 106.* rationis humanæ quod ſentitur in ſimijs. Idcirco in Pſal.legimus.In ſpiritu violento con *Iſaie.18.* fringes naues Tharſis.& Iſai. Væ alis nauiū, quæ ſunt trans Æthiopiam.ſunt ē contrario *Pſal. 106.* & bonæ naues.de quibus & in eiſdem Pſal. dicitur.Qui deſcendunt in mare nauibus, & faciunt opus in aquis multis.

Filij. *Ephe.2.* *Mat.23.* *Iohan.17.* *Iohan.1.* *Gal.4.* Filios,legimus,inquit Hier.Mala. 1.in malam partem. Eramus natura filij iræ. & filij Gehēnæ, quos Pharifæi mare & terris circū itis dignos genuere tormentis. & Iudas proditor,filius perditionis appellatur. & in Hoſea.Filij fornicationis,qui ſunt de matre meretrice,generati.In bonā partem filios legimus.Dedit eis poſtatē vt filij Dei fierent. &, Filioli mei quos iterū parturio donec Chriſtus formetur in vobis.Sed nota quod filius, ſicuti ſeruus,in ſcripturis ſanctis,volūtate fit, nō neceſsitate naturæ.Qui enim ſpiritū adoptionis acceperit in filiū Dei vertitur, qui autē ſpiritum ſeruitutis in timorem,Dei ſeruus efficitur.

Filius hominis. *Pſal.56.* *Pſal.4.* Filius hominis,ſi Hiero.credimus Ezechi. 30.in ſcripturis ſanctis in bonā parte ſemper accipitur,dūtaxat in numero ſingulari. vt in Ezechi.fili hominis & in Daniele & in euangelio,Filius hominis nō habet vbi reclinet caput ſuū.&,filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptū eſt de eo. Alioqui in plurali numero in cōtrariū legitur.vt in pſalmo.Filij hominū dentes eorum arma & ſagittæ.& rurſum.Filij hominum vſq; quo graui corde.Hæc ille. Hoc forte verū eſt in editione vulgata. quia interpres cū hoc nomē filius apud Hebræos ponitur in ſingulari,genitiuus illi adiunctus nēpe Adam,in numero ſingulari ſubnectitur.ſi nomen filius eſt numeri pluralis, genitiuus illi adiunctus,itidē per pluralē numerū transfertur. At iuxta Hebraicā veritatē nunquā,hominū,inuenitur in plurali,caret enim illo,nomē Adā,ideſt,homo. Vnde ipſe Hier. Matth.16.quaſi retractaſſe videtur quod in Ezechi.dixerat,cū inquit. Vbicunq; ſcriptū eſt in veteri teſtamento,filius hominis,in Hebræo,filius Adā poſitū eſt.Illud quoq;quod in Pſal.legitur. Filij hominū vſq; quo graui corde.in Hebręo dicitur,filij Adam.Hęc ille. Porrò quod dicit,Pſal.4.legi, filij Adam. in Hebræis codicibus, non ita eſt, ſed filij vhi. hoc eſt filij robuſtorum ac potentum.Sicuti vice verſa, filius hominis, ſignificat hominem plebeium & vulgarem. Atque ita vocatur Chriſtus, quia ipſum ignobilem, homines reputabāt.Aug.Pſa.8.in huius loci expoſitione.Quid eſt ho. &c. latē philoſophatur quo differant modo,homo & filius hominis.

Piloſus. Hiſpidus & Piloſus in malam partem accipitur. vt quando de Eſau dicitur quod erat piloſus. Cum vero in bonam partem accipitur, virilitatis eſt argumētum.nam cum ſcriptura de Elia loquitur hoc vtitur nomine.ex Hiero.Ezechi.35.

4.Reg.1. *Maleficus.* *Pſalm.57.* Legi,inquit Hiero.Nahū.3.ca. in ſcripturis ſanctis in bonam quoque partem maleficos accipi,vt in pſal.Malefici incantantis ſapienter.ſed ad hoc incantat talis maleficus, vt meretricis Niniue amore deuinctos,ad mētis ſanitatem retrahat.

Phantaſia. Quæramus,inquit Hieronym. Haba.3.ſicubi in ſcripturis Phantaſiam,in bonam partem inuenire poſſumus, & cum raro vel nunquam fuerit inuenta,in malam partem vbiq; interpretabimur.

Quo-

Digitized by Google

Quemadmodum,inquit Hiero.cap. 17.cōmen.
in Ezechi.cætera animantia & ad bonam &
ad malam partem referri ſolent, ita & de a-
Leo. quila & leone. In bonam partem leo dicitur
Apoca.5. Chriſtus, propter mugiētem fortitudinem.
Vicit Leo de tribu Iuda.& in Gene.c.49 Ca
Pſalm.9. tulus leonis Iuda.In contrariam,in Pſal. Inſi
Aquila. diatur in abſconditis, vt leo in cubili ſuo. In
bonā partem de aquila dicitur, quod iuſtus
diues effectus faciat ſibi alas ſicut aquilæ, vt
poſsit reuerti ad domum præceſſoris ſui. &
Iſaia 40. in Iſaia ſcriptum eſt,quod pennas afferant ſi
cut aquilæ,currant & non laſſentur, ambu-
lent & non eſuriant. & Augu. Pſal.49.idem
dicit de leone.Et Orige.homi.11. ſuper Eze
chi.cum hęc dixiſſet,ſubiungit.Vt ego ſuſpi
cor iuſtus non eſt aquila,ſed quaſi aquila,æ-
mulatur quippe aquilam. Et quomodo ſer-
pens æneus typus fuit ſaluatoris, neq; enim
ſerpens erat vere,ſed imitabatur ſerpentem,
Ioan.3. dicente domino. Vt Moyſes exaltauit ſerpē
tem in deſerto. eodem modo iuſtus nō tam
aquila eſt, quam aquilæ ſimilis, quia ei vtile
Matth.10 eſt imaginem aquilæ ſectari. & alibi præce-
ptum accepit vt iuſtus ſit ſapiens vt ſerpens,
non vt fiat ſerpens ſed ne à veri ſerpentis ca
Aquila. piatur āſtutia. Item Hierony. Iob 29.ca. ait.
Aquila aliquādo dicitur in bonam partem,
Deute.23. vt ſicut aquila protegit nidū ſuum.Et in ma-
Iob.39. lam, vt nunquid ad præceptum tuum ele-
uabitur aquila. & alibi erit quaſi aquila ſu-
pra domum dei.Ita Philippus.ibidem.

Torcular. Torcular,vt ſcribit Hierony. Threnorum
1.Iuxta ſcripturæ ſanctæ conſuetudinem in
terdū pro vltione ac ſupplicijs ponitur pec-
catorum.vt, torcular calcauit dominus vir-
gini filiæ Iuda.In bonam partem ſcribuntur
De hoc lib. pſalmi pro torcularibus, octauus, & 83. in
4.ca.3. pro quo torculari,& malis ſupplicia,& bonis prę
pe finem. mia à domino ſaluatore calcantur.quem ſo-
lus ipſe calcauit, nullumque habuit adiuto-
rem. interdū etiam pro congregatione fru-
ctuum accipitur. Ita quoque dicit Iſaiæ 63.

Cor. Cor,inquit Hierony. Threnorum. in bo-
no ponitur & in malo in vnico verſu ſcili-
Pſalm.73. cet. Defecit cor meum & caro mea,deus cor
dis mei & pars mea deus in ſecula. Defecit
cor vtique mala cogitatio. Deus autem cor-
dis, hoc eſt author boni intellectus quia eū
ſine eius gratia non habet.

Sagitta. Sagittæ inquit Hiero. Iſaiæ 49.aliæ ſunt
Iſaiæ 49. ctæ,aliæ non. Vnde propheta. Poſuit me ſi-
cut ſagittam electam. ex quo oſtendit Deū
habere ſagittas plurimas,ſed nō electas, quæ *Pſalm.44.*
ſagittæ prophetæ ſunt & apoſtoli,qui in to-
to orbe diſcurrunt. Sagittæ tuæ acutæ potē-
tiſsime,populi ſub te cadēt.& iterum. Sagit-
tæ potentis acutæ. & Chriſtus de multis ſa-
gittis vna ſagitta electa eſt.qua ſagitta & ſpō
ſa vulnus accipiens,ait. Vulnerata charitate *Canti.4.*
ego ſum.Iterum repetit Habac.cap.3.

Nunquam, dicit Auguſti.libro 22. con- *Miſericor-*
tra Fauſtum capit. 18.in eccleſiaſticis literis *dia.*
miſericordiam in vituperationem poſitam
recolo.

Dicitur,inquit Hierony. Habac. 2. auari- *Auaritia.*
tia mala ad diſtinctionem bonæ, vt ſit bona
auaritia doctoris eccleſiaſtici qui nunquam
ſatiatur multitudine ſectatorum, & quanto
plures habuerit diſcipulos, tanto magis ad
doctrinæ ſtudium concitetur. Hinc Haba-
cuc dicit. Væ qui congregat auaritiam ma-
lam domui ſuæ.

Particeps,inquit Hiero.ad Epheſ.5. in bo *Particeps.*
nam partem, comparticeps in malam ſem-
per accipitur. vt in Pſalm. 44. propter quod
vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis
præ participib⁹ tuis. & alibi. participes Chri *Hebra.3.*
ſti facti ſumus.& ad Ephe. Paulus. Nolite ef-
fici comparticipes eorum.ſed hoc nomen vt
credo alibi nō legitur. Hæc ille. At in cap. 3.
eiuſdem epiſt.nomē cōparticipes inuenitur,
vt ſi Hiero.conſuluiſſet Græca exēplaria vi-
dere potuiſſet. *συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐ-
τοῦ*, ideſt, comparticipes promiſsionis eius.

Carmen,iuxta Grego.homi.9.in Ezechi. *Carmen.*
aliquando in bono aliquando vero in malo
accipi dubium non eſt.quia & lætum carmē
& lugubre carmen dicere poſſumus. Sed ſcri
ptura penè ſemper in proſperis ponere ſo-
let. Veluti cum dominus Iſraeliticum popu
lum de mari rubro liberaſſet ſcriptum eſt,
tunc Moyſes & filij Iſrael cecinerunt carmē
domino.& cùm Dauid de hoſtibus victoriā
reportaſſet, ſcriptum eſt locutus eſt Dauid *2.Reg.22.*
domino verba cantici huius. Salomon quo- *Prouer.25*
que ait. Acetum in nitro qui cantat carmina
corde peſsimo.acetum quippe ſi mittatur in
nitro,ferueſcit nitrum protinus & bullit. &
peruerſa mens quando per increpationem
corripitur, aut pro prædicationis dulcedine
bona ſuadentur,de correptione fit deterior,
& inde in murmurationis iniquitate ſuccen
ditur,vnde debuit ab iniquitate compeſci,&
per Eliu quoque de ingrato, ac de ſe deſpe-
rante dicitur. Et non dixit vbi eſt qui fecit
me,

me,qui dedit carmen in nocte:carmen quippe in nocte eſt lætitia in tribulatione. Carmen in nocte accipimus, quando in preſſuris præſentibus, de futuris gaudijs conſolamur. Hæc ille. Vtitur exemplo ex Ezechi.capit.2. Scriptæ erant in eo lamentationes,& carmen & Væ.ad probandum quod carmen accipitur in bonam partem.ſed non accipitur. *Iob.35.*

Venator. Quantum poſſum, inquit Hierony. Micheæ.5.memoria recolere, nunquam venatorem in bonam partem legi. *Iſmael.* Iſmaël & Eſau venatores fuerunt, & præceſſerunt in typo *Eſau.* populi Iudaici, quorum alter Ægyptię filius eſt,ambulans iuxta carnem & iuxta carnem viuens. Alter primitiua propter lenticulam vendidit,& benedictionibus fratris inuidens, fugat eum in Meſopotamiam. Cōſentit Ambroſ.in comment.Pſalm.118.ſerm.8.verſu. *D.86.cap.* 5.&.6.& iterum Hiero.in Decreti. D.86.ca- *Eſau.* pit.Eſau venator erat. & Nicolaus papa. in capit. Quorundam. D. 34. Aliquando hæc obſeruatio fallit,vt inquit Hiero.in commēt. Ezechielis.capit.28. Venatores,inquit,in ma- *Pſal.123.* lam partem accipiuntur.vt in Pſalmo.anima *Prouer.23* noſtra erepta eſt ſicut paſſer de laqueo venantium.& in Prouerbijs.oculus meretricis laqueus eſt peccatoris.ſunt & in bonam partem ijs contrarij venatores, de quibus ſcri- *Iere.16.* bit Ieremias. Ecce ego mittam piſcatores, & venatores, qui venentur vos de omni colle & monte. Vnde & viculus Petri & Andreæ hoc appellatur vocabulo, Bethſaida enim noſtra lingua interpretatum,domus venatorum,ſonat.

Porta. Portæ,vt ſcribit Hiero.Nahum.3.ſunt ma- *Pſal.9.* læ iuxta illud.Qui exaltas me de portis mortis.Aliæ bonæ,vt annuntiem laudes tuas in portis filiæ Siō.& Amos.5.ait. Duplices portas,mortis & vitæ,vitiorum atq; virtutū, ſæpè in ſcripturis legimus. Vt in Pſal. Qui exaltas me de portis mortis,vt annuntiem laudes tuas,in portis filiæ Sion. Haud dubium quin eccleſiam ſignificet, excelſum montē Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtē, & multitudinem angelorū, & eccleſiam primitiuorum qui ſcripti ſunt in cælis. Qui in portis Sion fuerit exaltatus,portas mortis timere non poterit, de quibus Petrus domino *Mat.16.* loquebatur. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Portas virtutis in alio Pſalmo dicimus. Aperite mihi portas iuſtitiæ,ingreſſus in eas,confitebor domino. hæc porta domini iuſti intrabunt in eam. Deniq; & Sapientia in portis ciuitatis conſiderans,dixit. Quanto tempore obtinuerint iuſtitiam *Amos.5.* non confundentur. Quod dicitur. Odio habuerunt in porta corripientem: portas illas ciuitatis,hoc eſt animæ credentis in Chriſtū, puto eſſe virtutes per quas ad credētes Chriſtus ingreditur.

Defectio, inquit Hiero. Sophoniæ. 1. in *Defectio.* bonam partē accipitur, iuxta illud. deficiens mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, ſenex & plenus dierum. Quid ſi quis oppoſuerit aduerſum hoc, illud quod de Iſmaël ſcriptum eſt. Hi ſunt anni Iſmaël centum triginta & ſeptem,& deficiens mortuus eſt, & appoſitus eſt ad genus ſuum. Reſpondebimus ei primùm,& ipſum Iſmaël filium eſſe Abraham,& accepiſſe dona & partes à patre,ſecūdum menſuram ſuam. Deinde abſolute ſcriptum. Deficiens mortuus eſt, & non addi quod ſcriptum eſt de Abraham, in ſenectute bona, ſenex & plenus dierum, & appoſitus eſt ad populum ſuum.ſiue de Iſaac. Fuerunt *Gene.35.* autem dies Iſaac quos vixit anni centum.85. & deficiens mortuus eſt, & appoſitus eſt ad genus ſuum,ſenex, & plenus dierum. Necnō & Iacob. & ceſſauit Iacob præcipiens filijs ſuis,& leuans pedes ſuper lectum defecit, & appoſitus eſt ad populum ſuum. ex quo intelligimus aliud eſſe tantum deficere, aliud cum defectione plures pariter habere virtutes.

Zelus,inquit Euthy. Pſalm.67. in bonam *Zelus.* partem vocatur iuſta indignatio, velut illa quam concepit Chriſtus,cum ementes & vēdentes eiecit è templo.quia nullam Dei templo reuerentiam exhibebant. & Pſal. 72. addit. Per zelum in malam partem iram intelligimus,quæ à recta ratione aduerſus aliquid irrationabiliter,factum proficiſcitur. & Hiero. Nahum.1.ait.Zelus in bonam partem accipitur.vt,zelamini chariſmata meliora. & zelor *1.Cor.12.* vos Dei zelo. & Dominus in Pſal. 68. zelus *2.Cor.11.* domus tuæ comedit me.& Elias inquit, zelo zelatus ſum Domino omnipotenti,& Simo- *3.Reg.19.* nem Zelotem apoſtolum Chriſti,quem Marcus, Simonem Cananęum appellat,legimus. In malam partem. Deus æmulator & vlciſcēs Dominus. Lege Orige.Pſalm.36.& Ambro. Pſal.118.ſerm.18.

Æmulatio, vt inquit Grego.ſuper cāti. ca. *AEmulatio* 8.& in bonum & in malum accipitur. In bonum ſicut cum per apoſtolum dicitur. Æmu-

laminí charíſmata meliora. In malum autem
aſſumitur, vbi per Samuelem Sauli dicitur.
Auferetur à te regnum,&dabitur ęmulo tuo,
æmulus quippe eius Dauid dicitur, cui Saul
inuidere non ignorat. Præterea Euthy. Pſal.
36. ait. Æmulari & in bonam & in malam
partem accipitur. Quia prauos aliquando, ali
quando bonos æmulamur. Primam æmula-
tionis ſpeciem auertiť propheta, inquiens.
Noli æmulari malignantes. Nam æmulari
ad bonum rectum eſt. Hieronym. quoque in
commenta. epiſt. ad Galat. capit. 4. ait. Æmu-
lantur bene, qui cum videant in aliquibus
eſſe gratias, dona, virtutes, ipſi tales eſſe deſi-
derant, & fidem induſtriamq́; eorum nitun-
tur imitari, vt poſsint ea quæ æmulatione di-
gna ſunt conſequi. De quibus & apoſtolus
ait. Æmulamini ſpiritualia, magis autem vt
prophetetis. Ac deinceps, ſic & vos quoniam
æmulatores eſtis ſpiritualium, ad ædificatio-
nem eccleſię, quęrite vt abundetis. Et iterum.
Fratres æmulamini prophetare, & loqui lin-
guis nolite prohibere. Æmulantur non bene,
qui non tã ipſi cupiunt eſſe meliores, vt imi-
tentur eos qui æmulatione digni ſunt, quam
illos ipſos volunt facere peiores, & retrorſum
trahere æmulatione peruerſa. V. g. ſi Chriſtia
nus quiſpiã, legit Moyſen & prophetas ſcit
omnia in vmbra & imagine illi populo præ-
ceſsiſſe, ſcripta autẽ eſſe propter nos in quos
fines ſeculorum decurrerunt. Circunciſionẽ
non tam præputij quã aurium & cordis, intel
ligit, qui reſurrexit cũ Chriſto & ea quęrit quę
ſurſum ſunt, liberatus eſt ab onere & ſeruitu-
te legis, ne tangas, ne guſtes, ne attamines, im
perantis. Huic ſiquis ſcripturarum verbis vo-
luerit perſuadere, vt non per Tropologiã, ſed
per occidentem literam quæ ſunt ſcripta ſu-
ſcipiat, vt in manifeſto fiat Iudæus, nõ in oc-
culto, æmulatur eum nõ bene, ſed cõcito cur-
ſu ad maiora gradientẽ retrahere feſtinat, vt
ſe potius æmuletur qui retrorſum vadit, aut
Pſalm. 36. certè vt multũ vltra non promouet. De zelo
& æmulatione peruerſa dicitur in Pſal. Noli
æmulari in malignãtibus, & apud Paulũ. Æ-
mulantur vos non benè. Inuenimus & alium
zelũ quo zelati ſunt filij Iacob Ioſeph fratrẽ
ſuũ, & Maria & Aaron amicũ domini Moy-
Num. 25. ſen. Neque enim aut hi aut illi vt meliores eſ-
ſent, Ioſeph & Moyſen, ad zelũ ſunt concita
ti, ſed quia dolebant illos eſſe meliores. Iſte
zelus inuidiæ vicinus eſt. Bonum zelum legi
mus Phinees, Eliæ, Mathathiæ, apoſtoli Iudę,
ſed non proditoris, qui ob inſignem zeli in ſe
virtutem, etiam Zelotis nomen accepit. Ma- *3. Reg. 19.*
lum autem vt Cain & Habel, eſt & medius ze *1. Mach. 2.*
lus qui nec in bonam nec in malam partem *Iudas Zelotes cur nocetur.*
accipi poteſt, videlicet Zelotypia.

Quantum ego exiſtimo, inquit Hieron. in
comment. in Eccleſi. capit. 11. ſemper in bo- *Auſter.*
nam partem accipitur Auſter. Vnde in canti *Aquilo.*
co canticorum. ca. 4. dicitur. Exurge Aquilo,
hoc eſt recede & abi, veni Auſter perfla hor-
tum meum, & in Eccleſiaſte. Si ceciderit lig-
num, ſiue ad aquilonem ſiue ad auſtrum, vbi
ceciderit ibi erit. Et Grego. ho. 13. in Ezechi.
ait. Auſter ventus quod in ſancti ſpiritus ty-
po poni ſoleat, hi qui in ſacro eloquio ſtudio
ſi ſunt recognoſcunt. Sicut è contrario per
Aquilonem, ſæpe diabolus deſignatur, quia
& ille relaxat in calore, iſte conſtringit in fri-
gore. Lege Auguſt. epiſt. 120. capi. 22. & lib.
annotationum Iob. cap. 38.

Viſitare in bonã & in malam partem acci *Viſitare.*
pitur. Nam viſitare, inquit Hiero. Iere. 32. cõſo
lationẽ ſignificat, ideſt, alicuius recordari vt ei
faueas. Gen. 21. Viſitauit dominus Saram, vt
ei promiſit, & ca. 50. Deus viſitabit vos & aſ-
cendetis, & Pſal. 8. Quid eſt homo quod me-
mor es eius, aut filius hominis quia viſitas eũ.
Capitur quoq́; , vt inquit Hiero. Amos. 3. pro
vlciſci aut punire in ſcriptura, & viſitatio vo-
catur flagellum, ſeu ſupplicium, veluti apud
Hoſeam. Iudicium domini cum Iuda, & viſita *Hoſ. 12.*
tio ſuper Iacob. & Amos. 3. tantũmodo cog-
noui vos ex omnibus cognationibus terrę, id
circo viſitabo ſuper omnęs iniquitates ve-
ſtras. Pulchrè ait viſitabo, & non percutiam;
quia plaga Dei viſitatio eſt, atque curatio.
Hoc etiam repetit Hoſeę. 12. cap. At in com-
ment. Ezechi. capit. 9. his addit, omnis viſita-
tio vltio eſt, quaſi ægrotantis quaſi habentis
vulnera, quaſi medicas ſpectantis manus. Vn *Ezechi. 9.*
de dicitur appropinquauerunt viſitationes
vrbis. Et in Pſalm. viſitabo in virga iniquita-
tes eorum, miſericordiam autem meam non
auferam ab eis.

Ni fallor, inquit Hierony. in comment. Ec- *Torrens.*
cleſi. cap. 1. abſque additamento torrens nuſ-
quam in bonam partem legitur. Nam cum
dicitur. De torrente voluptatis tuæ potabis
eos, cum additamento dicitur voluptatis. Et
è contrario Saluator ad torrentem traditur
Cedron. & Elias perſecutionis tempore ad
torrentem Carith latitat. Nec ab hac diſsi-
det ſententia Theophy. in commenta. Haba.
cap. 2.

Digitized by Google

cap.2.Dominus ipſe in ſcripturis fluuius di-
ctus eſt,imo & torrens appellatur. vt in Iſaia
cap.60.Ecce ego ſupra ipſos effluam vt flu-
uius,& quaſi torrens inundans gloriam gen-
tium. Eſt autem torrens, vt inquit Auguſt.
Pſalm. 35. aqua veniens cum impetu, & ca-
pitur pro graui tentatione quæ eſt in perſecu
tionibus,vt eodem loco ait Ambroſius.

Lacus. Hoc nomen lacus, inquit Baſili. Pſalm. 7.
verſus finem, apud ſcripturam raro in bonã
partem. Vt puteus nunquam in malam. La-
Puteus. cus eſt in quem Ioſeph deiectus eſt à fratri-
bus, & cum cædes facta eſt à primogenito
Pharaonis, vſque ad primogenitum captiuę
quæ erat in lacu. & in Pſalmis. Deputatus
ſum cum deſcendentibus in lacum.& in Iere-
mia.Me dereliquerunt fontem aquæ viuę,&
effoderunt ſibi lacus pertuſos & confractos
qui non poterunt aquam continere. & apud
Danielem lacus leonum deſcribitur,in quem
ipſe coniectus eſt.Puteum autem effoderunt
Abraham & ſerui Iſaac,& ad puteum profe-
ctus eſt Moyſes. & mandatum à Salomone
accepimus, vt aquam bibamus ex vaſis no-
ſtris, & ex fonte puteorum noſtrorum.De-
nique ſeruator noſter apud puteum cum Sa-
maritana de diuinis myſterijs eſt locutus.
Cauſam vero cur lacus ad peiora, puteus ve-
ro ad meliora vſurpatur hanc eſſe exiſtima-
mus.Quod aqua in lacu extranea quodam-
modo cadenſque è cælo eſt.in puteis verò a-
quarum venæ ſeſe produnt.

Aſtutia. Aſtutia,inquit Aug.epi.29.apud Latinos
rariſsime in bono,in ſcripturis frequẽtiſsimũ
eſt.Prouer.1.vt detur paruulis aſtutia. Lege
Baſilium in præfa.Prouerbiorum.

Aqua. Sunt aquæ inquit Hierony.Ezechi.47.ſa-
cræ,quæ oriuntur ex latere dextro templi
ad Meridiem, quæ ſaluatoris noſtri ſignifi-
cant doctrinam. Iuxta illud quod ſcriptum
Iſaie.2. eſt.Repleta ſunt omnia ſcientia domini,ſicut
aqua multa operiens mare. De his aquis &
Zacha. 14 Zacharias vaticinatus eſt, dicens. In die illo
egredietur aqua viuens de Ieruſ. & medium
eius in mare primum, medium autem illius
in mare nouiſsimum. De his aquis ad Samari
Iohã.4. tanam Dominus loquebatur. Si ſcires quis
eſt qui dicit tibi,da mihi bibere, forſitan pe-
tiſſes eum & dediſſet tibi aquam viuentem.
Et iterum.omnis qui bibit de aqua iſta, ſitiet
denuò,qui autem biberit ex aqua quam ego
dabo ei non ſitiet in æternum. & in tẽplo cla
Iohan.7. mabat ac dicebat. Si quis ſitit veniat ad me
& bibat.Qui credit in me,ſicut dicit ſcriptu-
ra,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ,
hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi
erant credentes in eum.iſtę ſunt aquę de qui
bus propheta loquebatur in Pſalm. ſuper *Pſal.22.*
aquas refectionis educauit me. & Ezech. Aſ *Ezechi.36.*
ſumam vos de gentibus & de terris & aſper-
gam ſuper vos aquam mundam, & munda-
bimini ex omnibus immunditijs veſtris. ap-
paruerũt enim fontes aquarum. & in Pſalm. *Pſal. 92.*
canitur.Eleuauerunt flumina domine, eleua-
uerunt flumina voces ſuas à fluctibus aqua-
rum multarum. mirabiles elationes maris.
Iſtæ ſunt aquæ Siloë quæ vadunt cum ſilen-
tiọ,de quibus loquitur Iſaias.Haurietis aquas *Iſaia.8.&*
de fontibus Saluatoris.& Pſalmiſta. Benedi- *12.*
cite Domino de fontibus Iſrael, & Iſajas de *Pſal.67.*
domino Saluatore. Iſte habitabit in excelſa *Iſaia.33.*
ſpelunca petræ fortiſsimæ,panis ei dabitur &
aqua illius fidelis.erupit enim in deſerto aqua
& vallis in terra ſitienti. Diciturque creden-
tibus.Noli timere quia redemi te, meus es tu,
& ſi tranſieris per aquam tecum ego ſum. Et
rurſum.Qui ſititis,ite ad aquã.& per Iere. lo- *Iſaia.55.*
quitur Deus.Duo mala fecit populus meus, *Iere.2.*
me dereliquerunt fontẽ aquæ viuę & foderũt
ſibi lacus qui aquã cõtinere non poſſunt.Sũt
etiam aquæ amaræ,aquæ peſsimæ ad quas Ie
re.nos prohibet accedere dicens. Quid vobis *Iere.2.*
& viæ Ægypti vt bibatis de aquis Geon?quę
Hebraice dicuntur turbidæ & cœnoſæ. De *Iere.9.*
quibus iratus ſuper hæreticis loquitur Deus.
Ecce ego cibabo eos anguſtijs, & dabo eis
potum aquam fellis,in qua draco regnat Æ-
gyptius,qui dicit. Mea ſunt flumina, & ego *Ezechi.29*
feci ea,qui omne excelſum videt, & ipſe eſt
rex eorum qui in aquis ſunt. Vnde vir eccle- *Pſal.68.*
ſiaſticus dominum deprecatur & dicit. Sal-
uum me fac Domine quoniam intrauerunt
aquæ vſq; ad animam. & iterum. Libera me
ab his qui oderunt me, & de profundis aqua
rum,non me præcipitet tempeſtas aquæ. &
iterum. Cum iraſceretur furor eorum in nos *Pſal. 123.*
forſitã aqua abſorbuiſſet nos,& ſpõſa. Aqua *Canti.8.*
multa non poterit reſtinguere charitatem,
& flumina non demergent eam. Iſta eſt
aqua de qua dicit Hoſeas. Contempſit me *Hoſe.6.*
Galaad ciuitas quæ operatur vanitates, con-
turbans aquam.& fortitudo eius viri piratæ.
Hæc aqua alio nomine vocatur Mara, ideſt,
amaritudo,in qua lignum crucis mittitur, & *Vetus lex*
amara vertũtur in dulcia.Cõſidera legẽ Moy *amara ſine*
ſi, ſi intelligatur iuxta ſenſum carneum lu- *ſpiritu.*

dæorum, quomodo amara ſit, effodiens oculum pro oculo, dentem pro dēte, vide in Thamar fornicationem, & Hoſeam iunctum for-
Ierem. 13. nicariæ, Ieremiæ περίζωμα, Moyſi vxorem
Num. 12. Æthiopiſſam, & interfectiooem Aegyptij, &
Exod. 2. milie alia quæ ſi intelligamus iuxta occidentem literam, & non iuxta ſpiritum viuificantem, amara ſuot, & lectorem non tam ædificant, quam deſtruunt.

¶Quod ex animantibus trahantur variæ ſimilitudines, quibus ſignificantur virtutes aut vitia ineſſe hominibus, iuxta literam & Tropologiam.

C A P. III.

Diuina ſcriptura, inquit Chryſo. ho.
De hoc lib. 13. & 23. in Gen. ptopter affectio-
10. Reg. 6. nes varias interturbantes, ab irra-
in fine. & tionalibus & à feris cognominatio-
47. nes, his qui ratione inſigniti ſunt, imponit. Interdū canes ob impudētiam & impetū vocat,
Iſaie. 56. dicēs. Canes muti non valentes latrare. Inter-
Iere. 5. dū ob libidinem, equos. Equi, inquit, in ſanientes, vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui. Interdū aſinos ob ſtupiditatem & ruditatem. Cō-
Pſalm. 48. paratus eſt, inquit, iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Interdum verò leones & pardos vocat, ob rapacitatem & habendi auiditatem. Aliquando verò aſpides ob fraudu-
Pſalm. 13. lentiam. Venenum, inquit, aſpidum ſub labijs eorum. Nonnunquam ſerpentes & viperas ob latens venenū & malitiam, ſicut & Iohan. clamabat dicens. Serpentes progenies viperarum, quis vobis demonſtrabit fugere à ventura ira? Inſuper & alia affectionibus reſpondentia nomina imponit, vt ſic vel tarde confuſi ad ſuam aliquando redeant nobilitatem, & ſuo generi cōfœderentur, affectionibuſq; ſuis diuinas leges præferant, quibus ſe ſe delinquendo permiſerunt. Et homi. 12. ad populum Antioch. inquit. Multum lucri licet à brutis ad morū correctionem colligere. Sic Chriſtus ait, eſtote prudentes ſicut ſerpētes, & ſimplices ſicut colūbæ, & rurſum. Reſpicite volatilia cæli quæ non ſerunt, neq; me-
tont, & Iſai. cognouit bos poſſeſſorem ſuum,
& aſiuus præſepe dñi ſui, Iſrael aūt me non co- *Iſaie. 1.*
gnouit, & Iere. Turtur & hirundo agri auicu-
læ cognouerunt tēpora ingreſſoiſſui, populus *Iere. 8.*
vero meus non cognouit iudicia domini. Ab illis animalibus diſce virtutem exercere, à cōtrarijs vitium fugere. Sicut enim laborioſa res apis, ſic pernicioſa aſpis, malitiam eius auerſeris, ne audias. Venena aſpidis ſub labijs eorū. Et Euthy. Matth. 19. inquit, ſolet frequenter ſcriptura ab eodem animali differentes oſtendere comparationes, quando illud bonas ſimul ac malas habet conditiones. Nam Chriſtus dicitur leo propter regiam dignitatem
& inexpugoabilem. Recumbens, inquit, dor- *Gene. 49.*
miuit vt leo. Iuſtus etiam leo vocatur. Iuſtus *Prouer. 28*
ait, vt leo coofidit. Præterea diabolus leo dicitur, eo quod immitis ſit & ſanguinem bibat, & in euangelio in bonum ſerpeotes atq; colūbæ accipiutur, eſtote prudentes ſicut ſerpētes & ſimplices ſicut colūbæ, & reprobantur Iudæi tanquā ſerpentes & viperarū progenies, & male audit Ephraim, quaſi columba de-
mens quæ non habet cor. Item Hierony. So- *Hoſee. 7.*
pho. 1. ait. Pro qualitate & diuerſitate peccati, alius aſſimilatur Pharaoni, alius Nembroth giganti. E contrario per booa opera atque virtutes, quia & virtutum itinera ſunt diuerſa, ille ſpiritum aſſumit Abraham, hic Moyſi,
alius Eliæ, ideo dicitur in Daniele ad populū *Danie. 13.*
Iudæorum. Semen Canaan & non Iuda, & ad
Ieruſalem. Pater tuus Amorrhæus, & mater *Eze. 16.*
tua Cethea, quam ob rem ab apoſtolo dicitur, æmulamini chariſmata meliora, & Ezechi. cap. 2. ait. Vnuſquiſque pro moribus ſuis ſortitur in ſcriptura nomen, ſcribis & Phari-
ſæis dicitur. Generatio viperarū, & de Hero- *Matth. 23.*
de qui verſipellis erat. Ite & dicite vulpi huic, *Luc. 13.*
& corde indomabili Iudæi, ſcorpiones eſſe di-
cuntur ab Ezechi. cap. 2. Vnde in Euangelio *Iohann. 10*
legimus, omnes qui ante me fuerunt fures & latrones, & non audierunt eos oues, ex quo oſteoditur eos qui audierint fures & latrones, ouium vocabulū perdidiſſe, & alia aſſumpſiſſe nomina, vt non quaſi oues perierint, ſed quaſi viperę, vulpes, & ſcorpiones. & lib. 6. cōment. Iſaiæ. ca. 14. inquit. Mores hominū ſub typo diuerſorum animantium commonſtrātur, vt Sadducæi propter nequitiā genimina viperarum. E cōtrario iooocentes, colūbæ vocantur & oues. Hęc omnia deſumpta ſunt ex Orige. Lege Cyril. li. 3. Theſau. ca. 1. Præterea Theophy. ad Colo. 3. ait, ſcriptura equos, ca-
nes

Digitized by Google

nes & vulpes nominat eos qui voluntatis & morum ſuorũ nomine, huiuſcemodi belluis adæquantur. Ad hunc modum arbitror intel- *Plato in Phadone.* ligendum Platonem in Phædone, ſiue de Anima, qui cum loquitur de animabus quæ iterum ad corpora redeunt, ait. Indount in illo corpore mores, quales in vita exercuerunt. eos quidem qui ventri dediti per inertiam atque laſciuiam vitam egerunt, nec quicquam penſi aut pudoris habuerunt, decens eſt aſinos ſimiliaque ſubire. Qui vero iniurias, tyrãnides, rapinas præ cæteris ſecuti ſunt, in luporum, accipitrum, miluorũ genera, par eſt pertranſire. ſimiliter & in cæteris. Abeunt enim in genera quælibet, quibus in vita mores ſimiles contraxerunt. Et Tertulli. cõtra Iudęos. ca. 4. ait. Hoc eſt vſitatum iu ſcripturis figurate vti tranſlatione hominum ex comparatione criminum. vt principes Sodomorum, populus Gomorrhæ. cũ iam illæ ciuitates eſſent *Iſaia. 1.* extinctæ. & per prophetam ad Iraël dicit. Pater tuus Amorrhæus, mater tua Cethea. quòrum ex genere procreati non ſunt, ſed ob ſimilem impietatem, & Babylon Romanæ vrbis figuram portat apud Iohãnem. Hæc ille. & iuxta Petrum. 1. Petri vlt. vt aiunt Hiero. in Marci vita, & Euſebius. Deniq; Baſilius homi. de ira, ait. Nouit ſcriptura eos qui ira tenẽtur, ferarum appellatione vocare, quibus ſeſe ob peruerſitatem ſimiles reddiderunt. Nam & canes & ſerpentes & genimina viperarum, & his ſimilia, nominat. Qui enim ad mutua ſemper inter ſeſe parati ſunt inferenda incommoda, iurè feris adſcribi poſſunt, quibus ex natura continuum aduerſus homines odium eſt. Multa exempla de hac re affert Baſi. in Exaëmero. præcipuè hom. 8. & 9.

¶De comparationibus illis quas ſcriptura admittit.

CAP. IIII

Metaphora differt à Similitudine. nã metaphora breuior eſt quam ſimi- *Similitudo* litudo, eoq; diſtat. quod ſimilitudo cõparatur rei quã volumus exprimere, vt tãquã agnus ad victimam ductus eſt. & in Pſalm. tranſmigra de monte ſicut *Metaphora* paſſer. Metaphora pro re ipſa dicitur. vt, vicit leo de tribu Iuda. Chriſtus vocatur leo in illo loco. & agnus & lapis. & poteſtas gubernãdi alios, vocatur gubernaculum. vt Prouerb. in- *Prouer. 1.* telligens gubernacula poſsidebit. Vnde tunc *Cõparatio.* erit comparatio, cũ dico feciſſe quid hominẽ vt leonẽ. tranſlatio cum dico de homine, leo eſt. Hoc tamen præceptũ non ſemper ſeruatur in ſcripturis, quia ſæpè ſubaudienda venit particula, vt. Veluti in Pſal. tranſmigra de mõte paſſer. pro ſicut paſſer. & in Gene. catulus leonis Iuda. de hoc li. 8. c. 8. Porrò nota q Hebræi ſua conficiunt cõparatiua per prępoſitionẽ Men. ideſt ab, (quam interpretes aliquando vertunt, quã) poſitiuis ſubiunctã. vt bonus ſum ego à patribus meis. id eſt melior quã patres mei. & Iſaiæ. 54. Multi filij deſertæ. & in Pſal. 117. Bonum eſt confidere in domino, (ideſt, melius eſt) quã confidere in homine. & bonũ eſt ſperare in domino quã ſperare in principibus. & Mat. 18. bonũ eſt tibi ad vitã ingredi debilẽ & claudum, quã duos pedes habentẽ mitti in Gehennam. & alibi. *Luca. 18.* Amen dico vobis diſceſsit hic iuſtificatus ab illo, ideſt, magis quã ille Phariſæus qui ſanctitatem ſibi vendicabat. & in Eccleſiaſte. cap. 7. bona eſt ſapientia cũ hæreditate & amplius vidẽtibus ſolem, ideſt, melior eſt ſapiẽtia opibus iuncta, hominibus viuentibus, &c. & parum infra. bonũ eſt nomẽ ſupra oleũ. Si Ambro. hunc canonem animaduertiſſet. nunquã tam vehementer in lib. de Fuga ſeculi. cap. 7. nec ſic opinatus eſſet. Qui cũ legiſſet in libro Geneſeos, vbi in vulgata editione nos legimus. Maledictus es inter omnia animãtia & beſtias terræ. & in codicibus ſeptuaginta interpretũ legiſſet, Maledictus tu ab omnibus pecoribus terræ, non aduertens Hebraiſmũ hunc, præ omnibus ſignificare, inquit. quod ſerpens maledicendus diriſq; deuouẽdus ab omnibus animantibus terræ ſit, eo quod malorum noſtrorũ omnium origo ac cauſa fuerit. nam propter illam.

πλέη μὲ γὰρ γαῖα κακῶν, πλέη δὲ θάλασσα *Heſiodus in georgi.*
νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, αἱ δ' ἐπὶ νυκτί.

Hoc eſt.

Innumeraq; etiam mortale vagantur
Per genus, infanda ſpecies, quibus æquora & olì
Terra infecta tumet, morbi noctesq; diesq;.

Ambro. verba, ſatis obſcura & inuoluta, hæc ſunt. Manet maledictio directa in ſerpẽtem propter tuam deceptionem ò Satana. ſic enim dictum eſt ad eũ. Maledictus tu ab om- *Gene. 3.* nibus pecoribus terræ. omniũ enim communis inimicus eſt, qui fuit hoſtis bonorum, &

pro his damnatur quos adhuc non læſerat, quoniã qui hominem læſit, cui omnia ſubiecta ſunt, læſit omnia, communem etenim legem ſoluit, qua & ipſe homini cũ cæteris ſubditus eſt, ideo communi odio omnium atq; execratione maledictio eius oneratur.

Conſtituunt etiam comparatiuum abſq; vlla cõparationis nota, cum impoſsibile aut difficile, impoſsibili aut impoſsibiliori cõparant, neq; comparãs aut comparatum, niſi ex ſententia cognoſci poſſunt, vt Iſaiæ. 51. Cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimẽtum atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt, ſalus autem mea in ſempiternum & iuſtitia mea non deficiet. Comparatum eſt, ſalus mea, comparans, cæli. At ex Antitheſi quã facit particula, autem, aliquantum fit nota comparatio, ad hunc ſenſum. Citius liqueſcẽt cæli, & habitatores terræ interibunt, quam auxilium quod ego præbeo meis deſit, & iuſtitia mea deficiat. Hoc typo comparationis Chryſtus eſt vſus in euangelio. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Hoc eſt. Citius ad nihilum cælum ac terra redigentur, quam verba mea ſint irrita ac vana, & Matthæ. 12. Miſericordiam volo non ſacrificium. Adhuc tertio modo ſua conficiunt comparatiua, vt comparanti notam comparationis apponant, non autem comparato, vt Iſaiæ. 57. ſicut aqua maris quæ quieſcere neſcit, ſed limo & luto turbatur, nõ eſt pax impijs. Hic comparans eſt aqua maris, comparatum verò impij, ad hunc ſenſum, ſicut aquæ nunquam quieſcunt, ſed limo ac luto turbantur, ſic nulla eſt quies impijs, & Pſalm. 101. Initio domine terram fundaſti & opera manuum tuarum ſont cæli, ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, &c. & Iſaiæ. 25. cap. ſicut æſtus in ſiti, tumultum alienorum humiliabis. Quarto comparato notam comparationis apponunt, comparanti minimè, vt Iſaiæ. 7. Quum enim ille, ſcilicet Aſſyrius, ſagittis & arcubus veniet, ecce comparans eſt abſque comparationis nota. At comparatum habet, nempe. Sic vepres & ſpinæ erunt in vniuerſa regione, & Iohan. 3. ſpiritus vbi vult ſpirat & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat, ecce hoc totum comparans eſt, omni nota comparationis carens. Sed cum ſequitur, ſic omnis qui ex ſpiritu naſcitur, nota comparationis eſt dictio, ſic. Ad hunc ſenſum. Quemadmodum ventus quo

De hoc li. 8 cap. 8. diſſerui.

rapit impetus fertur, ſic ſpiritus Dei, quos vult inſtruit.

Eſt quoddam genus comparationis peculiare ſcripturis, atque ideo annotari debet ad intelligentiam earum, de quo Hiero. ad Damaſum in expoſitione parabolę de filio prodigo, ſic ſcribit. Cum aliquis comparatione alterius iuſtificatur, aut aliquis aliquem iudicat, iuſtus vterq; nõ eſt. Vt Sodoma iuſtificatur ex peccatis Ieruſalẽ, non quod ipſa ſit iuſta, ſed quod maioribus delictis fiant illa minora delicta, ita & hominũ iuſtitia Deo collata non eſt iuſtitia. Et in Q. in Gene. ait. Iudas de Thamar, dicit, iuſtificata es ex me, non q iuſta fuerit, ſed quod comparatione illius minus mali fecerit, nequaquam vaga ad turpitudinem, ſed liberos requirendo, & lib. 1. aduerſus Iouinianum ait, bonum eſt illud naturaliter, quod comparationem non habet mali, & quod prælatione alterius non obumbratur. Vide Baſil. Pſal. 7. & Augu. lib. de mendacio ad Conſentium.

Ezech. 16.

Plurimorum ſcriptorum conſtans opinio eſt, non ſolum à Chriſto in poſtremo mundi tempore exercendum eſſe iudicium, ſed etiã à ſanctis præcipuè his qui paupertatem ſuſtinent ſpontaneã, & qui mundi faſtum à ſe abdicantes totos ſe Deo manciparunt. Quales apoſtoli ac apoſtolorũ aſſectatores ſunt. Iuxta illud domini. Vos qui ſequuti eſtis me, ſedebitis & vos ſuper. 12. ſedes, iudicantes. 12. tribus Iſrael. Quod non tantum illi apoſtolorum choro promiſſum eſſe arbitrandum. Alioqui Paulus qui plus omnibus laborauit, & Mathias ab hoc excludendi eſſent numero. Ideò per. 12. tribus omnes nationes, per apoſtolos, omnes illos intelligamus electos, qui relictis rebus omnibus & ſuppellectilibus ſuis, dominum ſequuntur. Hi, inquiunt, cum Chriſto, non ſolum cooperatione, ſed poteſtate & authoritate iudicium exercebunt. Hæc paucula collegimus ex magiſtro ſententiarum. d. 74. libri quarti, ex Gregor. libr. 10. moral. cap. 30. & Auguſt. Pſalm. 49. & lib. 20. de Ciuita. Dei. cap. 5. & ex Sanct. Thoma. Verum hanc ſententiam tot articulis diuidunt, vt arduum ſit liquido quid velint dicere, aſſequi. Porro ſoli Chriſto tribuendum eſſe iudicium, nec vllius ſocietatem etiam angeli admittendam, non obſcurum eſt, his qui diuinos non oſcitanter euoluerint libros. Nam hæc prærogatiua data fuit illi ob immenſos illos labores quos in noſtra redemptione exantlauit.

Quæſtio Theologica

Mat. 19.

Digitized by Google

antlauit. Poteſtatem, inquit Iohann.cap.5.de
dit iudicium facere, quia filius hominis eſt,
& iterum, omne iudicium dedit filio, vt om-
nes honorificent filium ſicut honorificant
patrem. In quorum locorum expoſitione in
quit Euthy. Dictiones ſic, ſicut, & ſimiles, in
increata quidem Trinitate æqualitatem ſig-
Sic.& ſicut in diuinis quid ſignifi cent. nificant, vt omne iudicium, &c. & iterum. Io-
han.7.&.16.& Theophy.Iohan.17.& Chry-
ſoſtom.hom.48.&.49. ſuper Iohannem. At
quod Chriſto ſecundum quod homo & ec-
cleſiæ caput, iudicium ſit tribuendum, abun-
dè docet. S.Thom.3.part.q.59.art.2. Si igitur
ex hac incorrupti iudicij functione, huius
ſuppoſiti tam humani quam diuini aperta co
gnitio proficiſcitur, cauendum erit ne piacu-
lum haud quaquam à pijs ferendum admitta-
mus, ſi ei, diuino repugnante oraculo iudicij
comites, quos corruptis tantum iudicibus da
mus, tribuerimus. Vt tamen hæc clarius intel
Iudicare in ſcripturis quid ſignifi cet. ligas, ſcito quod iudicare in ſcriptura aliquã-
do ſignificat condemnare, cum videlicet ali-
qui inter ſeſe collati ex illorum inter ſe com-
poſitione, alter æquus & ſanctus, alter verò
ſceleratus & iniquus apparet. Sic apoſtoli
cum eſſent totius eruditionis expertes, ante-
quam à Chriſto vocarentur, ſcripturas de
Chriſto ferentes teſtimonium intellexerunt,
atq; illis teſtimonium adhibuerunt, reos per
agent Phariſæos legis & prophetarum cal-
lentiſsimos, qui relinquentes fontem peren-
nem euangelicæ doctrinæ, fecerunt ſibi lacus
contritos traditionum ſuarum, hac & illac
perfluentes, nec valentes aquas diuinæ do-
ctrinæ continere. Hoc ſignificauit Matth.c.
19. cum inquit. Sedebitis iudicantes. 12. tri-
Luca. 11. bus Iſrael. Similiter cum dicatur, Viri Nini-
Math. 12. uitæ & regina Auſtri ſurgẽt in iudicio & con
demnabunt Iudæos, propterea quod hęc à fi
nibus terræ acceſsit vt audiret ſapientiam Sa
lomonis, illi verò audita prædicatione Ionæ
ipſi obtemperarunt, cum Iudæi germanũ dei
filium tot miraculis editis clarum, non ſolum
contempſerint, verum etiam contumelijs in-
numeris affectũ, occiderint. Præterea pecca-
Oolla. ta Oolla, id eſt, Samariæ, cũ ſceleribus Ooli-
Oliba. ba, id eſt, Ieruſalem collata quodãmodo vidẽ
tur iuſtam oſtendere Samariam, eo quod Ie-
ruſalem vberiori prophetarũ doctrina fruẽs,
Sapient. 3. ipſam ſpreuerit. Deinde quod in libro Sa-
pientiæ dicitur, eundem habet ſenſum. San-
cti iudicabunt nationes, ideſt, fideles in ele-
ctorum numerũ cooptati, nationes illas quæ
in infidelitate perſtiterunt, condemnabunt,
ex collatione operum. Hunc nimirum reſpi- *Matth. 12*
cit illud Iohã.c.12. ſermo quem locutus ſum, *Luca. 11.*
ille iudicabit vos in nouiſsimo die, & illud. Si
ego in Beelzebub eijcio dæmonia filij veſtri
in quo eijcient, ideo iudices veſtri erunt. Po-
ſtremo ad eũdem ſenſum trahi oportet illud
apoſtoli. Neſcitis quod angelos iudicabimus *1.Corin.6.*
quanto magis ſecularia, ideſt, nos condemna
bimus angelos apoſtatas, qui cum Deum exi
mio mentis acumine, cognouiſſent, ob inſo-
lentiam è cælo eiecti ſunt, cum nos, non ad-
modum exactam, ſi cum angelis conferamur
cognitionem aſſequuti, vſque ad finem vitæ,
æquo animo innumeras ærumnas ſuſtineri
mus. Attamen quamuis hæc apud me certa
ſint, forti ac prævalido teſtimonio nos vult
expugnare S.Thom. Nempe quod dicat Iſa-
ias.cap.3. Dominus ad iudicium veniet cum *S.Thom. expoſitio excuſſa.*
ſenioribus populi ſui. Vos depaſti eſtis vineã
meam & rapina pauperis in domo veſtra, qua
re atteritis populum meum & facies peccato
rum commolitis, ſcilicet, alapis. Hoc eſt, domi
nus veniet ad iudicandum viuos & mortuos
multis viris ſenioribus comitatus, atq; ita in-
terpretatur Auguſt. Pſal.49. Nos aliter expó
namus nẽpe, dominus in ius trahet guberna-
tores populi Iſraelitici, & extremo afficiet ſup
plicio, eo quod hi gubernatores, quorum iu-
dicio vineã commiſerat, eã depaſti fuerint &
perdiderint. Nã ſubdit vos depaſti eſtis vineã
meã. Vinea eſt populus Dei. Ne tamen aliqui
putent receptam ſententiã coactis & cõtortis
expoſitionibꝰ me velle cõuellere, ſanctorũ te
ſtimonijs illæ muniendæ ſunt. Et primo qui-
dẽ loco Ambro. ſeſe offert qui exponens hũc
locũ Pauli. An ignoratis quod ſancti de hoc *1.Cor. 6.*
mundo iudicabunt, ait. Quia exemplo fidei il
lorum perfidia mundi damnabitur. Et Euthy.
enarrans hunc Mat. locũ. Viri Niniuitæ ſur- *Euthy.cap. 23.in Mat.*
gent in iudicio, ait. Dicere ſolemus hunc aut
illum in futuro iudicio nos condemnaturum,
non quaſi ille futurus ſit iudex. Siquidem om
nium iudex vnus erit Chriſtus. Sed illius ope
ratio, aut illius, noſtris collata, confundit nos;
& iterũ.c.41. eiuſdẽ libri. hunc exponens lo-
cũ. Vos qui ſecuti eſtis me, &c. ait. ſupra dixi-
mus Niniuitas & reginam Auſtri condemna
turos generationẽ illam, ita & apoſtolos nũc
condemnaturos duodecim tribus Iſrael. Nõ
dicit gentes aut orbem, ſed Iſraelitas ſuos con
tribules. Condemnabunt enim illos, non
quaſi iudicantes, ſed quia is qui iudicabit, à fi-

Digitized by Google

de horũ ſit condẽnaturus illos. Si quidẽ cum eiſdẽ moribus ac legibus hi & illi ſint enutriti, hi quidẽ credidere, illi vero credere renuerunt. Et Chryſo. hom. 65. in Mat. ait. Quid eſt quod inquit iudicantes. 12. tribus Iſrael? Nihil aliud profectò quam condemnantes, non enim in ſolio ad iudicandum ſedebunt, ſed quemadmodum reginam Auſtri & Niniuitas cõdemnaturos generationem illam aſſeruit. Simili quodammodo diſcipuli, nõ gentes, nõ vniuerſum orbem, ſed tribus Iſrael cõdemnabunt. Nam cùm eiſdem legibus & inſtitutis viuendi, tam Iudęi quàm apoſtoli educati fuerint, cum Iudęi dicturi ſint, idcirco ſe Chriſto credere non potuiſſe quia mandata legis quę ſeruare iubebantur, contempſerit, diſcipulis in medium productis, à quibus & lex ſuſcipiebatur, & fides Chriſto adhibita eſt, omnes Iudæos condemnauit. Hactenus ille. Item Orige. tract. 9. in Mat. ait. Omnis vita iuſtorum iudicabit tribus Iſrael, quæ non crediderunt & iudicabunt apoſtoli, & quæ apoſtolorum inſtituti ſunt vita, & iudicabunt generoſos quidem propterea quod ſunt Iſrael, non autem egerunt, digna genere ſuo. Hæc eadẽ verba replicat. ho. 9. in Ezechi. & li. 3. comment. epiſt. ad Rom. Huic ſubſcribit Hiero. In comment. Iſaiæ. c. 50. inquiens. Iudicat quis cum domino non authoritate regnantis, ſed comparatione virtutum, quomodo & apoſtoli iudicant. 12. tribus Iſrael, & Niniuitæ & regina Sabba populum Iudæorum. Iuxta quem ſenſum ad Ieruſalem dicitur. Iuſtificata eſt Sodoma ex te. Ad hunc ſenſum exponenda ſunt teſtimonia illa Grego. & Auguſt. ſi modo vera ſunt, quæ alioqui videntur ſententiam noſtrã labefactare.

Suboritur nunc nõ contẽnendus ſcrupulus ex illis Matth. verbis. Cum ſederit, inquit, filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos iudicantes, tota vis eſt in coniũctione, &. Quæ hunc ſenſum videtur efficere. Cũ ego ad iudicandum ſedero, vos quoque ſedebitis, vt iudicetis tribus Iſrael. Ex quo loco elici videtur, eundem iudicij modum à Chriſto & apoſtolis expectandum. Ego tamen lõge ab hac ſententia abſum, nec arbitror eundem eſſe iudicij modum Chriſti & apoſtolorum. Sed Chriſti iudicium eſſe condemnationis & abſolutionis, illorum verò iudicium ex operum collatione. Vera interpretatio Mat. ex verbis Origenicis lib. 3. cõmenta. epiſtolæ ad Roma. admodum clara eſt. Inuenimus, inquit, hanc eſſe ſcripturę conſuetudinẽ in multis locis, quòd vnum vocabulum ſecundo in eodem loco poſitum diuerſa ſignificat, vt ibi. Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor menſes ſunt, vt veniat meſsis? eleuate oculos veſtros & videte regiones quia albę ſunt ad meſſem, meſsis primo ad corporalem, ſecũdo ad ſpiritualem meſsẽ refertur, & cum dicit ad Samaritanam Saluator. Da mihi bibere, & poſt eius reſponſum, ait. Si ſcires quis eſt qui dicit da mihi bibere, tu vtiq; petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam, & iterum ait ad eandem. Omnis qui bibet ex aqua hac, ſitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego do ei, non ſitiet in æternum. Vides quomodò & bibere ex aqua, nunc quidem corporaliter nunc autem ſpiritaliter, in eodem capitur loco. Similiter vbi cæcus à natiuitate curatur, ſubiungit dominus. In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Ita etiam apud Paulum, cum ſine lege dicit iuſtitiam Dei manifeſtari, naturalis lex intelligitur, cum verò dicit teſtificata à lege & prophetis, Moyſis legem deſignat, & in tit. Pſalm. 50. Ingredi eſt in nota ſignificatione, & pro coire. Simili modo de iudicio apud Matthæ. dicendum quod loquitur de iudicio comparationis, & ex hac eadem regula colligit Philipp. presbyter lib. 1. in Iob capit. 17. Iob peccaſſe, ſed leuius quàm ſocij, nam licet ca. 17. dicat ipſe nõ peccaui, & dominus poſtea dicat ad Eliphaz, iratus eſt furor meus in te & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis coram me rectum loquuti, ſicut ſeruus meus Iob, ad comparationem arbitror dictum, eo quod melius locutus eſt Iob quàm illi, non tamen omne quod locutus eſt, ita rectum fuit, vt per ſe tanquam plenum & conſummatum abſq; aliqua reprehenſione fuerit rectum.

Regula Origenis que lib. 4. cap. vltim.

Iob an peccauit.

Eſt aliud genus comparationis tritius & vulgatius, cum res diuinæ cum humanis quæ apud nos in pretio ſunt, conferuntur, vt ex illis ſubuehamur ad intelligendum & exoptandum res diuinas. Vt in Cantico canticorum factum videmus ſæpiſsimè. Suauiores ſunt amores tui vino. Vnde Chryſoſt. homi. 14. in Gene. ait. Semper is mos eſt ſcripturæ ſacræ, diuinorum vtilitatem ſenſibilibus rebus conferre, & ſic excellentiam oſtendere. Quod hoc verum ſit, audi Dauid dicentem. Deſiderabilia eloquia tua ſuper aurum & lapidem pretioſum multum. Vides quòd cum in me-

Cantic. 1.

Pſalm. 18.

Digitized by Google

in medium attulerit materias quæ pretioſiores reputantur, non ſolum hac comparatione non contentus fuit, ſed & appoſuit multũ, & poſtea excellẽtiam quæ inde eſt nobis manifeſtauit. Super aurum inquit & lapidem pretioſum multum, non quod intantũ duntaxat ſint deſiderabilia eloquia Dei, ſed quia ſolas haſce materias vidit apud homines in maiori pretio haberi, præ alijs. Propter hoc adductis illis in medium, ita excellentiam demonſtrauit, quod deſiderium eloquiorum ſpiritus vehementius ſit. Et deinceps ſubdit. Et dulciora ſuper mel & fauum, non quod tantam & non maiorem poſsit præbere voluptatem. Sed quia nihil aliud habetur in rebus ſenſibibus, quod diuinorum eloquiorum voluptati opponeret, & Dominus in euangelio. Iuſti
Matth. 13 fulgebũt ſicut ſol in regno cęlorũ, non quod non maiorem claritudinẽ Iuſti habituri ſint, ſed monſtrat quod multo maiorem. Et Hilarius lib. 1. & 7. de Trinitate, ait. Comparatio terrenorum ad Deum nulla eſt, ſed infirmitas noſtræ intelligentiæ coegit, ſpecies quaſdam ex inferioribus, tanquam ſuperiorum indices quærere, vt rerum familiarium conſuetudine admonente, ex ſenſus noſtri conſcientia, ad inſoliti ſenſus opinionem educeremur. Omnis igitur comparatio homini potius vtilis habeatur, quàm Deo apta, quia intelligentiam magis ſignificat quam explet, neque naturis carnis & ſpiritus, aut inuiſibilium aut tractabilium coæquandis, præſumpta reputetur, proteſtans, & infirmitati ſe humanæ intelligentiæ neceſſariam, & ab inuidia eſſe liberam, non ſatisfacientis exempli. Hoc ſignificare voluit Chryſoſt. homil. 7. in priorem epiſto. ad Corinth. cum ait. Comparationes in rebus cognatis fieri ſolent. Vnde Paulus. 2. Corinth. 2. confert inter ſe vtrumq; teſtamentum. Aduerte tamen iuxta Chryſo. inter res cognatas fieri cõparationes, ſed non inter eaſdem res. Quia vt inquit Hierony. ad Theodoram in epita. Vbi ſimilitudo promittitur, veritas negatur, vt, erunt ſicut Angeli Dei. Vide Athana. contra hypocriſin Meletij & Pauli Samoſateni.

Quibus in rebus aptæ poſsint fieri comparationes docet Cyrillus. lib. 2. Theſauri. cap. 3. inquiens. Res quæ eiuſdem naturæ ſunt, comparationem ſuſcipiunt, diuerſarum autem naturarum res, hoc modo non conferuntur. Nemo enim rectè dicit, bouem maiorem eſſe quam hominem, nec hominem quã bouem, & iſtæ res quæ ſunt eiuſdem naturæ ſi conferantur inter ſe, non ab eſſentia comparationem ſuſcipiunt, non enim eſt homo homine maior, vt homo, ſit ergo ab accidentibus in quibus differunt, vt maior eſt homini homo magnitudine corporis, fortitudine animi, mentis acumine. Chriſtus dicitur maior angelis in gloriæ comparatione, & Baſilius ait, collationes propriè pertinent ad ea quæ eiuſdem ſunt naturę. Angelum namque angelo maiorem, & hominem homine iuſtiorem & volucrem volucri velociorem eſſe dicimus, & ita dicitur. Pater maior me eſt. Baſilius ſentit extrema comparabilia debere eſſe eiuſdem rationis non tamen eſt, neceſſe comparationem fieri in aliquo communi. Ideò ſi collationes inter ea fiunt, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, pater per collationem dictus eſt filio maior, conſequitur filium patri eſſe homouſion, ideſt, eiuſdem ſubſtantiæ. Ac res iſtæ dummodo in aliqua re conueniant, etiamſi in infinitum inter ſe differant, aptè poſſunt inter ſe conferri. Vnde Cyrillus lib. 8. Theſauri cap. 2. ait. Comparatio melioris apud ſcripturam, non in quacunque differentia ſolum, verum etiam in immenſa, aut ſecundum naturam, aut ſecundum dignitatem, aut ſecundum menſuram gratiæ, dicitur. Quantum ad menſuram gratiæ. Melior Pſalm. 83.
eſt vna dies in atrijs tuis quam mille, nihil enim æquale inueniri poteſt cęleſtibus atrijs, & rurſum, accipite doctrinam & non argen- Prouerb. 8.
tum, ideſt, potius quam argentum, melior eſt ſapientia quam lapides electi, & Deus apud Iſaiam. capit. 56. de Eunuchis dicit. Dabo eis nomen æternum quod melius eſt quam filij & filiæ, his comparationibus vtitur Salomon in Canticis ſæpe.

Eſt aliud genus cõparationis cum res prorſus diſsimiles & contrariæ cõferuntur, adhoc vt homines ab errore liberentur. Sic Deus cũ diabolo cõfertur. Hoc eſt quod ſcripſit Hierony. Ierem. 2. Comparationem facit ſcriptura illius rei quæ incomparabilis eſt, & verum Deum confert mendacibus, vt. Tranſite ad Iere. 2.
inſulas Cethim & videte, & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, & videte ſi eſt factum huiuſmodi, ſi mutauit gens Deos ſuos, & certe ipſi non ſunt dij, populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum. Et Chryſoſto. homilia. 38. in Matthæum, ait. Conſueuit ſcriptura vetus comparationem introducẽs, ea quæ inter ſe comparari non poſſunt conferre,

ferre, vt ab erroribus homines liberet. Vt cũ
Pſalm. 85. dicitur. Non eſt ſimilis tui in dijs domine, &
non ſecundum opera tua, nempe faciens, &
Exod. 8. rurſum. Non eſt Deus ſicut Deus noſter, & in
Matth. 11 euangelio, qui minor eſt, in regno cælorum, maior eſt illo, minor erat Chriſtus ætate, minor multorum opinione, edacem, enim Chriſtum appellabant, & vini potatorem, & fabri filium, & vbique ipſum minoris faciebant. Quid igitur comparatus Iohanni minor erat? minime. Neque enim ipſe Iohan-
Matth. 3. nes, cum de Chriſto dicit, qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt, comparando ſe illi, di-
Hebr. 3. cit. Neque Paulus cum de Moyſe ſcribat. Am pliori gloria hic, quàm Moyſes dignus eſt, comparando id ſcribit. Ipſe etiam Chriſtus cum dicat. Ecce plus Salomone hic, non comparat ſe Salomoni. Lege Auguſt. contra Felicianum.

De comparationibus alijs, vt virginitatis cum matrimonio, lege Hiero. lib. 1. contra Iouinianum. Hactenus abſoluimus ac cumulatè reddidimus præcepta illa allegoriarum, quibus ſtudioſi per nos adiuuari poſſe videbantur, quorum cognitio theologis, ni fallor, mãgnam vtilitatem afferent, ad arcanos ſcripturarum diuinarum ſenſus perſcrutandos. Nũc ad reliqua pergamus

LIBER

Finis lib. ſeptimi Hypotypoſeon.

LIBER OCTAVVS HYPOTYPOSEON, AVTORE MARTINO Martini Cantapetrenſi, Sacræ Theologiæ magiſtro, ac ſacrorum Bibliorum in tribus linguis, primario interprete incipit. Ad Illuſtriſsimum & Reuerendiſsimum virum D. Petrum Pontium Legionenſem, Epiſcopum Placentinum.

POſtquam ſeptẽ ſuperioribus voluminibus, Præſul Illuſtriſsime, & doctiſsime omnia ferè quæ ex diuturno ſcripturarũ vſu, & aſsidua ſanctorum lectione collegeramus, abſoluimus. Ventum eſt ad poſtremam partem operis deſtinati, in qua nonnulla quæ & ſi ſint nunc à me leuiter diſcutienda, propter ingenij paupertatem ac rerum difficultatem, nihilominus ſtrictim rem totam adumbrare conabor, doctiorum & magis in diuinis ſcripturis exercitatorum erunt partes natiuos colores inducere. Ne tamen muneri noſtro nec ſtudioſis, hac in parte, defuiſſe videar, operæpretium erit breuiter in medium proferre, & in vnum veluti aceruum conijcere, quædam quæ ſuperauerunt fragmenta panis dominici, & quidem auſpicatiſsimum exordium faciemus, ſi ab Apoſtolo Paulo principium ſumamus.

¶ Obſeruationes nonnullæ Paulo peculiares.

CAP. I.

De fide & moribus.

HVnc ordinẽ ferè ſemper Paulum in epiſtolis ſcribendis ſeruaſſe cognoſcimus, vt primum de fide, deinde de moribus ediſſerat. Vnde

Epiſtolæ ad Ephe. partitio, & Cor. & Hebræos.

Auguſt. in libro de fide & operibus. cap. 7. ait. Prius apoſtolus in epiſtolis reperitur inſinuaſſe doctrinã fidei, ac deinde morum tradidiſſe præcepta, ſic in epiſtola ad Epheſios in primis tribus capitibus de fidei dogmate diſſerit, deinceps mores docet, & in priori ad Corinthios, in. 16. capite inſtruit mores, & in epiſtola ad Hebræos, in duobus vltimis de moribus, in alijs de fide agit, & Chryſoſt. ſermone. 10. in epiſtolam ad Rom. hãc eandem ſcribit regulam, & addit. Verum in epiſtola ad Roma hoc non facit, ſed plerunq; in moralem ſermonem digreditur, vt plauſibilem reddat ſermonem. Veluti in ca. 6. ſi complantati ſumus facti ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hæc ille. Ratio eſt, quia ſi dogmatis fidei ſemel acquieſcis, facile minis aut promiſsionibus ad cuſtodiam legis adduceris ſed hoc ſtatim dicemus, in ca. 3. huius libri.

Epiſto. ad Roma.

Paulus ſcripſit epiſtolas ſuas aut è vinculis, aut extra vincula, at quamuis omnes Spiritum ſanctum agnoſcant authorem, illæ tamen præ ſe ferunt maiorem & vberiorẽ charitatem quæ è carcere ſunt conſcriptæ. Hoc eſt quod inquit Chryſoſt. homi. 1. in epiſto. ad Coloſſenſes. Omnes, inquit, epiſtolæ Pauli ſanctæ ſunt, habent tamen amplius quiddam quæ ab eo ex vinculis ſunt miſſæ, vt pote quæ eſt ad Epheſios, quæ ad Philemonem, quæ ad Timotheum. 2. quæ ad Philippenſes, & quæ ad Coloſſenſes. & Hieronym. in epiſtol. ad Phile. ait. ſcribit ad Philemonem Romæ vinctus in carcere, quo tempore mihi videntur ad Philippenſes, Coloſſenſes & Epheſios epiſtolæ, eſſe dictatæ, ad Philippenſes illa ex cauſa, primum quod cum ſolo Timotheo, ſcribit, quod in hac epiſtola facit. De hinc quod vincula ſua manifeſta dicit facta pro Chriſto in omni prętorio, id eſt in domo Cæſaris. A Cæſare miſſus in carcerem, notior familiæ eius factus, perſecutoris domum, Chriſti fecit eccleſiam. Porro & ad Coloſſenſes principium ſimile, qui nunc gaudeo in paſsionibus pro vobis, & adimpleo

Epiſtolæ Pauli è vinculis cõſcripta, feruentiorẽ charitatẽ præ ſe ferunt.

ea quæ

Digitized by Google

ea quæ deſunt paſsionum Chriſti in rarne
mea;& in fine.Salutatio mea manu Pauli. me
mores eſtote vinculorũ meorũ. Hoc ideo vt
ſciamus has epiſtolas de carcere & inter vin-
cula eſſe dictatas,eodẽ igitur tẽpore,quatuor
epiſtolæ ſcriptæ ſunt,præſente Timoth. Ea-
dem repetit Apolog. 1.aduerſus Rufinũ.Ego
arbitror epiſtolam ad Hebræos in eodem nu
mero eſſe ponendam eum ex Italia miſſa ſit,
& Theoph.in prolo.epiſt.ad Coloſſenſes, ait
omnes Pauli epiſtolæ ſanctæ ſunt, maximè
vero quæ ab ipſo vincto mittuntur,tanquam
iam primas in bello conſecutus, & victoria
parta in media cæde trophæum ſtatuens, eas
conſcripſerit.Nouit autem ipſe hoc magnum
eſſe,atque ad honorem pertinere. Philemoni
enim ſcribens ait, quẽ genui in vinculis meis.
Hoc autem dixit ne nos contriſtemor ob pe-
ricula quædam, ſed potius honori nobis du-
camus propter Chriſtum contumeliam fer-
re,ſunt autem multæ huiuſmodi epiſtolæ, ad
Epheſios, ad Philemonem, ad Timotheom,
ad Philippen. & Coloſſenſes. Hactenus ille,
& adducit Socrates huius rei in Apologia ra-
tionem, quia cum imminet homini dies po-
ſtremus vitæ, anima habet quandam partici
pationem diuinitatis illius quam mox habi-
tura eſt,ac ideo tũc fere de futuris vaticinãtur
Atq; ideo Iacob iam iam moriturus vocauit
filios ſuos, vt prædiceret illis quæ in poſtre-
mis temporibus euentora erant. Porro quo-
modo Paulus è vineulis Neronis fuerit egreſ
ſus,& in illis detruſus & interemptus, docẽt,
Euſebius.lib. 2.hiſto.cap.22. & Theophy. &
alij. 2.ad Timoth.4. & Hiero. de viris illuſtri-
bus,in Paulo,& Anarletus epiſt.2.& Egeſip-
pus circa prinripium libri tertij.

Plato in Apologia.

De hoc in additionibus egi.

Deinde vertitur in dubium quam ob cau-
ſam in titulis vel ſalutationibus epiſtolarum
Pauli, nomen ipſius ſolummodo aliquando,
aliquando aliquorum fratrum, nonnũquam
vero omnium fratrum,nomina ſoleant poni.
Qua de re Chryſo.ho.1.in epiſt.ad Gala.hæc
ſcribit. Tantûmodo in epiſtolæ ad Galatas ſu
perſcriptione, additum eſt, & qui mecũ ſunt
fratres,in alijs epiſtolis minimè. Nam in alijs
epiſtolis,aut ſolum ſuum nomen ponit, nem
pe cum rectè ſentiũt de eius doctrina,aut duo
rum duntaxat trium ve addit nomina, nem-
pe cum ſunt aliqui cum Paulo qui pollet au-
ctoritate apud ipſos. In epiſtola ad Galatas
totam multitudinem poſuit, hoc ideo fecit,
quia multi traduxerant Paulum hoc nomi-

Quando in titulo nomẽ Pauli ponatur, quando alij adiũgãtur cum illo.

ne quod ſolus hæc prædicaret, nouamq; do-
gmatum rationem inueheret. Hanc igitur il-
lorum ſuſpicionem cupiens eximere,& quod
multos haberet eiuſdẽ ſententiæ ſocios, oſtẽ-
dere, adiungit ſibi fratres ſignificans ſe ex il-
lorum ſententia ſcribere quæ ſcribit. Et Hie-
rony.in epiſt.ad Philemonem,ait. Plures po-
nuntur in titulo, vt epiſtola maiorem habeat
authoritatem, quæ non ab vno ſcribebatur,
& quia nulla æmulatio erat inter apoſtolos,
ſi quid, Paulo dictante, alij ſpiritus ſuggeſsiſ-
ſet, abſque triſtitia addebat Paulus, in literis
quas dictabat. Secundum id quod ipſe Corin
thijs præcipit, vt ſi alio prophetante, alij fue-
rit reuelatum, taceat ille, qui prius propheta-
bat. Ita ipſe quoque præceptum ſuum opere
cõplebat, & propter pauca, quæ alio ſugge-
rente addiderat, vt ſuam, ita alterius quoque
epiſtolam præſcribebat. Deinde annotare o-
portet ex Hiero.in cõment.epiſt.ad Philem.
Hunc, inquit, morem ſcribendi in nonnullis
epiſtolis Pauli inuenire poteris, quod cũ plu-
res (& ad plures) in præfatione ponantur, po-
ſtea per totum corpus epiſtolæ vnus diſpu-
tans inducatur, vnde in epiſt. ad Phile. dixit,
Philemoni dilecto & cooperatori noſtro &
Apphiæ ſorori & Archippo commilitoni no
ſtro, & ſequitur. Gratias ago Deo meo, ſem-
per memoriam tui faciens in orationibus
meis.

Paulus. 1.Cor.14.

Annotare oportet ex Hierony.in epiſt.ad
Phile. quod in nulla ſuperſcriptione epiſto-
læ vſus eſt hoc cognomine Paulus vinctus
Ieſu Chriſti, licet in corpore epiſtolarum illa
rum quæ è vinculis ſunt ſcriptæ, eſſe in vincu
lis pro confeſsione fidei teſtetur. Quia maio-
ris videtur eſſe ſupercilij, vinctum Ieſu Chri-
ſti dicere, quam apoſtolum. Adhuc etiam ob
ſeruare oportet in eiſdem ſalutationibus, vt
inquit Hieronym.in epiſtola ad Cyprianum
omnes, inquit, epiſtolæ Pauli in ſalutationis
principio, non prius habent pacem & ſic gra
tiam, ſed ante gratiam & ſic pacem, vt dona-
tis nobis peccatis noſtris pacem domini con
ſequamur, & in comment. Ierem. cap. 32. ait.
Selum in linguam noſtram vertitur pax ſiue
pacificus. Chanameel, donum vel gratia Dei.
Nec mirabimur quod ſibi pax iũgatur & gra
tia, cum etiam epiſtolarum apoſtolicarũ hoc
prinripium ſit. Gratia vobis & pax. Primum
ergo pacem mereamur Dei, & poſt pacem
nobis gratia naſcitur, quæ non in poſsidẽtis,
ſed in arbitrio donantis eſt. Et Auguſt. lib. 1.
Retract.

Vinctus Ieſu Chriſti.

Pax & gratia.

Rom. 1.

Retract.capi.24. ſic exponit. Gratia Dei eſt qua nobis donantur peccata, vt reconciliemur Deo. pax qua reconciliamur Deo. & ita hoc accipiendum eſt, vt ſciamus vtrunq; ad generalem Dei gratiam pertinere, quomodo in populo Dei, aliud ſpecialiter Iſrael, aliud Iudas; & tamen vtrunque generaliter Iſrael. Hæc ille. Sed cum dicitur, gratia intellige, multiplicetur, & nomini pax, fac ſimiliter. & vocatur à communi. l. zeuma.

In epiſtola ad Hebræ. cur Pauli nomen non ſit præfixũ.

Adhuc quæritur quam ob cauſam cum Paulus in omnibus Epiſtolis nomen ſuum præfigat, in epiſtola ad Hebræos, non faciat. Ne, inquit Theophyl. ad Roma. 1. nomine eius audito reſilirent, quando infenſi ei impenſe erant. ideoque nomen ſuũ in exordio celat. Vel certè, vt inquit Hierony. de ſcriptoribus eccleſi. in Paulo, quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos nominis titulum in principio Salutationis amputauerat. Quæro etiam cur in epiſtola ad Hebræos non ſe vocat apoſtolum, nec in epiſto. ad Philipp. in aliis tamen dignitatem apoſtolatus non taceat. Cui quæſtioni ſic occurrit Theodoretus, in argumento epiſtolæ ad Hebræos. in omnibus, inquit, epiſtolis quas Paulus ſcripſit ad gentes, ſolet nomen & apoſtolicam dignitatem addere, quia erat doctor gentium. ad Roma. 11. Quandiu ſum gentium apoſtolus glorificabo miniſterium meum. ad Hebræos autem quorum non erat ſibi cura credita, meritò nudam dignitate doctrinã eis tradidit. Item Oecumenius in proœmio epiſtolæ ad Hebræos ait. In hac epiſtola proprium cur non addidit nomen Paulus, Clemens Alexandrinus in Informationibus reſpondet. cum dominus Ieſus Dei omnipotentis apoſtolus ad Iudæos miſſus eſſet, ex modeſtia factum eſt, vt Paulus qui ad gentes miſſus erat non ſcriberet ſe Hebræorum Apoſtolum. ob honorem delatum erga Dominum. Ita Orige. ad Roma. 1. & Hierony. ad Galat. 1. Lege Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 14. Item Ambr. ad Philip. 1. ait. apoſtolum ſe tacet, quia iis ſcribit qui de illo rectè ſentirent, ideo dignitatem ſuam ſupprimit, erat enim his manifeſta. At

Paulus cũ eſſet apoſtolus gentiũ, cur ſcripſit ad Hebræos

dices quare ſcripſit ad Hebræos ſi non erat eorum apoſtolus. Primo ex abundanti charitate. nam omnia omnibus factus erat vt omnes lucrifaceret. aut quoniam ſocietas erat in prædicatione, & Iudæi audierant eſſe diſſenſiones inter Petrum & Paulum, merito ſcribens Iudæis docet eos eſſe cõcordes. aut vt ait Chryſoſt. in proœmio epiſt. ad Hebr. ex abundanti hoc fecit, vt baptizare, nõ habens de baptiſmate mandatum. cum ipſemet dicat non eſſe miſſum ad baptizandum ſed ad euangelizãdum. ſed non erat illi prohibitũ quin illis prædicaret, pro quibus anathema eſſe volebat.

De hoc lib. 7. cap. 2.

Habent diuinæ ſcripturæ certa nomina ad efficiẽdum comparationes bonas vel malas. vt ſi volo hominem iniquum conferre cũ aliqua re illi ſimili, voco ipſum aſpidem, baſiliſcum, & genimen viperarum. ſi virum optimum volo conferre cum re aliqua, voco ipſum columbã, ad hũc modũ inquit Chryſoſt. ſer. 5. in cap. 1. epiſtolæ ad Roma. Semper ferè ſolet Paulus dum fidelibus de peccatis diſſerit, fugienda illa volens oſtendere, gentes in medium adducere. veluti ad Rom.

Gentes.

Quemadmodum non probauerunt, vt Deũ agnoſcerent, ita tradidit eos Deus in reprobum ſenſum. &, vnuſquiſq; vas ſuum poſſideat in ſanctificatione non in paſſione deſiderii, ſicut gentes. Hæc ille. vt in euangelio. Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus. 1. Cor. 5. Talis fornicatio qualis nec inter gentes. & ca. 12. cum gentes eſſetis ad ſimulacra ducebamini. Epheſ. 2. Vos eratis gentes in carne. & Matth. 5. Nonne ethnici hoc faciunt.

Lege quæ ſcripſi libr. 1. cap 7. & lib. 10. Regul. 26.

Vtitur Paulus nominibus, vt captiuitatẽ, vocat iugum excutere & libertatem dare, vt cum dicit, captiuam duxit captiuitatem, id eſt, aſſeruit in libertatem captiuos. Hoc eſt quod ait Chryſoſt. homil. 3. ad Hebræ. Mos, inquit, eſt Paulo, vt non magnam verborũ habeat rationem, ſed indifferenter, vel quæ in bono dicuntur, vel quæ in malo, pro alterutro, ponere. ad Hebræ. 1. percepit iuſtam mercedis retributionem. Supplicium mercedem nominat. & Matth. 1. trãſmigratio pro exilio. & homil. 9. in priorem ad Corint. ait. Sæpè Paulus malè ſignificantibus rebus, ſolet bonis vti nominibus, & in bene, malis. Vt exempli gratia. Captiuitatis nomen malæ ſignificationis videtur. Sed in bona ſignificatione Paulus eo vtitur. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequiũ Chriſti. cõtra in re mala præclaro vtitur verbo. Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen. Hæc ille. & Iob 15. ca. poſtquam multa retuliſſet, dicit, qui hæc fecit non ditabitur, id eſt, extremo ſupplicio afficietur. ex hoc poſtremo loco Pauli, perperam intellecto.

2. Cor. 2.

& ex Chryſoſtomi expoſitione, tentarunt Græci in Concilio Baſilienſi, fidem eccleſiæ Romanæ labefactare, nempè nullũ eſſe purgatorium. Verum huius loci germanam expoſitionem apud Augu. in lib. de fide & operibus, & alias ſæpè, leges. De purgatorio legẽ ca. qualis. 25. diſt. quod eſt Grego. 4. dialo. li. ca. 39. & Bede lib. 1. in Marc. cap. 17. & lege, leuibus culpis. & de le. apparebit vel.

De hoc lib. 2. & 2. col. 170 & li. 5. cap. 1. & infra Para ga. Aliter. Frequẽter hac figura dictionis vtitur Paulus, vt multis ſelectiſsimis & diuinis verbis vtatur, cum ſit de Chriſti diuinitate ſermo. At vero cum de Chriſto iuxta humanitatẽ loquitur, eam deijcit verbis ſanè quàm humillimis, vocans peccatum, vermem, ſerpentem, vt veritatem naturæ aſſumptæ oſtendat. Vnde Theophy. 1. Corint. 15. ait, Eſt in more Paulo, vt ſi quando funditus quicquã tollere velit, multa vtatur redundantia. Quẽ admodum demonſtraturus fidelem mulierem non coinquinari neque lædi, ſi cohabi-

1. Cor. 7. tet marito infideli. Sanctificatus eſt, inquit, maritus infidelis in vxore fideli (id eſt, vir quoad congreſſum matrimonialem attinet pro ſancto cenſetur, tametſi impurus, alioqui filij nõ eſſent legitimi, cum ſint vtique.) Non hoc dicens quod infidelis ſanctus reddatur, verũ dictionis iſtius excellentia oſtendens, quod nihil læditur fidelis ipſa cõiunx. ſic priori ad Corint. ca. 15. dicitur. Cum ſubiecta fuerint ipſi omnia, tunc & ipſe filius ſubijcietur ei qui omnia poteſtati eius ſubdiderat. Hoc in loco ſubiectionis vocabulo, funditus tollit prauam ſuſpicionem, qua ſuſpicari quiſquam poterat, filium patre eſſe fortiorem, vt qui tanta tranſfigere poſſet. Atqui Gregor. Theologus aſſerit, quod filius omnia noſtra ſibi propria faciens, noſtram etiam ſubiectionem propriam reputet. Hæc ſunt deſumpta ex Chryſoſto. homil. 39. in priorem ad Corint. epiſtolam.

In Paulo nullæ ſunt allegoriæ, ſed tantũ ſenſus literalis, illis locis exceptis, in quibus deſumit aliquid ex veteri inſtrumento. hoc voluit ſignificare Auguſti. de opere monachorum cap. 2. cum ait, in more eſt Paulo apertè omnia differere & magis propriè quã figuratè loqui.

Sæpè vtitur argumẽto ab impoſsibili deſumpto, hoc eſt quod inquit Theophila. 1. Corint. 13. In pleriſq; locis Paulus, id quod non eſt, tanquam ſit ponit, perinde ac cum

Gala. 1. ait in epiſt. ad Gala. ſi vel angelus vel nos prę dicemus vobis euangelium preterquã quod accepiſtis anathema ſit. atqui nec ipſe, nec angeli aliud euangelium annuntiaturi erãt. & alibi. Si dedero corpus meum vt ardeam charitatem autem non habeam nihil ſum & ad Roma. 8. ſcribens. Non angeli, non principatus, non poteſtates ſeparare nos à charitate Dei poterunt. quanquam nemo id conaturus angelus erat. Et ſumpſit ex Chryſoſt. homil. 31. in priorem ad Corint.

In more eſt, inquit Theophyl. ad Roma. 11. Diuo Paulo, vt cum ardui quiddam dixerit, cum gratiarum actione ſermonem finiat & concludat, perinde ac fecit ad Roma. 11. poſt quam enim admiratione & ſtupore perculſus eſt ob bonitatem & ſapientiam, & notitiam & gubernationem Dei, glorificat deinceps ipſum dicens. Ipſi gloria in ſecula. Amen. Hac ratione nos itidem inſtituens, vt ob ingentia beneficia gratias agamus & glorificemus ipſum, & verbis & vita. Atque ita dicit Chryſoſt. ſerm. 19. in epiſto. ad Roma. & ſerm. 27. in ca. 14. eiuſdem epiſt. *Quo tempore præcipuè gratia ſunt Deo agenda.*

Aliquando (vt author eſt ille qui ſcripſit comment. in vniuerſas Pauli epiſtolas, titulo Hierony. quem arbitror ego fuiſſe Primaſium, in epiſto. ad Epheſ. ait,) Apoſtolus in medio cauſæ, quam agit, quoſdam ſenſus interſerit, & de latere tractat, quibus explicitis rurſus reuertitur ad cauſam. vt in priori ad Corinth. epiſto. ca. 5. cum tractat de fornicario, multa interſerit, & demum ad rem reuertitur. & 1. ad Timoth. 3. loquitur de Diaconis. Diaconi inquit, non bilingues. & ſtatim loquitur de moribus mulierum. & iterum ſermonem de Diaconis facit. Et Theophyl. 1. Corint. 11. in more eſt, inquit, Paulo, vbi poſt medium cuiuſpiam argumenti alia neceſſaria inciderint, huc etiam digredi, quemadmodũ. 1. Corint. 11. alio propoſito argumẽto, de menſa ſimul atq; in myſteriorum vel ſacramenti corporis & ſanguinis domini ſermonem & mentionem incidit, hũc locum veluti maximè neceſſarium perficit & abſoluit. Ita dicit Oecume. eodem loco. & Chryſoſt. homil. 16. 28. & 37. in priorem ad Corinth. epiſtolam. de hac re latius diſputauimus ſuprà lib. 5. cap. 1. col. 355.

Paulus, vt inquit Theophy. 1. Cor. 4. perpetuo ſolet quæ alterius ſunt, in propriam transferre perſonam, atque in ſe ipſo docere, quæ alios eſt docturus. præſertim cùm res eſt moleſta. vt, nũquid Paulus crucifixus eſt *De hoc lib. 9. Reg. 43 & libr. 10. Regul. 2.*

pro

pro vobis&, Quid eſt Paulus? quid eſt Apol
los? quid eſt Cephas? & 1. Cor. 14. Nunc fra-
tres ſi veniam ad vos linguis loquens, quid
vobis prodero? 1. Cor. 7. Volo omnes homi-
nes eſſe ſicut me ipſum. &, imitatores mei e-
ſtote ſicut ego Chriſti. Item Chryſoſt. hom.
19. & 35. in priorem ad Corint. & Hierony.
in comment. Iſaiæ. cap. 61. ait. Paulus perfe-
2. Timo. 4. ctorum aſſumens perſonam, ait. Certamen
bonum certaui, curſum conſummaui, de cæ-
Philip. 3. tero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. & in
alio loco. Quotquot ergo perfecti ſumus,
hoc ſapiamus. & ex perſona incipientiũ ait.
Cũ eſſem paruulus ſicut paruulus loquebar,
ſicut paruulus ſapiebã, ſicut paruulus cogi-
tabam. & iterũ. Ex parte videmus, & ex par-
te cognoſcimus, donec veniat quod perfectũ
eſt. Lege Orige. in prologo epiſt. ad Roma.

De hoc lib, 6. cap. 4. in fine. Epiſtolam quam ſcribit Paulus ad Corin.
vt inquit Hierony. Iſaiæ 63. cum ad vnius
ſcribatur populũ ciuitatis, pro varietate ha-
bitantium, ideſt ſanctorum vel peccatorum,
nunc laudat eos, nunc corripit, nunc docet,
nunc reprehẽdit, prouocat ad cõtinentiam,
nuptias recuſat, trahit ab idololatria, inſtruit
reſurrectionem, digamiæ porrigit manum,
ne locum tribuat fornicationi.

Mos, inquit Chryſoſt. 1. Corinth. 10. ho.
22. ſemper Paulo eſt, quandocunque multa
peccata reprehendit, etiam ordine ea diſpo-
nere, & per ſingula ad ea quę propoſita ſunt
deuenire, & in aliorum reprehenſionẽ etiam
priorum facere mentionem, Veluti in prio-
ri ad Corinth. epiſtola, cum multis verbis de
fornicatione tractaſſet, poſt in 10. capit. ite-
rum fornicationis meminit. Quod & Deus
in veteri faciebat teſtamento, cum in ſingu-
lis Iudæorum erratis vitulum commemora-
bat, & peccatum illud in medium recẽſebat.
& homi. 43. prioris ad Corinth. lucidius hoc
explanans ait. In hoc cap. 16. nõ agit de mo-
ribus in vniuerſum, ſed de vna tantum elee-
moſyna. Et quidem nunquã alibi hoc feciſſe
nouimus, verum in alijs epiſtolis, ita fere ſo-
let, vt de eleemoſyna & modeſtia & manſue
tudine & fortitudine reliquiſq; ſimul omni-
bus virtutibus agat.

Mos eſt, inquit Chryſoſt. ho. 24. in prio-
rem ad Corinth. Paulo, pluribus rationibus
quę vult aſtruere, confirmare, & fortiora po
ſterius ponere argumenta. Vt 1. Corint. 10.
Deterrens homines ab idololatria multis vti
tur rationibus. Demum his verbis ſermonẽ
finiuit. Nunquid fortiores illo ſumus?

Epiſtolæ Pauli, inquit Hierony. in proœ.
lib. 16. in Iſaiam. ex veteri ſumptæ ſunt in-
ſtrumento, ideo ex illo vera intelligẽtia eius
depromenda eſt. Vnde ad Ephe. cum ait. me
dium parietem maceriæ diſſoluens ex capi.
38. Gene. depromptum eſt.

Cõſuetudinem apoſtolicæ locutionis (in
quit Origen. libr. 7. comment. epiſt. ad Ro-
ma. cap. 8.) eſſe nouimus, cum dicit. Non ſo-
lum, & nihil ſubiũgit cui aptari debeat, ſupe
rioribus igitur dictis eſt referendũ. ad Rom.
8, Non ſolum autem illa, ſed & nos primitias
ſpiritus habentes. & iterum. Non ſolum au- *Roma. 5.*
tem, ſcilicet, gloriamur ſpe futuræ immorta
litatis. Sed & gloriamur in tribulationibus,
ſcientes quia tribulatio patiẽtiam operatur.

Eſt, inquit Oecume. 2. Corint. 7. frequens
apud Paulum ſuperuacaneus coniunctionũ
vſus, quemadmodũ, & defectus. De his poſt
ea cum de cõiunctionibus agemus. Item ad-
uerbia ſuperfluunt, vt ad Epheſ. 3. ei qui po-
tens eſt ſuper omnia, ideſt eximie, facere &
abundãter quàm petimus aut intelligimus.

De Pauli verborum ac ſententiarũ repe *Lib 5. c. 7.*
titionibus alibi à nobis dictum eſt, verum ſi
vis lege Oecum. ad Rom. 17. & 2. Corint. 8.

Aliter loquitur Paulus, inquit Chryſoſt. *De hoc ſu-*
homil. 39. in priorem ad Corint. quoties de *pra Para-*
diuinitate ſola ſermonem facit, aliter cum in *gra. Frequẽ*
diſpenſationis, id eſt, incarnationis, incidit *ter.*
ſermonem. Nam quoties carnem apprehen-
dit intrepide de ea humillima quęq; dicit, ni
hil ſolicitus, an illa omnia capere quæ de ea
dicuntur, poſsit. Vnde ad Philip. de diuinita
te ſola loquens, ait. Qui cum in forma dei eſ-
ſet non rapinam arbitratus eſt, quod eſſet
æqualis Deo. & ſtatim cum inſeruit ſermo-
nem de incarnatione depreſsit ſermonem
inquiens. ſed ſemetipſum exinaniuit, for-
mam ſerui accipiens, &c. & 1. Corinth. 15.
Cum ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe
filius ſubijcitur ei, qui illi ſubiecit omnia.

Hic mos eſt Paulo, teſte Chryſoſt. homi-
lia. 3. & 6 in poſteri. ad Corint. epiſtolam, ſi
quando coactus neceſsitate (vt poſteriori e-
piſto. ad Corint. ſolum fecit) dixit aliquid de *2. Cor. 11*
ſe magnificentius ſe laudando, protinus ſer- *& 12.*
monis faſtidium ſtudeat corripere adden-
do. & ſi nihil ſum. De Iob ſe laudante lege
Theophy. Luc. 18. & 2. Corin. 11. de Paulo.

Nullus Pauli ſermo eſt, vt inquit Hiero.
in proœ. epiſtolæ ad Gala. in quo non labo-

Digitized by Google

ret docere, antiquæ legis onera depoſita, &
omnia illa quæ in typis & imaginibus præ-
ceſſerunt, ideſt otium ſabbati, circuncisionis
iniuriam, Kalendarium & trium per annum
ſolennitatum recurſus, ſcrupuloſitatē cibo-
rum, & per ſingulos dies lauacra iterum ſor-
didanda, gratia euāgelij ſubrepente ceſſaſſe,
quam non ſanguis victimarū, ſed fidem ani-
mæ credentis impleret.

Paulus inquit Orige. in proœ. epiſtolę ad
Roma. ſæpè tractat de Iſrael ſecundum car-
nem, & de Iſrael qui non eſt ſecundum car-
nem, de circuncisione carnis & cordis, de le-
ge ſpirituali & lege literę, de lege carnis & le
ge membrorum, de lege mentis & lege pec-
cati, de interiore & exteriore homine.

Multa ſunt verba, inquit Hiero. q. 10. ad
Alga. quibus Paulus iuxta morem vrbis &
prouinciæ ſuæ familiarius vtitur. vt 1. Cor.
4. Mihi pro minimo eſt vt à vobis iudicer,
Dies in Paulo quid. id eſt, accuſer, aut ab humano die. Diem po-
ſuit pro iudicio ex Cilicum lingua. nam dies
dici reis conſueuit.

Idioma apoſtolicū eſt, teſte Hiero. in epi-
ſto. ad Phile. vt ſemper viſcera vocet, volens
plenam mentis oſtendere charitatem, aut in
ternum cordis affectum, & plenam ex ani-
mo voluntatem. vt, Viſcera ſanctorum re-
quieuerūt per te frater, ideſt ſuppeditaſti ali
menta ventribus ſanctorū preſſorum fame.

Paulus, vt inquit Hiero. q. 11. ad Hedibiā.
Solet quicquid alius obijcere poteſt per ἀν-
θυποφορὰν, antequā obijciatur ediſſerere. vt,
Nunquid deus repulit populū ſuum. Abſit.
&, Nunquid incredulitas illorum, fidem Dei
euacuabit. Abſit. & 2. Corint. 2. Deo gratia,
qui ſemper nos triumphat, ideſt, triumpha-
re facit, in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ
ſuæ per nos manifeſtat in omni loco. Sed
poterat aliquis dicere. Quomodo ergo non
omnes credunt? priuſquam interrogaretur
ſoluit. Quia bonus odor ſumus Deo, in his
qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, alijs qui-
dem odor mortis in mortem, alijs odor vitæ
in vitā. & eſt ſenſus. Nominis Chriſti in om-
ni loco bonus odor ſumus Deo, & prædica-
tionis noſtræ longè latèq; ſpirat fragrantia.
Sed qa homines ſuo arbitrio derelicti ſunt,
neque enim bonum neceſsitate faciunt, ſed
voluntate. vt credentes coronam accipiant,
increduli ſupplicijs mancipentur. Ideo odor
noſter qui per ſe bonus eſt, virtute eorum &
vitio, qui ſuſcipiunt, ſiue non ſuſcipiunt, in vi
tam tranſit aut mortem. vt qui crediderint
ſalui fiant, qui vero nō crediderint pereant.
Vnde dominus poſitus eſt in ruinam & re-
ſurrectiōem multorum, ſoliſque radios tam
immunda loca excipiant, quàm munda. ſic
in floribus quomodo in ſtercore luceāt, nec
tamen ſolis radij polluuntur. Sic & Chriſti
bonus odor qui nūquam mutari poteſt, nec
naturam ſuam amittere, credētibus vita eſt,
incredulis, mors. Chryſo. quoq; homil. 9. ad
populum Antiochenum, optimo vtitur exē
plo. Cum dixiſſet, inquit, Paulus. Reuelabi- *Roma. 1.*
tur ira Dei de cælo ſuper omnem impieta-
tem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui ve
ritatem Dei in iniuſtitia detinent. & vidiſſet
obiectionem ſibi occurrentē, & multos con
tradicturos. Vnde gentiles Dei veritatem co
gnouiſſent. intulit dicens. Quia quod notū
eſt Dei manifeſtum eſt illis. Quomodo ma-
nifeſtum eſt illis? Quis oſtendit? Deus, in-
quit, illis manifeſtauit. Quo pacto, per quem
prophetam? quia ſcripturę nōdum erant. In
uiſibilia, inquit, Dei, per ea quæ facta ſunt in
tellecta conſpiciuntur.

Paulus ambiguitates colligit multas, nec
tamen ſoluit, vt auditorem magis vrgeat, &
ſuadeat hæc ab homine comprehendi non
poſſe. vt ad Rōma. 9. Quid adhuc quæritur?
ſcilicet Deus. voluntati enim eius quis reſi-
ſtit? ò homo tu quis es qui reſpondeas Deo?
Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit,
quid me feciſti ſic.

Apud Paulum, inquit Hierony. verſus fi- *Græcus.*
nem cap. 3. epiſto. ad Galat. pro Græco gen
tilem accipere debemus, quia ἕλλην & Græ-
cum & ethnicum ſeu Gentilem ſignificat.
Hæc ille. eundem Gentilem, vocat præpu-
tium, ſicut Iudæum circuncisio. Nam per ſi- *Iudæus.*
gna res denominantur, vt præputium pro
gentili, & circuncisio pro Iudæo. ad Rom. 2. *Præputiū.*
ſi præputium iuſtitias Dei cuſtodiat, nonne *Circūciſio.*
præputium in circuncisionem reputabitur.
ad Galat. 2. cum vidiſſent quod creditum eſt
mihi euangelium præputij, ſicut Petro cir-
cuncisionis. ad Roma. 15. Dico Chriſtū fuiſ-
ſe miniſtrum circuncisionis, id eſt, apoſtolū
circunciſorum Iudæorum.

In epiſtolis ad Corinthios (inquit Chry- *Vide quæ*
ſoſto. homi. in priorem) paucis verſibus Pau *ſcripſi li. 4.*
lus Chriſti mentionem ſæpè facit vt ex exor *capi 2. col.*
dio prioris notum eſt. *316.*

Hanc vocem Amen, inquit Chryſoſt. ho *Amen.*
mil. 1. in epiſto. ad Galat. nuſquam alibi re-
perimus

perimus in epiſtolarum initio poſitam, niſi in epiſtola ad Galatas, ſed in ſubſequentibus ſæpe ſolet addi.

Solet, inquit, Theophy. 2. Corin. 4. perpetuo Paulus obſcure dicta declarare lucidiora que reddere. vt, & vita Ieſu manifeſtetur in corpore noſtro. & ſubdit. & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. de his iam diximus, in capit. de ordine narrationis ſcripturæ. lib. 5. harum Hypotypoſeon.

: Obſeruanda eſt conſuetudo apoſtoli, inquit Orige. libr. 5. comment. epiſt. ad Roma. quod non ſemper cum aliquid ex ſcripturis aſſumit, integrum textum verborum, vt in ſuo loco poſitus eſt, aſſumit. Sed ea tantum quæ præſentis cauſæ requirit aſſertio. De hoc in capade citationibus diſſerui.

¶Sæpenumero, inquit Chryſoſtom. homil. 17. in priorem ad Corinth. ſolet Paulus præter opinionem ſermonem in contrarium vertere. vt 1. Corinth. 6. omnia mihi licent, ſed non omnia expediũt. omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. acſi diceret. & ſi in poteſtate noſtra ſit, non ſolum id nihil affert vtilitatis, ſed nec poteſtatis quidem eſt, verum ſeruitutis.

Hoc eſt ſemper ſapientiæ Pauli, inquit Chryſoſt. homi. 8. in epiſt. ad Hebræ. aſpera blandis intermiſcere, vt ad Gal. 5. currebatis bene quis vos impediuit. Et, ſine cauſa tanta paſſi eſtis, ſi tamen ſine cauſa. & iterum, certus ſum de vobis in domino. & ad Hebræ. 5. perſuaſus ſum de vobis meliora, & cum ſalute coniuncta. de hoc lib. 5. capi. 1. diſſerui.

Lege Oecume. ad Roma. 10. & de faſcino. lib. 6. cap. 1. ſcripſimus.

An paul. duxit vxorem nec ne. Antequã à Paulo digrediamur volo diſquirere, Vtrum ipſe inter coniugatos, an inter cælibes connumerandus ſit. Nam variæ ſunt ſanctorum hac in re ſententiæ. Origenes quidem dubius eſt. nec aſtruere nec negare audet. Illius hæc ſunt verba libro. 1. cõmenta. epiſt. ad Roma. Liber eſt qui ſine vxore per puritatem continentiæ venit ad Chriſtum, qui tamẽ ſeruus Chriſti efficitur, dum ex integro virtutibus ſeruit. Paulus ergo (ſicut quidam tradunt) cum vxore vocatus eſt,

Philippẽ. 4 de qua dicit ad Philippenſes ſcribens. Rogo te etiam germane compar adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cũ Clemente. Si verò (vt alijs videtur) ſine vxore, nihilominus qualibet vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. Alij aſſeuerant vxorem duxiſſe, inter quos eſt Ignatius primus Antiochenę eccleſiæ poſt Petrum pontifex, qui in epiſt. ad Philadelphienſes. ait. αἱ παρθένοι, μόνον τὸν χριστὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχετε καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐν ταῖς εὐχαῖς, φωτιζόμεναι ὑπὸ τοῦ πνεύματος. ὀναίμην ὑμῶν τῆς ἁγιωσύνης, ὡς Ἠλία, ὡς Ἰησοῦ τοῦ ναυῆ, ὡς Μελχισεδὲκ, ὡς Ἐλισσαίου, ὡς Ἱερεμίου, ὡς τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὡς τοῦ ἠγαπημένου μαθητοῦ, ὡς Τιμοθέου, ὡς Τίτου, ὡς εὐοδίου, ὡς Κλήμεντος, τῶν ἐν ἁγνείᾳ ἐξελθόντων τὸν βίον. οὐ ψέγων τοὺς μακαρίους τοὺς λοιποὺς, ὅτι γάμοις προσωμίλησαν τούτων ἐμνήσθην ἄρτι. εὔχομαι γὰρ ἄξιος θεοῦ εὑρεθεὶς, πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὡς Ἰωσὴφ, καὶ Ἡσαΐου καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν. ὡς Πέτρου καὶ Παύλου καὶ τῶν ἄλλων Ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων. Hoc eſt. virgines ſolum Chriſtum præ oculis habete, & eius patrem in orationibus, ab ſpiritu illuminatæ. Vtinam capiam vtilitatem ſanctitatis veſtræ, ſicut Eliæ, ſicut Ieſu Naue, ſicut Melchiſedec, Heliſæi, Ieremię, Iohannis Baptiſtæ & dilecti illius diſcipuli, Sicut Timothei, Titi, Euodij, Clementis, qui in caſtitate de vita exierunt. Non vituperans cæteros beatos, quod nuptijs dederint operam, horum nũc memini. opto enim dignus Deo inuentus, ad veſtigia eorum in regno inueniri, ſicut Abraham, Iſaac & Iacob, ſicut Ioſeph, & Iſaiæ. & aliorum prophetarum. Sicut Petri & Pauli & aliorum apoſtolorum qui nuptijs operam dederunt. & Clemens, Romá. non vt putat Eraſmus primus qui pontificatum adijt iuxta aliquos poſt Petrum, ſed Alexandrinus qui in Stromate. 3. ait. Petrus & Philippus filios procrearunt. Philippus autem filias quoque ſuas viris tradidit. Et Paulus non veretur in quadam epiſtola, ſuam ap- Philip. 4. pellare coniugem, quam non circũferebat, eo quod nõ magno ei eſſet opus miniſterio. Dicit itaq; in quadã epiſtola. Non habemus 1. Cor. 9. poteſtatem ſororem mulierem circunducendi ſicut cæteri apoſtoli? Sed hi non vt vxores, ſed vt ſorores circunducebant mulieres, quæ vna miniſtraturæ eſſent apud mulieres quæ domos cuſtodiebant. & citãtur hæc verba ab Euſebio. lib. 3. hiſto. cap. 30. ita etiam dicitur. D. 31. in decretis. ca. omnino. Porro teſtimonia ſcripturarum quibus nituntur, facile dilui poſſunt. Primum quod ſumptum eſt ex. 1. ad Cor. epiſ. ca. 9. (Nonne habemus poteſtatem ſororem mulierem circunducendi) ſic ſoluit Theophy. ibidem. Diuites fœminæ comitabantur apoſtolos, vt ſuppe-

Digitized by Google

ditarent eis neceſſaria, omnem illis ſecurita-
tem, horum cauſa parantes, vt ſoli euangelij
prædicationi vacarent. & Hierony. in com-
menta. Matth. cap. 27. ait. Conſuetudinis Iu-
Conſuetudo apud Iudæos. daicę fuit, nec ducebatur in culpam more gẽ-
tis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua vi-
ctum atque veſtitum præceptoribus mini-
ſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere pote-
rat in nationibus, Paulus abieciſſe ſe memo-
rat. Dicit enim ipſe. Nunquid non habemus
poteſtatem ſorores mulieres circunducendi,
ſicut & cæteri apoſtoli faciunt? Miniſtrabãt
autem domino de ſubſtantia ſua, vt meteret
earum carnalia, cuius illæ metebant ſpiritua
lia. Non quod indigeret cibis dominus crea-
turarum, ſed vt typum oſtenderet magiſtro
rum, quod victu atque veſtitu ex diſcipulis
deberent eſſe contenti. Huic ſententiæ ſuf-
fragatur. D. Theodore. in Paulum. Et Augu
ſti. in libr. de operibus monachorum capi. 4.
ait, Quo probato oſtendit Paulus ſibi licere
quod cæteris apoſtolis, id eſt vt non opere-
tur manibus ſuis, ſed ex euangelio viuat, ſi-
cut dominus conſtituit eis, ad hoc enim & fi
deles mulieres habentes terrenam ſubſtan-
tiam ibant cum eis, & miniſtrabãt eis de ſub
ſtantia ſua, vt nullius indigerent horum quę
ad neceſſaria vitæ huius pertinẽt. Quod Pau
lus licere quidem ſibi demonſtrat, ſed ea po-
teſtate, ſe vti noluiſſe, poſtea commemorat.
Hoc quidam non intelligentes, non ſoro-
rem mulierem, ſed vxorem interpretati ſunt.
Fefellit eos verbi Græci ambiguitas quod &
vxor & mulier eodem verbo γυνὴ Græcè di-
citur. quanquam hoc ita poſuerit apoſtolus
vt falli non debuerint, quia nec mulierẽ tan-
tummodo ait, ſed ſororem mulierem, neque
ducendi ſed circũducendi. Verũtamen alios
interpretes nõ fefellit hęc ambiguitas, & mu
lierem non vxorem interpretati ſunt. Vtun
tur ſecundo teſtimonio ex epiſt. ad Philipp.
cap. 4. καὶ ἐρωτῶ καὶ σε σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου
αὐταῖς αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι με-
τὰ καὶ κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου. Hoc
eſt. Deprecor & te germane compar adiuua
illas quæ mecum laborauerunt in Euange-
lio cum Clemente & cęteris cooperatoribus
meis. cum dicit germane pro germana acci-
piunt. pro. & tu ſyncera coniux adiuua il-
las. vt ſint verba Pauli ad vxorem ſuam. at
dices nomen γνήσιε, ideſt germane eſt nomẽ
maſculinũ? Ad hoc reſpõdent quod nomina
maſculina in ος, ponũtur ꝓ fœmininis. vt in
quit interpres Sophoclis in Electra. ὅσα δὲ ος
ἀρσενικὰ. ἀντὶ θηλυκῶν λέγεται ἐπ᾽ ἀλληγόντων,
ἀττικά εἰσι. χρυσὸς ἢ ἀντὶ τοῦ χρυσῆ, καὶ κλυτὸς ἀν
τὶ τοῦ κλυτὴ. καὶ θυραῖος ἀντὶ τοῦ θυραία, καὶ βίαιος
ἀντὶ τοῦ βιαία. ¶ Alij affirmant aut coniugij
fuiſſe expertem, aut virginem. & hæc poſi-
tio vt cõmunior, ita ſacris literis conformior
eſt. & germanum comparẽ ſignificat Epa-
phroditum. i. & tu ingenue collega, ſcilicet,
Epaphrodite, adiuua eas. alij dicunt Germa-
ne eſſe mulieris nomen. Nos tamen de hac
re ſanctorum ſententias afferamus. Chryſo-
ſto. homil. 13. ad Philipp. ait. Non obſecrat
vxorem ſuam, cum inquit Germane com-
par, vt malè aliqui arbitrantur. Verum ho-
norat mulierem (quia ſic vocatur illa) aut vi-
rum vnum ex his mulieribus, vt ad Roma.
16. commendo vobis Phœben ſororem mi
niſtram eccleſiæ quæ eſt Cenchris. & Theo
phy. ad Philip. 4. ait, Commendat Euodiam
& Synthychen viro cuipiam admirãdo, qui
aut frater fuit alterius ipſarum, aut maritus,
aut forſitan cuſtos carceris, quaſi dicat. Iam
frater es germanus, ſi in opere domini idem
iugum trahas adiuuans illas. Nonnulli in er-
rorem inducti aiunt Paulum hic propriam
coniugem adhortari. Sed hoc eſſe haud qua-
quam poteſt. vt enim alia prætermittam, ſi
ſuam vxorem intelligere voluiſſet dixiſſet in
genere fœminino, γνησία σύζυγε. ideſt, Germa
na cõiunx. Theodo. eodem loco ait. Germa
ne eſt mulier conſocia laborum Pauli. Ali-
qui ſtulte eſſe vxorem Pauli putant, non at-
tendentes in epiſto. ad Corinth. 1. capit. 7. ſe
in numerum cælibum Paulum retuliſſe. &
Oecume. Fatua, inquit, eſt cogitatio arbitra-
re eſſe vxorem Pauli. nam non reliquiſſet eã
Philippis ſed in Tarſo vbi natus, aut in Ieru-
ſalem, vbi nutritus. & Hiero. ad Euſtochium
de Virginitate ait, Non ſunt audiendi, qui di
cunt Paulũ vxorẽ habuiſſe. Nam cũ de virgi
nitate & caſtitate loquitur ſe in exemplum
adducit. bonũ eſt, inquit, homini mulierẽ nõ
tangere, ſed propter fornicationẽ vnuſquiſ-
que vxorẽ habeat, &c. hoc ſecundũ indulgẽ *1. Cor. 7.*
tiã dico, nõ ſecundũ imperiũ, volo oẽs homi
nes eſſe ſicut meipſum. Sed vnuſquiſq; pro-
priũ donũ habet ex Deo. & poſt parũ. Dico
aũt nõ nuptis & viduis, bonũ eſt illis ſi ſic ꝑ-
maneant vt ego. &, de Virginibus præceptũ
dñi nõ habeo, conſiliũ autẽ do, tanquã miſe-
ricordiam conſequutus vt ſim fidelis. & Epi
phanius libro 2. contra hęreſes, in hæreſi Va
leſiorum,

lectiorum,hæc quę ſcripſit Hierony.totidem
verbis dicit.& Aug.ita ſenſit, vt ex loco ſu-
pra à nobis citato cõſtitit.& iterum Hiero.
ad Calentiam de monogomia.

¶De pręceptis& cõſilijs euangelicis.

CAP. II.

DVplex eſt genus pręceptorum in
ſcripturis, affirmatiuum & nega-
tiuum.Negatiuum quidem perpe
tuò nos cogit & adſtringit ad ſui
obſeruationẽ,nec vnquam temere abſq; ſce-
lere prætermitti poteſt,vt,Nõ furaberis,non
mœchaberis.Affirmatiuum verò nos cogit
vt ipſum obſeruemus certo loco ac tempore
quod ſi tunc omiſſum fuerit,culpa non va-
cat homo ille.vt,oportet honorare parentes,
non ſemper,ſed cum ſunt in neceſsitate con
ſtituti.& oportet confiteri peccata ſacerdo-
ti,non ſemper,ſed in tempore ab eccleſia cõ
ſtituto & pręfinito,in cap.illo,Omnes vtriuſ
que ſexus.de pœn-tẽ.& remiſſ.Hęc quę à no
bis vtcunq; dicta ſunt, ſanè quam eleganter
protulit Hierony.in epiſt.ad Calentiam, de
ratione piè viuendi.Duo,inquit,ſunt genera
mandatorum,in quibus clauditur tota iuſti-
tia.Prohibendi vnum eſt, Iubendi alterum.
vt enim mala prohibentur, ita præcipiuntur
bona.Ibi otium operatur, hic ſtudium. ibi
coërcetur animus,hic incitatur.Hic feciſſe,il
lic non feciſſe culpabile eſt. Vnde prophe-
ta dicit.Quis eſt homo qui vult vitam,& cu-
pit videre dies bonos, prohibe linguam tuã
à malo,& labia tua ne loquantur dolum, de-
clina à malo & fac bonum.& Apoſtolus. o-
dientes malum,& adhęrentes bono.Hoc ita
que duplex diuerſumq; præceptum, prohi-
bendi ſcilicet & imperandi,æquo iure omni
bus mandatum eſt.Non virgo,nõ vidua, nõ
nupta, ab hoc imperio libera eſt.In quouis
propoſito,in quouis gradu, æquale peccatũ
eſt,vel prohibita admittere,vel iuſſa nõ face-
re. Quod inquit Hiero. in quouis gradu æ-
Stoici. quale peccatum eſſe. non vult ſequi Stoi-
Cicer.in.3. corum errorem,affirmantium peccata om-
Paradoxo. nia,ac ipſorũ ſupplicia eſſe ęqualia.Nam iux
ta Horatium.

Nec vincet ratio hoc,tantũdem vt peccet, idemq;
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus ſacra diuũm legerit.

Sed vult dicere quod æquè ac pariter am
bo efficiuntur peccatores, ſcelus illud per-
petrando.nec negat circunſtantias peccato
rum minuere aut aggrauare peccatum.Qua
de re S.Thom.1.2.Quæſtio.73. diſputat. &
Grati.D.40.Homo chriſtianus.& in ca.Con
ſideret.de Pœnitentijs.D.5.quod eſt Hugo
non Auguſt.

Aliquando dantur præcepta nuda,aliquã
do præcepto additur & explicatio,ne teme-
re datum eſſe videatur.Quando id fiat,Chry
ſoſt.homil. 12.ad populum Antiochenum
nos docere poterit,qui ait.Cum aliquid præ
cipitur in lege aut prohibetur, quod ex lege
naturali nobis notum eſt, bonum eſſe aut
malum, cauſa præcepti non ſubnectitur.V.
gratia, non opus habemus dicere quod ma-
lum eſt fornicatio,aut bonum continentia,
ſed ab initio hoc ſcimus.Vnde ait legiſlator.
Non occides. non intulit, malum enim cæ-
des,ſed ſimpliciter non occides,inquit,prohi
buit enim peccatum duntaxat, non docuit.
Quare igitur qui dixit,Non occides, nõ addi
dit,quod malum eſt cædes,quoniam præue-
niens conſcientia nos hoc docuit,& tanquã
ſcientibus & intelligentibus ita loquitur.
Cum igitur de alio loquitur mandato, non
nobis noto facto per conſcientiam,non tan-
tum prohibet,ſed & cauſam apponit.De ſab
bato itaq; legem feres dicit. Septima die nõ *Exod.20.*
facies opus. Subiungit quoq; cauſam ceſſa- *Deuter.24*
tionis.Quoniã in die ſeptima requieuit Deus
ab omnibus operibus ſuis quæ cœperat face
re.& rurſum.Memento quod ſeruieris in Ae
gypto,& eruerit te Dominus Deus tuus in-
de,idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.
Quando meſſueris ſegetem in agro tuo & o-
blitus manipulum reliqueris, non reuerteris
vt tollas illum.Et in eodẽ capite dat cauſam
quare vxor dimittatur à viro,& detur ei libel
lus repudij. Quare igitur in ſabbato quidẽ
cauſam adiecit,in cæde vero nihil tale fecit?
Quoniam quidem hoc mãdatũ non de prin
cipalibus erat, nec per conſciẽtiam nobis ex
quiſitis,ſed particulare quoddam & tempo-
raneum,propterea poſt hæc,in noua lege ſo
luta ſunt.Similiter de primogenitis quare of
feratur,datur cauſa Exo di.13.Lege S.Tho.
1.2.q.100.Art.7.ad.2.

In præceptis diuinis aut additur explica-
tio,vt dictum eſt, aut additur promiſsio, vel
tẽporariæ, aut cæleſtis, vt agite pœnitentiã

 appro-

appropinquabit enim regnum cœlorum: & ad Epheſ.6. Honora patrem tuum quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi & ſis longæuus ſuper terram. de hoc ſecundo genere in tertio cap. huius voluminis diſſeremus. At in aliquibus præceptis, vt ait Hierony. ad Epheſ.6. non additur promiſſio, ſed Dei laus, vt in Decalogo. Non facies tibi ſculptile. ego enim ſum Deus zelotes viſitans iniurias patrum in filios. &c. & Deniq; ait, & faciens miſericordias in mille. Porro animaduertere oportet ex Theoph. ad Ephe.6. quod præcepta negatiua, vt, Non mœchaberis, nõ occides, & ſimilia non habent mercedem adiunctam, neq; promiſſionem. ſunt quippe potius à malis diſceſſus, quam bonorum operationes. Sed nemo dat mercedẽ ei qui ſe à malo abſtinet. At mãdatum affirmatiuũ quod habet boni operationem, promiſſionem habet. Vt, Filij obedite parentibus, vt ſitis longæui ſuper terram, quem Dominus daturus eſt. Aliam affert rationem S. Tho. loco modo citato.

Theophilactus intelligendus eſt quãdo quis abſtinet à peccato ſine actu poſitiuo, per quẽ peccato reſiſtit.

Aduerte ex Theophy. ad Ephe. 6. quod primo dantur in ſcripturis præcepta negatiua, poſtea affirmatiua, quia primo à prauis operibus abducimur, poſtea ad bonorum trahimur operationes. De hac tamen relate diſſeruimus li.5. in ca. de ordine narrationis ſcripturæ.

Ca.5. huius libri.

23.q.1.ca. Paratus.

Sunt quædam præcepta patientiæ, quæ nos ſubire, libenti animo, iniurias illatas, iubent quæ tamen ſecundum animi præparationẽ ſolũ intelligenda ſunt nos adſtringere ad illorum obſeruationem. vt ſi te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei aliam. Verũ quia de hac re poſtea fuſius diſputaturus ſum nũc paucis rem abſoluã. Auguſt. epiſto.4. & habetur. 23. Queſt. 1. c. Paratus. Paratus, inquit, debet eſſe homo iuſtus patienter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, vt potius numerus creſcat bonorum, nõ vt pari malitia ſe quis numero addat malorum. Deniq; iſta præcepta patientiæ, magis ſunt ad præparationem cordis, quam ad opus quod in aperto fit, vt teneatur in ſecreto animi patientia, cum beneuolentia. In manifeſto autem id fiat quod eis videtur prodeſſe quibus bene velle debemus. Hinc quoque ipſe Dominus Ieſus exemplum ſingulare patientiæ cum percuteretur in faciem, reſpondit, ſi male locutus ſum exprobra de malo, ſi bene cur me cædis. Nequaquam igitur præceptum ſuum (ſi verba intueamur) impleuit. Neque enim præbuit percutienti alterã partem, ſed potius prohibuit ne faceret, & iniuriam augeret. tamen paratus aduenerat non ſolum percutienti in faciem, verum etiã pro his à quibus hoc patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens. Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. Neque Paulus præceptũ Domini videtur impleuiſſe, vbi etiam percuſſus in faciem dixit principi ſacerdotũ. Percutiat te Deus, paries dealbate, ſedes me iudicare ſecũdum legem, & contra legẽ iubes me percuti? Sunt ergo iſta præcepta patientia ſemper in cordis præparatione retinenda, ipſa quoque beneuolẽtia ne reddatur malum pro malo, ſemper in voluntate complenda. *Act.23.*

Not.

Summe aduerte, niſi vis in ſcripturis hallucinari, quod annotauit Auguſt. lib. 8. de trini. cap. 7. Quod cum duo præcepta ſint, ex quibus tota lex pendet & prophetæ; Dilectio Dei & proximi, plerũque ſcriptura pro vtroque vnum ponit, ſiue tantum Dei vt eſt illud. Scimus quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. & iterum. Quiſquis diligit deum, hic cognitus eſt ab illo. & illud. Quoniam charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. & alia multa. quia & qui diligit Deum, conſequens eſt vt faciat quæ præcipit Deus, & in tantum diligit in quantum facit, conſequens ergo eſt vt & proximum diligat, quia hoc præcipit Deus. ſiue tantum dilectio proximi ſcriptura commemoret. Sicut eſt illud. Inuicẽ onera veſtra portate & ſic adimplebitis legem Chriſti. & illud. omnis lex in vno ſermone impletur, in eo quod ſcriptum eſt. Diliges proximum tuum tanquã teipſum. Et in euangelio. omnia quęcunque vultis vt faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis, hæc enim eſt lex & prophetæ, & pleraque alia reperimus in literis ſanctis, in quibus ſola dilectio proximi ad perfectionem præcipi videtur, & taceri de dilectione Dei, cum ex vtroque lex pendeat & prophetæ. Hactenus ille. Forte ob hanc cauſam cum Matth. 19. numerentur præcepta decalogi nil dicitur de præceptis ad Deum ſpectantibus. & in epiſto. ad Epheſ. dicitur. Ambulate in dilectione. nec exprimit, an loquatur de dilectione Dei, an proximi. crederem tamen de dilectione proximi Paulum fore intelligendum. quia Deus, noſtros profe-

Roma.8. *1.Cor.8.* *Roma.5.* *Gal.5.et.6* *Matth 7.* *Epheſ.5.*

Digitized by Google

profectus quærit. Deinde aduerte quod cũ ſit nobis præceptum iniunctum de dilectione Dei & proximi, de dilectione noſtra nullum vnquam præceptum legimus datum. Quia iuxta Auguſti. libro. 1. de doctrina Chriſtia. capit. 35. vt ſe quiſque diligat præcepto non eſt opus. Huius regulę rationem affert Cyrillus libr. 9. ſuper Ioan. capit. 5. cum ait. Sæpènumero Chriſtus, aut potius tota diuina ſcriptura, ea quæ de re vna

Petrum pedes nõ lauare velle, q̃d ſignificet.

dicit generalius intelligit. Vt, ſi non lauero te non habebis partem mecum, id eſt, niſi hanc mirabilem humanitatis diſciplinam ſuſceperis, nihil mihi tecum commune erit. Aut niſi quis peccati ſordes per gratiã meã lauerit, regni cælorum non erit particeps. de hoc libr. 9. Regul. 14.

συλλήψις.

Quando præceptum aliquod datur, aut aliquid ꝓmittitur in genere maſculino, maſculum & fœminam comprehẽdit, vt Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, &c. &, Beatus vir qui timet dominum & in mandatis eius volet nimis. & Pſalm. 1. Beatus vir qui non abijt in conſilium impiorum. Nũquid mulier ab hac beatitudine excluditur. minimè. nam vna eſt virtus vtriuſque. Porrò quando aliquod præceptum datur maribus ſolummodo, ſtatim id explicatur, vt Geneſ. 17. datur præceptum circuncisionis maſculis non fœminis. & quod ter appareant ante Dominum in templo. Exod. 23. Ter in anno apparebit omne maſculinum coram domino Deo, ſcilicet in Ieruſalem.

Libro. 50. Regul. 27.

Eſt domino conſuetum, inquit Baſilius in homil. quomodo inſtruendi ſint qui veniũt ad baptiſmum, vt definite præcepta, per alia alibi dicta clarè tradat, vt, theſaurizate vobis theſauros in cælo. quod ſimpliciter dictũ, alibi declarat, dicens. Vendite quæ poſsidetis & date eleemoſynam. & facite vobis ſacculos qui non veteraſcant, theſaurum nõ deſinentem in cœlis.

Præcepta non impoßibilia factu.

Porrò quærendum videtur an tam præcepta quam conſilia ſint impoſsibilia obſeruatu. nam dicit dominus qui poteſt capere capiat. Cui quæſtioni reſpondet Baſilius in homil. Attende tibi ipſi. ἀσεβές, inquit, τὸ λέγειν ἀδύνατα εἶναι τὰ τοῦ πνεύματος παραγγέλματα. Hoc eſt, impium eſt aſſeuerare præcepta ſpiritus ſancti impoſsibilia eſſe obſeruatu. & Hierony. Matth. 5. in poſtremis verbis. Multi, inquit, præcepta Dei imbecillitate ſua, nõ ſanctorum viribus æſtimantes, putãt eſſe impoſsibilia, quæ pręcepta ſunt, & dicunt ſufficere virtutibus, non odiſſe inimicos, cæterũ diligere eos, plus præcipi quam humana natura patiatur. Sciendum eſt ergo Chriſtum nõ impoſsibilia præcipere, ſed perfecta, quæ fecit Dauid in Saul & Abſalom, Stephanus quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus eſt. & Paulus Anathema cupit eſſe pro perſecutoribus ſuis. Hæc autem Ieſus docuit & fecit dicens. Pater ignoſce illis, quod enim faciunt, neſciunt. Et Maximus cent. 1. de charitate 79. Dominus nobis præcepta largitur, iuxta animæ vires. & ſcholaſtici citant Hierony. in confeſsione catholica. ſed illam Hierony. eſſe negant.

Actu. 7. Roma. 9. Luca. 23.

Perfectio chriſtiana, in conſilijs, tanquã in medijs ad perfectionẽ quæ eſt charitas.

Præterea, non immeritò quæri poteſt, an perfectio Chriſtiana pendeat ex cõſilijs, an ex præceptis. De hac quæſt. quid ſenſerint ſcholaſtici apud S. Thom. 2. 2. quæſt. 184. legere poteris. Porrò ſanctorum patrum ſententia eſt, perfectionem vitæ Chriſtianæ cõſtare in obſeruatione conſiliorum. Sed conſilia cuſtodiri non poſſe, niſi iacto fundamẽto præceptorum. Audi quid dicat Hierony. in epiſto. ad Philem. Virginitas, inquit, propterea maiori præmio coronatur, quia præceptũ domini non habet, & vltra imperata ſe extendit. Vnde Philemoni ſcribit Paulus. Scio quoniam ſuper id quod dico facies. Atque ideo merito voce Apoſtoli laudatur, quod mandata eius opere pręuertat, & poſſit dicere. Voluntaria oris mei complaceant tibi domine, pluſq; faciens quam præceptũ eſt, vt vincat eos qui tantummodo imperata fecerunt, & iubentur dicere: ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Et libro. 1. contra Iouinia. ait. Multi ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat. In propatulo eſt cur apoſtolus dixit. De Virginibus autem præceptum domini non habeo, conſilium autem do. Quia præmiſerat dominus. Non omnes capiunt verbum, ſed quibus datum eſt, & qui poteſt capere, capiat.

Matth. 19

Agonothetes Chriſtus.

Proponit Agonothetes præmium, inuitat ad curſum, tenet in manu virginitatis brauium, oſtendit puriſsimum fontem, & clamitat. qui ſitit, veniat & bibat. qui poteſt capere, capiat. Non dicit, Velitis, nolitis, bibendum vobis eſt atque currendum, ſed qui voluerit, qui potuerit currere atque potare, ille vincet, ille ſatiabitur. Ideo plus amat virgi-

nes

Digitized by Google

Maioris gratiæ, id eſt minoris debiti.

nes Chriſtus, quia ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum. Maioris gratiæ eſt offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris. Et Chryſoſtomus homil. 22. in priorem ad Corint. epiſtolam. ait, Quæ ſupra præceptum fiunt, multam ſecundum Paulum mercedem conſequuntur. Inquit enim. Quæ eſt merces mea, vt euangeliũ prę dicans, ſine ſumptu ponam. Quæ enim ſub præcepto continentur, non itidem. Et Ambroſius in libro de Viduis, verſus finem, ait.

Præceptum *Conſilium.*

Præceptum in ſubditos fertur, conſilium amicis datur. Vbi præceptum eſt, ibi lex eſt, vbi conſilium, ibi gratia eſt. Præceptum, vt ad naturam reuocet, conſilium vt ad gratiam prouocet. Et ideo lex Iudæis lata eſt. gratia autem electioribus reſeruata eſt. Lex vt à naturæ finibus culpæ ſtudio remeantes, ad naturæ obſeruantiam pœnæ terrore reuocaret, gratia autem, vt electos, tum ſtudio bonorum, tum propoſitis etiam præmijs, prouocaret. Et vt intelligas diſtantiam præcepti atque conſilij, illum recorderis cui in euangelio ante præſcribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falſum teſtimonium dicat. Præceptum enim ibi eſt, vbi eſt pœna peccati. At verò cum ſe præcepta legis memoraſſet impleſſe omnia, inquit, hæc ſeruaui à iuuentute mea. conſilium ei datur, vt vendat omnia

Marci. 10.

& ſequatur dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, ſed pro conſilio deferuntur. Duplex nanq; forma mandati eſt. Vna præceptiua, altera voluntaria. Vnde dominus in prima forma dicit, Non occides, vbi præcipit. In alia, ſi vis perfectus eſſe vende omnia tua. Ergo hic liber eſt à præcepto, cui defertur arbitrio. Itaque qui præceptum impleuerint poſſunt dicere. Serui inutiles fuimus, quod debuimus facere, fecimus. Hoc non dicit virgo, nec qui bona ſua vendit, ſed quaſi repoſita expectat præmia. Vnde apoſtoli. Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te. quid ergo erit nobis? Non enim quaſi inutilis ſeruus, quod debuit facere feciſſe ſe dixit. Sed quaſi vtilis domino, qui commiſſa ſibi talenta, quæſitis multiplicauit vſuris, mercedem fidei & virtutum, ſecurus expectat. & ideò illis dicitur.

Caput Hierony. falſo. Gregorio tributum.

Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis iudicantes duodecim tribus Iſrael. & in Decretis. 14. quæſtione. 1. capi. vltim. textus eſt ſub nomine Gregorij cum ſit Hieronymi, ex libr. 1. contra Iouinianum deſumptus, qui hæc omnia breuiter complectitur. Quod præcipitur, inquit, imperatur, quod imperatur, neceſſe eſt fieri, ſi non fiat pœnam habet. Vbi conſilium datur, offerētis arbitrium eſt. Vbi præceptum neceſſitas eſt, ſeruientis vt obediat, vel imperantis vt ei obediatur. Et Beda Lucæ. 9. libr. 3. cap. 34. Cum, inquit, aliquid à domino imperatur, niſi fiat inobedientiæ culpa eſt, cum autē poteſtas datur, licet cuique non vti, & tanquàm de ſuo iure cedere.

Virginitas cur præcepto non ſub eſt. *Hieronym' intelligendus eſt de obſequioſa pererogationis quod offertur per votum.*

Denique in epiſtola ad Euſto. de virginitate, ait Hierony. De virginibus, inquit, apoſtolus præceptum domini non habeo. cur? quia ipſe vt eſſet virgo, non fuit imperij, ſed propriæ voluntatis. Quia maioris eſt mercedis, quod non cogitur & offertur. Quia ſi fuiſſet virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablatæ. & duriſſimum erat contra naturam cogere, angelorumque vitam ab hominibus extorquere, & id quodam modo damnare quod conditum eſt.

¶ Quod Deus, homines pollicitationibus, aut terroribus, ad præceptorum alliciat cuſtodiam.

CAP. III.

CVM ſint homines rebus terrenis addicti, ſolet dominus res illas polliceri quæ apud illos in pretio ſunt, dummodo legem obſeruent. vice verſa, quæ maxime deteſtantur & exhorreſcunt, ſe inuecturum interminari, niſi contineant ſe in officio & legi diuinæ pareant. Id quibus modis ſoleat fieri, ſequētibus regulis manifeſtabitur.

Scriptura, inquit Chryſoſto. homil. 22. & 44. in Matth. auditorem ad eorum quæ dicit obedientiam, etiam per aduerſa compellat, non ſolum ſcilicet per illa quæ proſunt, verũ etiam per illa quæ lædũt. Sicut optimus quiſpiam medicus, qui ex intemperantia ægritudinem oſtendat eſſe ſecuturam, ex obedientia ſoſpitatem. Huius rei exemplum affert Hierony. Danie. ca. 2. Cōminatus eſt, inquit, Nabuchodonoſor ſapientibus, Chaldæis &

Magis,

Digitized by Google

Magis,pœnam,inquiens. Niſi indicaueritis mihi ſomniũ,& coniecturam eius, peribitis. proponit & præmia inquiens.Si autem ſomnium indicaueritis,honorem multum accipietis à me.Deniq; Plut.de inſti.puerorũ ait. δύ᾽ ὥσπερ ἀ στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς εἶναι ἐλπίδα τε τιμῆς καὶ φόβον τιμωρίας· ἡ μὲν γὰρ ὁρμητικωτέρους πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἡ δ᾽ ὀκνηροὺς πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων ἀπεργάζεται. Hoc eſt. duó ſunt elementa virtutis timor & ſpes.

Nõ de futuris,inquit Chryſoſto.hom.15. in Matthæ.ſolummodo bonis,verum etiam de præſentibus ſcriptura cohortatur.tũ propter tardiores auditores, & antequam futura veniant,præſentia requirentes. tum quia
Matth. 5. in eccleſia ſunt perfecti & imperfecti,qui ter
Epheſ. 5. rena cupiunt & temporalia. Vt, beati mites
Deute.. 5. quoniam ipſi poſsidebunt terram. ſenſibile
Matth. 25 hic præmium ſtatuens.& alibi. Honora pa-
1. Corin. 7 trem tuum & matrem tuam,ſic enim eris lõgæuus ſuper terram. & Dominus latroni. Hodie mecum eris in paradiſo. Paulus quoque creberrimè,& præmia ſenſibilia proponit & de præſentibus adhortatur, vt cum de virginitatis bono diſſerit,nihil ibi de ſupercęleſti honore cõmemorat,ſed de præſenti vtilitate,rem cõmendat,propter inſtantem neceſsitatem.Sic Chriſtus ſpiritualibus ſenſibilia miſcebat Nec diſſentiunt ab eo Euthy. Matth 5.nec Chromatius in lib. de.8. beatitudinibus,parum poſt principium.& De Iudæis loquens Hiero.in cõment. Iſaiæ cap.1. ait.Hebræis,qui necdum poterant ſapere ſpiritualia, pollicetur Deus bona præſentis ſeculi, vt ſaltem præſentibus inuitati, faciant quæ præcepta ſunt.& circa principiũ c. 17. in eũdem prophetam,ait.Guloſis Iudæis nihil aliud quærentibus niſi corporum voluptates,illas Dominus pollicetur, vt ſaltẽ pro carnalibus deſiderijs, & opum abundantia,
De hoc lib. quæ in lege exhibebantur, filium Dei ſuſci-
9.Regu. 3. perent,quem quia non ſoſceperunt, repro-
Theophila- miſsiones quoque irritas fieri. & Theophy.
ctus intelli Lucæ.16.ait. Lex benedictiones in diuitijs
gendus eſt dabat,& prophetæ bona terrę promittebãt,
quod non ita auditorum infirmitate poſtulante. quo-
tã frequen niam prophetæ & lex non memores fuerũt
ter memo- regni cælorum, merito bona terræ pro-
res fuerunt mittuntur imperfectioribus,& nil virile, vel
regni celo- magnum intelligere valentibus.& ideo meri
rum. to paupertatem docet Iohannes, eo quod
De hoc ĩfra imperfecta legis præcepta iam non habent
ca. 6. inpri tempus.
cipio.

Quia efficaciſsimum, inquit Caſsiodorus Pſalm.1.doctrinæ genus eſt inuitare proſpe ris, & deterrere contrarijs, ideo ſcriptura ſæpe à malis dehortatur, & ad virtutem impellit præmijs non vulgaribus. Hoc ſentiens Ariſto. 10. Ethicorum capit.1.ait. Voluptas maxime affinis eſt generi noſtro. Vnde iuuenes voluptate & dolore quaſi gubernaculo dirigentes erudiunt.& ſumpſit ex Solone, cuius verba recitat Cicero.in epiſt. ad Brutum quæ incipit. Meſſalam. ait. Neque ſolum,vt Solonis dictum vſurpem. Is remp. *Solon.*
duabus rebus contineri dixit,præmio & pœna.& Sopho. in Aiace eandem ſententiam his verbis expreſsit.

Ου γάρ ποτ᾽ οὔτ᾽ ἂν πόλει νόμοι καλῶς
φέροιντ᾽ ἄν, ἔνθα μὴ καθεστήκῃ δέος,
Οὔτ᾽ ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ᾽ ἔτι,
Μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ᾽ αἰδοῦς ἔχων.

Et S.Tho.1.2.q.99.Art.6.ait. ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis inducuntur homines ad aſſentiendum concluſionibus per media ſyllogiſtica,ita etiã in quibuslibet legibus homines inducuntur ad obſeruantias præceptorum per pœnas & præmia. Videmus autem in ſcientijs ſpeculatiuis quod media proponuntur auditori ſecundum eius conditionẽ. Vnde ſicut oportet ordinatè in ſcẽtijs procedere, vt ex notioribus diſciplina incipiat, ita etiam oportet eum qui vult inducere hominem ad obſeruantiam præceptorum, vt ex illis eũ monere incipiat quæ ſunt in eius affectu, ſicut pueri prouocantur ad aliquid faciẽdum ex aliquibus puerilibus munuſculis.Lex autẽ vetus diſponebat ad Chriſtũ, ſicut imperfectum ad perfectum. Vnde dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionem quæ erat futura per Chriſtum. Et ideó populus ille comparatur puero ſub pædagogo exiſtenti, vt patet ad Gala.3.perfectio autem hominis eſt, vt contemptis temporalibus ſpiritualibus inhęreat vt patet ad Philip.3.Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens,ad ea quæ priora ſunt me extendo.quicunque ergo perfecti ſumus hæc ſentiamus.Imperfectorum autem quod temporalia bona deſiderẽt,in ordine tamẽ ad Deũ. peruerſorum autẽ eſt,quod in temporalibus bonis finem conſtituãt. Vnde legi veteri cõ ueniebat,vt per temporalia quæ erant in affectu hominũ imperfectorum manuduceret homines ad Deũ. Et Theophy. Lucæ. 6. ait. Perſuadet Dominus à fine & à mercede, vt apud

Digitized by Google

apud Lucam capi. 6. benefacite & mutuum date nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſsimi. & Nazianzenus lib. 4. Theologiæ verſus finē, ait. Cum tribus his regamur, metu pœnæ, ſalutis & gloriæ ſpe, & virtutum, quibus hæc pariuntur exercitatione, vltionum nomine metum procurat, ſalutis autem ſpem, virtutum vero exercitationem.

Omnipotens Deus, inquit Grego. homil. 38. in euangelia, cum verba eius audire nolumus, adiungit exempla (ſcilicet rerum quas promittit, & dedit) vt omne quod impoſsibile credimus, tanto nobis ad ſperandum fiat facilius, quanto per hoc tranſiſſe iam & ad alios audimus. Veluti apud Matth. cap. 22. cum inuitantur ad cœnam, in priori inuitatione nihil de tauris vel altilibus dicitur, in ſecunda iam tauri & altilia mactata eſſe memorantur. Denique Chryſoſt. ſerm. 6. in epiſto. ad Philip. ait, Chriſtus cum ad magna diſcipulos ſuos adhortatur, ſeipſum & patrem & prophetas in exemplum proponebat, vt cum dicebat. Ita nanq; faciebant prophetis qui fuerunt ante vos. & iterum, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequētur. Et, diſcite à me quia mitis ſum. &, Eſtote miſericordes ſicut pater veſter qui in cælis eſt. & ad Philipp. 2. hic affectus ſit in vobis qui fuit in Chriſto Ieſu, qui cum eſſet in forma Dei, non rapinā arbitratus eſt, &c. Hactenus ille. Harum regularum tot ſunt in ſcripturis exēpla, quot lineæ. vt Iſaiæ 1. ſi feceritis quæ præcipio vobis, bona terræ comedetis, ſi non, gladius deuorabit vos. &, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. &, Niſi pœnitētiam egeritis omnes ſimul peribitis. & beatitudines à Matth. connumeratæ habent annexam repromiſsionē & aliqua etiā præcepta. Hanc ob cauſam ad Epheſ. 6. dicitur. Honora patrem tuum & matrem tuam (quod eſt mandatum primum in promiſsione) vt ſis longæuus ſuper terram. Porrò quomodo ſit primum mandatum in promiſsione, variè exponitur ab eccleſiaſticis doctoribus. Nam Ambro. & Augu. in libr. de decem chordis. & Iſidorus in Exod. & ſcholaſtici penè omnes, exiſtimant, hoc eſſe primū præceptum decalogi habens promiſsionē ſubiunctam. ex his nimirū præceptis quæ ſunt in ſecunda tabula cōſcripta. Alioqui primū cū promiſsiōe eſſet illud. Non habebis deos alienos corā me. Ego ſum Deus zelotes, &c.

Mandatū primum in repromiſſione.

Exod. 20.

& ſubiungens promiſsionem ait. & faciens miſericordias in mille. Cæterùm ſi altius hęc verba Exodi expendas, non ſunt promiſsionis, ſed laudis diuinæ, vt ait Hiero. ad Epheſ. 6. Ideo præceptum de honore parētibus deferendo, primum eſt cum promiſsione, ſiue ex prima tabula ſiue ex ſecunda, refragantibus Augu. & Ambroſio, &c. At inquies, cur præceptum de honore parētibus exhibendo, habuit promiſsionem adiunctā, reliqua non item. Quia præcepta negatiua cum potius ſint receſſus à malo, quam operationes, præmium aſſequi non merentur. vt non occides. At verò affirmatiua quia potius ſunt operationes, quam receſſus à malo, habent præmium annexum, quale hoc præceptum de honore parentum eſt. Sed dicet aliquis, præceptum de obſeruatione Sabbati affirmatiuum eſt, & tamen caret promiſsione. verū eſt. Sed non addita eſt illi promiſsio quia addita eſt explicatio. Nam quando præceptum notum non eſt ex lumine naturali, ſolet ſubnecti illi explicatio. Quia in vniuerſum præcepta hoc iniungūtur pacto. Si ſunt nota ex lumine naturali, vt non occides, nulla illis cauſa ner explicatio ſubnectitur. Alijs additur laus Dei, vt in illo præcepto, Nō habebis deos alienos. vt diximus in cap. præcedenti in regul. quæ incipit. In more eſt Paulo. in alijs denique additur præmium temporale aut æternum, vt illorum lenocinio ad cuſtodiam præceptorum alliciamur. Ideo præcepta, vel vocantur cum promiſsione, aut cū laude, aut cum explicatione, aut ſimpliciter per ſolam prohibitionem. Igitur ex præceptis quæ habent promiſsionem, hoc de honore parētum primum eſt. Hactenus de hoc præcepto. Verum quæres quot modis homines à peccatis perpetrandis abſtineant. Cui quæſt. reſpondet Maximus, centu. 2. de charitate cap. 81. Quinque ſunt per quæ anima à peccando deterretur ac coercetur, aut per timorem hominum, aut per timorem Iudicij, aut propter futuram mercedis retributionem, aut per Dei charitatem, aut poſtremo propter flagellum conſcientiæ.

Præcepta negatiua.

Affirmatiua.

Præcepta ceremonialia.

Præcepta lumine naturali nota.

Abſtrahi à peccatis quomodo homines ſoleant.

De promiſsionibus fœlicitatis illius gentis quæ erant ſub veteri inſtrumento, ſic habeto, quoties legeris in eo pollicitationes aliquas quæ non poſſunt tempori illi conuenire, referamus illas ad tempora Chriſti & ad legem gratiæ. vt omnia quæ dicuntur de inſtaurando regno Iſrael per Meſsiam. de Sodoma

De hæreſi millenaria

rum, quos χιλιαστὰς vocēt. Vide Auguſt.lib. 10.deciuit Dei.c.7.& Viuē ibidē.

doma in antiquum reſtituenda. & quod habitaturus ſit lupus cum agno. Alioqui errorem Cherenthi, vt author eſt Euſebius, ſequemur. De quo Iſychius li. 2. in Leui. ca. 7. ait. Quidā poſt finem huius vitæ, & mortuorum reſurrectionem inducunt mille annorum ſeculū, in quo Ieruſalem ſenſibilis ædificabitur, templumq; eius, & quæ in ea fuerunt ſancta ſanctorum, inſtaurabuntur, & ſacrificia afferentur, nuptiæq; & filiorum procreatio, & deliciæ quædam cum iuſtitia ſenſibili, & longe alia conuerſatio noſtra, quam ea quæ nūc eſt iuſtorum, cum ex mortuis ſurrexerimus erit. Hanc præſumptionem de animis noſtris remoueamus. Hactenus ille. hunc errorem multi ex Chriſtianis amplexati ſunt, quos Hierony. in proœ lib. 18. in Iſaiam, vocat. noſtros Iudaizantes. & ſunt ex Latinis Tertullianus, Victorinus, Lactantius. ex Græcis Irenæus Lugdunenſis epiſcopus. hi quidem male intelligentes Iohannis Apocalypſin arbitrantur poſt mille annos à tēpore reſurrectionis, Chriſtum eſſe venturum, & auream & gemmatam Ieru. eſſe cōſtructurum in terris. Deinde autumant tunc futuram templi inſtaurationem, hoſtiarum ſanguinem, ocium ſabbati, circuncisionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationē, epularum delicias, & cunctarum gentium ſeruitutē. ruiſuſq;, bella, exercitus ac triumphos & ſuperatorū neces, & mortem centenarij peccatoris. Caueamus igitur ab hoc Iudaico errore, ſequamurque veritatem catholicam, quam Hiero. in commēt. Iſaiæ. cap. 30. his verbis explicauit. Omnes, inquit, repromiſsiones, quę excedūt mediocritatem temporis legis, ad Chriſti referamus aduentū, in quo captiuus quondam populus paſsione Domini liberatus habitabit in Sion & in Ieruſalem. in ſpecula videlicet & in viſione pacis, hoc eſt in eccleſia. hoc ſignificauit Iſaias, inquiens. Populus Sion habitabit in Ieruſalem. & Iſaiæ. 59. verſus finem. ait. Quicquid repromiſsionum & legimus & lecturi ſumus, ad Sion & Ieruſalē non generaliter ad omnes Iudæos, ſed ſpecialiter ad eos dici intelligamus, qui in apoſtolis & per apoſtolos electi ſunt ex Iſraël. & in proœmio lib. 6. comment. in Ierem. ait. Repromiſſiones myſticæ quas Iudæi & noſtri Iudaizantes putant, in conſummatione mūdi eſſe complendas, nos ſequentes authoritatem apoſtolorum & euangeliſtarū, maxime apoſtoli Pauli, quicquid populo Iſraël carnaliter repromittitur, in nobis ſpiritualiter completum eſſe mōſtramus, hodieq; impleri. Neque inter Iudæos & Chriſtianos aliud eſſe certamen, niſi hoc, vt cùm illi noſq; credamus Chriſti Dei filiū repromiſſum, & ea quæ ſunt futura ſub Chriſto, à nobis expleta, ab illis implēda dicātur. Qui igitur Chriſtū veniſſe iā credimus, neceſſe eſt ea quæ ſub Chriſto futura dicūtur expleta doceamus. Noſq; eſſe filios Abrahā, de quibus ſcriptū eſt, potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahā, ad quē facta eſt promiſſio. & in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quam benedictionē vas electionis in Chriſto expletam docens non dixit, inquit, in ſeminibus, ſed in ſemine, qui eſt Chriſtus. & Amos. 9. cap. ait. Sponſiones quæ de ædificatione Ieru. & tēpli, & de rerū omniū beatitudine prædicantur, Iudæi in vltimo tēpore vana ſibi ſpectatione promittunt, & carnaliter implenda commemorātur. Nos qui non occidentem literam, ſed ſpiritū ſequimur viuificantem, iam in eccleſia cōuincimus expleta, & quotidie impleri in ſingulis qui ruētes per peccatū, reædificamur per pœnitentiam. Et Iſaiæ. 11. c. ait. Habeto promiſſionum prophetalium regulam, vt quæ Iudęi & noſtri, imo nō noſtri, Iudaizantes, carnaliter futura cōtendūt, nos ſpiritualiter tranſacta docemus. & ca. 19. exponens locum hūc. In die illa erit via de Ægypto ad Aſſyrios, ait. Quidam noſtrorū ad mille annos referunt, & more Iudaico in cōſummatione mundi futura prenunciāt, quando Antichriſtus de Aſſyrijs, Ægyptum Æthiopiamq; poſſederit. Si plura de hac re noſſe deſyderas, lege ipſum Hiero. in comment Iſaiæ. ca. 49. cum interpretatur nomen Ieruſalem. & 23. c. & li. 10. comment. in eūdem prophetam verſus finem. & Ezechielis. 36. cap. & Iere. 29.

Lactan.lib. 7.diui.inſtitu.

Apocalyp. 20.cap.

Veritas catholica à Hier.docetur.

Iſaia. 30.

Iudæi & Chriſtiani diſcrimen.

De permiſsionibus.

CAP. IIII.

PErmittit quidem nonnulla Deus fieri in lege, & quaſi ſe demittit & deijcit, infirmitati hominum ſe attemperās, quibus veluti paruulis lac dat, ſic libellum repudij permiſit propter duritiam Iudęorum, ſed in prophetis minimè. Si Hiero. credimus in comment. Eze-

chielis. Porro quid de illis qui permiſsione abutuntur ſentiendum ſit, ex eodem Hieron. lib. 1. contra Ioui. noſſe poterimus. Quando, inquit, facimus iuxta Dei voluntatem, promeremur, in venia, id eſt, permiſsione, eius voluntate abutimur, aliud enim eſt velle aliquid, aliud ignoſcere. Vnde apoſtolus. Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum. Felix qui audit apoſtolum præcipientem, non ignoſcentem. Hoc, inquit, volo, hoc deſydero, vt imitatores mei ſitis, ſicut & ego Chriſti, ſed quoniam in eccleſia multa ſunt dona, concedo & nuptias, ne videar damnare naturam, concedo nuptias eſſe Dei donum, ſed inter donum & donum magna diuerſitas eſt. Deniq; & apoſtolus de illo qui pœnitentiam egerat, contrario loquitur modo, quam anteà locutus fuerat, inquit enim. Donate ei & conſolamini, & ſi cui quid donaſtis & ego. Ac ne putaremus donum hominis eſſe contemnendum, addit. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos coram Chriſto. Diuerſa ſunt dona Chriſti. Vnde & Ioſeph in typo eius; variam habet tunicam, & in Pſalm. 44. legimus. Adſtitit regina à dextris tuis veſtitu deaurato, circundata varietate, & Petrus, ſicut hæredes, ait, multiplicis gratiæ Dei. Et in comment. Iſaiæ. cap. 65. ait. Nequaquam indulgentia magiſtri ſectanda eſt, ſed voluntas, & ea nos debemus eligere, quæ expediunt, non quæ licent, vt eſt illud de digamia. Volo adoleſcentulas nubere, filios procreare, matres familias eſſe. Ponit cauſas quare iſta concedat, iam enim quædam abierunt retrò poſt Satanam. Ergo non eſt voluntas pura, ſed cõparatione alterius, & in epiſt. ad Dardanum, de terra promiſsionis, ait. Cum nobis aliquid promittitur, verbi gratia, regnum cælorum, ſi non fecero quæ præcepta ſunt; nequaquam erit culpa in promittente, ſed in me qui promiſſum accipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari renuis fruſtra accipias quod promiſſum eſt.

Indulgentia magiſtri non ſectanda ſed voluntas.

Quia nonnulli dubitant, an illi qui, quę permiſit Deus, & non præcepit, faciunt, ſint immunes à peccato, nec ne. Vt videlicet an qui dat vxori libellum repudij, ſit obnoxius peccato, iuxta ſententiam Chryſo. & multorum ſanctorum, necne. Similiter poteris quærere de vſurario. Pro huius intelligentia. Quærendũ videtur an ſint aliqua præcepta in ſcripturis diuinis edita ab ipſis ſcriptoribus, abſquę authoritate diuina, & iuxta Ieremiam. Non

Iere. 27.

miſi eos, ait dominus, & ipſi prophetabant in nomine meo mendaciter. Multi & magni ſcriptores aſſeuerant multa è ſuo dixiſſe prophetas. Imo Orige. ho. 16. Nume. ait, in vniuerſum, ſi quid vaticinatum fuerit à propheta, ſi non eueniat vt prædixit, à propheta, nõ à Deo proditũ illud fuiſſe. Illius hæc ſunt verba. Quædam in verbis prophetarum & apoſtolorum inſeruntur, quæ propria illorum authoritate mandantur, & ideo non ſemper ea quæ dicunt, quaſi à Deo dicta ſint, ſuſcipiãtur. Vndè Ionas prædicauit. Adhuc. 40. dies & Niniue ſubuertetur, & poſt pauca, & vidit Deus opera eorum, & quia cõuerſi ſunt à vijs ſuis, & pœnituit ſuper malitiam, quam locutus eſt facere eis & non fecit. Igitur potius dictum eſt ab Iona quam à Deo. Adhuc 40. dies. &c. 2. li. Reg. Cum Dauid populum numeraſſet, factum eſt verbum domini ad Gad Prophetam videntem, dicens. Vade & loquere ad Dauid. Hæc dicit dominus. Tria ego leuabo ſuper te, elige tibi ex ijs vnum, quid faciam tibi, & introiuit Gad ad Dauid & denũciauit ei dicens. Vade & loquere ad Dauid hæc dicit dominus. Tria ego leuabo ſuper te, elige tibi ex his vnum, quod faciam tibi, & introiuit Gad ad Dauid dicens. Aut veniet tibi tribus * annis fames ſuper terram tuam, aut tribus menſibus, vt fugias ante inimicos tuos, aut triduo mors fiat in terra tua, & dixit Dauid, anguſtiæ ſunt mihi vndique, ſed melius eſt incidere in manum Dei viuentis, quàm in manus hominum, & dedit dominus in Iſrael mortem à mane vſq; ad horam prandij. Obſerua quod in his tribus comminationibus Deus non inuenitur de morte trium dierum dixiſſe ſed à mane vſque ad prandiũ. Verba ſunt igitur Gad non domini, Denique per Moyſen multa locutus eſt, aliqua tamen Moyſes propria authoritate mandauit, quod dominus in euangelijs euidentiſsima diſtinctione diſcernit, cum dicit de repudio mulieris interrogatus, quia ad duritiam cordis veſtri ſcripſit hæc Moyſes, ab initio autem non fuit ſic. Vides & hic Deum quidem non præcepiſſe diuortium, Moyſen verò propter duritiam cordis Iudęorum ſcripſiſſe datum eſſe repudium. Oſtendit hæc & Paulus cum dicit de quibuſdam. Dominus dicit non ego, de alijs, ego non dominus & præceptum domini non habeo conſilium autem do. & quæ loquor non loquor ſecundum Deum ſimiliter in cæteris prophetis, aliqua dominus locutus

An aliquid de ſuo ſpiritu dixerit propheta.
Origenes.
** Alias ſeptem.*
2. Reg. vltimo.
Mat. 19.
1. Cor. 7.
2. Cor. 11.

Digitized by Google

cutus eſt, non prophetæ, alia vero prophetæ
Ambro. non Dominus. & Ambro. li. 8. in Luc. c. 2. lo-
quens de libello repudij, propter fragilitatem
humanam. hæc ſcripta ſunt, nõ à Deo ſcripta.
Hyerony. Hiero. quoq; in præfa. epiſt. ad Philemo. in-
quit. Aiunt Paulum non ſemper, nec omnia,
Chiſto in ſe loquente, dixiſſe, quia nec huma
na imbecillitas vnum tenorem ſancti ſpiritus
ferre potuiſſet, nec huius corpuſculi neceſsita
tes, ſub præſentia domini complerentur, vt
diſponere prandium, cibum capere. Quale ex
perimentum eſt Chriſti, dicere. Pœnulã quã
reliqui Troade apud Carpum veniens tecum
affer. & ad Gala. Vtinam excindãtur qui vos
conturbant. & ad Phile. para mihi hoſpitiũ.
Hoc non ſolum apoſtolis, ſed prophetis quo
que ſimiliter accidiſſe. Vndè ſæpè dicitur, fa-
ctum eſt verbum domini, verbi gratia ad Eze
chiel, qui poſt expletum vaticinium, rurſum
in ſemet reuertens, homo communis fieret è
propheta. Lege Epipha. li. 1. contra hære. to.
Epipha. 2. hæreſi vltima. qui ait hanc fuiſſe hæreſim
Ptolæmęi, atque ideò ipſe ſequatur catholicã
veritatem. Præterea. Hiero. Ezechi. 18. con-
fert illud legis. Viſitas iniurias patrum in fi-
lios vſque ad tertiam & quartam generatio-
nem, cum Ezechi. dicente. non erit poſthac
hæc parabola in Iſrael, Patres comederunt
vuam acerbam, dentes filiorum obſtupeſcũt.
inquit Hiero. hic corrigit quod male in lege
permiſerat. & Matt. 19. Moyſes ad duritiam
cordis veſtri permiſit dimittere vxores, ait.
non dixit Deus ſed Moyſes, vt iuxta apoſtò
lum. 1. Cor. 7. conſilium ſit hominis, non im-
perium Dei. & Baſi. in calce. 5. lib. aduerſum
Baſilius. Eunomium. inquit. omnia quæ ſpiritus loqui
tur & filius, Dei ſunt oracula, & ideo omnis
ſcriptura diuina vtilis eſt, ac ab ſpiritu ſancto
edita. hoc oſtendit ſpiritum non eſſe creatu-
ram. Quoniam omnis rationalis creatura ali-
quando à ſe loquitur, aliquãdo quę ſunt Dei.
vt cum dicit Paulus. de virginibus præceptũ
Domini non habeo, conſilium autem do. &
Haba. 1. ò Domine Iudicia loquar ad te, cur
viæ impiorum proſperantur. & heu me ma-
ter cur me peperiſti? & Moyſes. Ego ſum te-
nuis voce & tardæ linguæ. At vero aliquãdo
ipſe Moyſes dicit. Hæc dicit Dominus, mitte
populum meum vt me colat. Sed ſpiritus nõ
ſic. non enim aliquando quę ex ſe, aliquando
quæ ex Deo ſunt loquitur, id nanque creatu
ræ eſt proprium. Sed omnia ſpiritus ſancti ver
ba Dei verba ſunt. & filij ſimiliter. Præterea
Hiero. in catologo ſcrip. eccleſi. ait. Lucas in
carne cum Domino non fuit, ſed à Paulo &
cæteris apoſtolis, quod ipſe quoque in prin-
cipio ſui voluminis declarat, didicit. Sicut, in-
quit. tradiderunt nobis qui à principio ipſi
viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. igitur
euangelium ſicut audierat, ſcripſit. Acta verò
apoſtolorum ſicut viderat compoſuit. & in
Marco ait. Marcus diſcipulus & interpres Pe
tri, iuxta quod Petrum referentem audierat,
breue ſcripſit euangelium. Petri quoque in-
terpretem fuiſſe Glauciam, Clemens. Str. 7. in
fine ſcribit.

Aduerte quod duobus modis aliquid à no
bis percipi ac cognoſci poteſt. primo cum ali
quid abditum & longe lateque ab hominum
cognitione ſemotum, nobis per ſpiritum ſan
ctum reuelatur. Alio modo cum cognitione
naturali à ſenſu originem trahente, aliquid cõ
plectimur animo. Ad hæc quæ ſecundò mo-
do cognoſcimus non egebant apoſtoli nec
prophetæ noua reuelatione, ſed tantum il-
lis opus erat præſentia ſpiritus ſancti, vt lin-
guam ipſorum moderaretur ac regeret, vt
citra errorem quæ nouerant literis ac monu-
mentis mandarent. Ad hunc modum multa
Moyſes & Lucas & Paulus loquuti ſunt. Hoc
voluit ſignificare Theodo. 1. Cor. 7. inquiens
omnia quæ dicit ſcriptura ſunt à Deo, ſed ali
qua immediatè per Chriſtum, alia verbi gra-
tia per Paulum. vt cum ait. his qui matrimo-
nio iuncti ſunt. &c. Nam aliqua dixit Chri-
ſtus in euangelio. alia reuelauit Paulo. & Epi-
pha. loco citato, ait. Quæ dicis à Moyſe eſſe
ſcripta, non abſque diuino auxilio ſunt pro-
dita, imò à Deo per Moyſen, vt ex Domini
ſententia facile cognoſci poteſt. Dicit enim
Dominus in euangelio quod Moyſes ſcripſit
libellum repudij iuxta duritiã cordis veſtri.
quod vero ſcripſit Moyſes, non ſine volunta
te Dei ſcripſit. Dicit etiam Dominus in euan
gelio. quod Deus coniungit homo non ſepa-
ret. quanquam hoc nunquam Dominus dixe-
rit in Geneſi, cum Adam & Euam formauit.
Sed ſolum dixit. faciamus ei auxilium ſecun
dum ipſum. Verum hoc ab Adam dictũ fuit,
quandò è ſomno experrectus, dixit. hoc nũc
os ex oſsibus meis & caro de carne mea, hæc
vocabitur mulier, quia de viro ſuo aſſumpta
eſt. propter hanc relinquet &c. Non Deus
hæc locutus eſt, ſed Adam. at Dominus teſta
tur in euangelio Dei eſſe verbum illud per
Adam dictum. Atq; ita dicit Theophy. Mat

 thæ.

thæ.19.& Beda. Geneſ.2.cap. Hæc veriſsima ſunt,alioqui ſi aliqua in re à veritate aberraſſe, & in minimis lapſos fuiſſe, daremus prophetas & apoſtolos, tota illorum authoritas rueret,cum tamē iuxta veritatē. Donec cælū & terra tranſeat Iota vnum non præteribit à lege quin omnia fiant. Nimirum quia non voluntate humana allata eſt prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines,&,Non eſtis vos qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri. Præterea,ſi aliqua ex ſe protulerunt, quomodo diſcernere poterimus, quid ab ſpiritu Dei, & quid ab ſpiritu hominis,profectum ſit, & ſic omnia in dubium ac diſceptationem reuocabuntur. Vide caput de prophetia, vbi tractauimus eſſe prophetiam de præterito & de præſenti, &c. & ca.ſi ad ſcripturas,& cap. Ego ſolis.d.9.

Ad illa teſtimonia quæ affert Orige de Iona & Dauid,facile reſpondebimus, ſi memoriæ mandauerimus dictum Hiero. Ezechi. 3. Comminatio non in homines, ſed in peccatum eſt,nec in eos qui conuertuntur à vitijs, ſed in eos qui in peccato permanent. Euche. quoque libr.2.in Geneſ.capit.31.ait. Prædicere ſolet dominus ſine dubio futurum,quod admonendo dicit,vt ad Abimelech. Ecce tu *Gene.20.* morte morieris,& mortuus non eſt. Reliqua facile ſolui poſſunt ex Regulis his noſtris. Nam de hoc lib.9.Regu.3.& lib.10.Regu.5. diſſeruimus.

An ſcriptura fuerit à deo dictata an inſpirata tantum. Porro quæres an diuina ſcriptura ab ſpiritu ſancto fuerit dictata, an inſpirata tantum, & prophetæ ipſius verbis poſtea ſint digeſta. Nam ſi das ſecundum, non differt illa à concilio vniuerſali. Si primum,durus videtur ſermo,& difficilis creditu. At vero quod fuerit dictata, videtur aſtruere Gregor.in procemio Moraliumc.1. Auctor libri Iob ſpiritus ſanctus eſt. Ipſe igitur hęc ſcripſit,qui hęc ſcribenda dictauit. Ipſe ſcripſit,qui & illius operis inſpirator extitit,& Ambro.in explanatione *Hæc ſolues ex Regu.3. & 4.li.10. Hypo.* procemij Lucæ ait Mat. Marcus, Iohānes nō conati ſunt, ſed diuino ſpiritu vbertatē dictorum rerumq; omnium miniſtrante, ſine vllo molimine cœpta compleuerunt, & Aug.li.7. confeſsi.cap.vlt. Itaq;,inquit, auidiſsime arripui venerabilem ſtylum ſpiritus tui,& pre cęteris apoſtolum Paulum. Si vero quæras cur Spiritus ſanctus in Iſaia eloquenter locutus ſit,& in Amos abſit eloquentia,Reſpondent, quia ſe attemperat captui illorum, quibus velut inſtrumentis, vtitur. Amos quippe paſtor fuit è paſtoribus, & Iſaias è domo regia natus & in illa nutritus erat. Hæc ſententia vera eſt,licet contraria aliquibus probabilis videatur. Nam vt in cap. de citationibus multis teſtimonijs probaui,euangeliſtæ citant vetus inſtrumentum ſuis vtentes verbis, & Lucas ſcripſit Actus apoſtolorum vt vidit, & Grego.lib.28.mora.ca.2.ait quod loquitur Deus per inſpirationes,per viſiones, & locutiones, & Marcus interpres erat Petri, ſicut Lucas Pauli.

¶ De traditionibus eccleſiaſticis, & illarum vtilitate ad ſcripturas interpretandas.

CAP. V.

De traditionibus ab vniuerſa eccleſia receptis,nonnulla potius delibare & leuiter percurrere, quàm diligenter tractare conſtitui, magis vt cœpto ordine perſtē,quā quod aliquid noui,me afferre poſt hac poſſe confidam,tot quippe ingenia eruditorū noſtrę tempeſtatis hominū,hac in re deſudāt, & iuxta poetā. Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant, vt non ſit opus me, aut fruſtra actum agere, aut operam & impenſam perdere, ſi eandem rem in ſercire voluero. Porrò illi qui ante nos hunc laborem ſubeūdum eſſe cenſuerunt, arma ad verſus hæreticos, quibus ritus eccleſiaſticos tuerentur, nobis ſuppeditarunt, nos tamen ad intelligētiam ſcripturarum ſermonem noſtrum accōmodabimus. Quarum exacta intelligentia, primum tenere locum ad omnes errores relegandos, & ad extirpanda zizania ex agro dominico,nullus eſt qui ignoret. Nam eccleſiam primum ex diuinis ſcripturis conſtare, deinde ex traditionibus apoſtolicis. Dionyſi.cap. 1. cæleſtis Hierarchiæ docet,ſubſtantia inquit,ſacerdotij noſtri,ſcriptura ſacra eſt,nobis diuinitus tradita. Porrò huiuſmodi plena venerationis eloquia dicimus, quæ à beatiſsimis patribus noſtris (à quibus ſacris myſterijs imbuti ſumus) in ſanctis ac Theologicis commendata ſunt libris, & ſub iungit de traditionibus. Ac præterea quæ ab eiſdem ſanctiſsimis viris ſacratiore & purgatiore, & propinqua, quodammodo cæleſti *Scriptura. Traditio.* Hierar-

Ambro.

Hierarchiæ doctrina, ſancti duces & præce-
ptores noſtri didicerunt, ex animo in animū
(medio intercurrente verbo corporali quidē,
ſed quod carnis penitus excedat ſenſum) ſine
literis transfuſa ſunt. & Hiero. aduerſus Luci-
ferianos ait. Multa quæ per traditionem in
eccleſijs obſeruantur, authoritatem ſibi ſcri-
ptæ legis vſurpauerunt. veluti in lauacro ter
mergitare caput, deinde egreſſos, lactis ac
mellis guſtare concordiam, ad infantiæ ſigni
ficationem. Die dominico & per omnem Pē
tecoſten, nec geniculis adorare, & ieiunium
ſoluere, multaq; alia quæ ſcripta non ſunt, ra
tionabilis ſibi obſeruatio vindicauit. Deniq;
hunc eſſe eccleſiarum morem nouimus, vt ba
ptizatis, poſtea manus imponātur, & ita in-
uocetur ſpiritus ſanctus. Et Oecume. in poſte
riori ad Theſ. c. 3. ſine ſcriptura & per ſcriptu
rā nōnulla tradebant apoſtoli, & vtraq; dig-
na erant quæ obſeruarētur. Itaq; eccleſiæ tra
ditio etiam citra ſcripturam obſeruanda eſt.
De his dicit apoſtolus. Itaq; fratres ſtate &
tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſer
monem, ſiue per epiſtolam. Et Theophy. in
eodem loco ait. Vt hinc perſpicuū eſt, quod
pleraq; viua voce, quæ literis non mandarint
apoſtoli, neque per epiſtolam ſignificarint,
quæ tamen perinde habent authoritatem
& fidem, acſi eſſent ſcripta. Itaque eccleſiæ
traditionem ratam cenſemus. Et Damaſce.
lib. 4. cap. 23. ait. Multa abſq; ſcripto, ex apo-
ſtolorum traditione, ad noſtra vſq; tempora
deriuata ſunt. Non enim fortuito ad Orien-
tem adoramus. Sed quia ex viſibili & inuiſi-
bili, ideſt, intellectuali & ſenſibili natura con-
flati ſumus, duplicem conditori noſtro offeri
mus adorationem. nam vt mente pſallimus,
ſic & labijs, & baptizamur aqua & ſpiritu. &
dupliciter Domino vnimur, myſterijs partici
pātes, ſcilicet euchariſtiæ, & gratia ſpiritus.
Quia igitur Deus eſt lux intelligibilis, & ſol
iuſtitiæ, & oriēs in ſcripturis nominatur Chri
ſtus, dicandus eſt illi oriens ad adorationem.
Nam magis bonū Deo tribuendum, qui om-
ne bonū benignè largitur. Dicit enim Dauid.
Regna terræ cantate Deo, pſallite domino,
qui aſcendit ſupra cælum cæli ad Orientē. &
quia dicit ſcriptura. Plantauit Deus paradi-
ſum in Eden ad orientem, vbi hominem quē
plaſmauit poſuit, quem tranſgredientem exi
lio mulctauit, & è regione paradiſi volupta-
tis ipſum habitare fecit. occidentem verſus vi
delicet. Antiquam igitur patriam requirētes,

Lege Orig. ho. 5. Nū. poſt princi pium.

Soluiſt ieiu niū hoc tem pore. de Cō ſec. 3. D. in multis. c. di citur et. 26 q. 7. cap ſa- cerdos. vide D. 76.

2. Theſ. 2.

& ad ipſam ſuſpirantes, Deum adoramus. Et
Moſaicum tabernaculum ad orientem habe
bat velum & propitiatorium, & tribus Iuda
vt honorabiliſsima, ad orientem caſtra pone
bat, & in Salomonis templo, porta Domini,
ad orientem ſita erat. Et Chriſtus crucifixus
ad orientem reſpiciebat, & ſic adoramus ad
ipſum ſuſpirantes. & aſſumptus in cælum ad
oriētem ferebatur, & ſic ipſum apoſtoli ado-
rauerunt. Et ſic veniet quemadmodum intue
bantur ipſum euntem in cælum, vt angeli di-
xerunt ad apoſtolos. & ipſe Dominus dixit,
Quemadmodum fulgur egreditur ab orien-
te, & peruenit vſq; ad occidentem, ſic erit ad-
uentus filij hominis. Ipſum igitur ſpectantes
ad orientem adoramus. Hiero. quoq; ad Lu-
cinium ait. Traditiones eccleſiaſticæ ita ob-
ſeruandæ, vt à maioribus traditæ ſunt. & ſub-
iungit ſtatim. Vnaquæq; prouincia abundet
in ſenſu ſuo, & præcepta maiorum leges apo
ſtolicas arbitretur. De hac re eſt pulcherri-
mus textus in Decr. d. 11. c. eccleſiaſticarum.
ſub Auguſtini nomine, ſed re vera eſt Baſi.
ex lib. de ſpiritu ſancto. cap. 27. ſed ita corru-
ptus & mēdis ſcatēs, vt à nullo exactè intelli-
gi poſsit. Nam Gratianus, vt ſolet aliàs, non
conſultis apographis, trāſcripſit ex Burchar-
dio. lib. 3. decretorum. cap. 127. Baſilij verba
hæc ſunt. Dogmata quæ in eccleſia ſeruātur
& prædicantur, partim ex conſcripta doctri-
na, partim ex apoſtolorū traditione ad nos
delata myſterio recepimus. Quæ vtraq; ean-
dem ad pietatem vim habent, & nemo his cō
tra dicit, qui vel modicam ſaltem eccleſiaſti-
carum legum experiētiam habet. ſi enim ag-
grederemur, nō ſcripto proditas leges, velut
non magnam vim habentes, reijcere, impru-
dentes, opportunioribus euangelij partibus
damnum afferemus. Imo potius ipſam euan-
gelij prædicationem ad nudum nomen con-
trahemus. Velut. v. g. vt eius quod primum
ac communiſsimum eſt, primum mētionem
faciam, figura crucis ſignare eos, qui in no-
men domini noſtri Ieſu Chriſti ſpem habēt,
quis ſcripto docuit? ad orientem conuerſos
eſſe nos dum oramus, quæ ſcriptura nos do-
cuit? inuocationis verba in oſtenſione panis
euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis
ſanctorum ſcripto nobis reliquit? Non enim
his cōtenti ſumus, quorum apoſtolus & euan
gelium mentionem fecit, ſed & antè & po-
ſteà, alia quædā dicimus, velut magnum ro-
bur ad myſteria habentia, ex doctrina, ſcri

Tribus Iuda ad orientem caſtra collocat.

In decretis D. 11.

Figura crucis in baptiſmate.

De ceremonijs ſacramentorū.

pto non prodita, aſſumpta. Benedicimus
aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, inſu
perq; ipſum qui baptizatur, ex quibus ſcri-
ptis? nonne tacita & arcana traditione? ipſam
verò olei vnctionem, quę doctrina ſcripta do
cuit? At ter immergi hominem vnde eſt? Re-
liqua item quæ circa baptiſma fiunt, renun-
ciare Satanæ & angelis eius, ex qua ſunt ſcri-
ptura? nonne ex hac ſub ſilentio relicta &
Not. arcana doctrina? quam in minime curioſo &
ſolicito ſilentio patres noſtri conſeruauerunt
recte illi, vt pote docti myſteriorum reueren
tiam ac authoritatem ſilentio cuſtodiri. Quæ
enim ne inſpicere quidem fas erat non initia
tis, horum doctrinam quomodo par erat in
literis, velut in triumpho oſtentare? Aut quid
Moyſes. tandem volens magnus ille Moyſes, non om
nibus omnia templi loca peruia eſſe ſtatuit,
verum extra ſacra ſepta, prophanos locauit,
prima vero atria purioribus permittens, ſo-
los Leuitas dignos Dei miniſtros iudicauit.
Victimas vero & holocauſta ac reliquam ſa-
cerdotum celebritatem ſacerdotibus aſsigna
Sũmus pon uit, vnum ex omnibus delectum in adyta ad
tifex Iudæo miſit, & neq; hunc ſemper, ſed vna ſolum an-
rum. ni die, atq; huius hora certa ad ingrediendum
ipſi conſtituta, quo propter nouitatem & in
ſuetudinem, cum maiore admiratione inſpi-
ceret ſancta ſanctorum. Probe gnarus ex ſa-
pientia ſua ei, quod conculcatum eſt & per
ſe apprehendi poteſt, imminere contēptum,
quòd verò remotum eſt, ac rarum ei naturali
ter quodammodo eſſe coniunctā admiratio-
nem. Ad eundem modum hi qui ab initio res
Myſteria ſi eccleſiaſticas ſanciuerūt. Apoſtoli & patres,
lentio vene in occulto ac ſilentio myſterijs authoritatem
randa, ideo conſeruauerūt. Neq; enim omnino myſteriū
Hila. ſe pur eſt, quod ad vulgares aures effertur. Hæc eſt
gat quod ratio quare aliqua tradita ſint abſq; ſcripto,
de Trinita- vt ne dogmatum cognitio neglecta fieret, &
te ſcribat. in contemptum veniret apud vulgus propter
Dògma. conſuetudinem. Aliud enim eſt dogma, aliud
prædicatio, dogmata enim ſilentur, prædica-
tiones verò publicantur. Silentij autem & ſpe
cies eſt, obſcuritas, qua vtitur ſcriptura, ita do
Orientē ver gmatum intelligentiam obſtruens, vt ægrè in
ſus cur ora telligi poſsint, ad legentium vtilitatem. Huius
mus. rei gratia omnes reſpicimus ad orientem cū
oramus, pauci tamen nouimus, quod veterem
patriam requirimus, nempe paradiſum, quem
plantauit Deus in Eden ad oriētem, & erecti
perficimus preces in vna ſabbati, hoc eſt in
die dominico, rationem autem non omnes

nouimus. Non enim ſolū vt qui reſurreximus
cum Chriſto, & qui ſuperna quærere debea-
mus, in reſurrectionis die, datæ nobis gratiæ, *Stātes ora*
per hoc quod ſtamus in precando, nos ipſos *re cur.*
commonefacimus, ſed quod etiam venturi ſe
culi is dies dominicus quodammodo imago
eſſe videatur. Neceſſario igitur eccleſia erudit
alumnos ſuos vt ſtantes preces abſoluāt, quo
per aſsiduam commonefactionem vitæ non
deſituræ, viaticorum ad illam parandorum
non negligentes ſimus. Sed & totius. 50. die-
rum numerus, pentecoſte appellata, reſurre- *Pētecoſt.*
ctionis quam in illo ſeculo expectamus mo-
numentum eſt. Quin & quoties genua flecti *Genua fle-*
mus, & rurſus erigimur, re ipſa oſtendimus, *ctere.*
quod propter peccatum in terram delapſi ſu
mus, & per benignitatem eius qui condidit
nos, ad cœlum reuocati ſumus. Deficiet me
dies ſi eccleſiæ myſteria ſcripto non prodita
recenſere velim, & cap. 29. ait. Apoſtolicum
arbitror eſſe, etiam in non ſcriptis traditio-
nibus perſeuerare. Laudo, inquit vos, quod
omnia mea meminiſtis, & quemadmodum *2. Theſ. 2.*
tradidi vobis traditiones tenetis, & obtinetis
traditiones, quas accepiſtis, ſiue per ſermonē,
ſiue per epiſtolam, & ſtatim. Perſuaſiua ſunt
vetera dogmata, in antiquitate velut canicie *Not.*
quadam reuerendum quiddam habentia, &
in epiſt. ad epiſcopos occidentales, non tam
orientis calamitates videtur depingere, quam
Lutheranorum impietates & ſcelera, inquit
enim καταφρόνηται τὰ τῶν πατέρων δόγματα. Ἀπο- *Lutheri im*
στολικαὶ παραδόσεις ἐξουδενοῦνται. νεωτέρων ἀνθρώ- *pietas ſuis*
πων ἐφευρήματα ταῖς ἐκκλησίαις ἐμπολιτεύεται. *coloribus de*
τεχνολογοῦσι λοιπὸν, οὐ θεολογοῦσιν ἄνθρωποι. ἡ τοῦ *pingitur.*
κόσμου σοφία τὰ πρωτεῖα φέρεται. Hoc eſt, deſpi-
ciuntur ab hæreticis patrum dogmata, con-
tēnuntur apoſtolicæ traditiones, iuxta iunio
rum inuenta res eccleſiaſtica geritur, de re
grammatica, non Theologica diſſerunt, ſa-
pientia mundi apud illos primas tenet. Porro
quæ ſint traditiones quæ neceſſario ſint ad-
mittendæ, quæve explodēdæ, duobus modis
hoc cognoſci poteſt. Primum in his traditio- *Traditionū*
nibus non ſcriptis quamplurium eccleſiarum *electio aut*
authoritatem ſequatur, inter quas ſanè illæ *relectio,*
eminere videntur quæ apoſtolicas ſedes ha- *quo facien*
bere & epiſtolas accipere meruerunt, & hanc *da modo.*
ob cauſam Romana eccleſia omnibus alijs
merito præfertur, & eas quæ ab omnibus ec-
cleſijs recipiuntur traditiones, præponet eis,
quas quædam non accipiunt. Aut ſecundo *Huius gene*
vt inquit Auguſt. epiſt. 118. & habetur in de- *ris eſt, quod*
cret.

Ignis inferni ſit verus & non metaphoricus ignis, & vermis dicitur metaphoricè.

cret.d.12.cap.illa. Illa inquit, quæ non ſcripta, ſed tradita ſunt, cuſtodimus, quæ autem toto orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis apoſtolis, vel ex plenarijs concilijs (quorum eſt in eccleſia ſaluberrima authoritas) commendata ac ſtatuta retineri. Sicut id quod domini paſsio & reſurrectio & aſcenſio ad cęlum & aduentus Spiritusſancti anniuerſaria ſolēnitate celebrantur, & ſiquid aliud tale occurrerit quod ſeruetur, ab vniuerſis quocunque ſe diffundit eccleſia. Alia verò quæ per loca terrarum regioneſque variantur, ſicut eſt quod alij ieiunant ſabbatum, alij non, alij vero quotidie communicant corpori & ſanguini domini, alij certis diebus accipiunt, totum hoc genus rerum, liberam habet obſeruantiam. Quod enim nec contra fidem, nec contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habēdum, & pro eorum inter quos viuitur ſocietate ſeruandum eſt. Lege Leonis ſermones.5.de collectis, & ſer.2. de ieiu.pentecoſtes, & Irenæum.lib.3. cap. 2. &.3. & Tertul.de Corona militis circa principium.

Operæpretium erit nōnulla exēpla, quæ à ſanctis modo à nobis citatis, allata ſunt, fuſius, multis adhibitis teſtimonijs, explicare. In primis Hieronym. & Baſil. dixerunt in diebus dominicis & in pentecoſte, non licere geniculis orare, atque ita cautum fuit in concilio Nicæno. Canone.20. & habetur de conſecrat.diſt.3.cap.Quoniam. & Beda ad cap.24. Lucæ.cap.95. & Hiero.in proœ.li.1.ad Ephe. Tertul.de corona militis, & Augu.epiſt.129. ca.15.ait, in his diebus ſtantes oramus, & ieiunia relaxantur, in figura non laboris, ſed quietis & lætitiæ, quod eſt ſignum reſurrectionis, & ca.17. hoc etiam repetit. & Epipha.in fine libri tertij, in quo multa ad hoc inſtitutum ſpectantia legere poteris.

Ter mergēdū in baptiſmate.

Quod ter mergantur in baptiſmate qui baptizandi ſunt, dixit Hierony. in loco citato, in honorem videlicet Trinitatis, & in commenta.epiſto.ad Epheſ.cap.3. &.4. & Theodore.in lib.4.hęreti.fabularum, cum loquitur de Aëtio & Eunomio. & Oecumen.ad Rom. 8. & Theophy.Iohā.3. & Marci.8. & Damaſce.lib.4.ca.10. & Euthy.Iohā.3. Tertul.contra Praxeā. non ſemel ſed ter ad ſingularū perſonarum nomina, & de Coro.militis, Grego. hanc conſuetudinem approbat, ſed non reijcit illam quæ ſemel intingit. Lege S.Thom.3. par.quæſt.66.art.8.

Quæret forte aliquis, an baptiſmate in nomine Chriſti tantum, aliquo tempore eccleſia vſa ſit. Nicolaus quidem papa de Conſecra.d.4.in cap. à quodam Iudæo affirmare videtur eſſe legitimum baptiſma, in nomine Chriſti, & vtitur teſtimonio Ambroſi. lib.1. de Spiritu ſancto.cap.3. dicentis, plenum eſſe baptiſma in nomine Chriſti, quia ſi Chriſtum dicas & Deum patrem à quo vnctus eſt filius, & ipſum qui vnctus eſt filium, & ſpiritum à quo vnctus eſt, deſignaſti, & ita dicit Theophyla.in comment, in Lucam prope finem, & Magiſter ſententiarum.lib.4. capi.3. non ſolum hoc admittit, ſed etiam in nomine Spiritus ſancti dicit verum dari baptiſma, quod nullus dixit, ſi Ambroſ. demas in loco citato. Dat rationem ſanct. Thom.3. parte quæſtion.66.articul.6. & ait, vſos fuiſſe Apoſtolos hac diſpenſatione, vt nomen Chriſti, quod inuidioſum erat, gratum & amabile efficeretur. Quæres forte an illa diſpenſatio viguit tantum Apoſtolorum ſeculo, an etiam durauerit poſt illorum ætatem, ſi illo tantum tempore quo vixerunt apoſtoli? Quomodo Nicolaus dixit valere illud baptiſma ætate ſua, adeo diſsita à tempore apoſtolorum. Forte ſemper ſtabit cauſa diſpenſandi firma, quoties Chriſti nomen contemnitur, vt Verbi.g. apud Indos. Nos arbitramur, nunquam apoſtolos, in Chriſti nomine baptizauiſſe, nam non fit veriſimile tam cito fuiſſe oblitos verbi domini dicentis, baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritusſancti, præſertim cum nunquam legamus vſos fuiſſe forma à Chriſto illis tradita. Dicendum igitur quod ſicut dicitur baptiſma ſpiritusſancti, ita dicitur baptiſma Chriſti. At nullus dempto magiſtro dixit quod in nomine ſpiritusſancti aliquando apoſtoli baptizauerunt, ergo nec in nomine Chriſti. Vocatur ergo baptiſma Chriſti, quia de latere eius orta ſunt ſacramenta, & baptiſma ſpiritusſācti, quia in illo largiuntur dona ſpiritusſancti. Vnde Chryſoſt.hom.29. in priorem ad Corinth.epiſtolam ait. Si quis in principio naſcentis eccleſię baptizabatur, linguis quamprimum loquebatur, nec tantum linguis, ſed multi prophetabant, nonnulli etiam alijs erant prædīti poteſtatibus. Nam cum ab idolis recederent, nec manifeſtè ſcirent an credendum eſſet, nec veteribus libris aſſueti eſſent, mox ſpiritum accipiebant, cum autem ſpiritus non cerneretur,

De baptiſ. in nomine Chriſti.

Miraculū in principio naſcētis eccleſiæ exhibitū vulgo in baptiſmate.

quippe qui inuiſibilis eſt, ſenſibile quoddam indicium dabat, gratia operationis illius, & hic quidem Perſarum, ille Romanorum, Iudęorum alius, alius alia quadam lingua loquebantur. Ex quo perſpicuum erat, ſpiritum in ipſo eſſe, dum loqueretur. Nam cum apoſtoli hoc ſignum acceperunt, etiam fideles hanc linguarum gratiam accipiebant. Nec hanc duntaxat, ſed & alia plura, etenim multi mortuos ſuſcitabant, dæmones expellebant, & alia faciebant miracula, & donis pollebant, alij quidem minoribus, alij maioribus. Quod & ſimultatis cauſa eis fuit, ex accipientium inſolentia. Ita etiam Theophy. 1. Corint. 12. circa principium. Non igitur illam vſurpabant formam, baptizo te in nomine Chriſti aut Spiritusſancti. Sed illa vtebantur forma quā dominus illis in die reſurrectionis tradiderat. Porrò vt dubitationem omnem ex ſtudioſorum animis eximamus, afferre oportet teſtimonia illa, quibus ipſi vtuntur, cum germana eorum interpretatione, primum actu. 2. Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum, in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum, cum dicit in nomine Ieſu Chriſti, intelligit, quod catechumeni inſtruebantur ab apoſtolis, de his quæ ſpectabant ad Chriſti paſsionem & gloriam, ita vt ſcirent & faterentur dimiſsionem peccatorum Chriſto deberi, & ab ipſo peccata fuiſſe deleta. & cap. 8. Cum crediſſent Philippo euangelizanti de regno Dei, in nomine Ieſu Chriſti baptizabantur homines & mulieres, in codice Græco legitur & pro in, & nomine Ieſu Chriſti, & poſtea ſequitur baptizabantur viri & mulieres in nomine ſcilicet, patris, filij, & Spiritusſancti. q. d. crediderunt Philippo docenti ea quæ ſpectabant ad cognitionem regni Dei, & illuſtrationem nominis Ieſu. &, Actu. 10. & ca. 19. comparat Lucas inter ſe, baptiſmata aquæ, & ſpiritus cum ait. In quo baptizati eſtis? dixerunt in Iohannis baptiſmate, ideſt, aquæ, & ſubdit, his auditis baptizati ſunt in nomine domini Ieſu, ideſt, baptizati ſunt baptiſmo Chriſti, ideſt, baptiſmo ſpiritus, nam dabatur illis ſpiritus ſigno viſibili adhibito. Ab hoc modo loquendi non abhorrent antiqui patres. Nam Origen. homil. 6. in Ezechi. ait. Qui accipimus gratiam baptiſmi, in nomine Chriſti loti ſumus, clarum eſt illo tempore, quo viuebat Origen. non dari in nomine Chriſti baptiſma, ſed in nomine trium perſonarum, & Damaſcen. libr. 4. cap. 10. poſtquàm oſtendit baptiſma nō valere niſi ſit in nomine patris, filij & Spiritusſancti, addit, baptizamur & nos perfecto Chriſti baptiſmate, quod eſt per aquam & ſpiritum, & Theophyl. Lucæ ca. vlti. ait. Quando dicimus baptiſma fieri in nomine Chriſti, non dicimus quod oporteat in ſolius Chriſti nomine fieri, ſed quod Chriſti baptiſma, ſpirituale ſit (non Iudaicum) nec quale Io. quod per pęnitentiam ſolum, ſed conferens communionē ſpiritusſancti & peccatorum remiſsionem, vt ipſe oſtendit cum baptizaretur in Iordane, monſtrato in columbæ ſpecie ſpiritu ſancto. Inſuper baptiſma in nomine Chriſti intellige ideſt, in morte Chriſti, nam ſicut ille mortuus triduanus reſurrexit, ita nos figuraliter in aqua ſepulti, incorruptionem animæ induimus, & arrhabonem, incorruptibilitatis corporis, accipimus, & Hieron. Ezechiel. 37. vocat baptiſma Chriſti, & Didymus libro. 2. de ſpiritu ſancto, & Paulus ad Galat. 3. Quicūq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. At vero cap. illud Nicolai, quem habeat ſenſum, non eſt arduum cognoſcere. Nam fuit ab illo quæſitum, an baptiſma ab infideli collatum, ſit verum baptiſma. Reſpondet Nicolaus, ſi fuerit datum in nomine Trinitatis, explicitè, valere, etſi verum eſt, quod dicit Ambro. de nomine Chriſti, valebit vtiq;. Sed non eſt vera Ambro. ſententia, ergo non valet baptiſmus.

Cap. à quodam Iudæo expoſitum.

Traditio quoq; antiquiſsima eſt, vt pectus tundamus in ſignum pœnitentiæ, vnde Aug. ſerm. 8. in euangelium Matt. Cum ſonuit, inquit, Confiteor, pectora tunditis, tundere pectus, eſt arguere quod latet in pectore, & pulſu occultum caſtigare peccatum.

Illa quoque traditio extrudendi vinctos à carcere in paſchate videtur ab euāgelio dimanaſſe. Per diē, inquit, ſolennē, conſueuerat pręſes populo dimittere, vnum vinctū quem voluiſſent. Audi Leonem ſerm. 2. de quadrageſima. Romani, inquit, orbis pijſsimi imperatores ſancta antiquitus obſeruatione cuſtodiūt, qui in honorem dominicæ paſsionis altitudinem ſuæ poteſtatis inclinant, & conſtitutionum ſuarum ſeueritate mollita multarum culparum reos præcipiunt relaxari, vt in diebus quibus mundus ſaluatur, miſeratione diuina, etiam ipſorum ſupernæ bonitatis imitatrix ſit æmulanda clementia.

Mat. 27.

Eſt etiam traditio eccleſiaſtica de horis ad orandum deſtinatis. De qua Hieronym. Dani. 6.

Quo tēpore orationi vacādum.

Dani.6.ſic ſcribit. Tria eſſe tempora quibus Deo flectenda ſunt genua,tertiam horā,ſextam & nonam eccleſiaſtica traditio intelligit. Nam tertia hora deſcendit Spiritus ſanctus

Actu.3.

ſuper apoſtolos,ſexta volens Petrus comedere ad oratiooem aſcendit in cœnaculum.

Actu.10.

Nona Petrus & Iohānes pergebant ad templum,

Actu.3.

& Daniel in Babylone conſtitutus his temporibus orabat verſus Ieruſalem. De prima & veſperis tacuit Hiero. quia ſunt initium tantum & finis diei.

Scriptura an in vulgari lingua transferenda ſint.

Adhuc eſt traditio quæ licet ab Hebræis traxit originem, calculo tamen omnium Chriſtianorum approbata eſt, ac vim legis obtinuit, nempe ſcripturas non eſſe paſſim idiotis & hominibus è media plebe committendas, vt ab illis explanentur, & de illis diſputent, quippe id munus doctiſsimorum & in illis exercitatorum ſit. Ac ideò nec in linguam vulgarem eſſe tranſfundendas. Vnde Nazianzenus in apolo. de fuga in Pontum, ait. Non omnium librorum ſacræ ſcripturæ tractatio omnibus ætatibus permittitur apud Hebræos. tradunt enim Hebræi quod fuerit apud illos talis conſuetudo, vt non omni ętati omnis ſcriptura, vel legenda, vel diſcenda committeretur, eo quod non expediret omnes omnia citò diſcere, quia nec capere poſſunt omnes omnia, & idcirco lædi potius quam iuuari, ſi nondum capaces, ea quæ ſunt profundiora cognouerint. Sed cætera quidem omnia, quorum etiam hiſtorica narratio improbabilis non eſt, à puero ſtatim diſcunt, eas vero ſcripturas, quę vili indumento literæ pretioſa intrinſecus contegunt ſacramenta, nulli ante. 25. annum diſcere, aut etiam ſcire committitur. Quod ſcilicet, ſit hoc velut munus quoddam propoſitum virtutis, his in quibus ad illud ætatis, & vita probabilis, & ornatus morum, & intelligentiæ capacitas apparebit, qui vtique iam valeant bene & confidenter aſcendere ab inferioribus literæ ad ſuperiora ſpiritus & excelſiora, & Hieronym. in procem. libr. 1. in Ezechi. ait, Hebræorum probatur traditio, quod niſi quis apud eos ætatem ſacerdotalis miniſterij, id eſt, triceſimum annum, impleuerit, nec principia Geneſeos, nec Canticum canticorum, nec Ezechielis exordium & finem legere permittitur, & ad perfectam ſcientiam & myſticos intellectus, plenum humanæ naturæ tempus accedat. Hæc omnia tranſcripta ſunt ad verbum penè ex Origene in pro-

œmi.4. homili. in Canticum canticorum, ſi hæc Eraſmus animaduertiſſet, nunquam credo tanta animi contentione pugnaſſet vt in linguam vernaculam tota ſcriptura tranſ-

In proœmio paraphraſeon.

funderetur. At verò ſi antea hoc in dubium reuocatum fuit, noſtra tempeſtate, calamitates Germanorum nos docent, non licere ſutoribus & ſartoribus eam committere, ſine magno religionis Chriſtianæ detrimento. Lege ca. Cum ex iniuncto. De hæreticis, in Decreta.

His præmiſsis, duabus his regulis, huic rei finem imponam. Prima ſit, ex Gregorio Nazianzeno lib. 5. Theologiæ deſumpta. Quæ, inquit, colliguntur ex ſcriptoris ſacris, perinde habenda ſunt ac ſi in illis eſſent ſcripta, &

Prima regula.

ratio eſt, quia vt inquit Iſichius li. 2. Leui. cap. 9. multa ſtudio breuitatis ſcriptura diuina prætermiſit, quæ fas eſt ex alijs colligere, & Auguſt. de aſſumptione beatæ Mariæ, ait, nonnulla omittit ſcriptura quæ tamen vera ratione creduntur. Nam nihil de Melchiſedec ſacerdotis Dei iuſtitia loquitur, cum ipſū præceſsiſſe, antè laudis merita, cognoſcatur. Nihil de Eliæ aut Enoch poſtquam rapti ſunt vitæ fœlicitatem commendat, cunctis liquido ſentientibus, eos beatè viuere, quos dominus hinc in futurum ſaluandos voluit rapere, & Hieronym. contra Helui. & Epiphan. lib. 3. tom. 2. hære. 1. quærunt an Chriſtus ventrē purgauerit, & alia fecerit, quæ natura exigere ſolet, & de Magis dicit Theophyla. Matth. 2. Nihil dicitur de Magis in euangelio, poſtquam in domum ſuam reuerſi ſunt, ſed vera ratione colligitur in Perſide prædicaſſe Chriſtum, quem in aliena regione confidenter vocabant regem. Dant ſcholaſtici exempla aptiora. Chriſtus habuit cor, &c.

De Magis in patriam reuerſis.

Secunda regula, quæ nos docet quomodo ex conſuetudinibus eccleſiarum & factis proborum hominum, ſint ſcripturæ interpretandæ, & ſumpta eſt ex Aug. li. de mendacio ad Conſentium. c. 15. ſi quid forte, inquit, occultum eſt in ſcripturis, quemadmodum accipiendum eſt quod præcipitur, in factis iuſtorum intelligatur. Veluti cum legimus in euangelio. Accepiſti alapam para alteram maxillam, at dominus cum alapa percuſſus eſſet, nō ait, ecce altera maxilla, ſed ait, ſi male dixi exprobra de malo, ſi autem bene cur me cædis? vbi oſtendit illam præparationem alterius maxillæ in corde faciendam. Quod

Secunda regula.

Mat. 5.

Iohan. 18.

etiam

etiam Paulus vtiq; nouerat,nam & ipſe,cum
eſſet alapa percuſſus ante pontificem, nō ait
Act. 23. Percute maxillam alteram. Sed percutiet te
Deus,inquit,paries dealbate, & tu ſedes iudi-
care me ſecundum legem,& contra legem iu
bes me percuti?Sed tamen cor paratum habe
bat, non ſolum ad alias alapas accipiendas,
ſed etiam quælibet tormenta pro veritate
Matth.5. patienda. Scriptum eſt etiam. Ego dico vo-
bis non iurare omnino. Iurauit autem apo-
ſtolus in epiſtolis ſuis,& ſic oſtendit quomo
do accipiendum eſſet quod dictum eſt. Di-
co vobis non iurare omnino, ne ſcilicet iurã-
do ad facilitatem iurandi veniatur, & ex faci-
litate ad conſuetudinem,atq; ita ex conſuetu
dine in periurium decidatur, & ideo non in-
uenitur iuraſſe niſi ſcribens, vbi conſideratio
cautior non habet linguam præcipitem. Præ
Matth.6. terea illud. Nolite cogitare de craſtino, &
Nolite cogitare quid manducetis,& quid bi-
batis & quid induamini, cum autem vide-
mus, & ipſum dominum habuiſſe loculos,
quò etiam quæ dabantur,mittebantur, vt ſer
uari poſſent ad vſus pro tempore neceſſa-
Vide. 12. rios,& ipſos apoſtolos procuraſſe multa fra-
q.1 c.habe trum indigentiæ, non ſolum in craſtinum,
bat & ex- ſed etiam in prolixius tempus, impendentis
trauag. Cū famis,ſicut in Actibus apoſtolorum legimus.
inter. Satis elucet ex his, illa præcepta ſic intelli-
genda,vt nihil operis noſtri temporalium a-
dipiſcendorum amore, vel timore egeſtatis,
tanquam ex neceſsitate faciamus. Item di-
Matth.10. ctum eſt apoſtolis,vt nihil ſecum portarent
Mar.6. in via,ſed ex euangelio viuerent, & quodam
Luc 9. loco ipſe dominus ſignificauit cur hoc dixe
rit,cum addit.Dignus eſt operarius merce-
de ſua. Vbi ſatis oſtendit permiſſum hoc eſ-
ſe, non iuſſum, ne forte qui hoc faceret, vt
in opere prædicationis verbi aliquid ab eis,
quibus prædicaret, in vſus vitæ huius ſume
ret. illicitum aliquid ſe facere arbitrarentur.
Gala.6. Poſſe tamen laudabilius non fieri,in Paulo ſa
tis demoſtratum eſt, Qui cum diceret.Com
municet, qui catechizatur verbo,ei qui ſe ca-
techizat in omnibus bonis,& cum multis in
locis id ſalubriter fieri ab eis quibus verbum
1.Cor.6. prędicaret, oſtenderet.Sed tamen, inquit. E-
go non ſum vſus hac poteſtate. Poteſtatem
ergò dedit dominus cum iſta diceret, non im
perio adſtrinxit.Ita & pleraq; in verbis intel-
ligere non valētes,in factis ſanctorum intelli-
gamus, quemadmodū oportet accipi, quod
facile in aliam partem duceretur, niſi exem-
plo reuocaretur. Hæc iterum replicat epiſt.
5.Præterea Oecume. Actu. 18. ait. Cum do- Matth.10.
minus diſcipulis ſuis dixerit. Ne poſsideatis
aurum,nec argentum,neq; duas tunicas,neq;
calceamenta,neque zonam,neque baculum. Act.12.
Quomodo Petrus contra domini iuſſum fa-
ciebat duas tunicas habens,zonam & calcea-
menta.Præterea Paulus cum Timotheo ſcri- 2.Tim.4.
bens præciperet. Penulam quā reliqui Troa-
dæ apud Carpum, veniens affer. ecce penulā
habebat & alteram geſtabat. An ergò Chri-
ſto non paruit? Dicendum præcepta illa non
ſemper, ſed ad tempus ſeruanda eſſe, vt Lu-
cas cap.22.oſtendit.ait enim Chriſtum dixiſ-
ſe diſcipulis. Quando miſi vos ſine loculis &
pera &c. nunquid aliquid defuit vobis?aiunt
illi,nihil. Verum quam ob cauſam tunc præ-
ceperit manifeſta eſt. Volens potentiam ſuā
oſtendere.Hieron.aliter, & melius ſoluere vi
detur. q. 1. ad Hedibiam. Dominus, inquit,
præcipit,qui habet duas tunicas det vnā non Luc.3.
habenti. At de ipſo dicitur Matth.27.Diui-
ſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem
meā,&c. Quid? ſi Scythiæ frigora & Alpinæ
niues quæ non duabus & tribus tunicis, ſed
vix pecudum pellibus repelluntur, vnica tu-
nica debemus eſſe contenti? Quicquid ergo
corpori noſtro ſufficere poteſt, & humanæ
ſuccurrere imbecillitati, hoc vna appellanda
eſt tunica,& quicquid in præſentibus alimen
tis neceſſarium eſt, hoc vnius diei victus ap-
pellatur. Vnde præceptum eſt. Non cogite-
tis de craſtino, hoc eſt de futuro tempore, &
Apoſtolus. Habentes, inquit, victum & ve-
ſtitum,his contenti ſimus. & ſic ex factis ſum
morum pontificum multis locis ſcriptura-
rum germana interpretatio elicitur. Velu-
ti ex ea,ex publico,de conuerſione coniuga.
quod dominus in euangelio dicit, non lice-
re viro vxorem ſuam dimittere, niſi ob for-
nicationem, intelligit pontifex, de his quo-
rum matrimonium carnali copula eſt con-
ſummatum.

Deniq; eſt traditio eccleſiaſtica(quam nō Magi an re
nulli labefactare nituntur,)quòd magi qui ad ges fuerint
Chriſtum adorandum ab oriente venerant,
fuerunt reges, id tamen veriſsimum eſſe, his
teſtibus confirmari poteſt.Hieron. Danie.2. Aduerſus
Magos,inquit,pro maleficis accipit ſermo & Lutheranum.
conſuetudo ſcripturarum, qui aliter haben-
tur apud gentem ſuam, eo quod ſint philoſo
phi Chaldæorum,& ad artis huius ſcientiam
reges quoq; & principes eiuſdem gentis, om
nia

nia faciunt. Vnde in natiuitate domini ſaluatoris ipſi primum ortum eius intellexerunt, & venientes in ſanctam Bethlehem adorauerunt puerum, ſtella ſuper oſtendente, & Iſaiæ. 47. ait. Magos fuiſſe principes: quorum conſilio rex vtebatur, & Pſalm. 71. ait, omne mundiale imperium, ad Chriſtum dominum accedere, eique colla ſubmittere, bonorumq; morum dona deferre, propheta prænunciat dicens. Reges Tharſis & Inſulæ, reges Arabum & Saba. Ipſi enim Magi gentium regumque typum tenuiſſe monſtratur, & Theophy. Mat. 2. ibi, Herodes autem rex, &c. ait. Iudæi quare turbantur? oportebat gaudere potius, quod rex ſuus à Perſicis regibus adoraretur. Sed re vera inſipiens eſt malitia, & Cantacuzenus Apolo. 1. aduerſus Mahometum. ait. ἐν τῇ τοῦ χριστοῦ γεννήσει, ἐκ τῆς περσίδος χώρας μάγοι ἐκ θείας ἀποκαλύψεως ἔγνωσαν, ὅτι θεὸς γεννᾶται. οἱ δὲ μάγοι οὐκ ἦσαν οἱ τυχόντες, ἀλλὰ αὐθένται καὶ τοπάρχαι. γνόντες γοῦν ἅπερ ἔγνωσαν, ἀνελογίσαντο καθ' ἑαυτούς, ὅπως ἐλθόντες προσκυνήσωσι τῷ βασιλεῖ καὶ δῶρα αὐτῷ προσφέρωσι. Hoc eſt, in Chriſti natiuitate, Perſicæ regionis Magi ex diuina reuelatione cognouerunt, quod Deus naſciturus eſſet. Magi vero non vulgares erant homines, ſed domini & regionum præſides, cum hæc cognouiſſent, deliberarunt inter ſe, quomodo illuc proficiſcentes regem adorarent, & dona offerrent, & Anſelmus Matth. 2. ait. A Sabba Fluuio Sabæa regio dicitur, iuxta quam Arabia eſt, vnde iſti tres reges fuerunt. & Druthmarus Matth. 2. & gloſſ. ordinaria. Denique Tertullianus, in libro aduerſus Iudæos, ca. de Chriſti natiuitate, licet obſcure, hoc idem affirmat, & multi minuti authores ab horum iudicio non abhorrent.

De his quoque qui ad baptiſmum accedūt cur terna confeſsio exigatur. Cyrillus lib. 12. ſuper Iohan. c. 64. ait. Apud Iohan. ca. vlt. legimus ter dominum Petrū interrogaſſe, an eum diligeret. Hinc eccleſia regulam tertio interrogandi eos accepit, qui ad baptiſmum accedunt, vt terna Chriſti confeſsione fidelibus connumerentur.

¶Obſeruationes & conſuetudines aliquot ſcripturarum.

CAP. VI.

QVanquam per totum hoc volumen, multas obſeruationes, animaduerſione dignas, quę magnū adiumentum afferunt ad ſcripturarum intelligentiam, miſcuerimus, proprium nihilominus edere tractatum decreui, vt illarum nonnullas in numerato cum opus fuerit poſsit ſtudioſus habere. atq; ad iſtarum ſimilitudinem multas ſimiles congerere.

Totā legens ſcripturam, inquit Chryſ. ho. *Regnū cœlorum.*
4. in Mat. nunquā regnum cælorum audiui, nisi in euangelio. Poſtquam enim venit ille de quo dictum eſt. Regnum Dei intra vos eſt, *Luc. 17.*
apertum eſt regnum Dei. A diebus enim Iohannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Ante aduentū ſaluatoris, omnes ſanctorum animæ ad infe- *Gen. 37.*
ros deducebantur. Deniq; dicit Iacob. Lugēs & gemens deſcendam ad inferos. Hiero. quoque li. 1. aduerſus Pelagi. ait. Regnum cælorū primum in euangelio prædicatum eſt per Iohannem Baptiſtam & dominum ſaluatorem & apoſtolos. Vnde Iohannes clamat in deſerto. Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cælorum, & de ſaluatore ſcriptum eſt. Circuibat Ieſus ciuitates & vicos docens in ſynagogis eorum & prædicās regnum Dei, & apoſtolis præcipit. Ite & prædicate, dicentes quoniam appropinquauit regnum cælorum, contrarium eſt Pelagij error, & Theophy. Io. 3. & Lucæ. 16. ibi. lex & prophetæ, & c. 17. ibi. Interrogatus autem à Phariſæis, & Hiero. Dardano. Deniq; Augu. li. 19. contra Fauſtū ca. vlt. ait. Nunquam forte quiſpiam regnum cælorum in veteribus libris, niſi obſcurè inuenit. Dicitur quidem *Sapient. 6.*
ibi. Diligite ſapientiam, vt in æternum regne- *Iohan. 5.*
tis, & dominus Iudæis ait. Scrutamini ſcripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere, ipſæ teſtimonium perhibent de me; & in Pſal. Nō moriar ſed viuam, & narrabo ope- *Pſal. 117.*
ra dñi, & iterum, illumina oculos meos ne vn- *Pſalm. 12.*
quā obdormiā in morte, & iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum, & paulo poſt, illi autem ſunt in pa- *Sapien. 2.*
ce, & ſi coram hominibus tormenta paſsi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt, & in paucis vexati, in multis bene diſponentur, & alio loco, Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud dominum eſt merces eorum, & cogitatio eorum apud altiſsimum, ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu domini. Multa teſtimonia huiuſce-

huiuſcemodi inueniuntur de vita æterna.

De immortalitate animæ quid ex Moyſe ſit cognoſci & erui poſſit.

Difficillimè, inquit Auguſt. li. 4. q. in Deut. q. 5. inuenitur in libris legis aliquid euidentius de vita animæ poſt mortem fuiſſe cõſcriptũ. Hæc ille, ſunt tamen nõnulla teſtimonia ex Moyſe deſumpta ex quibus elici poteſt immortalitas animorum & eorum beatitudo. Vnde Theodorus Abaccura in li. contra hæreſes, quem nos Græcè habemus, actione. 1. ait. Quod verò anima æterna ſit & mortuorũ iudicium futurum probatur ex illo Moyſis, erant fratres duo Cain & Habel. vnus quidem erat agricola, alter vero paſtor, & ambo ſacrificiũ Deo obtulerunt. Sed Habel ſarrificium Deus ſuſcepit, Cain verò contempſit. Hinc inter eos tanta inuidiæ flamma excitata eſt, vt Cain Habelem occiderit. Num cuius innocentia, ipſo Deo teſte, comprobata eſt, & merces non ſolum non data ſed etiam eius loco ipſe nefariè à germano fratre trucidatus eſt, præmio carebit? obmuteſcant igitur nebulones iſti qui fatentur animam eſſe interitui obnoxiam.

Gene. 4.

De mortuorũ reſurrectione in lege quid ſit ſcriptum.

Deinde nihil apertè in lege de reſurrectione mortuorum ſcriptum eſt. Vndè cum inquit dominus. De reſurrectione mortuorum non legiſtis quod dictum eſt à Deo: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, &c. ait Hiero. ad comprobandam reſurrectionis veritatem multo alijs manifeſtioribus exemplis vti potuit, è quibus eſt illud. Suſcitabuntur mortui, & reſurgent qui in ſepulchris ſunt, & in alio loco. Multi dormientium de terræ puluere conſurgent, alij in vitam, alij in opprobrium & confuſionem æternam. Quæritur itaque quid ſibi voluerit dominus hoc præferre teſtimonium, quod videtur ambiguum, vel non ſatis ad reſurrectionis pertinet veritatem.

Mat. 22.

Iſai. 26.

Dani. 12.

Sadducæi.

Dicimus quod loquebatur cõtra Sadducæos qui tantum Moyſis libros recipiebant, prophetarum vaticinia reſpuentes. Stultum ergò erat inde proferre teſtimonia, cujus authoritatem non ſequebantur. Atque illi aſſentitur Euthy. ibidem, & Pſalm. 1. & Theodorus in loco ſuperius citato, loquẽs de occiſione Habel, ait, ex hoc loco Moyſis mortuorum reſurrectio adſtruitur. Nam quæro quo tempore Habel præmio afficiendus ſit? Quandoquidem nullus ibit inficias quin Habelis interfector ſcelere ſe adſtrinxerit; & Epipha. lib. 1. aduerſus hære. tom. 1. in hære. Samaritanorum, ait. Adſtruitur reſurrectio, primùm ex Habel, nam poſt eius mortem ſanguis loquitur cum domino, ſanguis quidem licet nõ ſit anima, non eſt tamen ſine anima.

Perſæ. Indi.

Mos inquit Hieron. Dan. 10. apud Perſas & Indos hodie quoque ſeruatur, vt pro balneis vtantur vngentis, & apud Iudæos tempore ieiunij à cibis delicatioribus abſtinebant, & vnguento non vngebantur. Vnde Daniel. Neque vnguento vnctus ſum. Et in comment. Matth. c. 9. cum dicitur. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, ait. Iuxta ritum prouinciæ Palæſtinæ loquitur, vbi diebus feſtis ſolent vngere capita. Atq; ita præcipit ibi dominus, vt quando ieiunamus, lætos nos eſſe monſtremus, & Auguſt. lib. 1. q. in Geneſ. q. 26. art. Mos erat regibus illis de quibus eſt in ſcripturis mentio, per vices ad ſe admittere mulieres ſuas, & niſi fomentis & vnguentis diu prius curato corpore, nulla intrabat ad regem. Vnde Geneſ. 12. cum Saram ſurripuiſſent ſerui Pharaonis, non fuit polluta, nam antequam vnctiones perficerentur fuit percuſſus à domino, & citat Hieronymus ad comprobandam hanc conſuetudinem, illius verba in quæſt. in Gene. ſunt. Iuxta librum Eſter, quæcunque mulierum placuiſſet regi apud veteres, ſex menſibus vngebatur oleo myrtino, & ſex menſibus in pigmentis varijs erat, & curationibus fœminarum, & tunc demum ingrediebatur ad regem. Atq; ita poteſt fieri, vt Sara poſtquam placuerat Pharaoni, dum per annum, eius ad regem paratur introitus, & Abrahæ Pharao multa donauerit, & Pharao poſtea ſit percuſſus à domino, illa adhuc intacta ab eius concubitu permanente.

Tẽpus afflictionis & lætitiæ quo ſigno oſtendebãt Iudæi.

Locus ex Gene. 12. expoſitus.

Eſther. 2.

De idololatriæ origine & antiquitate.

Annotandum, ex Auguſt. lib. 1. in Geneſ. quæſt. 94. & Euche. lib. 3. in Gene. ca. 6. quod Geneſ. 31. quando Rachel furata eſt idola patris ſui, primum inuenimus deos gentium, ſuperioribus quippe ſcripturæ locis vnicus tantum deus nominabatur. At vero Iuſtinus martyr in admonitorio gentium, ait, Idololatriam traxiſſe originem à verbo ſerpentis, dicentis. Eritis ſicut dij, his verbis. Quia dæmoni decipienti homines crediderunt, auſique propterea diuinis aduerſari præceptis, exierunt è Paradiſo, deorum quidem nomenclaturæ memores, verum non ſatis edocti, an dij præter vnũ Deum, inuenirentur. Neq; enim erat æquum vt qui mandatum primum, alioqui obſeruatu facile, non cuſtodiſſent, erudirentur amplius, ſed potius vt iuſta pœna plecterentur. Vbi ergo de paradiſo expulſi, arbitrati ſunt ob ſolam ſe inobedientiam eiectos,

Geneſ. 3.

Adæ peccatum.

ctos, ignari alloqui id etiam fuiſſe in cauſa,
Ambro. quod eos qui non erant dij, Deos eſſe credide
rant, deorum nomen, hominibus de ſe propa
gatis, tradiderunt. Quo fit vt prima iſi hæc de
dijs mendax phantaſia à parentibus mẽdacij
originem traxit. & Epipha. lib. 1. aduerſus hæ
re. to. 3. hære. 37. qui eſt Ophitarum, ait. Ser-
pens decepit Euam dicens. Eritis ſicut dij. De
inde progrediente tempore, multiformem
& monſtroſam imaginationem ipſis indu-
xit. ab vno enim vero Deo ipſos abduxit, &
olim blaſphemá idololatriæ vanitatem ipſis
immiſit. Hactenus Iuſtinus & Epiphanius
quorum ſentẽtia non videtur vera: nam Adã
non amiſit fidem vt conſtat ſap. 10. Nun-
quam enim fuere dij, ſicut nec ſunt, ſed Deos.
Atque ita dicit Clemens. 2. Recogni. Hier. in
quæſt. in Gene. reijcit ſententiam Hebræorũ
dicentium tempore Enos, qui cœpit inuoca-
re nomen domini, & in eius ſimilitudinem fa
bricata fuiſſe idola. Nos intelligimus illũ cœ-
piſſe Deum verum colere. Hæc ille. quo tem-
pore primum fabricata fuerint idola non cõ
Alij tẽpore Nemroth. qui hoĩes coegit ignẽ adorare. ſtat. Nam ante diluuium idola non fuiſſe con
ſtat ex Gen. Igitur poſt diluuiũ effecta ſunt.
At vero à quo docet Hierony. Hoſeæ cap. 2.
Ninus rex Aſsyriorum aduerſus Zoroaſtẽ
magũ, regem Bactrianorum, forti certamine
dimicauit, & in tantam peruenit gloriam vt
patrem ſuum Belum referret in Deum, qui
Hebraice dicitur Bel. Didicimus exordium
dæmonis, imò hominis in dæmonem conſe-
crati. omnia enim Idola ex mortuorum er-
rore creuerunt. Quo tempore inceperit ido-
lorum cultus docet Epiphanius in principio
ſui operis. Lege Athana. Cypria. Cyril. lib. 1.
contra Iulia.

Sãctæ mulieres queſi ne dolore peperiſſe legũtur. Nunquã legimus, inquit Hier. Michææ. 4.
circa principiũ li. 2. in ſcripturis ſanctis mulie
res, excepta Rachel, cum dolore peperiſſe,
quæ quia in via erat & hippodromo, ideſt, in
equorum curſu, qui in Ægypto venundãtur,
Geneſ. 35. filium peperit doloris, quem poſtea vocauit
pater, Beniamin, hoc eſt filium dextræ. Eua
eiecta de paradiſo, & audiens. in dolore pa-
Geneſ. 3. ries, perperiſſe ſcribitur in dolore. Vxor Phi-
nees contracta, nec ſe erigens, ſicut illa quam
in euangelio diabolus alligauit, peperit, poſt-
1. Regũ. 4. quam captam arcam Dei, populique cognoſ
ſet ruinam. Sara autem quia ſancta erat, & ei
defecerant muliebria, nato Iſaac dicit. Riſum
mihi fecit Dominus, quicunque enim audie-
rit gratulabitur mihi.

Nullus ſanctorum, inquit Hierony. Eccleſ.
2. ca. niſi perraro fœminas genuiſſe legimus. *Sãcti nõ generãt fœminas, niſi rarò admodũ.*
Solus Saphaath, qui in peccatis mortuus eſt,
omnes filias genuit. Iacob inter. 12. patriar-
chas vnius filiæ pater eſt, & ob ipſam quoq;
periclitatur. Lege Glo. Gene. 5. quod in gene *Nume. 25.*
ratione Seth fœmina nulla nominetur. & ite
rum Hiero. Iſaiæ. 66. ait. Abraham & Iſaac &
alij ſancti maſculos habuere filios, & Iacob
multorum filiorum pater vnam genuit filiã,
pro qua dura perpeſſus eſt. Denique in fine
ſeculi totus mundus concepit & parturiuit
& peperit maſculum, quem Pharao & He-
rodes conantur occidere, qui & in Moyſe &
in Chriſto ſaluatus eſt in Ægypto. Quod ſi fi
liæ Saphaath hæreditatem accipiunt patris,
hoc conſiderandum eſt, quod pater earum in
peccato ſuo mortuus ſit, qui nullum filium
genuit, & Moyſes nihil ſuper eis auſus fuit
iudicare, ſed retulit ad dominum, qui eas, ne
inopes permanerent, iuſsit fratribus copulari.
Lege ipſum Hoſeæ. 1. capit. ibi. Concepit ad
huc & peperit.

In veteri teſtamento, teſte Hierony. Iſaiæ.
15. cap. barbam caputque radere & ſaccum *Caput radere, ſaccũ induere mœroris ſignũ.*
induere, & cinere caput perfundi, luctus indi-
cium fuit. vbique ergo per hæc magnitudo
mœroris oſtenditur. Vnde dicit Iſaias. in cun
ctis capitibus caluitium. & omnis barba rade
tur, & Iere. contra Moab, ait. omne caput cal *Iere. 48.*
uitium, & omnis barba radetur, & in cunctis
manibus colligatio, & ſuper omne dorſum ci
licium. & Theophy. Matt. 11. ſaccus, inquit,
pœnitentiæ ſymbolum eſt. Lugentes vide-
mus cinerem & puluerem ſuper caput ſpar-
gere. Sic inquit Dominus. ſi in Tyro factæ
fuiſſent virtutes quæ in vobis, olim in ſac-
co & cinere pœnituiſſent. & Grego. 2. mor.
capit. 11. & Baſil. Pſalmo. 29. in poſtremis
verbis.

Ignem, inquit Hiero. in. q. in Gene. ad ſa- *Ignis cœlitus emiſſus ſuper ſacrificia.*
crificium deuorandum, ſolitum venire de cæ
lo ſuper ſacrificia, legimus. Nã vnde ſcire po-
tuit Cain quod fratris eius munera ſuſcepiſ-
ſet Deus, & ſua repudiaſſet, niſi illa interpre- *Habel ſacrificiũ et Cain*
tatio vera eſſet, quam Theodotio poſuit. Et
inflammauit Deus ſuper ſacrificium eius, ſci-
licet, Habel, ſuper Cain verò & ſuper ſacrifi-
cium eius nõ inflammauit. & in dedicatione
templi ſub Salomone, & quãdo Elias in mõte
Carmelo conſtruxit altare & Auguſt. libr.
15. de ciui. Dei cap. 7. ait. Potuit hoc, ſigno
aliquo viſibili, atteſtante cognoſci. Idem vi-

F detur

Digitized by Google

detur dicendum de igne deſcendenti ſuper ſa
crificium Abrahæ. Sed idem Auguſt. lib. 2.
Geneſ. 15. Retr.cap.43.loquens de libris de Ciuita.Dei,
dicit.In lib. 10.de Ciui.Dei.cap.8.non debuit
pro miraculo poni Abrahæ ſacrificio flam-
mam cælitus factam inter diuiſas victimas
concurriſſe,quoniam hoc illi in viſione mon
ſtratum eſt. Præterea Theophyl.ad Hebræ.
11.circa principium ait. Cum ad Cain di-
Citat cap. xiſſet Deus, non recte offers, nec recte diui-
4.Gen.iux dis, teſtimonium perhibuit Habel quod re-
ta.70.vbi cte obtulerit, quatenus datori Deo obtulit
nos habem⁹ quæ ex illo habebat,ac recte ſeparauit, qua-
Nonne ſi be tenus meliora,ceu domino ſeparauit. Fertur
ne egeris,re quod ignis è cælo deſcendens abſumpſerit ſa
cipies. crificium, atque inde agnouit Cain ſibi ante
latum eſſe Habel. Vnde enim alias habuiſſet
compertum? Hinc quidam eorum qui He-
bræa in Græcam linguam tranſtulerunt, ſic
vertit, aſpexit in victimas Habel dominus &
incendit.Ita dicit Oecum.eodem loco,& Be-
da.Gen.4.cap.& Albinus in.q.in Gene.

Locus Iudi- Scriptura.inquit Hieron.Zacha.8. locum
cij vnde a- iudicij ſemper ponit in portis ciuitatis,ne co-
pud Iudæos. gerentur agricolæ intrare vrbes, & aliquod
ſubire diſpendium, iudices in portis reſide-
bant,vt tam vrbanos quam ruſticos in exitu
& introitu vrbis audirent, & finito negotio
vnuſquiſq; confeſtim ad ſedes proprias reuer
teretur. Ita etiam dicit Amos.5. & Ezechl.
40.& Theodore.Amos.5.Item Philip. preſ-
byter.lib.1.in Iob.cap.5.in expoſitione huius
loci.Conterentur filij eius in porta, ait. Por-
tam,publice nominauit, eo quod ſecundum
conſuetudinem Iudæorum, iudices in portis
ſedebant,vt prætereunti populo iudicarent.
Hoc iterum inculcat lib.2.cap.29. Hinc poſ-
ſumus colligere quid ſignificet illud Pſalm.
126.non pudefient eum loquentur inimicis
ſuis in porta, & Iob. 5. conterentur in porta
& non erit qui eripiat,& cap.31.& Prouerb.
31.Nobilis in portis vir eius, quando ſederit
cum ſenatoribus terræ,& Deute.25.Si nolue
rit accipere vxorē fratris ſui,quæ ei lege debe
tur,perget mulier ad portam ciuitatis. & in-
terpellabit maiores natu,dicēs. &c. Huius rei
aliam rationem affert Greg.li.19.mora.c.11.
dicens.Mos veterum fuit vt ſeniores in por-
ta conſiſterent,&cauſas introeuntium iudica
rent.quatenus tanto eſſet pacificus vrbis po-
pulus,quanto ad hanc diſcordes ingredi non
licebat.

Mos fuit antiquis, vt latiſsime docet Au-
guſt.lib.3.contra Fauſtum ca. 3. filios adop-
tare, imò fœminæ adoptauerunt ſibi filios, *Adoptare fi*
non ex vtero ſuo natos, Sicut Sara ex Agar, *lios.*
& Lia ex ancilla ſua,& filia Pharaonis Moy- *Geneſ.16.*
ſen adoptauit.Ipſe autem Iacob nepotes ſuos *&.30.*
filios Ioſeph adoptauit.Ipſum vero adoptio- *Exod.2.*
nis nomen plurimum valere in noſtræ fidei *Geneſ.48.*
ſacramento,apoſtolica doctrina teſtatur.Vn
de Paulus cum de Iudæorum meritis loque-
retur,inquit.Quorum eſt adoptio & gloria& *Roma.9.*
teſtamentum & legiſlatio,quorum patres ex
quibus Chriſtus ſecundum carnem. Et, ipſi *Roma.8.*
in nobis ipſis ingemiſcimus adoptionem fi-
liorum ſpectantes,& alibi. Miſit Deus filium
ſuum natum ex muliere, vt eos qui ſub lege
erāt redimeret,& in adoptionem filiorum re
ciperemur. Nam vnicum Deus filium habet
quem genuit ex ſubſtantia ſua,nos tamen nō
genuit ſed fecit,& ideo vt fratres Chriſti face
ret,adoptauit.Iſte itaq; modus quo nos Deus
cum iam eſſemus ab ipſo, non nati, ſed con-
diti,verbo ſuo & gratia ſua genuit,vt filij eius
eſſemus,adoptio vocatur,& epiſto.120.cap.
4.ait.Adoptio eſt natiuitas ſpiritualis ex deo,
eramus aliquid antea quam eſſemus filij Dei,
& accepimus beneficium vt fieremus quod
non eramus,ſicut qui adoptatur apud homi-
nes antequam adoptaretur non erat filius
eius à quo adoptatur, iam tamen erat qui ad
optatur.Græci vocant filium naturalem φύσει,
adoptiuum θέσει, ex hoc ſoluitur illa. Q. cur.
1.Paralipo. cap. 27. filij Dauid numerantur,
qui nimirum naturales erant.Sed.1.Reg.16.
&.17.octo, quia vnus erat adoptiuus. Eſt
aliud genus adoptionis legalis, de quo Eu-
cher.in.q.in Matth. hæc ſcribit. Conſuetudo *Deute.25.*
apud Iudæos ex lege erat, vt defuncti fratris
vxorem ad ſuſcitandum ſemen ſuperſtes fra-
ter acciperet,& filium quem generabat, pro
pinquo mortuo deputabat, ne nomen eius
aboleretur, & ideo Matth. Ioſeph genitum
ex Iacob dicit, & Lucas ab Eli, quia alter ſe-
cundum naturam,nempe Iacob, alter ſecun-
dum legem pater fuerit.Iacob ergo atque Eli
vterini fratres fuerunt, quorum ſuperiore de
functo, poſterior vſus eſt ex lege coniugio.
In eorum commemorationem Matt. Ioſeph
proſapiam,per regiam originem texuit. Lu-
cas generationem eius ſacerdotali ſucceſsio-
ne deduxit. Pater tamen Ioſeph ſecundum
naturam, Iacob fuit. Ita Chriſtianus Druth.
Matthæ.1. Lege Ambroſ.lib.3. de fide cap.
5.& Sanct.Thom.3.part.quæſt.31.articul.
3.Ali-

Digitized by Google

3. Aliqui contendunt patrem illum legalem, hoc eſt mortuũ, nullo modo patrem fore vocandum, nec puerum natum, filium eius. Sed profectò niſi filius eſſet, non adiret hæreditatem demortui. Si filius, inquit Paulus, ergo hæres. Atque ita duos habebat patres, illum à quo genitus erat, qui erat naturalis, & mortuum, qui erat legalis pater. & ille pater naturalis qui hoc munus ſuſcitandi ſeminis obibat, ob propinquitatem vocabatur redẽptor, vt patet Ruth. 4.

Apud veteres Iudæos, inquit Hiero. Mat. 18. mos erat vt ingẽtium peccatorum perpetratores in profundum ligato ſaxo demergerentur. Hoc eſt quod dicitur. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit ei, vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. Quia multo melius eſt pro culpa breuem recipere pœnam, quam æternis ſeruari cruciatibus.

Antiqui, inquit Euthy. Pſalm. 25. quando conteſtari volebant ſe alicuius ſceleris eſſe innoxios, coram multitudine manus lauare ſolebant, vt, ſcilicet, ex illa manuũ munditia, animę puritatem ſignificarent. quemadmodũ feciſſe legimus Pilatum in Chriſti nece. & in

Matth. 27 Pſa. 25. Lauabo inter innocẽtes manus meas. conteſtans me ſcelerum omnium, quæ dicta ſunt, innocentem eſſe.

Mos erat Iudęis, inquit Chry. ho. 26. Actu. contra condemnatos ſic loqui. Tolle illũ. hoc eſt, ne ſinas illum videri vltra inter homines. ſicut de Chriſto dixerunt. Hæc ille. Item mos Romanis erat, illos qui crucifigendi erãt, prius verberari. vt Ioh. 19. apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit.

Mos erat Iudæis, inquit Chry ſ. ho. 29. Actu. ſtãtes loqui. vt, ſurgens Paulus & innuẽs manu. Hæc ille. hæc conſuetudo frequens eſt in externis authoribus, præcipue apud Homerum.

Matth. 26 Conſuetudinis eſt Iudaicæ, inquit, Hiero. Matt. 26. cum aliquid blaſphemiæ, & quaſi contra Deum audierint, ſcindere veſtimenta

Actu. 14. ſua, vt in euangelio. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens, blaſphemauit. Quod Paulum quoque & Barnabam quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, feciſſe legimus. Iſaiæ. 37. iterum hoc dicit. & Cyril. lib. 12. ſuper Ioh. capit. 37. & Oecume. Actu. 22. Denique lib. 3. comment. in Iob ſub nomine Orige. editorũ, cum ſint indocti nebulonis, dicitur. Conſuetudo erat omnibus antiquis vbique, vt cum graue aliquid ac lamẽtabile audiſſent vel ſuſtinuiſſent continuo veſtimenta ſua ſcinderent, & cinerem atque terram capiti ſuo ſpargerent, vt ex Iob principio conſtat. Idẽ fecit Iacob quãdo *Iob. 2.*
annuntiata eſt ei mors Ioſeph. & Dauid cum Siceleg ab Amalecitis capta eſt. & quando Saul & Ionathæ mortem audiuit. Sic ſcidit Ezechias quando blaſphemias Sennacherib & Rabſacis audiuit. Sic rex Niniuitarum apud Ionam. Hæc ille. Hoc fiebat etiam in ſignum mœroris & triſtitiæ, vt apud Ioel. ſcindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra. & Nume. 14.

Hanc habet conſuetudinem ſcriptura. inquit Hiero. Iere. 22. vt omnes reges & mortuos referat & ſepultos. tamen Ioakim filiũ Ioſiæ, & regnaſſe crudeliter, & extitiſſe impium legimus, & poſtea mortuum, nec tamẽ eius ſepultura narratur. & ſubdit. Ioakim interfectum à latrunculis Chaldæorum, Syriæ, Ammonitarum, Moabitarum eſſe, Hebræa narrat hiſtoria. Vnde & in libris Regum mortuus ſcribitur, & ſepultus tacetur. In libro *2. Paralip.*
dierum legimus vinctum catenis & ductum *36.*
in Babylonem, nec vltra quid refertur de eo, At Ieremias pulchre ſepultura aſini dicit eũ *Aſini ſepul*
ſepeliendum, vt alijs verbis ſignificet, inſepul *turaqua ſit*
tum, hoc eſt à beſtijs auibuſque lacerandum. hæc enim eſt aſini ſepultura.

Nũquam inuenies in ſcripturis, inquit Origen. homi. 12. in Leui. vbi aliquis peccator, aut parui meriti, magnus appellatus ſit. Audi vero qui ſint qui magni appellantur. De Iſaac dicitur, quod proficiebat valde, vſque quo factus eſt magnus valde. & Moyſes magnus dictus eſt, & Ioannes baptiſta apud Lucam. & Cyril. lib. 12. in Leui. cum hæc dixiſſet addit. De Ezechia, inquit, dicitur, quod proficiebat valde, donec factus eſt *2. Reg. 18.*
magnus.

Hic ſermo, (teſte Orige. ho. 12. in Gene.) ſcilicet, impleti ſunt dies eius vt pareret, nunquam ferè, niſi de ſanctis mulieribus ſcribitur. De Rabecca enim ſcriptum eſt hoc. & de Eliſabeth matre Iohãnis, & Maria matre domini. Vnde mihi videtur eximium aliquid & præter cæteros homines huiuſcemodi partus oſtendere. & impletio dierum ortum perfectæ ſobolis indicare. Euche. quoque ita ſentit. lib. 2. in Gene. cap. 46. Demum Theophy. Lucæ. 1. ait. obſeruandum quod in peccatoribus non dicitur impletum eſt tempus pariendi,

riendi,ſed hoc duntaxat inuenies,vbi de iuſtorum partu habetur mētio.Nam imperfecti & non impleti peccatorum ſunt partus, melius namq; illis ſi nati non fuiſſent.

Septem diebus,ait Auguſt.lib.1.q.in Gen. q.89.& Hieron.ibidem.Solēt nuptiæ celebrari in ſcripturis,vt Gene.29. Imple hebdomadam dierum huius copulę,ideſt tranſeant ſeptem dies feſti Liæ,& Iudi. 14.oſtenditur Samſom feciſſe potum ſeptem diebus.

Cum aliquis ad conuiuium inuitabatur, ante prandium pedes lauabantur illi, ac deinde cibus apponebatur.Vnde Lucæ.7.Reprehendit dominus Phariſæum Simonem, dicens. Intraui in domum tuam,aquam pedibus meis non dediſti,hæc autem lachrymis rigauit pedes meos & capillis ſuis terſit,& addit ex conſuetudine quæ apud illos vigebat, oſculum (ſcilicet,pacis)mihi non dediſti, hæc ex quo intraui nō ceſſauit oſculare pedes meos, oleo caput meum non vnxiſti,hæc vnguento vnxit pedes meos, & Geneſ. Ait Abraham angelis,ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum,ſed afferam pauxillū aquæ & lauentur pedes veſtri, ponamque bucellam panis & confortetur cor veſtrum,& cap. 19. idem fecit Lot angelis, & Iudi. 19. &.1. Timoth. 5. Vidua laudatur, ſi hoſpitio recepit,ſi ſanctorum pedes lauit. Ex hac conſuetudine videtur aliquibus Chriſtum non lauiſſe pedes diſcipulorum poſt cœnam, ſed antequam cœnaſſet, & hoc eſt quod dicitur Iohann. 13.cœna facta, ideſt, parata, ſurgit dominus à cœna,id eſt, antequam cibum caperet, & lauit pedes diſcipulorum. Nam præpoſitio,à, ſæpe negat,vt mandauit dominus depluendo,ideſt,ne plueret Quòd in mutatione ſtatus fiat conuiuium,vt fecit Matth. alibi dixi.

Geneſ. 18.

Lib.9.Reg. 42.

Null⁹ à deo maledictus in ſcripturis.

In nullo loco ſcripturæ,vt inquit Hieronym. ad Gala.3.cap.inuenimus,à Deo quemquam eſſe maledictum,& vbicumq; maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiungitur, vt, Maledicta terra in operibus tuis, & ad ſerpentem dicitur. Maledictus tu ab omnibus beſtijs,& alibi.Maledictus furor eorum quia audax,& ira eorum quia dura,& iterum.Maledictus Canaan puer, famulus erit fratribus ſuis. Ideo cum legimus ad Galat. 3. Maledictus omnis qui pendet in ligno, ſi in aliquibus libris inueniatur, Dei, ab aliquo appoſitum eſt, & ne latius orationem protraham, lege vniuerſas maledictiones Leuitici,Deute. & libri Ioſue,& nunquam nomen Dei Infertum ibi inuenies.In tantum vt etiam ipſe Satanas, cum de Iob polliceretur quod ſi fuiſſet anguſtijs preſſus,blaſphemaret, à meliori parte hoc ſignificauit dicens,niſi te in faciem benedixerit,& in libris Regum,Naboth propterea lapidatus refertur, quia benedixerit Deo & regi,ideſt,maledixerit,per Antiphraſin, & Orige.hom.9.diuerſorum ait. Sanctis dicitur in die iudicij non ſolum, venite benedicti,ſed cum additamento, patris mei, non qualemcunq; honorem habentes, ſed honorem patris mei.

Octo mortui ſunt, vt dicitur.lib.3.Mirab. ſcripturæ.cap.11. quos diuina ſcriptura veteris & noui teſtamenti reſuſcitatos commemorat.de eorum primo, ideſt, fillo viduæ quem Elias reſuſcitauerat,ita refertur.Reuertatur obſecro anima pueri.De nouiſſimo,ideſt, de Eutycho in actis.Apoſtolorum, capit. 20. dixit Paulus.Nolite turbari,anima eius in eo eſt.Et Epipha.in Ancyroto ait, ſuſcitauit dominus Lazarum, & filium viduæ, quæ habitabat Naim, & Elias ſuſcitauit mortuum. Eliſæus etiam duos excitauit mortuos, vnum nondū ſepultum,alterum ſepultum. Hæc ille. Secundus mortuus fuit filius Sunamitidis ab Eliſęo ſuſcitatus. 4. Reg.4. & oſſa Eliſæi mortuum ſuſcitauerunt.4.Reg.13.&Tabitha ſuſcitatur à Petro Actu.9.cap. De tribus mortuis in euāgelio ſuſcitatis Auguſt.lib.1.de ſer.domini in monte,ait.Sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur,ſuggeſtione,delectatione, conſenſione,ita peccati tres ſunt differentiæ, incorde,in facto,in conſuetudine, tanquā tres mortes.Vna quaſi in domo,ideſt,cum in corde cōſentitur libidini,altera extra portam, cum in factum procedit aſſenſio.tertia, cum vi conſuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus,quaſi in ſepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum dominus reſuſcitauit,nam alicubi dicit.Puella ſurge, & alibi.Iuuenis tibi dico ſurge,alibi,infremuit ſpiritu.& poſt.Lazare exi foras. Lege ipſum tracta.49.ſuper Iohan.

Quot mortui excitati ſint in vtroque inſtr.

2. Reg. 17.

Matth. 9.

Luc.7.

¶De Articulo & eius emphaſi, & interiectionibus, Væ, Euge.

CAP. VII.

POſtquam abſolui & exhauſi omnia, quæ maioris erant momenti, ad effingendum verum & omnibus numeris abſolutum Theologum, nunc quædam minutula & quæ leuiora videntur, ex his quæ ſuperſunt, vice corollarij ſubnectam, videlicet de Articulo, de Interiectionibus & Coniunctionibus & Propoſitionibus. Quibus tractatis & cognitis re ipſa doceberis, ſi alicubi verum eſt dictum Baſilij. hom. 10. Exaëm. ῥῆμα ἐν τῇ γραφῇ ἀργὸν λέγειν, βλασφημία δεινή, ideſt. dicere verbum eſſe ocioſum in ſcriptura, blaſphemia eſt, maximè ad has particulas adaptari poſſe. De articulo igitur dicit Cyril. lib. 1. ſuper Iohan. capit. 4. illud apprimè tenendum eſt, quod quando diuina ſcriptura, nominibus, ſecundum Græcæ linguæ vſum articulos, præponit, tunc & vnum, & quod ſolũ proprie ac vere tale quid dicitur ſignificat, Articulo autem non adiecto generalius cuncta deſignat. Vt verbi cauſa, multi vocati ſunt dij, ſed quando cum articulo in Græca lingua Deus dicitur, tunc ſolus & proprie Deus deſignatur, cum vero abſque articulo Deus profertur, qui ad hoc gratia vocatus eſt intelligitur. ſic cum homo ſine articulo dicitur, homo quiſpiam deſignatur, quando autem articulus accedit, vnicum ac ſingularem hominẽ denotat. Ideo videmus filius hominis, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, articulo ad vtrumque nomen poſito, à ſaluatore noſtro proferri, quando ſe ſolum, ab infinita hominum multitudine ſeiunctum, vellet ſignificare. Sic apud Iohan. dicitur. In principio erat illud verbum. nomini illo verbum, articulus adiungitur. Et Hiero. Matt. 21. in huius loci expoſitione. Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ. inquit. Propheta quem & Moſes ſimilem ſui dixerat eſſe venturum, & qui propriè apud Græcos ſcribitur cum τοῦ ἄρθρου μαρτυρία, ideſt cum articuli teſtimonio. Hæc ille. Innumera exempla ad hanc rem ſpectantia inueniet linguarum peritus, vt apud Matth. 2. cap. Vbi eſt ille qui natus eſt rex Iudæorum. &. 12. Nunquid eſt ille Chriſtus filius Dauid? vt non poſſint hæc niſi de Chriſto intelligi. &. 16. Tu es ille Chriſtus filius Dei viui. & Lucæ. 10. Exultauit in illa hora Ieſus, in illo ſpiritu, vt intelligas de ſpiritu ſancto. &. 17. Nouem illi vbi ſunt? &. 23. Tu es ille rex Iudæorum? & apud Iohan. Nõ erat ille, lux illa. Sed vt teſtimonium perhiberet de lumine. non erat illa lux vera quæ illuminat omnem hominem. Atque ita locus ille Iohan. intelligendus eſt. Propheta es tu? & Reſpondit Iohannes. non. Non negauit Iohan. ſe eſſe prophetam, ſed eſſe prophetam illum, quem ſperabant Iudæi, de quo dixerat Moyſes. Prophetam ſuſcitauit Dominus de medio fratrum veſtrorum. fecerunt ergò interrogationem Iohanni. propheta ille es tu? Atque ita exponunt Theophy. & Græci omnes. Latini multo aliter. Nã Grego. ho. 7. in euangelia ſic exponit. ſe prophetam negat, quia non ſolum poterat redemptorem prædicare, ſed etiam demonſtrare. & Auguſ. tracta. 4. c. 1. Iohan. ait. Non erat Iohan. propheta. maior erat quàm propheta. nam Dominus dedit de illo tale teſtimoniũ, quid exiſtis videre? arundinẽ vẽto agitatã, & quid exiſtis videre prophetam? maior quam propheta hic eſt, quia prophetæ longè antè prænuntiauerunt, Io. præſentem demonſtrabat. & Theophy. Mat. 16. cum dixiſſet Petrus, Tu es Chriſtus ille filius Dei viuentis. ait. Non dixit tu es Chriſtus filius Dei viuentis, abſque articulo, ſed cum articulo, ille filius, hoc eſt ille ipſe, qui ſolus & vnicus, non gratia filius, ſed qui ex ipſa patris ſubſtãtia genitus. Quia & multi Chriſti erant, vt ſacerdotes & reges omnes, ſed Chriſtus cum articulo vnus eſt. Hæc ille. Et Deus cum de perſona aut hypoſtaſi dicitur, articulum habet, cum vero de natura, articulo caret. vt Iohã. 1. θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. id eſt, deũ nullus vidit vnquã & iterum. ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ θεοῦ. id eſt fuit homo miſſus à Deo. Deniq; Epipha. lib. 1. contra hære. in hære. Samaritanorum, de hac re hæc ſcribit. ὅπου ἄρθρον πρόσκειται ἐπὶ ἑνί τινι ὡρισμένου καὶ διαφανεστάτω, πάντως ἔστιν ἡ βεβαίωσις. ἄνευ δὲ τοῦ ἄρθρου ἐπὶ ἑνὸς τοῦ τυχόντος ἀορίστως ἐστὶ λεκτέον. ὡς ὅταν εἴπωμεν, ἐὰν εἴπωμεν βασιλεὺς, ὄνομα μὲν ἐσημάναμεν. ἀλλ' οὐ τὸν κατ' αὐτὸν ὁριζόμενον ἐδείξαμεν. βασιλέα γὰρ λέγομεν, καὶ Περσῶν καὶ Μήδων. ἐὰν δὲ μετὰ προσθήκης τοῦ ἄρθρου εἴπωμεν ὁ βασιλεὺς ἀναμφίβολόν ἐστι τὸ σημαινόμενον. καὶ ἐὰν εἴπωμεν θεὸς ἄνευ τοῦ ἄρθρου τὸν τυχόντα εἴπαμεν θεὸν τῶν ἐθνῶν, ἢ θεὸν τὸν ὄντα. ἐὰν δὲ εἴπαμεν ὁ θεὸς, δῆλον ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ ἄρθρου τὸν ὄντα σημαίνομεν, ἀληθῆ τε καὶ γινωσκόμενον. ὡς καὶ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἄνθρωπος. καὶ εἰ μὲν ἔλεγεν ὁ νόμος, ἐὰν ἅψηται νεκροῦ κατὰ παντὸς ἐφέρετο ἡ ψῆφος. ὅπου δὲ λέγει, ἐὰν ἅψηταί τις τοῦ νεκροῦ, ἐπὶ ἕνα τινὰ φέρει τὴν ἀγωγὴν, φημὶ δὲ ἐπὶ τὸν κύριον. Hoc eſt, cum articulus nomini adiungitur rem certã & definitam ſignificat, at ſine eo, de qualibet re

Grego. expoſitio non ſatis exacta

Deus cũ articulo & ſine illo.

Indefinite dicitur, vt nomen rex, quemlibet regem ſignificat. Verum cum articulo certũ quẽdam monſtrat regem, & Deus abſq; articulo Deum gentium oſtendit, cum articulo, verum Deum, ad eundem modum homo & hic homo, & in lege cum præcipitur ne tangatur mortuus, de quolibet mortuo ſermo intelligitur, at ſi dicat ne hunc tetigeris mortuũ, de domino intelligitur.

Væ. Væ, vt dicitur in cõment. in Prouerb. titu
Matt.18. lo Hierony. cap. 23. interitum æternum nominat, de quo dicit dominus. Væ homini illi per quem ſcandalum venit. Et Chryſoſt. homil. 60. in. Matth. exponens hæc verba. Væ homini illi. ait, his verbis oſtendit magnum ſupplicium illi futurum, & homil. 66. in. Ioh. inquit. Hanc particulam, Væ, mox pœna ſequitur & ſupplicium, Vt, Væ ſeruo illi per quem nomen Dei blaſphematur, &, Væ mihi ſi non euangelizauero, & homil. 23. in Geneſ. Deniq; Gregor. homil. 9. in Ezechiel. ait. Væ in ſcriptura ſæpius de æterno luctu, quã de præſenti ſolet intelligi. Hactenus illi, ſunt multa huius rei exempla. Matth. 18. Vę mundo à ſcandalis, id eſt, hi qui in mũdo verſantur infelices ſunt ob ſcandala quæ mei creant quotidie.

Væ eſt deplorantis calamitatem alicuius. Matth. 23. Vę vobis Scribæ, id eſt ò ter infelices, &, Væ vobis duces cæci.

Væ interdum vocantis eſt, non plangẽtis,
Iſaia.55. vt apud Iſaiam. Vę omnes ſitientes venite ad aquas. Hieron. Iſa. 5. & lib. 9. cap. 26. væ Ariel, Ariel, & Iſaiæ. 18. dicitur, væ terræ vmbræ ala
Matth.25. rum quæ eſt trans flumina Æthiopiæ.

Euge, inquit Philipp. lib. 1. in Iob. cap. 16. dicitur in bonum, vt cum ait dominus in euangelio. Euge ſerue bone intra in gaudium domini tui. Aliquando in contrarium ponitur, vt in Pſal. 69. Erubeſcant & reuereantur qui dicunt mihi euge euge, & in talibus verbis vel in nutibus, intentio dicentis intuenda eſt, & ita intelligi poterit, de quo affectu, vnus & idem ſermo procedat, & geſtus corporis exprimatur.

¶De aduerbijs. Cap. VIII.

Particula, Vt, aliquando cauſam finalem deſignat, vt in euangelio. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Aliquando euentum rei ſignificat. Nam verbum ἵνα & ὅπως hoc eſt, vt ſæpe in ſcriptura ponuntur, non vt cauſam, ſed vt euentum ſignificent, vt Pſalm. 50. Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Non peccauit Dauid vt iuſtificetur Deus, ſed ex opere Dauid peccantis, contigit iuſtificari Deum, & Apoſtolus ad Roman. 2. Inuiſibilia ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, vt ſint inexcuſabiles, & cap. 5. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum. Non tamen propterea data eſt, vt abundet peccatum, ſed vt ſaluet, & in euangelio Iohan. cap. 5. Nec hic peccauit, nec parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo, &. Matthæ. 13. ſine parabolis nihil locutus eſt illis, vt impleretur quod dictum fuerat per prophetam, & Iohan. 10. ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam, & capit. 12. excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & corde non intelligant & conuertantur & ſanem eos. Hæc colligi poſſunt ex Theophyl. Matthæ. 13. & Iohan. 9. & 1.

Vt, inquit Euthy. Iohan. 15. & 10. aliquando non eſt cauſalis, ſed euentũ dicit, ſiue eius quod futurum eſt impletionem, & vbicunq; dicitur, vt ſermo prophetæ impleretur, dictio vt, & Græcæ dictiones ἵνα & ὅπως ac ſimiles, dictam habẽt ſignificationem. Neq; enim, quia dixerunt prophetæ, ideo facta ſunt quæ dixerant, ſed quia futurum fuerat, propterea prædixerunt prophetæ. Cyril. quoque libr. 9. ſuper Iohannem. cap. 10. ait. Nemo putet idcirco quæ à prophetis dicta ſunt in exitum venire, vt adimpleatur ſcriptura. Nam ſi ſic eſſet laudari potius quam vituperari, tam quam ſcripturarum miniſtri, nequam homines eſſent. Nam ſi adimplere ſcripturam neceſſe eſſet, illi per quos adimpletur nullo crimine profecto tenerentur. Præterea in ſcripturę autoritatem, culpa redundare videretur, ſiquidem vt adimpleretur ſcriptura, vi quadã mala commiſerunt. Sed quis adeo mentis inops erit, vt ſcripturam Sancti ſpiritus, peccati cauſam attuliſſe homini, vnquam credere poſſit. Non ergo vt impleretur ſcriptura, nec iſta de cauſa facta ſunt à quibuſdam, quæ ſcriptura prædixit, ſed contra quoniam ſponte ita nonnulla facturi erant, idcirco præſciens Spiritus ſanctus, futura prædixit. Cum igitur facta ſunt quæ prædixit, pignus fidei, prædicationem habentes eum iam cognoſcimus, de quo

de quo ita prædicta fuerunt. Si quid amplius de hac materia ſcire deſideras, lege Epiphan. lib. 1. aduerſus hæreſ. tom. 3. hære. Caiana. & Chryſoſtom. hom. 56. & 80. ſuper Iohan. & 1. Corinth. 11. homil. 27. & in ſer. in dictum apoſtoli.

Cras. *Geneſ. 30.* *1. Reg. 28.* Cras, inquit Hieron, Matth. 6. in ſcripturis futurum tempus intelligitur, dicente Iacob, exaudiet me cras, & in Samuelis phantaſmate Phytoniſſa loquitur ad Saulem. Cras eris meeum, & nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, & vbi legitur in Matth. panem noſtrum ſuper ſubſtantialem, in euangello ſecundum Hebræos, pro ſuperſubſtātiali pane, repperi, Machar quod dicitur craſtinum, ideſt, futurum, da nobis hodie, & Amando ſcribens ait. Craſtinū in ſcripturis ſanctis futurum tempus ſignificat, vt in euangelio. Nolite ſoliciti eſſe de craſtino, hoc eſt de futuris cogitare prohibeo de præſentibus non item, propter humanæ vitæ fragilitatē, & vbi altare extruitur à duabus tribubus, Ruben & Gad & dimidia tribu Manaſſe, & à cuncto Iſraele ad eas legatio mittitur, cum Phinees Pōtifici reſpondiſſent, idcirco ſe altare feciſſe, ne cras filijs ſuis colendi Deum poſſeſsio denegaretur, iterum hæc replicat. q. 1. ad Hedibiam, lege Aug. lib. 5. Locut. Deuteronomij.

Heri & Nudiuſtertius Heri & Nudiuſtertius, inquit Auguſt. lib. Locut. in Gene. pro tempore præterito. Gene. 31. animaduertit faciem Laban quod non eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius, & Exod. 4. obſecro domine non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius, & Exo. 21. Si ſciebat quod bos cornupeta eſſet ab heri & nudius tertius.

Forſitan. Forſitan, inquit Aug. tract. 37. ſuper Iohā. dubitationis verbum eſt, quando dicitur ab homine, ideo dubitante quia neſciente, cum verò dicitur à Deo verbum dubitationis, cum Deum vtiq; nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, nō opinatur diuinitas. Veluti apud Iohann. ſi me ſciretis, forſitan & patrem meum ſciretis, homines vero de his rebus quas certas habent aliquando increpatiue dubitant, ideſt, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent. Veluti ſi indigneris ſeruo tuo & dicas. Contemnis me, *1. Cor. 7.* conſidera forſitan dominus tuus ſum. Hinc & apoſtolus ad quoſdam contemptores ſuos loquens ait. Puto quod ego ſpiritum Dei habeo. Dubitatiue videtur loqui, ſed ille increpabat, & Chriſtus increpans infidelitatem futuram generis humani, inquit. Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Lege quæ ſupra de Dubitationibus ſcripſimus.

Ecce. Dictio Ecce, inquit Euthy. Pſalm. 58. abundat ſæpe apud Hebræos, atque vt plurimum eſt ſuperflua, vt in Pſalm. Ecce loquuntur in ore ſuo. Hactenus ille. Aliquando ſignificat ſane vel vtiq; at eſt verbum hominis obtemperātis & ſe dedētis in Dei obſequiū, vt apud Lucam, ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum, & Iſaię. 6. ecce ego, mitte me, & in Pſalm. 39. tunc dixi ecce venio, & quando dominus apparuit Samueli dixit Samuel domino. Ecce ego. Significat quoq; idē quod ſanè, vt in Geneſ. ecce dedi vobis omnē herbam afferentem ſemen ſuper terram. Aliquando rem ſubitam ſignificat. Iere. 51. ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonem & ſuper habitatores eius, quaſi ventum peſtilentē. Actu. 13. ecce manus domini ſuper te.

Si. Eſt, inquit Euthy. Pſal. 88. veteris ſcripturæ idioma, vti dictione, ſi, in iuramentis, loco negationis, vt ſemel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar, & Pſalm. Si introibo in requiem meam, &, ſi introibo in tabernaculo domus meæ, pro non introibo, & Marci. 8. *Mar. 8.* cap. ait. Si dabitur, ideſt non dabitur, linguæ Hebraicæ idioma eſt. Amen, inquit, dico vobis ſi dabitur generationi huic ſignum. Hoc clarius explicant Hebræi his verbis, cum poſt verba iurandi particula, ſi, ponitur ſignificat, quod non, cum quadam Apoſiopeſi. Ierem. 38. viuit Deus ſi interficiam te. At verò ſi habuerit ſequentem particulam negatiuā, tunc, ſi, accipitur affirmatiuè. Iſaiæ. 5. in auribus domini exercituum, ſi non domus multæ in ſolitudinem redigentur, & cap. 14. Iurauit dominus exercituum, ſi non vt putaui ſic erit, aut oportet addere, non mihi credatis, aut hoc mihi eueniat. Aliquando eſt interrogatiua particula, nunquid ſignificans, vt Matth. 12. ſi licet ſabbatis curare, & Luc. 22. domine, ſi percutimus eum in gladio. Actu. 1. domine ſi in hoc tempore reſtitues regnum Iſrael, & cap. 19. & 22. Aliquando eſt conditionalis, Iohan. 21. dicit dominus ad Petrū, ſi eum volo mane donec veniā quid ad te, ideſt, omnes diſcipuli mei gladio trucidabuntur, tantummodo Iohā. morte obibit naturali. Hoc non intelligentes illo tempore diſcipuli arbitrabantur, nunquam eſſe moriturum. Sed *De Iohan. morte lib.* Euthy. Matth. 43. authoritate Chryſoſ. fretus

Digitized by Google

3.ca.1.verſus finē diſſeruimus.

affirmat mortem obijſſe.& Hieronym. Matthæ.20.ait. Iohan. propria morte vitam finiuit, & in lib. de ſcrip. eccleſi. & Beda. Iohann. vlti. & Abdias lib.5.& Euſeb. lib. hiſto.3. cap. 31.& Theophyla. Iohan. vltim. & Chryſoſtom. homili. 26. ad Hebræ. Apoſtolorum plurimorum oſſa neſcimus vbi iacent, Petri & Pauli, Iohann. & Thomæ manifeſta ſunt ſepulchra. Item Exod. 1. ſi maſculus fuerit interficite, ſi fœmina reſeruate. Si, nonnunquam idem ſignificat quod, cum. Pſalm.7. ſi non conuerſi fuerint, ideſt, cum non conuerſi fuerint, gladium ſuum vibrabit, & Salomon, ſi dormierint duo calor erit eis.

Niſi, affirmatiuè ponitur cum Apoſiopeſi, niſi benedicens benedicam tibi, ſcilicet, ne poſt hac mihi fidem adhibeas.

Tunc.

Tunc, dicit, Theophy. Marci. 13. non raro ad ſuperiora non refertur, ſed ad tempus quo illa quæ narrantur fient. Vnde Marci. 13. cū abſoluit ea quæ ad Ieruſa. attinent, incipit de Antichriſti aduentu dicere, his verbis. Tunc ſiquis vobis dixerit, ecce illic. Quod autem dicit, tunc, non intelligas quod quando fient ea quæ ſupra dicta ſunt de Ieruſalem, tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, ne credatis. Sed ſcito quod ſcripturæ proprietas hæc eſt, ſicut etiam Matth. poſt genealogiam Chriſti dicit. In diebus illis venit Io. quibus diebus? num mox ſequentibus poſt Chriſti natiuitatem? non, ſed indefinitè. Nam poſtquam de natiuitate Ieſu, de Magorū aduentu, de Herodis interitu diſſeruit, ſtatim in illis diebus, ſubiungit. Atqui ſpatium. 30. annorum ferè ab illo tempore ſupra relato, vſq; ad aduentum Iohan. interfuit, ſic igitur in illo Marci loco dicitur. Tunc, non quando Ieruſ. deſolata fuit, ſed per tempus aduentus Antichriſti, ne ſeducamini. Ita Chryſoſt. ho. 77. in Mat. huius rei crebra ſunt in ſcripturis exempla. Pſalm. 2. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, tunc, non refertur ad ſuperiora, ſed ad extremam captiuitatem quam ſub Veſpaſiano paſſi ſunt, quando funditus Iſraeliticus populus deletus eſt. Præterea Chry. ho. 19. in Mat. ait. Mos ſcripturarum eſt, & vtiq; celeberrimus, vti his verbis, in diebus illis non ſolum cum ad præteritam narrationem aliud tempus adiungitur, verum etiam cum illa narrat quæ poſt multorum annorum ſpacia contigerunt. Sic dominus cum Oliueti monte reſideret, & accedentes ad eum ſolicitè diſcipuli

Mat. 24.

de captiuitate Ieruſ. deq; ipſius ſciſcitarentur aduentu, & certè noſtis quam grandi hoc medio diuidantur, cum de vrbis ſubuerſione dixiſſet, ſermonemq; de his diſputans, terminaſſet, iamq; ad dicendum de fine mundi tranſiret, tunc, inquit, hæc vel illa erunt, dicendo autem tunc, non vtiq; tempora quæ plurimum à ſe erant diſcreta coniunxit, ſed illud tantum modo, quo euentura erant, tempus notauit, dicens. In diebus illis, non enim quaſi continuo hæc ſecutura monſtraret hic poſuit, ſed illis, inquit, diebus in quibus iſta contigerunt. Lege Euthy. Mat. 3. & Chry. ho. 26. Actu. & Auguſt. lib. 2. de conſ. euange. cap. 6. Aliquando, tunc, accipitur pro eodem puncto temporis Mat. 12. tunc reſponderunt quidam de ſcribis & Phariſæis dicentes. &. 26. Tunc abijt vnus de duodecim. &, Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, quo in loco Aug. lib. 2. de conſen. euāge. ca. 32. tunc accipiendum puto vt punctū ipſum temporis ſignificet, non tempus aliquanto prolixius.

Amen.

Sæpe, inquit Chryſ. ho. 56. in Mat. Amen non abſoluit, ſed continuat orationem, ſic Paulus in quodam exorſu epiſtolæ dicit, ſecundum voluntatem Dei patris, cui gloria in ſecula, Amen. & alibi, coluerunt creaturā, præter creatorem, qui eſt benedictus in ſecula, Amen. & in hymno, qui à ſanctis Monachis poſt prandium dicebatur, benedictus Deus qui me paſcit à iuuentute mea, qui omni carni cibum præbes, reple lætitia & gaudio corda noſtra vt ſemper ſatis habentes, ad omne opus bonum abundemus in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo tibi gloria, honor & imperiū, cum Sancto ſpiritu in ſecula, Amen. Gloria tibi domine, gloria tibi ſancte, gloria tibi rex, quoniam dediſti nobis eſcas, gaudio & lætitia reple nos in ſpiritu ſancto, vt inueniamur in conſpectu tuo acceptabiles ſine verecundia, quando vnicuiq; reddes ſecundum opera ſua, conſentit Hiero. in epiſ. ad Sophro. & ex hoc colligit librum pſalmorum non eſſe in quinque ſectiones diuiſum, vt in ſuo loco diximus. Præterea quid ſignificet Amen, Hiero. ad Marcel. exponit. Amē Aquila fideliter interpretatur, deductum aduerbium ex nomine fidei. Vnde in fine librorū (in. 5. ſiquidem volumina Pſalterium apud Hebræ. diuiſum eſt) fiat, fiat tranſtulerunt, quod in Hebraico legitur Amen Amen, quo ſcilicet ea quæ dicta ſunt ſupra confirmãtur. Vndè Paulus aſſerit non poſſe aliquem reſponde-

Gala. 1. Ro. 11.

ſpondere Amen,ideſt, confirmare quæ præ-, dicata ſunt niſi intellexerit prædicationem. &in poſtremis verbis epiſtolæ ad Galat.ait Amen.70. fiat, Aquila, Symmachus, & Theodotio fideliter ſiue verè interpretati ſunt, & quomodo in ve. teſt.quadam iurandi conſuetudine Deus ſua verba confirmat

Num.14. dicens. Viuo ego dicit dominus, & per ſanctos quoque iuratur. Viuit anima tua. Ita & ſaluator in euangelio per verbum Amen vera eſſe quæ loquitur oſtendit. Quod autem Amen conſenſum ſignificet audientis & ſit ſignaculum veritatis Paulus docet, cæterum

1.Cor.14. ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum idiotæ?quomodo dicit, Amen. Lege ipſum Matth.6.& ad Galat.1.q.d. Hebræi vtuntur hac particula,preces & vota approbantes, ſit ratum quod dictum eſt. 2.Corinth.1. quot ſunt promiſsiones Dei per ipſum ſunt, *val* etiam,& per ipſum Amen, Deo ad gloriam, ideſt,omnia ſunt certa quę dicit Deus,ob eius gloriam,& Apol.3. hæc dicit Amen teſtis fidelis. Amen, ideſt,ipſa veritas Chriſtus, qui eſt teſtis fidelis.

Vulgata. Exurge domine Deus in præcepto quod mandaſti. Tres ſunt particulæ quæ frequēter ſubaudiri ſolent, quanquam interpretes nonnunquam ſoleant à ſe addere. Relatiuum. Pſal.7. excita ad me iudicium mandaſti, pro quod mandaſti. Verbum ſubſtantiuum, vt, beatus vir qui non abijt. ad Roma.2. tribulatio & anguſtia(erit)ſuper omnem animam operantis malum. 2.Cor.8. Miſimus vnà cum ipſo fratrem,cuius laus in euangelio. Et articulus ſeu

Iſai.26. præpoſitio. vt Geneſ.3. memento homo quia puluis es,hoc eſt,ex puluere es, & Iſaias, elongaſti omnes terminos terræ,ideſt, vſque ad omnes,& pſalm.2. poſſeſsionem tuam terminos,ideſt,vſq; ad terminos. Hoc eſt quod inquit Auguſt.libro.4. Locut.in Nume. Non raro Hebræi nominibus locorum non ponunt præpoſitionem. Vt.1.libr.Æneidos. Penituſque ſonantes Acceſtis ſcopulos. Pro acceſsiſtis ad ſcopulos, & Marci.4. Via maris Galilæa gentium,pro iuxta viam maris. De ἐκλείψει lege quæ ſcripſi lib.10.Regula.12.& eius corollarium.

De hoc lib. 7.c.4. Deficit in ſcriptura non rarò particula ſimilitudinis, Sicut, vel tanquam, vt in Pſalm.

Vulgata. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? ſagitta potētis acuta. Quid faciet tibi aut quid apponet tibi lingua doloſa?(ſicut) ſagittæ potentis acutæ, & 11.Pſal. in Domino confido quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem(ſicut) paſſer.&,Catulus leonis Iuda, & Iſachar aſinus areæ.& libro.1.Reg. Aliqui dicunt legere oportere. Vir.21. anni, erat Saul quando regnare cępit ſed nullo ſunt fulti teſtimonio Nos dicimus(ſicut) vir vnius anni erat Saul cum regnare cœpit hoc eſt, vir ſimplex ac ſi eſſet vnius anni. Hoc eſt quod dicit Euthy. Pſalm.8.eſt defectiuus loquendi modus Hebraico idiomati familiaris, ſubintelligi dictio, quaſi, vt in Pſal. ſorte diuiſit eis terram funiculo diſtributionis, pro quaſi funiculo, &cibauit eos adipe frumenti,pro quaſi ex adipe frumenti. Hæc ille. Ecclesi.21.(ſicut)obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtātiam(ſic) ſuperbi ſubſtantia eradicabitur. Prouerbi.1. ſicut,fruſtra iacitur rete,&c. ſic ſemitæ omnis auari animas poſsidentium rapiunt.

Hoc verbū ſicut,inquit Aug.Pſal.125.non *Sicut.* ſemper ad ſimilitudinem ponitur,nā aliquando ad proprietatem refertur, aliquando ad ſimilitudinem,ad proprietatem,in pſal. Cum conuerteret dominus captiuitatem Sion facti ſumus ſicut conſolati, & Chriſtus vocatur. Quaſi vnigenitus à patre,& in communi locutione dicimus,ad ſimilitudinem,ſicut vixit pater,ita filius,ad proprietatem. Sicut moritur pecus,ita & homo. Quando tamen dicimus, fecit ſicut vir bonus,nunquid non eſt vir bonus,eſt,& habet ſimilitudinem viri boni, fecit tanquam iuſtus,hoc tanquam non negat iuſtum eſſe, ſed proprietatem eius oſtendit, & Hieronym.ad Ephe.5.ait. Cum dicitur dilige vxorem tuam ſicut te ipſum, veritatis eſt, ſicut,cum dicitur, Dilige proximum tuum ſicut teipſum,Similitudinis eſt, nam prius diligo me,& poſtea proximum, quia charitas bene ordinata à ſeipſo incipit, & Iacobi.1. Redarguti à lege quaſi tranſgreſſores,&.1. Petr. 2.ſiue regi quaſi præcellenti. Deinde ſicut & Quaſi, ſignificant coniecturam numeri, vel menſuræ, & vocantur coniecturæ Ioſue.4. Quaſi duo milia virorum. &. Quaſi duobus cubitis ſupra faciem terræ,& Exod.12. quaſi media nocte. præterea iſtæ particulę, ſic,vt,ſicut,ſignificant ſimilitudinem & adæquationem rei ad rem, ob quam cauſam vocatur ſimilitudinis,Iſaiæ.24.& erit vt populus,ſic ſacerdos, vt ſeruus ſic dominus eius, & in libr. Regum,vt ego ſic tu,vt populus meus, ſic populus tuus, vt equi mei, ſic equi tui. Hæ particulę, vt & ſic, ſunt ſimilitudinis, quando duę inquam res conferuntur inter ſe. Sed hic mos eſt ſcripturę, cum vult ęquare duas res pariter inter ſe reciprocè, ad

ijcit

Digitized by Google

ijcit particulam ſimilitudinis duabus rebus inter ſe comparatis,cauſa breuitatis. Nam ſi dixiſſet, & erit populus ſicut ſacerdos , iam ſacerdos non eſſet ſicut populus.Modo cum ait.Sicut populus ſic ſacerdos, perinde eſt ac ſi dixiſſet, erit populus ſicut ſacerdos, & ſacerdos ſicut populus, & Geneſ. 44. ſicut tu ſic Pharao. ideſt, tu ſicut Pharao, & Pharao ſicut tu.

Dictio ſicut,inquit Theophyla.Iohan. 17. quando de patre & filio dicitur, tunc ſolum æqualitatem intellige, alias ſimilitudinem,vt de apoſtolis, non ſunt de mundo , ſicut ego non ſum de mundo, & iterum , ego gloriam quam dediſti mihi dedi eis , vt ſint vnum , ſicut & nos vnum ſumus,& Euthy.Iohan.7.& 16.hunc exponens locum. Sicut dilexit me pater,ita ego dilexi vos,ait.Sicut,quemadmodum,cum ſimilibus,cum de patre,filio,& Spiritu ſancto dicuntur æqualitatem ſignificant, vt,iudicium omne dedit filio,vt omnes honorificent filium,ſicut honorant patrem. Cum vero de Deo & hominibus,ſimilitudinem deſignant, & partialem quendam aſsimilationem.Lege Chryſoſtom.homil.48.&.49. ſuper Iohan.& Cyril.libr.2.ſuper Iohann.cap. 14.Item Theophyl.Ephe.5. ait, aduerbium ſimilitudinis non eſt vbique eiuſdem pretij, ideſt, non ſignificat omnimodam ſimilitudinem,vt cum Paul.inquit. Vxores maritis veſtris ſubijcimini tanquam domino. Nam ſi tanquam domino ſeruiendum eſt, quomodo deficiendum à viro,& muliere,propter dominum?Denique Ambroſ.lib.7.epiſt.47.ait. *Philip.2.* Mos ſcripturæ eſt ſic loqui, ſpecie inuentus vt homo, non negatus eſt homo Ieſus, cum alibi ipſe Paulus dicat. Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſed confirmatus eſt ipſum hominem eſſe, & alibi. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à patre, ergo vocatur quaſi vnigenitus, & non abnuitur vnigenitus Dei filius, ita vt homo dicitur,& perfectio fuiſſe in eo hominis non negatur.

Tamquã. ὡς,ideſt,tanquam, inquit Euthy.in procc. Iohan.idem ſignificat quod verè, & Chryſo. homi.11.in eundem,& Grego. lib.18.mora. cap.4.ait.In ſacro eloquio ſicut & quaſi, aliquando non pro ſimilitudine ponuntur ſed pro veritate. Vnde Iob, ſic vt impius inimicus meus,& aduerſarius meus quaſi inimicus, pro affirmatione potius quam pro ſimilitudine dictum videtur,& lib.25.mora.cap.13.ait, quaſi aliquando pro ſimilitudine poni conſueuit.2.Corin.6.Quaſi triſtes ſemper autem gaudentes.

Hic quærendum videtur, an ſudor ille ſanguinis qui fluxit ab ipſo Chriſto quando orabat Lucæ.22.fuerit vere ſanguis, erat, inquit, ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Theophy.putat nõ fuiſſe verum ſanguinem, ait enim. Parœmia eſt in his qui valde laborant, vt dicant ſanguinem ſudaſſe. ſicut in his qui amarè flent,dicimus quod ſanguinem fleant.Hoc volens manifeſtare euangeliſta dicit, ita fortiter ſudorem inſtillaſſe, vt collegerit ſecum riuos ſanguinis. At Hieronym.lib.2.contra Pelag.vltra medium,ait, guttæ ſanguinis fluxerunt ex parte, quem totum erat in paſsione fuſurus, & de celebra. miſſarum,cap.In quadam, dicitur. Reſtat vt qualiſcunq; fuit illa aqua, ſiue naturalis, ſiue miraculoſa, ſiue de nouo diuina virtute creata,proculdubio vera fuit,cum naturaliter poſſit & compoſitum in componentia, & elemẽtatum in elementa reſolui, quemadmodum verus extitit ſudor ipſius,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram,& Iuſtinus in Tryphone. *Q.de ſudore Chriſti.* *De celebratione miſſarum.cap in quadam.*

Quàm. Quam confirmantis vim habet, vt Pſalm. 72.Quam bonus Deus ipſi Iſrael,ideſt, valde bonus, & Pſalm.83. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, ex Euthymio in horum locorum expoſitione. Præterea ὡς id eſt vt, tanquam , quemadmodum , quàm, aliquando augmentum vel vehementiam aut admirationem, ſignificat , vt homines & iumenta ſaluabis, ideſt, alimenta ſuppeditabis, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam,& in euangelio. Ignem veni mittere in terram quam volo vt ardeat,ita legit Hieron. Matthæ.3.& Zacha.9.& ſi legitur quid, & in eadem ſignificatione accipitur.Nam τί, ideſt, quid vel quam, vehementiam ſignificat, vt Matth.6.quam anguſta eſt porta quæ ducit ad vitam, &, Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me,& ὡς ideſt , quam, eadem ſignificatione,Mar.10. quam difficulter diuites intrabũt in regnum cælorum.Vide Theophy.Iohan.2.& Euthy. *Pſalm.3.*

Propterea. Propterea,inquit Euthy.Mat.24.aliquando non eſt cauſæ redditiuum, ſed confirmatiuum,hoc eſt verè,vt in euãgelio,ille dixit eis, propterea omnis ſcriba doctus ad regnum cælorum ſimilis eſt homini patri familias. Aliquando,vt idem auctor dicit Iohan.9. vulgari mo- *Matt.13.*

Digitized by Google

ri modo ac ſuperflue additur, Hebraieo more, vt apud Iohann. Propterea Moyſes dedit vobis circuncisionem, non quod ex Moyſe
Iohan. 12. ſit, ſed ex patribus. Aliquando, vt ipſe inquit Iohan. 15. propterea eſt futuri declaratiuum, vt apud Iohan. propterea non poterant credere, quia dixit Iſaias, excæcauit, &c. quia videlicet futurum erat vt credere non poſſent, ideſt, non vellent, nam ſi voluiſſent vtiq; credidiſſent.

Verũtamẽ Dictiones iſtæ, veruntamen, & quoniam
Quoniam. & quia, vt inquit Euthym. Pſalm. 67. ſæpe
Quia. in ſcriptura, & præcipue in euangelijs abun-
Pſalm. 67. dant, vt, Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum, & Pſalm. 84. Veruntamen prope timentes ſalutare ipſius, &. 83. quoniam miſericordiam & veritatem diligit Deus, &, quia cinerem tanquam panem man ducabam.

Dictio quoniã ſeu quia, teſte Euthy. Pſal. 9. &. 89. apud Hebræos non ſemper cauſam reddit, ſed aliquando aduerbium eſt confirmandi. Aliquando etiam abundat iuxta idiomatis vſum. Vt, quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniuſtus benedicitur, abundat ibi, ſuperfluit etiam vel aſſeuerat, in Pſal. 36. quoniam benedicentes ei hæreditabunt terram, & iterum, quoniam ego in flagella paratus ſum, & in euangelio, bene dixiſti quoniam virum non habeo.

Quoniam. Quoniam aliquando facit ſubiunctiuum modum, & ſignificat idem quod præpoſitio cum, vt Pſalm. 13. illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, quoniam Deus in generatione iuſta eſt, ideſt, cum dominus opem iuſtis præbuerit, tunc timebunt, & iterum. Domine dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra, quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos, ideſt, cum magnificentia tua in cælo nota ſit, nunc demum admirabile nomen tuum in terris manifeſtare voluiſti. Interdum quoniam & quia cauſam reddunt, vt. Confidite quia ego vici mũdum, & apud Ierem. AAA domine Deus neſcio loqui quia puer ego ſum. &, Vigilate quia neſcitis horam, ideſt, tempus. Aliquãdo pro quod ponitur, vt, Videns Herodes quoniam illuſus eſſet à Magis, & quoniam Nazaræus vocabitur; &, Nonne ſcriptum eſt quia domus mea domus orationis vocabitur; &, ſcitis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt.

Donec. Donec, vſq;, iuxta Hiero. aduerſus Helui-
Vſq;.

ſæpè certum tempus ſignificant, vt, Non exibis inde donec ſoluas nouiſsimum quadrantem. Sępe infinitũ. Vnde eſt illud quod Deus ad quoſdam loquitur in prophetis. Ego ſum, ego ſum, & donec ſeneſcatis ego ſum. Nunquid poſtquam illi ſenuerint Deus eſſe deſiſtet? & in euangelio. Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi, & Paulus. Oportet illum regnare donec
ponat omnes inimicos ſub pedibus eius, & in *1. Cor. 25.*
Pſal. ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ
ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum Deum no- *Pſal. 122.*
ſtrum donec miſereatur noſtri, & in Gene. ab *Geneſ. 35.*
ſcondit Iacob deos alienos & inaures eorum ſub Terebintho quæ eſt in Sychimis, vſq; in hodiernum diem, & in fine Deut. defunctus eſt Moyſes ſeruus domini in terra Moab per verbum domini, & ſepelierunt eum in Geth prope domũ Phegor, & nemo ſcit ſepulchrũ eius vſq; in diem iſtum. Lege Theophy. Mat. 1. & Damaſcen. lib. 4. cap. 15. & Gregor. lib. 8. mora. cap. 41. & Orige. tract. 3. in Matth. cap. 17. & Grego. Nazian. ſermone de filio, & Euthy. in proœ. Matth. & Pſalm. 109. & Baſi. de huma. Chriſti gene. & Philipp. libr. 2. in Iob. ca. 2. & in commentarijs titulo Hiero. in Iob. cap. 27. Item Euthy. Pſalm. 71. eſt, inquit, peculiaris loquendi modus ſcripturę, vt tempus vſque ad aliquod terminet, & quod ſequitur non neget, vt, Permanebit cum ſole, ideſt, erit donec ſit ſol. Et Origen. homil. 7. in Ioſue. ait. Scripturæ ſanctę moris eſt, de his quę vſq; ad finem. vel vitæ vel ſeculi permanent, dicere vſq; ad hodiernum diẽ, vt, hic eſt pater Moabitarum vſq; in hodiernum diem, quod ſignificat vſq; ad finem ſeculi, & in euange. diffamatus eſt ſermo hic apud Iudæos vſq; in hodiernum diem, &. 2. Reg. 6. Michol filiæ Saul, non eſt illi natus filius vſq; in diẽ mortis ſuę, & Augu. lib. 1. de ſerm. domini in monte. ait. Donec ſoluas nouiſsimum quadrãtem, ita dictũ eſt, &, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos. Non enim cũ poſiti fuerint deſinet regnare. Ita etiã accipi poteſt illud. Non exies inde donec ſoluas nouiſsimũ quadrantem, nunquam enim exiet, quia ſemper ſoluit
quadrantem, dum ſempiternas pœnas luit. *Ante,*
Ante, antequam, priuſquam, vt late docet *Antequam.*
Hieron. in lib. contra Helui. licet ſæpe conſe- *Priuſquam*
quentiam indicent. nonnunquam ea tantum quę prius cogitabantur oſtendunt. Vnde nõ neceſſe eſt vt cogitata fiant, cum aliud ideo interuenit, ne ea quæ cogitata ſunt fiant. Vn

dein

Digitized by Google

de in euangelio dicitur. Antequam conoenirent inuenta eſt invtero habens de ſpiritu ſancto,& vulgo dicitur, antequam in portu pranderẽ nauigaui. Et Ambro. de inſti. virgi. cap. 5. ait. Conſuetudo ſcripturæ eſt, vt caoſam quæ ſuſcepta eſt aſtruat, incidentem differat, vt antequam conuenirent inoenta eſt,&c. & non cognouit eã donec peperit. Quid ergo? poſtea cognouit, minime. Denique ſcriptum eſt. Ego ſum,& donec ſeneſcatis ego ſum. Nũquid poſtquam ſenuerunt, Deus eſſe deſiuit? Item Dauid dixit. Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis, donec ponam, &c. Nunquid ſubiecto populo nationum qui ante videbantur inimici, cum ſalutis authorem negarent, ſimulacris ſeruirent, ad dexteram patris filius ſedere deſiuit, aut in perpetuum non ſedebit. Quid præiudicat Mariæ ſi cæleſtis conſilij myſterium Ioſeph non intellexit & putauit virginem non eſſe quam prægnantem viderat. Hæc iterum repetit lib. 2. comment. io Lucã. & Nazian. lib. 4. Theologiæ. Deniq; in locis citatis in hoc & ſuperiori Paragr. totam illam. q. de Mariæ virginitate diſputatam inuenies.

Manè. Manè ſignificat tempus opportunũ ac tẽpeſtiuum ad aggrediendũ aliquod opus. Ierem. 21. Miſi ad vos ſeruos meos prophetas mane cooſurgens,&. Mane exaudies vocem meam,& mane ſurgebam ad confiteodũ nomini tuo. Hiuc mane ponitur pro tempore orationi apto, eo quod eo tempore à negotijs ſecularibus ſumus expediti, & ideo mens ad quæuis facienda eſt expeditior & promptior. Pſal. 62. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, & Pſal. 5. Domine mane exaudies vocẽ meam, mane adſtabo tibi & videbo. Vnde Grego. lib. 16. Mora. cap. 25. & lib. 8. cap. 21. ait. In ſcriptura ſacra mane aliquando aduentus dominicæ incarnationis extitit. Sicut apud Iſaiam. *Iſaia. 21.* Venit mane & nox. quia & nouę lucis primordia in redemptoris præſentia fulſerunt, & tamen à perſecutorum cordibus perfidiæ ſuæ tenebræ non ſunt deſertæ. Rurſum per mane aduentus terribilis & diſtricti iudicij deſignatur. *Pſal. 100.* Vnde per Pſalmiſtam dicitur. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ. Sicut electorum quoq; perſonam exprimens ait. Mane adſtabo tibi & videbo. Rurſos per mane præſentis vitæ proſperitas deſignatur, ſicut cum per Salomonem dicitur. *Eccleſ. 10.* Væ tibi terra cuius rex eſt puer, & cuius principes mane comedunt. Et Hieron. in comment. Iſaiæ. ca. 5. ait. Quod primum tẽpus humanæ ſapientiæ quando egredimur pueritiam,& ad rationalem venimus ętatem, maoè io ſcripturis intelligatur, multa nos exẽpla docere poterunt. Vt, Mane mittebã prophetas,&, Mane exaudies orationem meam, & Manè aſsiſtam tibi & videbo, &, io matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, & alibi, ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Conſurgimus mane quaodo vitia relinquimus in pueritia, & dicere poſſumus, peccata iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris domine, ortoq; nobis ſole iuſtitiæ fugantur tenebræ & ſtatim interficimus omnes cogitationes, quæ ad peccata nos prouocant, & de ciuitate mentis noſtræ, homicidia, adulteria, fornicationes expellimus.

Hodie. Hodie, inquit Aug. epiſto. 121. ca. 11. ſignificat, hoc tẽpus, vt in oratione dominica. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. At ſi habet in Hebræo adiunctum articulum certum & ſtatutum diem ſignificat. Pſal. 95. Hodie ſi vocem eius audieritis. *Hodie & cras.* Porrò vt dicit Theophyl. Lucæ. 13. verſus finem. Hodie & cras plures dies ſignificat, ſic nos conſueuimus dicere. Hodie & cras fiet hoc, non omnino intra tã breue temporis ioteruallom rem circũſcribentes, ſed ſtatim fieri ſignificantes, ita Chriſtus dicens, ſanitatem perficio hodie & cras,& tertio die conſummor, non omnino ſigoificare voluit quod tertio die neceſſario ſit conſummandus, ſed breui mortem ſuã futuram declarat. Veruntamen oportet me hodie & eras manere hoc loco,& operari miracula,& ſequenti die in Ieruſalem proficiſci. Illic, enim elegi mortem.

Non, pro oon ſolum frequens in ſacris literis. Mar. 9. quicunq; me ſuſceperit, nõ me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit.

De coniunctione. Et.

CAP. IX.

SCiendum eſt, vt annotauit Orig. homi. 19. Nume. qood vernaculum eſt linguæ Hebraicæ. Et, coniunctione freqoenter vti, ita vt interdum abundet, & in nõ neceſſarijs, vt in noſtra apparet lingua, videatur inſerta. Quod vtique cũ venia accipiendum eſt. Habet enim *Hãc vocant πρόληψιν vel occupationẽ, de illa lib. 5 ca. 1.*

vnaqueq;

vnaquæq; lingua aliquid proprietatis, quod
apud alias linguas vitioſum videtur. Veluti
Num. 28. in Nume. Valida habitatio tua, & ſi poſueris
in petra nidum tuum, & ſi fuerit tibi Beor ni
dus aſtutiæ, Aſsyrij captiuum te ducent. Au
guſti. quoq; Pſalm. 4. ait, Familiare eſt ſcri-
pturis in quibus prophetæ locuti ſunt, &, ſu-
perfluere. Nam ſæpè inuenies ita cœptum.
Et dixit dominus ad illum. Et factum eſt ver
bum domini ad Ezechiel. & in Pſal. 4. & ſci-
tote quoniam mirificauit dominus. Quan-
uis in vulgata editione non inueniatur &.
Quæ iunctura coniunctionis cum ſententia
non præceſſerit cui ſequens annectatur, mi
rabiliter fortaſſe inſinuat prolationem ve-
ritatis in voce, cum ea viſione quæ fit in cor-
de, eſſe coniunctam. & Gregorius homil. 2.
in Ezechie. cuius verba ſunt inſerta in gloſ.
ordinaria libr. 1. Machab. cap. 1. inquit. Non
raro prophetæ per coniūctionem. &, ſermo
nem exordiuntur, & ſcimus quod ſermo cō
iunctionalis, non iungitur ſermoni ſequenti
ſed præcedenti. Qua in re intuendū eſt, quia
ſicut nos corporalia, ſic & prophetæ ſenſu
ſpiritualia aſpiciunt, eiſque & illa ſunt præ-
ſentia, quæ noſtræ ignorantiæ abſentia vidē
tur. Vnde fit vt in mente prophetarum, ita
coniuncta ſint exterioribus interiora, quate
nus ſimul vtraq; videant, ſimulq́; in eis fiat,
& intus verbum quod audiūt, & foras quod
dicunt. Hac ratione inchoauit Ezechiel di-
cens. Et factum eſt in triceſimo anno. Et Eu-
thy. Ioan. 7. ait, Coniunctio, & in Hebraico
idiomate frequenter abūdat. vt Ioan. 5. Vos
putatis in ipſis vitam æternam habere, & il-
læ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.
& Pſalm. 24. Propter nomen tuum domine,
& propitiare peccato meo multū enim eſt.
& Pſal. 91. Cum exurgerent peccatores qua
ſi herba, & inclinati ſunt omnes qui operan
tur iniquitatem. Iſta etiam repetit Pſal. 24.
& 91. Item Augu. lib. 2. Locut. in Exod. ait,
Et, coniunctio ita ponitur, vt detracta plenā
faciat intelligentiam, vt in Exod. Si accepe-
ris computationem filiorum Iſrael in viſita-
tione eorum, & dabunt ſinguli redemptio-
nem animæ ſuæ domino, & nō erit in eis rui-
na in viſitatione eorum. bis coniunctio, &, re
dundat. & Oecume. ad Roma. 2. his probat
teſtimonijs. His qui ſunt ex contentione,
& veritati quidem non acquieſcunt, parent
autem iniuſtitiæ, &c. & in Gene. Si interro-
gauerit te Eſau dicens, cuius es? & quo vadis,
& cuius hæc quæ antecedunt te, & dices pue
ri tui Iacob. Si hæc animaduertiſſet Iſychius
lib. 1. Leui. non ſe maceraſſet fruſtra, in re ſa-
nè quam perſpicua, & cuiuis obuia.

Et, coniunctio nonnunquam omittitur in
ſcripturis. Ioel. 2. A facie eius tremuit terra,
moti ſunt cæli, ſol, luna, obtenebrati ſunt. ꝓ
ſol & luna, &c. & Exod. 17. Proijce virgam
coram Pharaone, erit in colubrum. & Pſalm.
131. Introibimus in tabernacula eius, adora
bimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. & ad
Coloſ. 1. ipſe eſt caput corporis eccleſiæ qui
eſt principiū, primogenitus ex mortuis. pro
& primogenitus.

Conſueuit ſcriptura, vt dicit Theophyla.
Lucæ. 1. coniunctionē &, pro enim aut quia,
accipere. vt, benedicta tu in mulieribus, &, id
eſt, quia benedictus fructus ventris tui. Hæc
ille. & Marc. 5. annuntia illis quanta tibi do-
minus fecerit, & miſertus eſt tui. & Pſal. 59.
Da nobis auxilium & vana ſalus hominis, id
eſt, quia vana ſalus eſt ab homine. nam vt in
quit propheta. Ægyptius homo eſt nō deus,
& caro non ſpiritus. & Iſaiæ. 64. Tu iratus *Iſaia. 64.*
fuiſti & nos peccauimus. & Ioan. 8. Scio illū
& mādata eius ſeruo. & ſic intelligitur hym
nus ille angelicus. Gloria in excelſis Deo. &
in terra pax, id eſt, quia in terra pax. & hæc *Locus ex Lu*
pax fiet pro bona Dei voluntate erga homi *ca. c. 2. ex-*
nes, aut hominum erga Deum. Atque ita in *poſitus.*
terpretatur Grego. Niſſe. In homi. natalis do
mini. & 1. Ioan. 1. Manus noſtræ contrecta-
uerunt de verbo vitæ. & id eſt nam, vita ma-
nifeſtata eſt, & vidimus & teſtamur. & 1.
Ioan. 3. omnis qui facit peccatum & iniqui-
tatem facit. & id eſt nam, peccatum eſt ini-
quitas. & Actu, 26. ait Paulus, quod & feci Ie
roſolymis, & id eſt nam, multos ſanctorum
in carceribus incluſi. & ad Roma. 1. &, id eſt,
nam, mutauerunt gloriam incorruptibilis
Dei. & iterum, & ſicut non probauerūt Deū
habere in notitia. & Ioan. 4. qui metit merce
dem accipit, &, id eſt nam, congregat in vitā
æternam. & Matth. 27. & exeuntes de mo-
numentis apparuerunt multis. & Lucæ. 1. &
id eſt nā, multi in natiuitate eius gaudebunt.

Et, pro igitur aut ergo nō raro inuenitur.
vt in 1. epiſt. Ioan. capit. 2. (quæ iuxta Higi-
nium. 8. pontificem à Petro epiſto. 1. & Au-
guſti. libr. 2. quæſt. euangelij ad Parthos fuit
miſſa). Non, inquit, neceſſe habetis, vt ali-
quis doceat vos, ſed ſicut vnctio eius docet
vos, & verum eſt & non eſt mendacium, &

id eſt igitur,ſicut docuit vos manete in eo.& ad Hebr.3.Quibus iurauit non introire in requiem ipſius,niſi illis qui increduli fuerunt? & videmus quia non potuerũt introire propter incredulitatem. & Matth. 25.& ibunt hi in ſupplicium æternum, Iuſti autem in vitam æternam. & Actu. 10.eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in conſpectu Dei.& , id eſt,igitur,mitte viros.& capi.12.& Petrus quidem ſeruabatur in carcere.& cap.13.Non deſinis ſubuertere vias domini rectas, & nunc ecce manus domini ſuper te.& Marci. 9. bonum eſt nos hic eſſe,& faciamus tria tabernacula. Roma.8. Si filij & hæredes. & ad Galatas.4. quod ſi filius & hæres.

Interdum,& eſt declaratiua particula ſignificans,idem quod ideſt, vt Coloſſ. 2. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam. & Matth. 13. colliget de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ.& Gene.2.Benedixit Deus diei ſeptimæ & ſanctificauit eam.& capit.3. inimicitiam ponam inter te & mulierem, & id eſt,ſemen tuum,& ſemen illius. & ad Roma.2. Theſaurizas tibi iram in diem iræ, & iuſti iudicij Dei.& Matth.3. Baptizabit vos Spiritu ſancto & igni.& de Ioſeph dicit Ruben.Frater noſter & caro noſtra eſt.conſule Oecume. ad Roma.2. an aliquid huiuſmodi velit innuere.Pſal.4. ſacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ & ſperate in domino.& 115. Sacrificabo hoſtiam laudis & nomen domini inuocabo.& Lucæ 24.& quomodo eum tradiderũt ſummi ſacerdotes.Roma.2.Lex quidem ſancta & mandatum ſanctum,& 1.Corin.10.& ꝓpter cõſcientiã,ſcilicet illius qui iudicauit.

Interdum ponitur & loco relatiui. Iſaiæ 3.ſicut grex & nemo,ideſt quem nemo,colligit.& ad Ephe.1.Benedictus deus,& pater, ideſt,qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti.& Malac.1.Quis ex vobis & ianuas claudat gratuito.Gene.9. Arcum poſui in nube. &,id eſt, qui erit in ſignum fœderis. & 49. adeo patris tui & adiuuit te, & ab omnipotente &,qui benedixit te.

Interdum ſignificat idem quod vt,Gene. 20.Orabit pro te & viues, pro vt viuas. & Pſal.5. ſecundum multitudinem iniquitatũ eorum expelle eos,quoniam irritauerunt te. &,lætentur omnes qui ſperant in te.& 1.Petri.5.& cum apparuerit princeps paſtorum. & ad Hebrę.12.Multomagis obtemperabimus patri ſpirituum & viuemus. Hæc videntur ſignificare commentaria Græca. 1.Petri.7.Item Mar.9. omnis enim igne ſalietur, &,ideſt,vt,omnis victima ſale ſalietur, id eſt, quemadmodum hoſtia abſque ſale illegitima erat,ſic ſine igne,ideſt, tribulatione nullus eſt deo acceptus.

Et,pro tum.Lucę.2.Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, & ipſe, id eſt,tũ ipſe,accepit eum in vlnas ſuas.& Marci.6.&, ideſt tum,conuenientes apoſtoli ad Ieſum,renuntiauerũt ei omnia, & pro id eſt, quæ egerant & docuerant.

Et,id eſt præterea.1.Ioan.5.& ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniam Chriſtus eſt veritas.& Mar.7.&,ideſt præterea,interrogabãt eum Phariſæi & Scribæ. quare diſcipuli tui. & 2. Regum 19. Deſcendit cum viris Iuda in occurſum Regis Dauid cum mille de Beniamin,& Siba puer de domo Saul.

Et pro nam. Mar.9. transfiguratus eſt coram ipſis,& veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia.Ioan.4. qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.& Roma.1.& mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei. & iterũ. & ſicut non probauerunt, &c.& Iohannis.8. & in lege veſtra ſcriptum eſt,quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. & Lucæ.1. exaudita eſt deprecatio tua, & vxor tua Eliſabeth. & iterum. & ipſe præcedet ante ipſum in ſpiritu Eliæ. Lucę.7. Diligit gentem noſtram,& ſynagogã ædificauit nobis. Ioan.1. & verbũ caro factũ eſt.

Et,pro vel. Actu.10. nunquam manducaui omne commune,& immundũ.& 17. non debemus æſtimare,auro &,pro aut, argento aut lapidi diuinum eſſe ſimile.Exod.21.percutiens patrem ſuum & matrem ſuam. & ſtatim.malediceens patri ſuo vel matri ſuæ.

Et, pro at. Matth. 12.generatio praua & adultera ſignum quærit,& ideſt, at ſignum non dabitur ei,niſi.& Pſal. 1. folium eius nõ deflúet,& omnia quæ faciet, proſperabuntur,ideſt,at omnia quæ germinauerit arbor illa ad maturitatem vſq; peruenient. & Act. 23.Tu ſedens iudicas me ſecundum legem, &,ideſt, at contra legem iubes me percuti.

Et,pro cum.Exod.1.& Ioſeph, qui fuerat in Ægypto erant 70. animæ,ideſt, cum Ioſeph.& Iud.12.Diſceptatio erat mihi & pro cum populo meo contra filios Ammon vehemens. & 1.Reg. 14. Erat ibi arca domini in die illa, & filij Iſrael. pro cum filijs Iſrael.

& Ierem.

& Ierem.49.Anguſtia & dolores, pro cũ doloribus,apprehendit me. & Iob. 26. Gigantes enitentur cum cohabitatoribus. & capit. 14.arbor mortua repullulaſcit.ſed homo morietur & debilis fuerit, deficiet homo & vbi ipſe?ideſt,cum debilis fuerit.

Si geminatur,tum valet idem, quod tam, quàm vt.2.Reg.8.Benaias autem filius Ioiadæ & Creti & Plethi, id eſt erat Benaias præfectus cuſtodum regis quàm erant tam Creti quàm Plethi.& Pſalm.76.ab increpatione tua conſopitus eſt & currus & equus, ꝓ tam currus quàm equus.& Danie.8.tam ſanctuarium quàm militia in conculcationem.

Interdum eſt temporis nota,ac ſignificat rei geſtæ celeritatem,ideſt,ſtatim ac ſimul atque,tunc.Geneſ.3.&,ideſt, tunc. vel ſtatim. aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Deus ſcientes bonum & malum.& Exo.17. Quando leuaret Moſes manũ &,ideſt ſtatim,præualebat Amalec.Leui. 6. & ſi in vaſe æris cocta fuerit,id eſt,ſtatim defricabitur & lauabitur aqua.& c.15.& erit immũditia eius ſuper eã.2.Reg.14.ſi eſt in me iniquitas.& interficias me.&,c.17.ſi inlquè egerit & caſtigabo eum.& Pſal.51.quoniã non voles ſacrificiũ, & darẽ.& 138.In die quo inuocaui & exaudiſti me.& 141.oratio mea contra malitiam eorum.Marci.14. & Iudas ſcariotes vnus de 12.abijt ad ſummos ſacerdotes.& Lucę.9. & ipſe faciem firmauit vt iret in Ieru. pro tunc.

Aliquando eſt aduerſatiua.vt Iſaię 10.Reſiduum domus Iacob non innitetur in percuſſorem ſuum, &.i.ſed ſuper Deum ſanctũ Iſrael.& Prouer.21.equus paratur ad bellũ, & ſalus à domino eſt.& Deuter.11.ſed terra ad quam vos tranſitis.& Gene.42.nõ domine mi,& ſerui tui venerunt ad emendum cibum.& 1.Cor.16.oſtium mihi apertum eſt magnum & euidẽs &.i.ſed, aduerſarij multi.

Interdum valet Hebræis idem quod etiã aut quoq;.Exo.12.accipiet & vicinũ ſuum. Iob.23.præceptum labiorum eius,& non amouebo. & Iere.51.populi ad ignem etiam defatigentur:& Zacha.7. quãdo ieiunabatis & plangebatis.& Eccleſ.5.quia in multitudine ſomniorũ etiam vanitates & verba multa ſunt.& Io.8.Multa habeo de vobis loqui, &, i.etiã iudicare.Ephe.2.& cũ eſſemus mortui.

Et pro itaq;.Mar.12.Audi Iſrael dñs deus tuus deus vnus eſt, &.i. itaq; diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo.& Lucæ.1.& ecce,id eſt, itaq; ſubito, eris tacens.1.Corin.2.& ego cũ veniſſem ad vos fratres,veni non in ſublimitate ſermonis. & iterũ.& non põt intelligere, quia ſpiritualiter examinantur.

Et,pro & tamen,Lucæ.4. Cum facta eſſet fames magna in omni terra, & ad nullam illarum miſſus eſt Elias. & ca. 1. incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus ſine querela,&,ideſt, & tamẽ,non erat illis filius.

Et,pro propterea Ioan.1.ego vidi, & teſtimonium perhibui.& Lucę 24. ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & propterea, prædicare in nomine eius pœnitentiam.& Ioan.4.ſpiritus eſt deus, &, ideſt,propterea,eos qui adorant eum,in ſpiritu oportet adorare. & 5. ſicut audio iudico,& iudicium meum iuſtum eſt.

Et,pro ſic.Ioan.30.ſicut miſit me pater,& ego mitto vos. pro ſic ego. ex multiplicibus huius dictionis ſignificationibus,doceberis, eum qui plene in ſcripturis & his regul. fuerit inſtructus, poſſe per ſe, nominum ambiguitate expenſa, infinitos ſenſus exactiſſimos excogitare & in lucem proferre.

Et,pro etenim.Actu.23. percutiet te deus paries dealbate.&, pro etenim,tu ſedens, iudicas me ſecundum legem.

¶De vario vſu præpoſitionũ. CAP. X. & vlti.

AD multiplicem ac varium vſum præpoſitionum explicandum, vt ſaltem excitem animos ſtudioſorum, ne iſthæc quantumuis minima contemnant, ſed diligenter exquirant,calamum conuertamus. & primum aduerte ex Augu.Pſalm.105. quod frequenter in ſcripturis præpoſitiones abundant. vt in Pſalm. & crediderunt in verbis eius. Hæc ille. & circuncidit in cultris petrinis filios ſuos.& in baculo meo tranſiui Iordanem. & iterum in Pſalm. In ſole poſuit tabernaculum ſuum in eis. pro. ſoli poſuit in cælo locum,in quo ſtaret.& Lucæ 24. ò ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus,quæ locuti ſunt prophetæ.

Deſunt etiam frequentiſſime. vt elongaſti terminos terræ pro vſq; ad terminos terræ & ad Phile. Paulus vinctꝰ Ieſu Chri.i. ꝓpter. Præpoſitio Be.hoc eſt in,inquit Theophyl.ad Epheſ.6.ꝓ per accipit.vt Mat.12.ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones.i. p Beelzebub.&,elegit nos in ipſo ante mũdi cõſtitutionẽ.& iterũ.Propter ſpẽ quę repoſita eſt vobis in cælis,quã audiſtis in verbo veritatis. i.p verbũ veritatis.2.Cor.7. qm̃ & ſi cõtriſta

Digitized by Google

ui vos in epiſtola,nõ me pœnitet,Ro.8.quæ eſt in Ieſu Chr̃o dño nr̃o.& 1.Cor.1.Sanctificatis in Chr̃o Ieſu.&.c.2. Veni nõ in ſublimitate ſermonis.& ca.15.abſorpta eſt mors in victoria.Gala.1.vt reuelaret filiũ ſuũ ĩ me. Ephe.4.nõ circũferamur omni vento doctrinæ in neqtia hoĩm.Actu.11.q loquet̃ verba in qbus ſalueris.Luc.7.Beatus q nõ fuerit ſcãdalizatus in me.& 8.fructũ afferũt ĩ patiẽtia. Titu.1.in prædicatiõe quæ credita eſt mihi. ¶In pro cũ inuenit̃, vt annotauit Aug.Pſal. 104.vt eduxit eos in argẽto & auro.Gen.32 ĩn baculo meo trãſiui Iordanẽ.& Deut.18.lapidabitis eus in lapidib⁹.&Pſal.88. Viſitabit in virga peccata eorũ.& Pſal.104. Introibo in domũ tuã in holocauſtis,& ad Ro.9.teſtimoniũ perhibẽte mihi cõſciẽtia in Spũ ſctõ. &,q manet in charitate ĩ deo manet. 1.Cor. 4.In virga veniã ad vos an in charitate. pro cũ virga.& 15.ſeminat in,ꝑ cũ,ignobilitate, ſurget in gloria.& ſtatim.ſurget in virtute.2. Cor.12.ſigna apoſtolatus mei facta ſunt ſup vos in omni potẽtia.ad Colo.1.poſtulãtes vt adimpleamini agnitiõe volũtatis ei⁹ in omni ſapicõtia.Vnde Ambr.li.2.de ſpũ ſctõ.c.10. ait.in & cũ ſępè reperiunt̃ in ſcripturis alia interpoſita, altera intellecta.Pſal.60.nõ egredieris in virtutib⁹ nr̃is.in virtutib⁹ nr̃is.ꝑ cũ exercitib⁹.¶In præpoſitio,ꝑ ꝓpter accipit̃, iuxta idioma ſcripturarũ,ad Galat.2.qđ nũc viuo in carne in fide viuo filij dei.Ephe.4.donantes inuicẽ ſicut & deus in Chr̃o donauit vobis.& ibidẽ.ego vinct⁹ in dño.1.Tim.4.in hoc.i.ꝓpter hoc, laboram⁹ & maledicimur, qa ſperam⁹ in deũ viuũ.Colo.1.Oĩa p ipſum, & in ipſo.i.ꝓpter ipſum.Ro.6.vt eã ſuſcipiatis in dño digne ſanctis.1.Cor.15.ſcientes ꝙ labor veſter nõ eſt inanis in dño.2.Cor.7.nõ ſolũ in aduẽtu eius.i.ꝓpter,ſed in cõſolatiõe. &,maledicta terra in operib⁹ tuis. ¶In ꝑ de ad Gala.5. Ego cõfido in vobis. ꝑ de vobis.

Pro ante vel corã.Mat.18.ſi peccauerit in te frater tuus corripe ipſum inter te & ipſum i.ſi peccauerit in deũ aliqs homo te pręſente, corripe eũ,&c. ¶In pro ob.ad Gala.6. Mihi abſit gloriari niſi ĩ cruce dñi. 1.Cor.1.in grã dei quæ data eſt vobis.Phile.quãto magis tibi in carne & in dño.i.ob corporalia miniſteria.Ephe.2.eratis gẽtes in carne.i ob carnem nõ circũciſam. ¶In ꝑ ex,Philip.3.ſecũdũ iuſtitiã quæ in lege eſt cõuerſatus ſine querela. Exo.35.ad faciendum in auro. pro ex auro. ¶ Pro inter. Lucæ.1. Quæ in nobis cõpletæ ſunt rerũ.¶In pro erga.Colo.1.p eũ recõciliari oĩa in ipſo.i.erga ſe.Hebr.6.nõ eſt iniuſtus deus vt obliuiſcat̃ opis vr̃i & dilectionis quã oſtendiſtis in noĩe ipſius ꝑ erga nomẽ. hoc eſt erga illũ.ad Phile. Fidẽ quã habes in dño Ieſu,ꝑ erga dñm. ¶In ꝑ ad.2.Theſſ.2. in quã (ꝑ ad quã fidẽ) & vocauit vos ꝑ euangeliũ noſtrũ.& alibi.dilectiõis quã oſtẽdiſtis in oẽs ſctõs.2.Tim.1. In quo poſit⁹ ſum ego prædicator.i.ad quod euãgeliũ.Theſſ.2.c.1. in exemplũ iuſti iudicij dei.i.ad documẽta. Ephe.2.creati in Chriſto in operibus bonis. ¶In pro poſt.Mat.13. in illo die exiẽs Ieſus de domo ſedebat ſecus mare. pro poſt illum diẽ.& 3.In dieb⁹ illis venit Ioãnes Baptiſta. ¶Pro,prę Luc.1.Exultauit infans in gaudio i.præ gaudio,in vtero meo. ¶In ꝑ apud Ro. 1. quod notũ eſt dei manifeſtũ eſt in illis. 1. Petri.1.Hoc eſt verbum quod euangelizatũ eſt in vobis.Luc.1.& regnabit i domo Iacob in æternũ. ¶In pro de,Ro,11.An neſcitis in Elia qd dicat ſcriptura.1.Cor.16. gaudeo in pręſentia Stephani & Fortunati.Exo.12.oĩs alienigena nõ comedet in eo.ꝑ de eo.Leu.8. quod ſupereſt in carne & in pane cõburetis. *Vulgata.* Ephe.6.vt in ipſo audeã.1.Tim.1.formã habe *Non comedet ex eo.* ſanorũ verborũ in fide & dilectione.i.de fide ĩn deũ, dilectiõe in ꝓximũ. ¶In pro à vel ab *Vulgata.* 2.Cor.7.ſed & in cõſolatiõe qua cõſolat⁹ eſt *quicquid antẽ reliquũ* in vobis,ꝑ à vobis.& Io.1. In principio erat *fuerit ĩ carne & panibus ignis ab* verbũ.& ſic expoſuit ipſe Io.1.Io.1. qđ erat *ſumet.* ab initio,qđ vidimus & in Ge.in principio fecit deus cælũ & terrã.Hinc in idipſum, pariter ſignificat.vt Pſal.4.In pace in idipſũ dormiã & requieſcã. Hebręi de præpoſitione B, hoc eſt in,hæc ſcribũt.In,aiũt,idẽ ferè ſignificat qđ cũ,vocaturq́; ſubſidij,eo qđ eius aduẽtu actio perficiat̃.Gene.49.In gladio meo & arcu meo.& Pſal.60.In Deo faciem⁹ virtutẽ, i.cũ dei auxilio hoſtes ꝓſtrabimus.Gen.31. demiſiſſem te cũ lætitia & cum gaudio & cũ canticis,cũ tympanis & cithara.Iſaiæ.7.In ſagittis & arcu ingrediet̃ illuc. Præterea idẽ ſignificat qđ intra vel mediũ, & vocat̃ inſtrumẽti,Gen.39. multiplicabunt̃ in domo & in agro.Exo.7.in lignis & lapidibus. Porro qñ eſt inſtrumẽti habet virtutem ſeptimi caſus apud Latinos.Num.13.portauerũt in vecte, ꝑ vecte.Iſai.7.radet deus in nouacula acuta. Amos.6.nũ arabit in bobus.In,aliqñ eſt etiã tẽporis.& tũc aut inportat incluſionẽ ſequẽtis tẽporis.Gen.6.in anno ſexcẽteſimo. Aut excluſionẽ ſequentis temporis.Gene.cõſummauit Deus in die ſeptimo opus ſuũ.ſic etiã quãq́; eſt loci,aut ſignificat aliqđ eſſe in loco.

Vulgata. Multiplicabit tam in ædibus quã in agris cũ etiam ſubſtantiam. Exo. 7. Tã in ligneis vaſis quam in ſaxeis.

Exo.5.vt ſacrificent mihi in deſerto.&.14.fi
lij Iſrael ambulauerūt in arido in medio ma-
ris. Vel importat motū ad locū. Iſai.2. ingre
dere in petrā Leui.26.mittet hircum in deſer
tū.Eadē rōne dicit̄ de pſona. Pſal. 26. in dn̄o
confido.& ſecūdo modo.Exod.14.Dn̄s pu-
gnat pro eis in Ægyptū.i.contra Ægyptios.

Apud Hebræos Mem præpoſitio ſignifi-
cans,à,ab,q̄ aut ſuper, poſitiuis adiūcta facit
cōparatiuū,nec alia eſt apud eos cōparatiuo-
rū forma,& tūc ſignificat præ.q̄, magis.vt iu
ſtificata eſt Sodoma à te,ideſt,præ te. Iob.7.
Dies mei leues ſunt pluſquā radius textoris.
& ca.9.dies mei leues ſunt pluſquam curſor.
& bonū eſt cōfidere in dn̄o quā cōfidere in
principibus. Deniq; omne Mem poſt dictio
nē bonū, habet vim cōparatiui. vt melius eſt
nomē bonū ſupra oleū multū. ¶Mem etiā ſi
gnificat ꝓpter.Mat.18. † Væ mūdo ab ſcan
dalis.Pſal.12.à vaſtatiōe oppreſſorū,& à ge-
mitu pauperū nūc exurgā dicit dn̄s.& 54.ꝓ
pter vocē exprobrātis. & 68.à tēplo tuo qđ
eſt in Ieruſalem adducēt reges munera.Pro-
uer.25.à frigore pauper nō arat.Præterea ſi-
gnificat partē alicuius multitudinis.Gene.3.
de fructu ligni de quo præceperā tibi ne co-
mederes comediſti.& 30.Da mihi quæſo de
Mandragoris filij tui.Iudi.4.Tolles tecū de-
cem millia pugnatorū de filijs Nephthali &
Zabulō. Eſt inſuper Min particula Hebræa
excluſiua ſiue negatiua,præcipuè ſi infiniti-
uo præponatur.Gene.31.caue tibi à loquen
do. 1.Reg.15.repulit te deus ab eſſendo re-
gem.i.ne ſis rex.Iſaiæ.5.& nubibus manda-
bo de pluēdo ſuper eam.& 49.nūquid obli-
uiſcetur mulier infantis ſui, à cōmiſerando fi
lij vteri ſui. 1.Reg.15.amoui eam ab eſſendo
dominam.Iere. 48. ſubſtiterunt fugientes à
viribus. i. eo quod vires illis deeſſent. Hanc
etiam vim habet hæc præpoſitio in compa-
rationibus. 1.Reg. 15. ecce obedire eſt ma-
gis,quam ſacrificium bonū, & auſcultare eſt
magis,quam adeps arietum. & ca.24. Iuſtus
es magis quam ego. Hac phraſi vſus eſt dn̄s
Lucæ 15.Ita gaudium erit in cælo ſuper vno
peccatore, ſupra nonaginta nouē iuſtos qui
non indigent pœnitentia.& 18.ca. diſceſsit
hic iuſtificatus ab illo. Quando adiungitur
nomini tempus ſignificanti,ſignificat poſt.
Gene.16.à fine.Iudi.11.à diebus.

Vulgata. Dies mei velocius tranſierunt quā à texēte tela ſuccinditur.

Et capit.9. Dies mei velociores fuerunt curſore.

† Hoc ſecūdum trāſlationem Hebraicam.

Vulgata. Ex ligno.

Vulgata. Da mihi partem de Mandragoris.

Vulgata. Et nubibus mādabo ne pluant ſuper eam imbrem.

Vulgata. Vt non miſereatur filio vteri ſui

Super pro de, Mat.10.prædicate ſupra te
cta.i.de locis editis vt à pluribus audiātur. te
cta Iudæorū erāt plana, ſupra quæ ambula-
bāt,non ſimilia n̄ris ideo ſolaria dicuntur. 1.

Deute.22.

Reg.9.¶Per, multas quoq; ſignificatiōes ha
bet.& inter alias ſignificat propter.2.Cor.4.
Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum. Epheſ.
4.alienati à vita dei per ignorātiā. & ꝓ de ac
cipitur. Actu.1.præcipiēs eis per ſpiritū ſan-
ctum. Significat etiam miniſteriū, vt inquit
Orige.ad Rom.1.per quē accepimus gratiā,
& pro ideſt,apoſtolatum: nam Chriſtus me
diator eſt dei & hominum. Per, inquit Hie-
ro.ad Ephe.1.apud Paulum idē ſignificat ali
quando quod ex. vt, Paulus apoſtolus Ieſu
Chriſti per voluntatem dei. & ad Hebræ.1.
quem cōſtituit hæredē vniuerſorū per quē
fecit & ſecula.Per aliquādo iurātis eſt,& pro
pter,ſimiliter.1.Cor.15.Quotidie morior ꝑ
veſtrā gloriam fratres,quā habeo in Chriſto
Ieſu. apud Græcos enī iuratio eſt, vt inquit
Augu.in epiſt.ad Hilar.& ad Rom.1.primū
gratias ago Deo meo per Ieſum Chr̄m. Ali-
quādo nō eſt iurātis.vt per meū aduentū ite
rū ad vos. ¶Per, inquit Cyrill.li.1.ſuper Ioā.
ca.5.Aliqn̄ nō miniſteriū ſignificat,ſed ęqua
litatē, ideoq; indifferēter patri filioq; tribui
tur,filio quidem cum dicitur. omnia per ip-
ſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil,
id eſt,omnia ab ipſo.& ad Gala.1.Paulus A-
poſtolus nō ab hominibus nec per hominē,
ſed per Ieſum Chriſtū. Patri vero multoties
in ſcripturis accommodatur. Fidelis, inquit
deus, per quē vocati eſtis.& rurſum. Paulus
Apoſtolus Ieſu Chr̄i per voluntatē Dei. pro
fecto nemo adeo inſanit,vt propter particu-
lam per ad miniſtri locum patrē deducat. &
Theophy.ad Galat. 1. ait. obſerua præpoſi-
tionē per, patri eſſe appoſitam à Paulo. Sed
per Ieſum Chriſtum & per Deum patrē qui
ſuſcitauit ipſum à mortuis.ac deinde nota fi-
lium primum eſſe nominatū,propter hæreti
cos qui in hiſce rebus curioſi ſunt, & ad He-
bræ.2. Decebat ipſum ꝓpter quē oīa & per
quē omnia.inquit.propter quem, hoc eſt pa
trē. ipſe enim eſt author omniū.Per quē. ani
maduerte, inquit, per quem patri attribui.
nec enim ſi imminutionis eſſet, ſoliq; ue filio
conueniret,patri apponerētur. per quem igi
tur ſignificat,per ipſum, hoc eſt ab ipſo con
dita eſſe oīa. Ad hunc igitur modum & de fi
lio,ſi dicat per quem,accipe pro à quo. Lege
Chryſoſt homi.4.& 44.ſuper Ioan.& Theo
dore.& Hierony.ad Epheſ.1.& Oecume.1.
Corinth. 2. Denique Chryſoſto. homil. 60.
in Matth.ait.Conſueuit ſcriptura per quem,
nonnunquam pro à quo,dicere, vt quando
dicitur. poſſedi virum per Deum.non enim *Geneſ. 4.*

ſecundā quandā cauſam, ſed primā oīno po
ſuit. & rurſus. Nōne ꝑ deū manifeſtatio eo-
rū eſt.&, fidelis deus ꝑ quē vocati eſtis in cō
munionē filij eius. 2. Tim. 2. quę audiſti à me
per multos teſtes. ¶ Ad ꝓ de ponit̃ ſæpè ab
interprete latino. Iſaiæ. 5. ad terrā lōginquā.
& ad Hebr. 1. ad angelos autē dicit. Qui facit
angelos ſuos ſpūs, ꝓ de angelis. & iterum. ad
filiū autē, Thronus tuus Deus in ſeculū ſecu
li. & ca. 4. Nō eſt creatura inuiſibilis in cōſpe
ctu ei⁹, oīa mūda ſunt & aperta oculis eius ad
quē nobis eſt ſermo. Ad ꝓ iuxta. 2. Tim. 4.
1. Cor. 1. ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros.
Matth. 18 Ad pro erga. 2. Corinth. 1. in gratia dei cō
uerſati ſumus in mundo, abundātius autem
ad vos. & ad Gala. 6. operemur bonū ad oēs.
Pro aduerſus. Rom. 10. ad Iſrael autē dicit. to
ta die expandi manus meas ad populū non
credētē. Pro cū. Thren. 3. Cōfregit ad nume
rū dētes meos. i. cū lapillis quibus ſolēt nume
rare pani meomixtis, cōfregit dentes meos.
Sup, inqt Cyril. li. 1. Dialo. de trini. nō eſt
loci ſignificatiuū, ſed poti⁹ ſubſtātiæ. Iac. 1.
oē datū optimū de ſurſum eſt. & cælit⁹ ſigni
ficat. vt apud Io. Niſi qs renat⁹ fuerit deſup.
Vbicūq; dr̃ poſt me, inqt Orig. tract. 1. ſu
per Matt. verſus finē, in bono dr̃. Vnde Pe-
tro & Andreæ à dn̄o dr̃. Venite poſt me, &
faciā vos piſcatores hominū. & ad Petrū qui
dē dixit. Vade poſt me Satana. & ad diabo-
Matt. 16. lū. Vade Satana. bonū eſt enim qn̄ quis poſt
dn̄m vadit. Cōtrarium autem quādo aliquis
reijcit ſermones dn̄i poſt ſe. vel qui trāſgre
ditur illum mandatum. poſt concupiſcētias
tuas ne vadas. Vide Hierony. Matth. 16.
Significat etiā, in. vt poſt tres dies reſurgā.
Poſt. Act. 5. poſt hūc extitit Theudas in diebus ꝓ
feſsiōis. i. deſcriptiōis, de qua Luc. 2. & Matt.
26. poſſum deſtruere templū Dei & poſt tri
duū reædificare illud. ¶ Sæpè corā in ſacris li
teris ꝓ aduerſus vel contra ponit̃. Gene. 13.
hoīes Sodomitæ, peſsimi erant corā dn̄o. &,
Nimbrot erat robuſtus venator corā dn̄o. i.
Deo cōniuēte ac ſciēte erat peſsimus, aut co
rā dn̄o. i. ſub cælo. & in Pſal. 50. Tibi ſoli pec-
caui & malū coram te feci. Aliqn̄ ſignificat
ſub poteſtate alicuius eſſe. Gen. 24. ecce Ra
becca corā te eſt. At cū apud Paulū dr̃ corā
deo, iurātis eſt. 2. Cor. 7. ad manifeſtādā ſolici
tudinē nr̃am quā habem⁹ ꝓ vobis corā deo.
Secūdū ꝓ à, Epheſ. 4. induite nouū hoīem
q ſecūdū deū creatus eſt, Pro prę. Philip. 3. ſe
cūdū æmulatiōnē pſequēs eccleſiā Dei. Pro.
Propter Tit. 3. ſecūdum cōem fidē. 3. ſecūdū
ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Pro ex. E-
pheſ. 1. ſecūdū diuitias gr̃æ eius. i. ex copioſa
beneuolētia ſua. ¶ Pro, pro de. 2. Cor. 7. Mul-
ta mihi gloriatio pro vobis. ꝓ de vobis. & 2.
Cor. 12. pro huiuſmodi gloriabor, pro me. i.
de me, nihil. ¶ De pro in, Ioan. 18. Regnum
meū nō eſt de hoc mūdo. ¶ Ab pro in. Actu.
12. Barnabas & Saulus reuerſi ſunt ab Iero-
ſolymis. ꝓ in Ieruſalē. ¶ Apud, inquit Theo
phyl. Ioan. 1. idē ſignificat interdū quod cū.
vt, in principio erat verbum & verbum erat
apud deū. & Mar. 6. Nōne fratres eius, & ſo-
rores eius apud nos ſunt. ¶ Ex aliquo, inquit
Euthy. Pſal. 109. dr̃, vel ratione creatiōis, iux
ta illud. Vnus eſt deus pater ex quo oīa. Vel
rōne naturę, iuxta illud. operatio nr̃a ex no-
bis eſt, & quēadmodū ſplendor ſolis ex ſole.
vel rōne gn̄ationis. iuxta illud. Ego exiui ex
patre. &, ex vtero ante luciferū genui te. Ita
quoq; Baſil. in ſer. de ſpū ſctō. Pręterea Chry
ſo. ho. 4. ſup Ioā ait. Ex quo non tm̄ filio, ſed
ſpiritui quoq; tribuit ſctō. Vnde angelus di
xit ad Ioſeph. Noli timere accipere coniugē
tuā, quod em̄ in ea genitū eſt, ex ſpiritu ſan-
cto eſt. Et hoc verbū, in quo quāuis ſpūs ſan
cti ſit ꝓpriū, id tn̄ Deo tribuit, cū dr̃. In deo
faciemus virtutē. & Paulus, obſecrans, inqt, ſi Pſalm. 59.
quomodo tandē aliqn̄ ꝓſperū iter habeā in
volūtate Dei veniēdi ad vos. & iterū. in Chri
ſto Ieſu. & huiuſmodi frequenter verba in-
differenter accepta inuenimus, quod mini-
mè fieret, niſi vbiq; eadem eſſet ſubſtantia.
Ex pro, propter, Tit. 3. non ex operibus iu
ſtitiæ quæ fecimus. Ex pro, præ. vt Pſalmo
138. magnificata eſt ſapientia tua ex me,
confortata eſt non potero ad eam. hoc eſt,
ſapientia tua domine adeo captum noſtrum
ſuperat, vt eam aſſequi vllus mortalium non
poſsit. Iuxta Paulum ad Roma. 11. quàm in-
comprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inue-
ſtigabiles viæ eius. & Ezechiel. 15. Quid fiet
ligno vitis ex omnibus lignis nemorum.
Hactenus Illuſtriſsime pariter ac doctiſsi Per oratio.
me Præſul, In prima huius operis parte, è tri-
bus illis quas ante promiſeram, deſudatū eſt.
In qua tamen multa moroſi lectores inue-
nient, quæ exiliora & leuiora eſſe, quàm vt
in opere theologico à me inſerenda forent,
videbuntur. At verò nō abſq; certa quadam
ratiōe fuiſſe à me in illis quoq; elaboratum,
cernet is, q in his minutulis, aut impegit, aut
ne offenderet diligenter cauit. Nam quēad-
modum medicinæ vtilitatem, nō continuo
experitur ægrotus, quando adhibentur fo-
menta,

Digitized by Google

menta,ſed labente tempore, vim ſuam exerunt & manifeſtant. Sic nec noſtrarum præceptiuncularum emolumentum ſentire poterit is,qui non diu multumque ſe in ſcripturis exercuerit. Aut, vt alia vtar comparatione, ſicut eibus Lacedæmoniorum inſipidus & guſtui erat ingratus, niſi multis & magnis bellicis laboribus eſſet conditus. Ita fruſtrà laborabit & abſque emolumento ab hac arte diſcedet, qui ſe totum literis humanis & diuinis non conſecrauerit. Vides quam abhorream à Secta Lutheranorum. Ego quidem nullum in Theologorum albo habendum cenſeo, qui has artes quæ ſunt vero theologo & vndequaque abſoluto dignæ ſimul cum ſclentia ſcripturarum non coluerit,& inter ſe copulare curauerit. Quibus etſi crebro à noſtris Chriſtianis vtendũ non ſit,(nam non deeſt reſina in Galaad,nec medicus ibi deſideratur.) Attamen conſpicitur atque apparet ſtatim ex ipſo orationis filo, an ſimus ipſarum ignari, nec ne. Vt qui pila ludunt,non vtuntur in ipſa luſione artificio proprio paleſtrę,ſed indicat ipſe motus & dexteritas ludendi, didicerint ne palęſtrã, an neſciant,& qui aliquid fingunt, etſi tunc pictura nihil vtantur,tamen vtrum ſciant,an neſciant, non obſcurum erit adiudicandum. ſic qui ad intelligentiam ſcripturarum acquirendam ſe efformat ac componit,ſi bonis literis inſtructus ad id munus dextre obeundum acceſſerit, paruo temporis interuallo exacto,tantum eruditionis incrementum illi accedet,vt & docere noſtra,& hęreſes labefactare admodum erudite poſsit. Quippe, cum omnes illæ ex ignorantia ſcripturarum trahant originem,ex eiſdem potiſsimũ ſunt refellendæ,& ex agro dominico vt zizania radicitùs euellendæ,ne.

Lacedæmoniorũ vict⁹.

Lutherani in lingua vulgari tra ctandas eſſe ſcripturas docent.

inter nitentia culta
Infelix lolium,& ſteriles dominentur auenæ.

Vnde quaſi meo iure poteram, hæc noſtri ſeculi monſtra quoties res efflagitabat è medio tollere,& quaſi luxuriãtes vites è Sodomorum vinea, falce verbi Dei amputare.
Ezechi. 15 Quandoquidem iuxta prophetã. Quid fiet ligno vitis præ omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarum? nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus,aut fabricabitur de ea paxillus,vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce, igni datum eſt in eſcam. Sed proh dolor,id malum adeo creuit ab exiguis excitatum principijs,& tam altas egit radices, vt iam non ſit integrum malagma imponere nec alligaturas, nimirum ob ſocordiam & negligentiam illorum gubernatorum, quibus apud nationes illas, reſpublica gubernanda,aut potius diſsipanda, commiſſa fuerat. Vnde ſæpè mecum Hiſpanos laudare ſoleo, & crebro in familiari vſurpare ſermone, noſtros, longo interuallo, ſapientia,prudentia & iuſtitia,reliquos mortales vincere & ſuperare. Quis obſecro hæc diffitebitur? nullus ſanè ibit inficias,ſi modo conſpexerit,quam celeriter,te præcipuè iudicium exercente, peſtes illæ quæ aduerſus eccleſiam Romanam Pintię coniurauerant, (poſtquam eorum nomen delatum eſt, & crimen detectum) in carcere fuiſſe coniectos,& more maiorum,iudicis ſecularis arbitrio fuiſſe permiſſos. Quorum ſupplicium ſi aliquandiu fuiſſet dilatum, ægrè hanc lucem religionis,qua fruuntur noſtræ Hiſpaniæ,retinuiſſemus, nimirum id vos proſpicientes ac præcauentes,viri iuſtiſsimi,ne vlla poſt hac ſcabies gregem dominicũ poſsit inuadere. Atque ideò non erit opus apud noſtros in re certa & longè ab omni ambiguitate ſemota confirmanda, in noſtris lucubrationibus, tempus conſumere. apud exteras nationes medicinæ faciendæ, in re deſperata locus eſſe non video, eo quod obturant aures ne poſsint audire vocem venefici incantantis ſapienter. Quamobrem inſtituti mei fuit, nomina ipſorum, è libro vitæ deleta, non ſumere in labijs meis, ne non tam eximere ex hominum memoria errores,quã docere quæ ſempiterno ſilentio erant committenda, viderer. Vnde è re Chriſtiana foret, vt (vniuerſi hi ſectarum authores, ventri,luxuriæ atque ambitioni dediti; qui gloriæ quæ à ſceleratis illis defertur, inhiantes, ac domini gloriam deſpiciunt),è noſtrorum hominum memoria abolerentur. Ac vetus illa lex Athenienſium ἀμνηστίας, hoc eſt obliuionis, quam ciuitas illa tulit poſt triginta Tyrannornm occiſionem, renouaretur. Aut ſin minus id quod nonnulli non ignobiles hiſtorici prodiderunt. aiunt enim, Eroſtratum quendam, hominem ignobilem, cum nullo præclaro facto famam apud ſuos poſſet comparare, incendiſſe templum Dianæ Epheſinæ, quod toto orbe erat celeberrimum. qui deprehenſus, faſſus eſt, ſe gloriæ cupiditate incẽſum, id ſcelus patraniſſe. Decreuitq; magiſtratus, ne poſtea quiſquam illo

Hiſpanorũ in rebus gerendis prudentia & dexteritas.

Athenienſiũ ἀμνηστία.

Eroſtratus. Valerius lib. 8. c. 15

Digitized by Google

illo nomine vocaretur, nec in faſtis hoc ſcelus poneretur. Nunquid poteſt aliquis picem tangere quin coinquinetur ab ea? Aut poteſt aliquis ignem in ſinu habere & veſtimenta eius non ardeant? Profectò ſi aliquando in dubium & diſceptationem hoc vocatum fuit, noſtro ſeculo re ipſa edocti, videmus (mitto Gallos & alias gentes) multos Hiſpanos noſtros, è Germanica peregrinatione, non ſolum à ſobrietate & frugali vita ac verè Laconica degeneraſſe, ſed religionem & pietatem cum ſolo commutaſſe. Atque ideò meritò increpat Deus populum per Ieremiam, inquiens. Fili Mempheos & Taphneos conſtuprauerunt te: & ſubdit. Quid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſsyriorum vt bibas aquam fluminis? At verò ſi aliqua natio ſub cælo eſt obtemperans eccleſiæ Romanæ præceptis, & antiquarum traditionum tenax, & quæ minus illorum paruit ſeductionibus, ſed pro virili oppugnauit, vel maximè noſtra eſt. Quapropter malè audit apud illos. Quia nimirum, vt ait Antalcidas, nos ferè ſoli nihil mali ab illis didicimus. Sed de his ſatis, ad id vnde egreſsi ſumus noſtra ſe vertat oratio. Ego in hoc libello ſtamina ſtudioſis & ſubtegmina ac licia præparare decreui, ipſi pulcherrimam Chriſti veſtem inconſutilem conficitote. Aut arma ſtrenuis militibus pugnaturis, quibus hos carnales hoſtes adoriantur, ſubminiſtraui.

Hiſpani ritu Lacedæmoniorum viuunt.

Ierem. 2.

Hiſpania.

Antalcidas

Illorum erunt partes cum conflixerint dextrè eis vti ad inimicos eccleſiæ profligandos & ſub eius ditione redigẽdos. Nec eſt quod nos moueat aut animo deſpondere faciat, quod tot transfugas ad hoſtes noſtros defeciſſe videamus, cum perpetuò ſtet promiſſio domini dicentis. Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. & Propheta. plures nobiſcum ſunt quã cum illis. Reliquit ſiquidem dominus ſeptẽ millia virorum qui non incuruauerunt genua Baal. quorum auxilio freti poſſumus cum propheta canere. In deo faciemus virtutem. Porrò non verebor affirmare de te quod Agamemnon de Neſtore dicebat, præſul ampliſsime, ſi decem, inquit, duces Neſtori ſimiles habuiſſet Græcia, vniuerſas vires Troiæ celeriter fuiſſe ruituras. Ita quoque, ſi plures epiſcopos tui ſimiles, regiones illæ infœlices, quę ſub Lutheri ditione nunc degunt, tunc habuiſſent, quando peſtis illa cœpit in lucem erumpere, nunquam in tantum nephas fuiſſe prolapſuras, nec detrectaturas iugum ſuauiſsimum eccleſię Romanæ. Quapropter non abſque præſagio futurorum bonorum arbitror, tibi nomen Petri fuiſſe impoſitum, nimirum quia patronus & propugnator maximus Petri & illorum qui in eius loco cooptandi & ſufficiendi erant, eras futurus. Vale. Datum Salmanticæ, ex Muſæo noſtro, Anno 1563. à partu virginis 18. Calend. April.

Agamemnon.

Neſtor.

Octo priorum librorum, Theologicarum Hypotypoſeon, à Martino Martini Cantapetrenſi, Sacræ Theologiæ Magiſtro, ac ſacrorum Bibliorum in tribus linguis, Salmanticæ Primario profeſſore, editorum finis.

Digitized by Google

MARTINVS MARTINI CANTAPETRENSIS, SACRÆ THEOLOGIÆ magiſter, ac diuinarum ſcripturarum, in tribus linguis, Salmanticæ, primarius profeſſor, Illuſtriſsi. ac Reuerendiſsi. D. D. Petro Pontio Legionenſi, Epiſcopo Placentino, Salutem. P. D.

HVCVSQVE, PRÆſul Illuſtriſsime, ordine quodam certo & tenore, in cõnumerandis Regulis, progreſſus ſum. Nam quo ad fieri potuit in locos communes ipſas digerere curaui: tum parcens lectorum labori: tum etiam facilitati conſulens, & perſpicuitati deſeruiens. vt videlicet abſq; labore & negotio, quotiens vti opus fuerit, in prõptu ſint. An tamen aliquẽ ordinẽ admittere, & ad certas claſſes redigi poſsint, in tanta rerum aut materiarum diuerſitate nec ne, aliorum eſto iudicium. Nos certè, quantum diligentia aſſequi potuimus, rationem ordinis habuimus. At verò iſtæ quæ nunc à nobis dantur Regulæ, quia nec affinitate, neque cognatione inter ſe cohęrebant, in quinquagenas partiri viſum eſt. Porrò tam quæ in octo ſuperioribus voluminibus, quàm quę in his quinquagenis recenſentur, æquè in numerato habendæ ſunt, ab his qui ſeriò Theologiæ operam nauare volunt. Nam quoquo te vertas & oculos conijcias, illarum vtilitatem præſentaneam ſenties. Sint igitur illæ ſuperiores inſtar prandij, quæ appetitum poſsint ſatiare, aut ſedare, iſtæ verò condimenti vice, quo manſuetiores & tractabiliores ſcripturas theologis efficiamus, his præſertim, qui linguarum & phraſeon & politioris literaturæ ſunt deſtituti præſidijs, & oportet in primis, ſummè animaduertere, primùm, vt argumentum libri percipiamus. Quandoquidem, vt inquit Auguſti. in expoſitione Pſalm. 53. circa principium. Si quis libri argumentum vel Pſalmi rectè nouit, facilè totius libri notitiam aſſequetur. Vt ſi quis cognoſcat quod in domus fronte præfixum eſt, ſecurus intrabit, nec cùm intrauerit, errabit. Et Ammonius in Porphyrium, ait. Libri argumentum ignoratum, in cauſa eſt, vt lector remoretur, & in medio deſiſtat, & æquè patiatur, ac illi, qui quo vadant neſciunt. Deinde ars quædam adhibenda eſt, vt inueſtigare poſsimus, membrorũ & commatum ſcopum, ac ipſius Spiritus ſancti conſilium. Quod tamen multis modis perueſtigari poteſt. Sed alijs interim omiſsis ſtatuo primam regulam.

Libri argumentũ noſſe oportet.

REGVLA PRIMA.

NEceſſarium eſt, inquit Hierony. in præfatione libr. 1. Comment. epiſt o. ad Epheſ. ſcripturæ operam dare, & ſenſum Prophetæ aut Apoſtoli callere volentibus intelligere cur ſcripſerint, qua ſententiam ſuam ratione firmauerint. Quid habeant in veteri lege proprium, Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, Tyrij, Philiſthijm, Ægyptij, & Aſsyrij. Quid rurſum in nouo teſtamento Romani, Corinthij, Galatæ, Philippenſes, Theſſalonicenſes, Coloſſenſes, Hebræi & Epheſij. Neceſſe eſt enim iuxta diuerſitatem locorum & temporum & hominum quibus ſcriptæ ſunt epiſtolæ aut libri, diuerſas, & cauſas, & argumenta, & origines habeant. Et quomodo Ioannes in Apocalypſi ad ſeptem ſcribens eccleſias, in vnaquaque earum, ſpecialia, vel vitia reprehendit, vel virtutes probat. Ita & Pau-

In Decretis D. 29.

Apocaly. 2. & 3.

lus per ſingulas eccleſias vulneribus mede-
tur illatis, nec ad inſtar imperiti medici vno
Titum.1. collyrio omnium oculos vult curare. Et fu-
ſius hoc explanans lib. 1. comment. epiſt. ad
Galat. ca. 3. circa principium ait. Vnaquæq;
prouincia ſuas habet proprietates, Creten-
ſes ſemper mendaces, malas beſtias, ventres
pigros, & Galatas ſtultos eſſe & inſenſatos
Apoſtolus comprobat. Vanos Mauros, fe-
In oratione pro Ligatio. roces Dalmatas Latinus pulſat hiſtoricus, ti
midos Phrygas omnes poetæ lacerãt. Athe-
nis expeditiora naſci ingenia philoſophi glo
riantur. Græcos leues, apud Cæſarem ſugil-
lat Tullius, dicens. Aut leuium Græcorum,
aut immanium Barbarorum. & pro Flacco.
Ingenita, inquit, leuitas, & erudita vanitas.
Ipſum Iſrael graui corde & dura ceruice om
nes ſcripturæ arguunt. Item in præfat. lib. 2.
epiſto. ad Galat. inquit. Vultis ſcire quómo-
do Apoſtolus vnamquanq; prouinciam ſuis
proprietatibus denotarit, vſq; hodie eadem
vel virtutum veſtigia permanent, vel erro-
rum. Romanæ plebis laudatur fides. vbi ali-
bi tanto ſtudio & frequentia ad eccleſias &
ad Martyrum ſepulchra concurritur? Hinc
nimirum quod deuotio in eis maior eſt, &
Roma. 16. ſimplicitas ad credendum. Rurſum facilita-
tis & ſuperbiæ arguũtur. Facilitas vt ibi. Ro-
go vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſen-
ſiones & offendicula præter doctrinã quam
vos didiciſtis, faciunt, & declinatè ab illis, hu
iuſmodi Chriſto domino non ſeruiunt, ſed
ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedi
ctiones ſeducunt corda innocentium. Ve-
ſtra enim obedientia in omnem locum per-
uulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis, & volo
vos ſapiẽtes eſſe in bono, & ſimplices in ma-
lo. Superbiæ quoque eos arguit, oſtendens
Roma. 11. oẽs eſſe ſob peccato, inquiens. Noli altũ ſape
re, ſed time. Et, Nolo vos ignorare fratres my
Roma. 12. ſterium hoc, vt non ſitis ipſi vobis ſapiẽtes.
& in ſequentibus. Dico per gratiam quæ da
ta eſt mihi in omnibus quæ ſunt inter vos,
non plus ſapere quam oportet, ſed ſapere ad
ſobrietatem. Et apertius. Gaudere cum gau-
dentibos, flere cum flentibus, idipſum inui-
cem ſentientes, non alta ſapientes, ſed humi
libos conſentientes. nolite eſſe prudentes a-
1. Cor. 11. pud vos metipſos. Corinthios quoq; notat,
quòd mulieres eorum intecto capite ſint, &
viri comam nutriant, & indifferenter veſcan
1. Cor. 15. tur in templis, & inflati ſapientia ſecolari re-
ſurrectionẽ carnis negent. Hæc ex parte ho-
die permanere, non poteſt dubitare qui A-
chaiam viderit. Macedones in charitate lau-
dantur, & in hoſpitalitate & ſuſceptione fra
trũ. Vnde ad eos ſcribitur. De charitate fra- *1. Theſ. 4*
ternitatis non neceſſe habemus ſcribere vo-
bis, ipſi enim vos adeo didiciſtis, vt diligatis
inuicẽ. Etenim facitis illud in omnes fratres
in vniuerſa Macedonia. Sed reprehendũtur,
ꝙ ocioſi domos circũeant, & alienum ſpectã
tes cibum, dum ſingulis placere deſiderant,
& huc & illuc diſcurrant, quid apud ſingu-
los agatur enuncient. & ſequitur. Rogamus
autem vos fratres, vt abũdetis magis, & ope-
ram detis vt quieti ſitis, & veſtrum negotiũ
agatis, & operemini manibus veſtris ſicut
præcipimus vobis, & vt honeſtè ambuletis
ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſi-
deretis. Idem in ſecunda ad eoſdem inculcat
epiſtola, dicens. Cum eſſemus apud vos hoc
denuntiabamus vobis, quoniam ſi quis ope
rari non vult, nec manducet. Audiuimus eñ
quoſdam ambulare inquietè, nihil operãtes,
ſed curioſè agentes. his autem qui eiuſmodi
ſunt, denuntiamus & obſecramus in domi-
no, vt cum ſilentio operantes ſuum panem
manducẽt. ſic Galatæ ſtulti & vecordes pro
nuntiati ſunt. Scit mecum qui Ancyram me
tropolin Galatiæ vidit, quod nũc vſq; ſchiſ-
matibus dilacerata ſit, quot dogmatũ varie-
tatibus conſtuprata. omitto Cataphrygas,
Ophitas, Borboritas, Manichæos. Quis vn-
quam Paſſalorincitas & Aſcodrobos, & cæ-
tera magis portenta quam nomina, in aliqua
parte Romani orbis audiuit? Hactenus Hie-
ro. Attamen quia duæ præcipuè gentes in
vtroq; inſtrumento celebrãtur, in illis opor-
tet paululum immorari. De moribus Iudæo *De morib⁹ Iudæorum.*
rum hæc tradit Cyrillus lib. 4. ſuper Ioan. ca.
3. Quaſi, inquit, paternã hæreditatẽ, murmu
rationem de rebus bonis ad Iudæos deſcen-
diſſe comperio. Murmurabant illi aduerſus
deum ex ingratitudine in deſerto, murmura
bant filij de Chriſto. Vnde in euãgelio. Mur *Exod. 15.*
murabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet,
ego ſum panis. & in 2. opere titulo Chryſ. in
Matth. ho. 33. Gloriatio, inquit, quę amplius
vult videri quam eſſe, aut in toto vult videri,
non eſſe qualis eſt, eſt propria Iudæorũ. Vn
de in euangelio Faciunt omnia, vt ab homi-
nibus videãtur. &, Væ vobis ſcribæ & Phari
ſæi hypocritæ, qui diligitis primas cathedras
in Synagogis habere. &, Væ vobis qui iuſtifi
catis vos ipſos, deus autẽ cognoſcit corda ve
ſtra.

ſtra. propter quod & ficus dicti ſunt, habentes folia ſine fructu. Præterea cū dicitur Lucæ 11. quod intus eſt veſtri plenum eſt rapina & dolo, ait Theophy. Inſinuat duas affectiones quibus laborant Iudæi, auaritiā per rapinam intelligens, inuidiam autem & quæ ex inuidia proueniunt, per dolum. & Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos, cum de vitulo aureo eſſet locutus, ait. Vnde probatur eos ſemper idololatriæ crimine reos deſignatos, ex inſtrumento diuinarum ſcripturarū. De Romanis & Iudæis, inquit Hiero. Iſaiæ ca. 2. Nil Romanorum gente & Iudæorū auarius, vt Græcæ & Latinæ narrant hiſtoriæ. Et de Theſſalis. 1. ad Theſſ. 4. ait Theophy. Theſſali otioſi, curioſi, turbulentique ſunt, & laudātur quod diligant ſe inuicem. Hoc eſt, vt breuiter dicam, quoties in locum ſcripturæ incideris, in quo de moribus aliquorum agitur, ne ab ſcopo erres, cognoſcere prius oportet virtutes aut vitia illorum, ad quos ſermo diuinus dirigitur: nam omnia quæ illo in loco differuntur eo tendunt, vt aut laudent virtutes, aut increpent vitia, ac illis medicinam adhibeant, exempla innumera tu ex ſcripturis colliges. Vt Paulus ad Roma. ſcribens, fidem laudat, obedientiam prædicat, quæ fecit vt ſuperſtitione exuta, deum colerent. Facilitatem tribuit, & hæc in cauſa fuit, vt à pſeudo apoſtolis ad Iudaiſmum traherentur. Notat animi celſitudinem, atque ideo deterret eos à fauſtu & inſolentia, à luxu ad ſobrietatem allicit, à libidinibus ad caſtimoniam, à ferocitate ad tolerantiam, à bellis ad pacem. & 1. ad Corint. 1. inquit. Iudæi ſigna petunt, Græci autem ſapiētiam. & Matth. 12. Volumus à te ſignum videre. &, Generatio praua & adultera ſignum quærit.

REGVLA II.

Multa (inquit Hiero. Iere. 28.) dicuntur in ſcripturis, iuxta opinionem illius temporis, quo geſta referuntur, non iuxta quod rei veritas continebat. vt in Ieremia. Tulit Ananias propheta catenam de collo Ieremiæ. & erat pſeudopropheta. Denique & Ioſeph in euangelio, Pater domini vocatur, & ipſa Maria quæ ſciebat Dei ſpiritu cōcepiſſe, & reſpōderat angelo. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? loquitur ad filium. Fili quid feciſti nobis ſic? ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te. In libro quoq; aduerſus Heluidium, inquit. Opinionem vulgi, vt hiſtoriæ lex eſt, ſæpe exprimunt ſcripturæ. Vt, Ego & pater tuus dolentes, &c. Vocaturque Ioſeph pater, ad famam Mariæ conſeruandam. Aut vt ait Orige. homi. 1. diuerſorum locorum. Vir vocatur Ioſeph, ne aduerſus Mariam Iudæi ſæuirent eamque lapidarent. Adhuc Hiero. Matth. 14. ait. Conſuetudinis ſcripturarum eſt, vt opinionem multorum ſic narret hiſtoricus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Sic Herodes dicitur cōtriſtatus propter mortem Ioannis Baptiſtæ. Quia hoc diſcumbentes putabant. Diſsimulabat enim mentis ſuæ malitiam artifex homicida, cum triſtitiam in facie, & lętitiam haberet in mente. His conſimilia dicit Chryſoſt. exponens locum Ioannis. Inuenimus Ieſum filium Ioſeph. & Chriſtianus Druthmari Matth. 35. fol. 169. & Matth. 1. cum hæc verba exponit. Virum Mariæ, pene eadem verba ſcribit, quæ Hierony. Matth. 14. Lege S. Tho. 1. 2. quæſt. 98. art. 3. ad. 2. Præterea Hierony. Hoſeæ cap. 5. ait, ſcriptura non rarò iuxta vulgi opinionem loquitur. Vnde Hoſeas ait, Audite hoc ſacerdotes, non quòd ſacerdotes ſint de tribu Leui. Sed quòd ſacerdotes vocentur à populo. & vocātur ſacerdotes Baal. & prophetæ quadringenti quos interfecit Elias, & poſtea Iehu filius Nampſi præſente Ionadab filio Rechab appellati ſunt ſacerdotes. & Zachariæ. 5. cum propheta dixiſſet. Patres veſtri vbi ſunt & prophetæ? nunquid in ſempiternum viuent. inquit Hierony. Nunquam de ſanctis prophetis diceret. nunquid in ſempiternū viuent. loquitur ergo de pſeudoprophetis. & Theophy. Ioan. 4. Cùm dixiſſet Chriſtus, Vos adoratis quod neſcitis, nos autem quod ſcimus. ait, Seipſum annumerat Chriſtus Iudæis, eo quòd iuxta opinionem mulieris Samaritanæ loquitur. illa enim ſuſpicabatur Iudaicum prophetā eſſe. & propterea dicit. Nos adoramus. Ita quoq; Theodo. Hoſeæ capit. 4. Lege caput de prophetia circa principium, & Baſilium Pſalm. 48. ibi. Non videbit interitum, &c.

Luca. 1.

Huius regulæ frequentiſsima occurrunt exempla, ſed quia non parum difficultatis habent illarum nonnulla, pauliſper in illis recenſendis immorabor. ad hanc regulam reſpexiſſe videtur dominus Matth. 10. Qui recipit prophetam, falſum videlicet, in nomine prophetæ, ſcilicet veri, mercedem pro-

phetæ accipiet, ideſt tāto afficietur præmio, ac ſi verum prophetam hoſpitio ſuſcepiſſet. & qui recipit iuſtum, quem putat eſſe iuſtū, cùm non ſit, in nomine iuſti veri, mercedem accipiet, ac ſi virum ſanctum & inculpatum in domo ſua liberaliter tractaſſet. & Euchariſtia, panis vocatur, cum nō ſit, ſed fuerit panis ante cōſecrationem. & Moyſes Gen. 19. angelos ſubuertentes Sodomam ac cæteras quatuor vrbes, viros vocat. & Matth. 11. ait dominus. Cōfiteor tibi, ideſt gratias ago, vel laudo, pater domine cæli & terræ, ꝙ abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. ſapientes & prudentes vocat Scribas & Phariſæos, eo ꝙ ſibi ſapientiā arrogabant, cùm eſſent omnium hominum ſtultiſsimi. Paruulos vocat apoſtolos, quia iudicio Iudæorum omni ſapientia erant deſtituti. & Samaritanæ dixit dominus. Voca virum tuum. cum vir non eſſet ſed leno. & teſtimonium ferens de Ioanne Matth. 11. inquit. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, qui autem minor eſt, & deinde ſequitur. in regno cęlorum maior eſt illo. Hoc eſt Chriſtus, qui iudicio Phariſæorum ac populi vermis erat, nō homo, & abiectio plebis. in regno cælorum. in reſurrectione mortuorum, vel iudicio patris, maior eſt Ioanne. Hæc expoſitio vehemēter mihi placebat, quāuis in probato ſcriptore eam non inueneram. eſt tamen ex Chryſo. deſumpta hom. 38. in Matth. At Hiero. expoſitio, eum dicit Chriſtum nō eſſe natum è muliere, ſed è virgine, minus propria videtur. Nam Paul. inquit. Miſit deus filium ſuum natum è muliere, & dominus in cruce inquit, mulier ecce filius tuus. &, quid mihi & tibi mulier? Nam hoc nomen ad ſexum, non ad corruptionem integritatis refertur. Illa quoque Epipha. lib. 1. tom. 2. hære. 26. in ordine, ſimiliter non placet, eum ait, minor eſt Chriſtus, iuxta aduentum ipſius in carne, nam poſt Ioan. natiuitatem, ſex mēſibus elapſis ſaluator natus eſt. Item Ioan. 9. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vidēt, cæci fiant. & in Threnis, Vocaui amicos meos, & ipſi deceperūt me. & Ioan. 18. Non introierunt in prætorium, ne contaminarentur. intelligitur iuxta ſenſum Iudæorum, qui cum eſſent contaminatiſsimi omnium, illo ſcelere patrato, hoc tamen ſe fore contaminandos putabant, ſi in prętorio illo, ad quod perductus fuerat Chriſtus, intraſſent. Præterea Philipp. presbyter circa principium lib. 1. Iob. inquit. Scriptura amicos Iob. ex ſenſu ipſorum amicos appellat, ſcilicet hoc putantes eſſe quod non ſunt. Adhuc Matth. 5. dicitur. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, ideſt, qui neglexerit mandata mea quæ etſi maxima ſint, hominibus minima videntur, minimus vocabitur, ideſt excludetur à regno cælorum, minimus vocatur, quia minima, id eſt, maxima præcepta contempſit, at vero Mem, præpoſitionem, ideſt in, ex, de, ſignificationem habere negatiuam diximus libr. 8. circa finem. Nec me fugit Euthy. & Theophyla. dixiſſe, minima à Chriſto vocari præcepta euangelica, vt nos exemplo ſuo ab inſolentia dehortaretur & deterreret. Ad eundem ſenſum exponerem illud teſtimonium Ioan. capi. 5. Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimoniū meum non eſt verum. nempe iuxta opinionem quam de me vos Iudæi concepiſtis. Atque ita exponunt Theophyl. & Euthy. Alioqui ſibi ipſi Ioan. aduerſaretur, qui ait. Si ego teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meū verum eſt. Item Matth. 11. Iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. Vocat ſe Chriſtus ſapientiam, & filios ſapientiæ Phariſæos. q. d. ſtabilita & confirmata eſt à me ſapientia mea quam vos, qui ſapientes videmini, cùm nō ſitis, negligitis. Vocat ſilios eius, ſcilicet, ſapiētiæ pro hominibus ſapientibus, cùm ſint inſipientes. Vel vocat filios ſapientiæ apoſtolos. q. d. apoſtoli mei ſapienter iudicauerunt, veram eſſe iudicauerunt ſapientiam quam ego doceo, quam vos ſcribę damnatis. & Ezechie. 21. Perdam ex te iuſtum & impiū. Iuſtos vocat hypocritas, & iuxta poetā. Qui Curios ſimulāt, & bacchanalia viuūt. Alioqui iuſtum non perdet dn̄s cum impio, vt ipſe teſtatur cum Abraham loquens. & in Eccleſiaſte, eſt iuſtus q pereat iniuſtitia ſua. Non ꝙ iuſtus ſit, ſed ꝙ ſibi iuſtus eſſe videatur. Atque ita exponit Hiero. lib. 8. cōment. in Iſaiam ca. 26. & 1. Cor. 1. Stultam fecit mūdi ſapientiam, per prædicationis ſtultitiam. Mundi ſapientia ſtulta prorſus eſt. Stultitia prædicationis vocatur iuxta hominis exiſtimationem. Qua de re lege Diony. Areopa. lib. de diui. nomi. capit. 7. diuinitus de hac re diſſerentē. & Matth. 9. nō veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiā. Sic certè exponit Chriſti. Druth. Matth. 22. Et, nō eſt opus valentibus medicus, ſed malè habētibus.

vt co-

vt eodẽ loco idem author exponit, inquiẽs.
ſanos dicit ſcribas, non quod veraciter ſani
eſſent in anima, ſed quia ipſi ſe ſanos eſſe di-
cebant. Infirmi & malè habentes erant pu-
blicani, qui ſe peccatores fore fatebantur.

REGVLA III.

PRædicere ſolet dominus, Inquit Euche.
lib.2.in Gene.cap.31.ſine dubio futurũ
Gene.20. quod admonendo dicit. Sic dicitur ad
Abimelech. Ecce tu morte morieris. & tamẽ
mortuus non eſt, nec deus mentitus eſt. &
Theodore. in præfat. 12. prophetarum, ait.
Non eo deus pœnas minatur, vt ijs, quibus
minatur inferat, ſed vt metu perterrefactos,
ad reſipiſcentiam reuocet, & cum nequitia,
quam committunt eos liberauerit, eis ſalutẽ
afferat. non enim minatus fuiſſet, ſi punire
vellet. Cum ergo minationibus agit, oſten-
dit ſe ſeruare, nõ perdere velle, quocirca mit
tit ad decem tribus cum duabus pariter, Ho-
ſeam, vt prædicet ventura. tum etiam quæ à
Babylonijs pernicies eis ſit afferenda denũ-
tiet. & Hiero. Ezechi. ca.3. Comminatio, in-
quit, non in homines, ſed in peccata eſt, nec
in eos qui conuertũtur à vitijs, ſed qui in pec
cato permanent. Et Grego. lib. 16. moral. ca.
6. Deus plerũque mutat ſententiam, conſiliũ
nunquam. Atque ob hanc cauſam Hierony.
Daniel. 4. ait; Sententia Dei facilè mutatur
Ezechię regis exemplo, quem Iſaias dixerat
Iona.3. eſſe moriturum, & Niniuitarum, quibus di-
ctum eſt. Adhuc 40. dies & Niniue ſubuerte
De Ezech. tur. & tamen ad preces vrbis Niniue & Eze-
in pœmio. chiæ regis, dei ſententia cõmutata eſt, nõ va-
12.lib.mo- nitate iudicij, ſed eorum conuerſione qui me
ral. ruere indulgentiam. Alioqui & in Ieremia
Iere.1.18. loquitur deus ſe mala minari ſuper gentes,
& ſi bona fecerint, minas clementia cõmuta
re. Rurſum bona agenti ſe aſſerit polliceri, &
ſi mala fecerit, dicit ſe ſuam mutare ſenten-
tiam, non in homines, ſed in opera quæ mu-
tata ſunt. Neq; enim Deus hominibus, ſed vi
tijs iraſcitur, quæ cùm in homine nõ fuerint,
nequaquam punit quod mutatum eſt. & A-
mos.3. ait, Clemens & benignus Deus ſem-
per futura prænũtiat, ne cogatur inferre ſup
plicia. & Ierem.11. ait. Clementiſsimus deus
frequenter futura prædicit, vt tandem durus
animus ad credendum molliatur. Vide San.
Thom.2.2.q.171.arti.6.ad.2 Quanuis mihi
magis probatur ſententia Chryſoſt. ho.5. ad
populum Antiochenum. & authoris ſecun-
di operis titu. Chryſo. in Matth. hom. 2. quẽ
retulimus in cap. de prophetia. Lege quoq;
de hac materia Damaſce. in ſermone de de-
functis, qui cum hæc omnia dixiſſet, addit.
Ad Achab dixit dominus, inducam mala, &
non induxit, ſed dixit. Vide quomodo com
punctus eſt Achab. ideo non inducã in die-
bus ſuis mala. Et Hiero. Ezechi.33. & Chryſ.
ho.22. in Gen. & Origenẽ ho.1. in Iere. & 16.
Num. & iterum Chryſ. ſer.14. in epiſt. ad Ro
ma. & S. Thomam. 1. par. q.19. arti.7. ad.2.

REGVLA IIII.

REgula eſt ſcripturę ſacræ (autore Chry
ſo. ho.12. in Gen.) vt non vbiq; omnia
particulatim enarret, ſed cum genera-
liſsima, & ea quæ plurima complectuntur di
cere cœperit, relinquat ſequentia ſtudioſis
auribus conſideranda. Ecce liber Geneſeos,
vbi nos docuit diuina ſcriptura particulatim
formationem omnium, at poſt non omniũ
meminit. Sed inquit. Iſte eſt liber generatio-
nis cæli & terræ, quãdo facta ſunt in die quo
fecit dñs cælum & terrã. Vide quomodo to-
tum ſermonẽ ad cælum & terram conuertit,
in illis alia nobis contuẽda relinquens. Cum
ergo dicit cælũ & terrã, omnes ſimul creatu
ras cõprehendit, tã eas quæ in cælo, quã quę
in terra. Hęc regula detegit nobis artẽ quam
ſeruat ſcriptura, quando vult rem aliquam
contrahere, ac paucis verbis abſoluere, nem-
pè ꝙ tranſiliat quæ ſunt minoris momẽti, re
cenſitis maioribus, vt Ezechie. 6. Hæc dicit
dñs mõtibus & collibus, rupibus & vallibus,
& ſubdit. Diſperdã excelſa veſtra, omittens
colles & valles & Ruth 4. dicitur à Rachel &
Lia. 12. tribus deſcendiſſe, & omittũtur ancil
læ, nẽpe Bala & Zelpha, à quibus tribus tra-
hunt originẽ. & Dani.2, Vocãtur Arioli, Ma
gi & Chaldæi. & ſtatim loquitur tantum de
Chaldæis. & ad Epheſ. 5. enumerat Paulus
ſex vitia. Fornicatiõ & omnis immũditia, aut
auaritia, & turpitudo, ſtultiloquiũ, & ſcurri-
litas quæ ad rẽ nõ pertinent. & poſtea ad tria
redigit vitia, ſed principaliora, in his reliqua
intelligens. Hoc, inquit, ſitis intelligentes, ꝙ
omnis fornicator aut immũdus aut auarus,
qui eſt idolorũ ſeruitus, nõ habet hæredita-
tẽ in regno Chriſti, &, pro ideſt, dei. & Gene.
7. ex omnibus animãtibus mundis tolles ſe-
ptena ſeptena, maſculũ & fœminã. & mox

Digitized by Google

ſubdit. De animãtibus verò immundis duo, & duo maſculum & fœminã.& poſtea dicit. Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcã, omiſit igitur ſeptena ſeptena. Porrò Aug.q.8. in Gen.inquit, ꝙ duo refert ad numerũ non mundorum vel immundorum animaliũ, ſed ad maſculum & fœminam, quæ in omnibus duo ſunt, maſculus & fœmina.& Ioan.8.Nõne bene dicimus nos ꝙ Samaritanus es tu,& dæmoniũ habes?& reſpondit Ieſus. Ego dæmonium non habeo, ſed glorifico patrem meum. non conceſsit ſe eſſe Samaritanum, ſed vna re negata,vtranq; negauit: ſecũdum intentionem eorum qui exprobrabant. At Grego.aliter expoſuit homil.18.in Euangelia, cuius verba habentur in decreta. de præſumptionibus.capi.Nonne. Duo Chriſto illata fuerunt, vnum negauit, alterum tacendo conceſsit.& Hiero. A ſellæ in fine ſecundi to. Dæmonium renuens, Samaritem ſe non negauit, quia quem nos cuſtodem, Hebræi Samaritem vocant.& Gene.14.Non accipiã ex omnibus quæ tua ſunt, exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorũ qui venerunt mecum, Aner, Eſchol & Mambre, iſti accipiẽt partes ſuas.In enarrationibus generationũ crebra inueniunt huiuſmodi exẽpla. Attamẽ vt melius res intelligi poſsit, ſit.

Locus Ioã. expoſit⁹.& text.de præſumptionibus. in Decreta.

REGVLA V.

Mat.16.

FRequenti eſt in vſu, autore Euthy. Marci 48.apud Euangeliſtas, per perſonam quæ inſignior eſt, eam etiam intelligere, quæ minus nota eſt. Veluti apud Marcum. Cũm reſurrexiſſet primo mane ſabbatorum, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Inſignior autem erat Magdalene, ſi quidem apparuit primùm non ſoli Magdalenæ,ſed etiam alteri Mariæ Iacobi,& Ioſe, veluti narrauit Mat. Dicendum ergo eſt, quòd per Magdalenen alteram quoq; ſignificauit. Cum illo ſentire videtur Hiero.q.4.ad Hedibiam.Item Theophyl.Ioan.1.cùm dicitur.Erat Andreas frater Simonis vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, ait. Quidam dicunt eſſe Ioannẽ qui hæc ſcripſit. Nonnulli aiunt ꝙ non fuerit aliquis ex nobilioribus.propterea nulla vtilitas fuerat ſcire nomen. Cæterùm Andreæ mentionem facit,quia & inſignior erat, & adducebat ſuum fratrem. Hiero. quoq; Dani.11. ait.Hæc conſuetudo eſt ſcripturæ ſacræ non vniuerſa narrare, ſed ea quæ maiora videtur exponere. Vnde Danie.11.dicitur.Ecce tres Reges adhuc in Perſide erunt,& quartus ditabitur opibus multis ſuper omnes, & cũ inualuerit diuitijs ſuis concitabit omnes aduerſus regnũ Græciæ. Quatuor reges poſt Cyrum dicit in Perſide reſurrecturos, & multis in medio trãſilitis repentè venit ad Alexandrum Macedonum regem. & capit. 5. comment. eiuſdem prophetæ, Fecit, inquit Daniel,Balthaſar grande conuiuiũ. Subdit Hierony. Sciendum eſt nõ hunc eſſe filium Nabuchodonoſor, vt vulgò legentes arbitrantur. Sed iuxta Beroſum & Ioſephũ, poſt Nabuchodonoſor qui regnauit annis. 43. ſucceſsiſſe in regnum eius, filium eius qui vocatur Euilmerodach,& poſt mortem eius,in regnũ patris ſucceſsit filius eius Neglefar. poſt quem rurſum filius eius Laboſordach, quo mortuo Balthaſar filius eius regnum tenuerit. Hi igitr reges omiſsi ſunt à Daniele poſt hiſtoriam Nabuchodonoſor.

Quia res hæc ſcitu eſt dignißima, vt alias ſoleo, multis exemplis regulam locupletari, non omittã. Primo. Gene.27. Curre ad oues, & accipe duos hœdos. Simul enim paſcebantur oues & hœdi, ſed q apotiores ſunt oues, earum nomine caprinum pecus complexus eſt. Et hanc fortè ob cauſam à Matthæo omiſſæ ſunt quatuor generationes. de quibus Hiero. Matth.1.ait. In quarto regum volumine legimus de Ioram, Ochoziam fuiſſe generatũ, quo mortuo Ioſabeth filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ tulit Ioas filium fratris ſui,& eum internecioni quæ exercebat ab Athalia ſubtraxit. Cui ſucceſsit in regnum filius eius Amaſias, poſt quẽ regnauit filius eius Azarias, qui appellat & Ozias, cui ſucceſsit Ioathã filius eius. cernis ꝙ ſecundum fidem hiſtoriæ, tres reges Matth. prætermiſerit, Iorã quippe non genuit Oziam, ſed Ochoziam & reliquos quos enumerauimus. Sed de his cũ agebamus de generatione Chriſti diſſeruimus. At verò quia multũ vtilitatis affert hæc regula ad diſſonantiam euangeliſtarum conſopiendam, afferam ex euãgelijs aliqua exẽpla. Fortè hanc ob cauſam Lucas orationem dominicã adeò cõtraxit, quia quæ præcipua erant illi narrare viſum eſt, cum Matth. antea ipſam abſoluerit pleniſsimè. Deinde Marcus ca.10.ait egredientibus Chriſto & diſcipulis è Iericho, filius Timæi Bartimæus cæcus ſedebat iuxta viam. & Matth. capit. 20.

duos

duos recenſet cæcos. Certè quia Bartimæus
erat inſignior eius nomen poſitum fuit. vt &
Theoph. Matt. 20. ait. Et ob eandem cauſam
Chriſtianus Druth. Matth. 23. Nomen Iairi
quod à Matth. omiſſum fuit, ab alijs euange-
liſtis exprimitur, quia magiſter & homo no-
bilis erat. Item cùm dicitur Matth. 9. cũ veniſ
ſet ad vlteriorem ripã in regione Gergeſano
rum occurrunt ei duo dæmoniaci, ait Theo-
phy. quamuis tam Mar. quam Lucas vnum
dicant habentem legionem. Attu intellige
quòd vnus ex his duobus fuerit fortè inſi-
gnior. Adhuc Abraham cùm loquitur cum
illis Angelis, aliquando ad vnum, aliquando
ad plures ſermonem dirigit. Et Sodoma dici
tur euerſa, aliquando Sodoma & Gomorra,
cum ex Deut. cap. 29. conſtet, quinque vrbes
Gene. 8. fuiſſe deletas. & Gene. 8. cap. dicitur, Recor-
datus eſt Dominus Noe & cunctorum ani-
mantiũ. Sub Noë nomine intelliguntur octo
animæ quæ in arca erant. Et eodem modo in
telligendus eſt catalogus ille regum qui fue-
runt in Edom, in Gene. Alioqui in tanto tem
poris interuallo tam pauci non fuiſſent nu-
merati. Atque ita intellexiſſe videtur hunc
locum Euche. libro. 3. in Geneſ. cap. 15. Deni
que, vt ait Auguſt. lib. 1. quæſt. in Gene. 107
cùm in Gene. 34. legitur Symeon & Leui Sy
chimitas interfeciſſe, intelligit, ſecum multã
familiarium & fratrum habuiſſe ſocietatem.
Vt tamen quam latè pateat hæc regula,
quæ de figura Synecdoche appellari poteſt,
percipiatur, duabus regulis explicanda à no
bis erit.

REGVLA VI.

SAcra ſcriptura, authore Theophy. Ioan.
1. plerumque, à parte totum nominat,
vt commemoratura totum hominem, à
Gene. 18. parte, animam ipſum nominat. Vt omnis
anima, quæ non circunciditur, occidatur.
Ecce anima pro eo quod eſt omnis homo. Et
iterum à carne nominat totum, vt quãdo di-
cit, & videbit omnis caro ſalutare Dei. Dice-
re enim, volens omnẽ hominẽ, carnis nomi-
ne vſus eſt. Sic & Ioan. pro eo quod eſt. Ver-
bũ homo factũ eſt. Dixit. Verbũ caro factũ
eſt. A parte totũ hominẽ nominãs, ex anima
& corpore cõſtitutũ. Et Orige. li. 9. cõment.
Epiſt. ad Rom. c. 13. ait. Homo interdum per
animam, interdum per carnem, interdũ per
ſpiritũ nominatur. Cùm à parte meliori no-
minatur ſpiritus dicitur, eo quòd ſpiritualis
intelligi debet. Quãdo ab inferiori, anima, cũ
vero à deteriori, caro dicitur. Ambro. quoq;
ca. 3. cõment. epiſt. ad Roma. ait. Caro homi
nẽ ſignificat. Vt, videbit omnis caro ſalutare
Dei, ideſt, Omnis homo Chriſtũ, in quo ſalus Iſa. 40.
omniũ continetur. & Paulus. Non iuſtifica- Rom. 3.
bitur in conſpectu eius omnis caro. Ideo in
carne ſignificatur, quia peccatis obnoxij
ſunt. Sicut enim iuſtitia facit ſpirituales, ita &
delicta carnales, vt ex actu nomẽ accipiat ho
mo. Hactenus ille. exemplum eſt optimum
Gene. 37. ait Ioſeph. vidi per ſomnium, quaſi
ſolem & lunã & ſtellas vndecim adorantes
me, ideſt, patrem & matrem & vndecim fra-
tres. nõ tamen adorauit eum mater in Aegy
pto, ſed in viro, qui eſt caput, mulier intelligi
tur, quia de viro aſſumpta eſt. & 1. Corin. 10.
patres noſtri mare tranſierũt. & intelligit quod
matres & pueri mare tranſierint. & ad Rom.
13. omnis anima poteſtatibus ſublimioribus
ſubdita ſit. & ca. 2. Nõ iuſtificabitur ex operi
bus legis omnis caro. & Ioã. 17. Dediſti ei po
teſtatẽ omnis carnis. & Pſal. 1. Beatus vir qui
nõ abijt in conſilium impiorum. quò in loco
iuxta Ambro. Baſilium, & Euthy. ſub maſcu
lina voce fœmina comprehenditur, vt totũ
ſub parte. Nam ſecundum Apoſtolum mu-
lieris caput eſt vir. coniunguntur autem ca-
piti cætera membra corporis. & quibus com
munis eſt humanitas, ijs etiam opera com-
munia ſunt, & præmia. Itẽ ad Gal. 5. ait Apo
ſtolus. Manifeſta ſunt opera carnis. hoc eſt
hominis opera, ſiue carnalia, ſiue ſpiritualia.
vt inuidiæ, ſectæ, fornicatio, immunditia. &
alibi. Datus eſt mihi ſtimulus carnis, ideſt, ho
minis iniqui perſecutio. qui ea quæ ego ędifi
co, ipſi deſtruunt ac diſsipant. & cùm ait Pau
lus in calce epiſto. ad Phile. Gratia Chriſti ſit
cũ ſpiritu veſtro. ait Hier. Sicut à meliore par
te hominis, nẽpe capite numeratur populus
Iſrael, dicẽte ſcriptura, ſecũdũ capita eorum,
ita in omni parte ſanctorũ eſt gratia Chriſti,
ſed à meliore parte, ideſt. ſpiritu, per ſynecdo
chẽ de toto homine dicitur. Cùm autẽ in ſpi
ritu gratia fuerit, totum hominem facit ſpiri
tualẽ, vt & caro ſpiritui ſeruiat, & anima non
vincatur à carne, & redacta in ſubſtantiã ſpi-
ritualẽ adhæreat domino. quia qui adhæret
domino, vnus ſpiritus eſt cum eo. Deniq; Lu
cæ. 6. Licet animã ſaluã facere, ideſt, hominẽ,
an perdere? De vſu ſynecdoches in ſcripturis.
Lege Euthy. Pſalm. 36. & Auguſt. tract. 105.

ſuper Ioan. & In libro de Anima & origine eius. capit. 17. & Damaſce. libr. 3. fidei orthodo.capit. 18.& Chryſoſto. homil. 65. in Gene.& Auguſti. lib. 83.q.q. 80.

REGVLA VII.

SÆpè ſcriptura ſacra, teſte Grego. 3. moral.cap. 10. totum pro parte, & pro toto partem ponere cõſueuit. Pro toto enim partem loquitur, ſicut Iacob familiã deſcribens, inquit. *Gene.46.* Intrauit Iacob in Ægyptũ cum animabus. 70. qui nimirum cùm animas cõmemorat, conſtat, quia intrantium & corpora comprehendit. Rurſum totum pro parte inſinuat, ſicut ad monumentum Maria queritur dicens. *Ioan.20.* Tulerunt dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum. Solum quippe corpus domini quæſitura venerat, & quaſi totum ſimul dominum ſublatũ deplorat. & de ſocijs Iob vtrum continuis ſeptem diebus, aut noctibus totidem inſtantia ei crebræ viſitationes adhæſerint ignoramus. ſæpè enim rem quãlibet tot diebus agere dicimus, quamuis non eiſdem diebus ad eam continue vacemus. & homi. 25. in euangel. his ſimilia ſcribit. Præterea Baſil. hom. 2. Exaeme. ait, Hanc conſuetudinem inuenies in tota ſcriptura obſeruatam, nimirũ in metiendo tempore, dies ſolere numerari, non item cum diebus noctes. *Et Ambroſ. libr. 1.* Dies annorũ meorũ, dicit Dauid. & Iacob. *Gene.49.* Dies vitæ meæ parui & mali. & rurſus. omnes dies vitæ meæ. De hac re lege capit. de ſignis vniuerſalibus. oportet nõnulla adhibere exempla vt perſpicuitati ſeruiamus. Pars pro toto ponitur. Gene. 49. vocat Iacob filios vt eis benedicat, cum tamen nonnulli maledicantur ac diris deuoueantur. & Exod. 34. Deos conflatiles ne feceritis. i. nullos deos facietis. &, Panem nõ comedit & aquam non bibit. i. nullũ cibũ guſtauit. & in Gene. recenſentur filij Iacob, & filiarum non meminit, dempta Dina, quia aliquid dignũ cõmemoratu de illa dicturus erat. Alioqui mulieres à cenſu populi dei reijci ſolẽt. & iubet deus in ſignum fœderis maſculos circuncidi, cum fœminæ à teſtamẽto non excludantur. & Matth. 8. Multi venient ab oriente & occidẽte, & recũbent cũ Abraham. in illis duabus cæli plagis, reliquas volens intelligi. Ad hunc quoq; modũ intelligendi ſunt euangeliſtæ. vt Matth, ca. 20. Tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandũ & crucifigendũ, & tertia die reſurget. &, ſicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, &c. & alibi. poſt tres dies reſurgam. Qua de re Hiero. Ionæ ca. 2. inquit. *Quomodo Chriſtus duo in ſepulchro.* Quomodo Chriſtus fuit in corde terræ tres dies & tres noctes. Quidã παρασκευὴν quando ſole fugiente ab hora ſexta vſq; ad horam nonã, nox ſucceſsit diei, in duos dies ac duas noctes diuidunt, & apponentes ſabbatũ, tres dies & tres noctes exiſtimant ſupputandas. Nos ſynecdochicôs συνεκδοχικῶς totum intelligamus à parte, vt ex eo quod Ἐν παρασκευῇ mortuus eſt, vnam diem ſupputamus & noctem, & ſabbati alteram, tertiam verò noctem, quæ diei dominicæ mancipatur, referamus ad exordiũ diei alterius. *Dies incipit à nocte vt ex ca. 1. Gene. conſtat.* Nam & in Gene. nox non præcedentis diei eſt, ſed ſequentis. ideſt principium futuri, nõ finis præteriti. Hoc vt intelligi poſsit dicam ſimplicius. Finge aliquem hora nona egreſſum eſſe de mãſione, & alterius diei hora tertia ad manſionẽ alteram peruenisse; ſi dixero eum bidui fecisse iter, non ſtatim reprehendar mendacij, quia ille qui ambulauit, nõ omnes horas vtriuſq; diei, ſed quandam partẽ in itinere cõſumpſit. Certè hæc mihi videtur interpretatio vera. Si quis autẽ iſtam nõ recipit & meliori ſenſu poteſt huius loci exponere ſacramentum, illius magis ſequenda eſt ſententia. Haud diſsimilia his tradit Auguſti. lib. q. euange. q. 7. & libr. 4. de Trini. ca. 6. & Theophy. Matth. 12. & S. Tho. 3. par. q. 53. arti. 2. & q. 51. arti. 4. & Durand. lib. 3. ſenten. q. 5. diſt. 22. At verò quod Matth. 27. dicitur, Quod Iudæi dixerũt, recordati ſumus ꝙ impoſtor ille dixit adhuc viuens. Poſt tres dies reſurgã. Aut ab ipſis confictum eſt, quia dominus tantum dixit, tertio die reſurgam. Aut poſt capitur pro in, vt in fine lib. 8. Hypoty. harum diximus. vt Iere. 2. Ambulauerunt poſt vanitates. Ex hac quoque regula intelligitur illud teſtimonium Matth. quod vix à doctis intelligitur. *Locus Matthæi ca. 28. expoſitus.* Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati. Primùm. Veſpera in ſcripturis capitur pro nocte, vt mane pro die per Synecdochẽ pars pro toto accipitur. vt Gene. 1. Factum eſt veſpera & mane dies vnus. i. primus. Quia ex die ac nocte dies naturalis conſtatur. & Pſalm. 29. Ad veſperã demorabitur fletus, & in matutino lætitia. i. ærumnæ veſtræ nõ ẽrunt diuturnę. Deinde ſabbatum erat dies ſolẽnis apud Hebræos, quod per totum anni circulũ per ſingulas

gulas hebdomadas inſigne religione celebra
batur. At verò reliquos ſex dies hebdomadę
ad hunc modum ſupputabant Iudæi. Prima
ſabbati, ideſt prima dies à. 1. poſt ſabbatum.
hoc eſt dies dominicus. Secūda ſabbati ideſt,
ſecunda dies poſt ſabbatum. hoc eſt dies lu-
næ, & ſic deinceps donec ad diem veneris
peruenies. Præterea ſabbatum ſignificat to-
tam hebdomadam, hoc eſt ſeptem dies ſolē-
nitatis paſchalis. In prima ſignificatione ca-
pitur primo loco, in ſecunda. in ſecundo lo-
co quaſi. d. prima die hebdomadæ ad auro-
ram, ideſt, in nocte ſabbati quæ propinqua
eſt diei dominicæ aduentanti, venerunt ſan
ctæ mulieres ad monumentum. Alij legunt
veſpere ſabbatorum. & ſignificat vniuer-
ſos illos dies ſolennitatis cum azymos pa-
nes comedebant. nam vnuſquiſque dies il
lorum ſabbatum erat. & ſic intelliges nomen
ſab batorum eſſe nomen pluralis numeri po
ſitum pro vno ex pluribus. vt ſepultus eſt in
vrbibus Galaad, ideſt, in vna vrbe. Nonnihil
etiā de hac re afferemus, cum Regulas, quas
Augu. lib. 3. de doctr. Chriſti. colligit ex Ty-
conio recenſebimus.

REGVLA VIII.

SCripturæ mos eſt, authore Auguſt, epiſ.
59. ita loqui de parte tanquam de toto,
ſicut Corinthios apoſtolus in primis epi
ſtolæ ſuæ partibus, ita laudat tanquam om-
nes tales ſint, cùm eſſent laudabiles quidam
illorum tantum & poſtea in nonnullis epi-
ſtolæ ipſius locis, ita reprehendit, tanquam
omnes culpabiles eſſent, propter eos qui tā-
les erant. Iſtam diuinarum ſcripturarum cō-
ſuetudinem per omne corpus literarum eius
creberrimè ſparſam, quiſquis diligēter aduer
tit, multa diſſoluet quæ inter ſe videntur eſſe
cōtraria. & Gloſſa ordinaria quā vocāt, Mat.
20. Mos, inquit, diuinæ ſcripturæ eſt, vt cùm
de multis in collectione agat, quędam tamē
quibuſdam de illa collectione. non toti colle
ctioni tribuat, vt Pſalm. 104. Eduxit eos in
argēto & auro. & iterum, adduxit eos in mō
tem ſanctificationis ſuæ, montem quē acqui
ſiuit dextera eius. Cùm tamē illi qui de Ægy
pto exierunt, omnes præter Caleb & Ioſue.
propter incredulitatē ſuam in deſerto perie-
runt, quorum filij, in mōtem ſanctificationis
inducti ſunt. & ſic apud Matth. dicitur. Acci
pientes murmurabant aduerſum patrem fa-
milias. cùm non omnes murmurarent. Vide
Regulas peculiares Paulo.

REGVLA IX.

NOn expreſſo vno ſexu, inquit Au-
guſt. lib. 2. quæſt. in Exod. quæſt. 72.
vterque videtur ſonare communiter.
Vt nō mœchaberis. Tamē vbi vnus exprimi
tur, honoratior vtique exprimitur, id eſt ma
ſculus. Vt ex hoc intelligat fœmina quid ſi-
bi præceptum ſit. Vt homo de domo Iſrael *Leuit. 17.*
qui obtulerit ſacrificium. Et honora patrem.
& beatus vir qui non abijt in conſilio impio
rum. Et lib. quæſt. ſuper. Leuit. quæſt. 49. ait.
ſolet ſcriptura maſculinum ſexum, pro quo-
libet ponere, ſicut de Abraham dictum eſt. *Gene. 23.*
Surrexit à mortuo. cum vxor eius mortua
eſſet. & in concione. 5. Pſal. 118. ait. Plerum-
que in ſcripturis ita ponitur, vt à ſexu hono-
ratiori vtrumque ſexum intelligamus mo-
do locutionis, quo ſignificatur à parte to-
tum. vt beatus vir. neque enim fœmina non
beata. & Exo. 13. omne aperiens vuluam a-
ſini, id eſt aſinæ. Hanc regulam pluries incul
cat in libr. Locut. in Gene. & Exod. ab illo
petes exempla, quæ à nobis ſunt prætermiſ-
ſa. Præterea Chryſ. hom. 66. in Gene. ait. Per
petuus ſcripturæ mos eſt, à magis principali
totum ſignificare. Vt quādo Ioſeph narrauit
viſionem, inquit Iacob. Nunquid egò & ma- *Gene. 37.*
ter tua veniemus & adorabimus te ſuper ter-
ram? Solus tamen pater adorauit eum in Æ-
gypto, vt ſcriptura inquit. Adorauit Iſrael fa
ſtigium virgæ eius. Quoniam igitur caput
mulieris, vir (erunt, inquit, duo in carnem
vnam) cum adorauit caput, ideſt, vir, manife-
ſtum eſt, quod totū corpus hac rōne attigit.
Multo enim magis illa, niſi ex hac vita prære
pta fuiſſet. hoc feciſſet. Hæc ille. Aliquando,
inquit Aug. lib. 3. Locut. in Leui. Scripturam
non reſpicit ad nomen cuius ſit generis, ſed
potiùs ad id quod nomen ſignificare volu t.
Veluti in Leui. Si ſacerdos poſſederit animā
emptā pecunia, hic edet de panibus eius. non
dixit hæc edet, cùm animam dixerit. & Pſal.
3. Multi dicūt animę meæ, non eſt ſalus ipſi,
ſcilicet, Dauid. & Phothius ad Epheſios, ideſt
cùm inquit Paulus. ſignati eſtis ſpiritu pro-
miſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis
noſtræ. qui non refert ſpiritum ſanctum, ſed
Deum. Nam nonnunquam nomina referun
tur ad ſignificationem, non ad nomina ipſa.
REGV-

Digitized by Google

REGVLA X.

Mos diuinæ ſcripturæ eſt, vt genus pro ſpecie.& è contra,accipiat.& ſic totum à parte, & è contra. Gene. 6. Delebo hominem quem creaui.per quem intelligit reptilia & volatilia. Vnde ſubdit. ab homine vſque ad animantia,à reptili vſq; ad volucres cæli. Leui.20. Qui dederit de ſemine ſuo Moloch,ideſt,idolo ſic nũcupato,per quod intelligit omnia idola. & Eccleſiaſtes 1. Non eſt omne nouũ ſub ſole.i.ſub cælo, à parte totum, nihil eſt nouum. & Leuit. 19. Ephi iuſtus erit,& Hin. per has menſuras reliquas oẽs intelligit.& Exod.24. Nõ coques hœdum in lacte matris ſuæ.per quem intelligit & alia animalia.& Amos 9.ſuper contritionem Ioſeph.i. Iſrael. & genus pro ſpecie, vt voces pro tonitruis.&, herbã agri percuſſit grando,id eſt,quod creſcit in agris. & è cõtra ebrietas pro luxu ſic inuenimus nomina alicuius fluminis ꝓ quolibet flumine.& nomẽ vnius venti pro quolibet vento. & vnius mõtis pro quolibet monte.& Iſaiæ 25.Triturabit Moab ſub eo. Moab pro quocunq; hoſte.& cap. 1.principes Sodomorũ.i.ſcelerati.

REGVLA XI.

Aliquando in ſcriptura, inquit Hiero. Matth.26. mutata re priſtinũ nomen permanet. Veluti in euangelio, vocatur Simon leproſus, non quia tunc leproſus fuerit,ſed quia ante leproſus, tamen iam à ſaluatore mũdatus erat. & in catalogo apoſtolorũ cum priſtino vitio & officio Matthæus publicanus appellatur, qui certè publicanus eſſe deſierat. Et Chryſ.ho.24.in Marcum cũ hæc exempla adduxiſſet,ſubiunxit. Nomen priſtinũ remanet,vt virtus appareat ſaluatoris, vt Maria Magdalene, à qua Chriſtus eiecerat ſeptem dæmonia. Præterea Matth.27. cum dicitur. Multa corpora ſanctorum reſurrexerunt, & venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerũt multis, ait Hiero. Sancta ciuitas vocatur Ieruſalem in euangelio,etiã poſt Chriſti mortem. Tamen nihil minus quàm ſancta erat. Appellabatur ſancta ꝓpter templum, & ſancta ſanctorũ, ob diſtinctionem aliarum vrbium in quibus idola colebantur. Adhæc in epiſt. ad Ruſinum de iudicio Salomonis inter duas meretrices,ait. Iuxta typicum intellectum duæ meretrices ſunt eccleſia & ſynagoga. Quòd autem adulterę & meretrices ſynagoga & eccleſia dicantur in ſcripturis,nulla dubitatio eſt, & hoc prima fronte videtur eſſe blaſphemum. Cæterùm ſi recurramus ad prophetas, Hoſeæ ſcilicet qui accepit vxorem fornicariam, & generat filios fornicationum, & deinde adulteram. Et ad Ezechiel, qui Ieruſalem meretricem arguit, quòd ſecuta ſit amatores ſuos, & diuaricauerit omni tranſeunti pedes, lupanarq; in loco celebri extruxerit, animaduertemus Chriſtum,idcirco veniſſe vt meretrices donaret matrimonio, & de duobus gregibus vnum ouile faceret,medioq; pariete deſtructo, in eaſdem caulas, oues prius morbidas congregaret. Hæ ſunt duæ virgæ quæ iunguntur in Ezechiele. De quibus per Zachariam dominus refert. Et aſſumpſi mihi duas virgas,vnam vocaui decorem,alteram vocaui funiculos & paui gregem. Mulier quoq; illa meretrix in euangelio, quæ pedes Ieſu lachrymis lauat, crine detergit, & cui peccata omnia dimittuntur, manifeſtè pingit eccleſiam de gentibus congregatam. Hęc idcirco replicaui,ne cui videatur incongruum, ſi ſynagoga & eccleſia meretrices dicantur, quarũ vna Salomonis iudicio filij poſſeſsione donata eſt. Prudens quæret auditor,quomodo meretrix ſit eccleſia, quæ non habet maculã neq; rugam? Non dicimus eccleſiã permanſiſſe meretricem,ſed fuiſſe. Hęc cùm dixiſſet Hiero. iterum replicat exempla quæ prius à nobis allata ſunt. Præterea in commenta. in Iob titulo Hiero.ca.38.dicit. Mos ſanctę ſcripturæ eſt huiuſmodi, vt priſtina culparũ nomina in ſanctis frequẽter recenſeat. ſicut ait dominus per Iſaiam. benedicent me beſtiæ *Iſaie.43.* agri, & dracones & ſtruthiones. ideſt gentiles,qui ante vt iumenta erant,nunc tamen iumenta & ſtruthiones eſſe deſierunt.& Matthæus vocatur publicanus.& Philip. presbyter totidem verbis refert eandem ſentẽtiam. & Orige. ho. 1. in Ioſue ait. Raab illa mere- *Ioſue.2.* trix,hoc eſt eccleſia, quæ ab Ieſu miſſos exploratores ſuſcepit,propterea ſuſcepit, ne vltra ſit meretrix. Lege Hierony. q.8. ad Hedibiam.& Auguſti. in comment. Pſal.73.

Ex hac regula,ni fallor, facilè intelligit̃ illud quod in Exodo ca.7. legimus. Virga Aaron deuorauit ſerpentes,id eſt, ſerpens quæ parum ante virga erat, cæteras ſerpentes deuorauit.& Gene.34. Dina iam oppreſſa virgo vocatur.& in nouo inſtrumento Euchariſtia panis vocatur, cùm panis nõ ſit, vt Lutherani

Digitized by Google

therani arbitrantur, ſed verum Chriſti corpus. Sed ideo vocatur panis, quia ante ineffabilia conſecrationis verba, panis erat. & in euangelio legimus, cæci vident, claudi ambulant. cùm nec cæci videre, quandiu cęci ſunt, nec loripedes recto ingredi pede poſsint. Sed ſignificare voluit, quod qui anteà cæci erant, nunc vident &c. Et Hoſeæ præcipit Dominus, vt ducat vxorem meretricē. Non quod meretrix permanſerit cùm prophetæ coniūcta fuit, ſed quòd ante cōnubiū in proſtibulo diuerſaretur. Ac præcipit illi Dominus vt faciat filios fornicationum. id eſt, ex vxore illa quæ plures olim exercuerat fornicationes. Sed poſt nuptias nunquā violauerat thorū coniugale. Coniugiū hoc ſignificauit excellentē ac heroicam prophetæ virtutem, qui ſibi meretricē copulare voluit, vt à ſcelere inueterato eam abduceret. Quandoquidem effręnis libido connubialibus pedicis colliganda eſt. Nec opus eſt diſpenſationem admittere, aut à lege ſoluere ipſum prophetam vt ſcholaſtici fecerunt. vt S. Tho. 1.2. q. 100. Art. 8. &. 2.2. q. 154. Art. 2. Atteſtat Theodoretus Hoſeæ. 1. capi. Hac phraſi externi etiam vtūtur ſcriptores, vt Terētius in Eunucho. Act. 4. ſcena. 3. dicit enim de Virgine oppreſſa. Virgo lachrymat.

REGVLA XII.

Mat. 19. MVlta in ſcriptura dicuntur (vt inquit Auguſt. in lib. de ſcriptu. & litera. capit. 1.) poſſe fieri, quorum deeſt exemplum. Nam tranſire camelum per foramē acus, Dominus dixit eſſe poſsibile, tamē nunquam factum eſt. Legas duodecim millia legionū angelorum, pro Chriſto nepateretur pugnare potuiſſe, neque tamen factū. Legas fieri potuiſſe, vt ſemel gentes exterminarentur, à terra quæ debebatur filijs Iſraël, Deū tamē paulatim fieri voluiſſe, Sic homo poteſt eſſe abſq; peccato ſi volūtas eius non deſit, ope diuina auxiliāte, ſed tamen præter vnū in quo omnes viuificabūtur, neminē fuiſſe vel fore, in quo hic viuente eſſet iſta perfectio. Et alia ſexcēta poſſunt occurrere, quę fieri vel potuiſſe, vel poſſe fateamur, & eorū tamen exempla, quod facta ſint, proferre nequeamus. Vnde non ideo negare debemus, fieri poſſe, vt homo ſine peccato ſit, quia nullus eſt hominum, præter illum, qui non tantum homo, ſed etiā natura Deus eſt, in quo id perfectum eſſe demonſtrare poſsimus. & cap. trigeſi. quarto, inquit. His addi poſſunt illa quæ leguntur in libro ſapientiæ. cap. 16. quod multa poſſet noua tormēta Deus exercere in impios, ad nutum ſibi ſeruiente creatura, quæ tamē non exercuit. Poteſt de monte illo, quē fides in mare tranferet, quod nunquam factum, vel legimus, vel audiuimus, Mat. 17.

Quem ſenſum habeat iuxta Aug. locus ille Mat. c. 17. ſi habueritis fidem ſicut granū ſinàpis, dicetis monti huic tranſi & tranſibit, ex poſtremis eius, huius regulæ verbis, conſtitit. Verum iuxta Hiero. ſententiam, per montem diabolus eſt intelligēdus, qui à corporibus hominū expellitur ac fugatur à ſanctis viris. At diuus Eucherius in Parenetico, affirmat quod Grego. Neocæſarieſis qui vocatus fuit θαυματουργός, id eſt mirabilium patrator, hoc fecit, non dicturus vtique niſi in aliquo probato authore legiſſet. Illius hæc ſunt verba, Gregorius è Ponto ſacerdos, philoſophia prius apud mundum & eloquentia præſtans, ſed poſtea maior præſtantiorque virtutibus, adeo vt ſicut de hoc hiſtoriæ noſtræ fides loquitur, inter reliqua admirabiliū ſigna meritorum, precibus huius mons referatur ſeceſsiſſe, lacus exaruiſſe. Et Suidas in dictione ἀγαπητὸς, ait. ἀγαπητὸς ἐπίσκοπος συνάδων ὃν ἐν ἐπαίνῳ πολλῷ τίθεται εὐσέβιος ὁ παμφίλου καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίων μνήμην ποιεῖται ὀρῶν μεταστάσεις καὶ ποταμῶν καὶ νεκρῶν ἐγέρσεις. Hoc eſt. Agapetus epiſcopus Synadon, quem vehementer laudat Euſebius, referens ingentia miracula ab ipſo eſſe patrata, videlicet quòd montes & flumina è proprijs locis ab ipſo dimota & aliò tranſlata ſint. Nec ab his diſsidet Theophy. Mat. 17. quamuis hiſtoriam nullam de hac re ſe legiſſe fateatur. ait enim. Vbi montes tranſtulerunt apoſtoli? nuſquam quidem ſcriptum eſt. Veruntamē veriſimile eſt quod tranſtulerint, etiam ſi nō ſit ſcriptum. non enim omnia ſcripta ſunt. Atq; illi ſuffragatur Euthy. Hæc Regula magnum habet momentum pro diſputationibus theologicis. Locus Mat. 17. expoſitus.

REGVLA XIII.

QVia, vt inquit Chryſoſto. homil. 2. in Matth. incredibilia erant quæ proponebantur futura, etiam nominum præceſſerunt figuræ, vt porrò antè omnis

Digitized by Google

Ieſus filius Nau. nis ex inuidia nouitatis tumultus oriturus extingueretur. Ieſus nanque dicitur ille qui poſt Moyſen populum in terram promiſſionis induxit. hic verò reduxit in cælum,& ea quæ ſunt in cælis bona: ille poſtquam Moyſes mortuus eſt, iſte poſtquam lex data per Moyſen ceſſauit. Ille ducis dignitate pollens,iſte vero regis maieſtate præfulgens. *Ieſus ſacerdos magnus.* Hactenus ille. Ieſus ſacerdos magnus erat Chriſti figura. ſecundum quidem id quod pontifex erat,portabat cognominis eius Ieſus typum qui interpretatur deo ſalus,ideſt. domini ſalus. & eſt filius Ioſedec, quod & ipſum in linguam noſtram vertitur deus Iuſtus.Et verè Ieſus magnus ſacerdos, cui omnes dei antiſtites comparati,parui ſunt & nihil.ſi enim iſte magnus dicitur ſacerdos, vtique ad diſtinctionem eorum dicitur qui minores ſunt. Lege Hierony. Zachariæ capi. 3. & quæ ſcripſi in capit. de citationibus,& allegorijs.

REGVLA XIIII.

IN his quæ ad mores attinent, ex his quæ confinia ſunt, & conſimilem habent ſpeciem,ſimilia licet colligere. Nam quemadmodum idem pharmacum ad morbum fugandum vtile,cum vim illius medicus diſcit, ad omnes illi finitimos morbos accommodat. Sic ſententia communis quæ ad plures ſimiles ſe poteſt protendere, non eſt deſpicienda. Sed dum vni negotio propriè congruit, ad ſimilia & cognata traducenda eſt. Vnde docens Origenes nos modum quo ſcripturam fœcundam efficiamus,inquit tra*Matth. 23* cta.23.in Matth. Secundum ea quæ ſcripta ſunt,debemus & ea quæ ſcripta non ſunt tractare, ſcriptum eſt enim propter eſurientes, & ſitientes dominum dixiſſe,eſurij & ſitij,& propter nudos & peregrinos, & ægrotantes & in carcere poſitos nudus fui, & hoſpes fui, & in carcere fui, & infirmus fui. ſecundum conſequentiã ſimilitudinis addamus & nos, Iniurias paſſus ſum, cæcus ſum,tentatus ſum &c.& ſicut in illis quæ ſcripta ſunt verus eſt ſermo domini dicentis. Quandiu vni ex minimis feciſtis,mihi feciſtis. Sic cùm iniuriam paſſus fuerit iuſtus,vel blaſphematus,vel tale aliquid paſſus, crede Chriſtum in eos qui fecerunt dicentem. Quando vni ex minimis iſtis feciſtis iniuriam, me tentaſtis, me blaſphemaſtis.Et Auguſtin. lib. de fide & operibus.capi. 13. ait. Aliquando aliquod præceptum ſine alio,ſiue illud,ſiue illud, pro plena doctrina inuenitur ſcriptura commemorare. Veluti dilectio Dei, non poteſt eſſe in homine qui non diligit proximum, nec dilectio proximi in eo qui non diligit deum, tamen alterum ſine altero ponit. Vt intelligamus alterum ſine altero eſſe non poſſe. Quia & qui credit deo, debet facere quod præcipit deus,& qui propterea facit quia præcipit deus,neceſſe eſt vt credat Deo. & Hierony. Sophoniæ. 1. cùm dicitur. Diſperierunt omnes inuoluti argento. ait, Non exiſtimãdum eſt eos ſolos periſſe qui argento erecti ſunt, ſed iuxta hanc diffinitionem peribit & ille qui in generis nobilitate ſe iactat. Qui gloriatur in dignitatibus, peribit. qui inflatur, peribit. qui in fortitudine corporis gloriatur, peribit. peribit qui in fœmineo langore mollitus comam nutrit, vellit pilos, cutem polit, & ad ſpeculum comitur, quæ propriè paſsio & inſania fœminarum eſt. Denique quod inquit Cicero lib. 1. officiorum hoc in loco quadrare poteſt. omnia, inquit, communia hominum videntur ea quæ ſunt generis eius, quod ab Ennio poſitum in vna re transferri per multas poteſt.

Homo qui erranti comiter monſtrat viam
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit,
Nihilominus ipſi lucet, cum illi accenderit.

Vna ex re ſatis præcipit, vt quicquid ſine detrimento poſsit commodari,id tribuatur vel ignoto.

Vt res fiat manifeſtior & planior, nonnulla exempla adhibenda ſunt. v. g. Lucæ. 11. *Lucæ locus.* Quod ſupereſt date eleemoſynam,ideſt,vos eſtis omni ſcelere pleni,nunc agite pœnitentiam, & bonis operibus iniqua opera compenſate, & ſic omni ſcelere eritis puri. eleemoſynam pro quolibet opere bono poſuit. Nam vna virtus pro omnibus ſimul ponitur, & vnicum vitium pro cunctis ſceleribus ponitur, vt Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum & pauperem.& Dani.4. Conſilium meum placeat regi. peccata tua eleemoſynis redime. Nunquid fornicarius, & impurus dum modo largiatur eleemoſynam expers erit iniquitatis? minimè. & 1. Corint. 8. Non alligabis os boui trituranti, nunquid eſt deo cura de bobus? minimè: loquitur ergo de hominibus. & dolus pro quolibet peccato. vt in Pſalm. Non deficit de plateis eius viura & dolus,& in cuius ſpiritu non eſt inuentus do

Digitized by Google

lus.& ſic intelligendus eſt textus ille de conſtitutionibus in decreta. Tranſlato. Ex hac eadem Regula poſſunt ſolui omnia teſtimonia hæreticorum contra eccleſiam allata, quibus aſtruere nituntur fidem ſolam ad ſalutem ſufficere. Cùm ſub nomine fidei omnes ſimul virtutes intelligantur. Illorum hæc ſunt teſtimonia. iuſtus ex fide viuit. Io. 3. Qui credit in filium Dei non videbit mortem. & Gene. 13. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ecce ergo ex noſtra Regula, fides bonis operibus deſtituta, non poteſt hominem ad fœlicitatem perducere. vt dicit Augu. in lib. de fide & operibus. Deinde ſi quæras an vſus ſit Chriſtus verbis, aquam in vinum conuertendo. Affirmabo vſum fuiſſe verbis, vt in aliquibus miraculis, aut oratione, vt in alijs.

Lutheranorum hæreſis.

REGVLA XV.

De ſenſibus corporis.

CVm ſint, (authore Aug. epiſt. ad Paulinam. ca. 2) quinq; ſenſus corporis, cernendi, audiendi, olfaciendi, guſtandi, tangendi. Viſus quidem in eis præcipuè oculis attributus eſt. veruntamen hoc verbo vtimur in cæteris. Non enim tantùm dicimus. Vide quid luceat. Sed vide qd ſonet. vide quid oleat. vide quid ſapiat. Hactenus ille. Exẽpla ſiut hæc. Exo. 20. omnis populus videbat vocem, & lampades, & vocem tubæ. & Gene. 42. Cùm vidiſſet Iacob quia ſunt eſcæ in Ægypto. vnde vtique abſens erat. &. 27. Vide odorem filii mi, eſt ſicut odor agri pleni. & ſic omnes ſenſus confunduntur, & vnus pro alio ponitur. vt Pſal. 33. Guſtate & videte quàm ſuauis eſt dominus. & Io. 6. Videns Ieſus cogitationes. i. intelligens. & Iob. 6. an palatum meum non intelliget afflictiones. id eſt: an nõ inferent mihi dolorem flagella?

Vulgata. Ecce odor filij mei eſt ſicut odor agri pleni

REGVLA XVI.

SOlet ſcriptura (authore Euthy. Pſal. 43.) iuxta vulgi conſuetudinem quando aliquod factum narrat, vt certiores ſimus, ſenſus ipſos aſſumere in teſtes. Vt viderunt oculi noſtri, & manus noſtræ contrectauerũt de verbo vitæ. &, Auribus noſtris audiuimus. Hæc ille. Et Baſilius in præfa. in Iſaiam. Exempla affatim ſuppeditabit ſcriptura. vt, Viſio Iſaiæ filij Amos. & capit. 6. Vidi dominum ſedentem ſupra ſolium excelſum & eleuatũ. vocat viſionem prophetiam propter rei certitudinem. Alioqui Deum nemo vidit vnquã, dum vixit. & Lucæ. 20. Niſi miſero manus in fixuras clauorum, non credam. Denique cũ legimus. oſtende nobis patrem. oſtenſio iſta intelligendi potius eſt demonſtratio, quam videndi. nam ſequitur. ſufficit nobis. Atque ita exponit Hilarius libro. 7. de Trinitate. Hinc aperire oculos, (iuxta Auguſt. lib. 1. Locu. in Gene. circa principium) in ſcripturis tunc dicimur, quando aliquid clarè cognoſcimus, quod ante ignorabamus. Sic ſcriptum eſt de Adam & Eua, aperti ſunt oculi eorum. Cum abſurde credatur eos in paradiſo cæcos, vel oculis clauſis prius oberraſſe. Hac etiam locutione ſcriptum eſt de Agar. Aperuit oculos ſuos & vidit puteum. Neque enim clauſis oculis prius ſedebat. Et quod in fractione panis, aperti ſunt oculi eorum, qui cognouerunt Dominum poſt reſurrectionem. Neque enim per viam, cum illo clauſis oculis ambulabant. Ita quoque dicit lib. 11. in Gene. ad lite. c. 31. & Orige. ho. 17. Nume. Et hęc annotanda ſunt, vt intelligas rectè S. Thomæ arg. 9. Art. 2. quæſt. 164. 2. 2. Partis. Deinde aduerte ex Ambr. Lucæ. 1. capit. Quòd ſunt quædam peculiaria verba in ſacris literis, quibus vtuntur ad aliquid propriè ſignificandum. Sic angelus apparuiſſe dicitur Zachariæ, qui eum repente conſpexit. & hoc ſpecialiter aut de angelis, aut de Deo ſcriptura diuina tenere conſueuit, vt quod non poteſt videri, apparere dicatur. Sic enim habes. Apparuit Deus Abrahę ad Ilicem Mambre. Nam qui ante non præſentitur, ſed repẽtino videtur aſpectu, apparere memoratur. Non enim, ſimiliter ſenſibilia videntur, & is cuius in voluntate ſitum eſt videri, & cuius naturæ eſt non videri, voluntatis videri. Nam ſi non vult, non videtur, ſi vult videtur. Apparuit Deus Abrahæ, quia voluit, alij quia non voluit, non apparuit. Viſus eſt etiã & Stephano cum lapidaretur à populo aperiri cælum. Viſus eſt & Ieſus ſtans ad dexteram Dei, & non eſt viſus à populo. Vidit Iſaias & Dominum Sabaoth. Sed alius videre non potuit, Deſumpſitque hæc Ambro. ex Orige. in eodem loco. & Augu. epiſt. 112. ad Paulinam, recitat Ambroſij verba. Præterea aduerte ex Euthy. Pſal. 18. Quod cum dicitur in ſcripturis, manifeſtauit, apparuit. & viſus eſt, & ſimilia, oſtenditur, quod iuxta naturam incorruptibilitatis corporis, inuiſibilis erat corruptibilibus

1. Ioan. 1.

Aperire oculos quid

Gene. 3.

Gene. 21.

Luc. 24.

Apparuit angelus q.d ſignificet.

Gene. 18.

Actu. 7.

bilibus oculis, verum demittendo ſe,& diſpẽſatoriè,manifeſtabatur.Porrò quia iſtæ apparitiones angelorum, aliquando ſunt bonorũ, aliquando malorum,oportet ſigno aliquo dato, oſtendere quomodo ſeparari poſsint inter ſe.Qua de re hæc ſcribit Theophy.Lucæ. 1.Si mens,inquit,primum turbatur,& ſtatim timor ſoluitur,& iterum quieſcit, re vera diuina viſio eſt.Si autem timor aut turbatio, magis, ac magis creſcat, dæmoniaca viſio eſt,& Hieronymi.Matthæ.28.in veteri & nouo teſtamento hoc ſemper obſeruandum eſt quid quando auguſtior aliqua apparuit viſio,primum timor pellitur,vt ſic mente placata poſſint quæ dicuntur audiri, ideo dominus poſt reſurrectionem dixit mulieribus. Nolite timere,& in princip.Lucæ in viſione Zacha. idem oſtenditur,lege Andream.cap. 2. comment. Apocal.

REGVLA. XVII.

IVxta myſteria ſcripturarum,(authore Hieron.Iſaiæ.1.c.)non primogeniti accipiunt hæreditatem,quibus ex lege Numer.3.data debetur. Sed ſecundi filij. Primogenitus fuit *Gene.35.* Cain,ſed Habel munera Deo placuerunt.Primogenitus Ruben, ſed tamen benedictio ſeminis Chriſti transfertur ad Iudam.Ita Iudæi iuxta vocationis ordinem primi fuerũt. Nos ſecundi,Dei appellamur filij. Et in comment. Iere.c.31.inquit. Ephraim in typo eſſe populi de gentibus congregati, ſcriptura teſtatur. *Gene.48.* Fuit enim poſterior filius Ioſeph,& ſurripuit primogenita Manaſſes, qui natura primitiu' erat.Sed in myſterio crucis decuſſatis manibus, qui ſtabat ad ſiniſtram Iacob, dextræ manus eius ſuſcepit benedictionem. Et qui ſteterat ad dexteram, ſiniſtra benedictus, in *Geneſ.27* ſecundum redactus eſt gradum. Et quomodo Iacob Eſau, ſic Ephraim Manaſſe rapuit primogenita.Hactenus ille.Decuſſatis manibus, inquit Hierony.Decuſſare eſt per medium ſecare,veluti ſi duæ Regulæ concurrãt ad ſpeciem literæ.χ. quæ figura crucis eſt. *De cruce Chriſti.* Sic Iacob vertit manum dexteram ad ſiniſtram, vt benediceret Ephraim, & figuram effecit crucis, quæ Chriſti ſignificabat paſſionem. Vnde Damaſcenus lib.4.ca.12.cum mira de cruce tractaſſet, addit. Iacob alternatis cancellatiſque manibus filios Ioſeph benedicens,ſignum crucis manifeſtiſsime deſcripſit.Sed de illa lege Iuſti.in Tryphone.pa.66, & Cantacuzenum Apolo.2.verſus finem, & Prudentium in hymno Epipha. & Apolo. 3. Verum his dimiſsis ad inſtitutum noſtrum reuertamur.Origenes quoque homil.3. Numer.ait.Leuitæ aſſumuntur pro primogenitis, cum vtique non ſint primogeniti. Leui enim tertius naſcitur ex Lia.Primus namque eſt Ruben. Secundus Symeon. Tertius Leui.& aſſumuntur in primogenitos ij, qui natura non ſunt primogeniti. Certè illud docet nos, quod apud Deum non illi primogeniti habeantur, qui corporea natiuitate præcedunt, ſed ij quos propoſito mentis inſpecto, Deus ipſe in ordinem primitiuorum iudicat aſſumendos.Sic apud Deum,Iacob poſterior natu primogenitus iudicatus eſt,& be- *Gene.26.* nedictiones primogeniti, procurata diuinitus parentis cæcitate ſuſcepit. Filij ergo Leui primogeniti quidem non ſunt ſecundum carnem, ſed pro primogenitis aſſumuntur, vt ſit amplius aliquid pro primogenito aſſumi, quàm primogenitum naſci. Igitur recenſeamus attentius quomodo diſtribuuntur. 12. tribus,per ternas quatuor partes,& per ſingulas quatuor cæli plagas certa ſtatione conſidunt,& inueniemus Iudam quidem ab oriente ſtatui cum Iſachar & Zabulon. Ruben vero ab occidente cum Simeon & Gad. In meridie Ephraim cum Beniamin & Manaſſe. In Aquilone vero Dan cum Nephtali & Aſer. Et in his omnibus quaſi per quatuor terræ cardines in circuitu collocatis,in medio eorũ, vt pote Deo proximi circa ipſum tabernaculum,Dei cõſtituuntur Leuitę.In caſtris quidẽ Iuda quæ ſunt ab oriente, Moyſes & Aaron. In caſtris vero Ruben,Gerſom. In caſtris autem Beniamin, Caath. Vbi vero Dan caſtra conſtituit,Merari collocatur. Et in medio filiorum Iſrael filij Leui. Hæc omnia ad quatuor hominum gradus facile aptari poſſunt, ex ſententia Pauli ad Hebr.12.Acceſsiſtis ad montem Sion & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtem, & multitudinem angelorum collaudantium, & eccleſiam primitiuorum ſcriptam in cælis. Item Abraham minimus ex filijs Thare eligitur, reliqui reprobãtur. Nam etſi primo loco ſoleat poni,cum numerantur filij Thare, propter eius excellentiam priorem locum obtinet inter fratres, non propter naſcendi ordinem,& Dauid minimus inter fratres eligitur à domino. Nonnulli primogeniti non ſunt ab hæreditate depulſi. Nam Sem primus filius Noe electus fuit

Digitized by Google

fuit à domino. Non ignoro tamen aliquibus viſum fuiſſe, poſtremum filium Noë fuiſſe.

REGVLA XVIII.

SÆpenumero, inquit Euthy. Pſalm. 7. cauſata cauſarum nominibus appellamus. Vt. Nequando rapiat vt leo animam meam, ideſt, vitam. Quemadmodum & Dominus, pax dicitur, & iuſtitia, & vita, & alia huiuſmodi, quia pacis & vitæ & iuſtitiæ author eſt. Hac etiam ratione Dæmon, peccatũ, perditio. & mors appellatur, veluti illorũ cauſa. Ita quoque Oecume. ad Roma. 10. & in Epiſt. Iudæ. ca. 3.

REGVLA XIX.

FRequenter ipſa opera membrorum, (inquit Orige. tract. 5. in Matth.) pro membris in ſcriptura ponuntur. Quale eſt illud. Tuli manus meas ad mandata tua. non ipſas manus, ſed opera manuum tollimus ad mandata Dei, quando facimus opera digna Deo. & in alio loco. Ad te leuaui oculos meos non oculos iſtos, ſed mentem, quem per oculos videt. Item, conuerti pedes meos ad teſtimonia tua. Non pedes, ſed motus animæ conuertuntur ad teſtimonia Dei, quando cœperimus velle conuerſari ſecundum Deum. Sic actus animæ peccans, manus intelligitur, inceſſus animæ peccans, pes, viſus animæ peccans, oculos, quos oportet præcidere ſi ſcandalum faciant. Clarius tranſtuliſſet interpres Origenis, ſi dixiſſet. Per membra ſolet ſcriptura, opera membrorum intelligere. Vel à membro opus ſolet oſtẽdere ſcriptura. Vt digitus Dei eſt hic. & Iob. Manus Domini tetigit me. & Pſal. 48. Iniquitas calcanei circundedit me. & reſpexit Dominus Petrum. hoc eſt miſertus eſt. Sicut vice verſa Iob. 7. oculi tui in me, & non ero, ideſt, ſi in me iratus fueris, peribo.

REGVLA XX.

VBI ſine epitaſi, (inquit author comment. in Iob titu. Hiero. capit. 39.) aliquod nomen ponitur in ſcripturis, vt mons tantum, & non additur ei, vt dicatur mons Sion, aut mõs corruptus, mõs pinguis. non ab re exiſtimo, quin expoſitio de eadem re, in vtramque partem, bonam ſcilicet & malam, ſit libera. Vbi vero cum epitaſi. vt leo de tribu Iuda, aut ſedet in inſidijs ſicut leo. ibi aut Chriſtus ſine vlla cunctatione intelligitur, aut diabolus aduerſarius noſter. Nec ab eo diſſentit Philip. presbyter, eodem in loco. Sic dicitur populus acquiſitionis, aut Dei, & populus Gomorræ, domus Dei, domus confuſionis. Vir Belial, vir deſideriorum & Hiero. eodem lib. capit. 38. ait. Montem ſecundum conſuetudinem ſcripturæ dicimus dominum noſtrum, & diabolum ſimiliter appellamus. Petram quoque & lapidem, arborem etiam & gladium dicimus. vt Matthæ. 17. Diceris huic arbori eradicare & mitte te in mare. Ita & coruum. nam & ſponſa eccleſia, inter cætera præconia laudis, de Chriſto ita ait in Canti. canticorum. Crines eius *Cantic. 5.*
vt abietis, nigri ſicut coruus. Sed quando diabolo corui nomen aptamus, dicimus eum nigrum crinibus atque tetrum, vt qui tenebris nequitiarum commoretur. Quando vero eo nomine ſaluatorem ſignificari dicimus, myſteriorum arcanis eum in ſcripturis ſuis obſcuriſsimum eſſe ſentimus. Et cũ ſciamus Diabolum in ſcripturis ſerpentẽ nominari, quis auderet de domino ita credere, niſi ipſe in ſe ſerpentis ſimilitudinem proprijs verbis expreſsiſſet, dicens. Sicut Moyſes exaltauit ſer- *Ioan. 3.*
pentem in deſerto, ita oportet exaltari filium hominis. Et diſcipulos tales eſſe monuit, dicẽs Eſtote aſtuti ſicut ſerpẽtes. Serpens, ideſt. Diabolus maledictus à Deo eſt, eo quod Euam ſe- *Deut. 21.*
duxit aſtutia. & Chriſtus maledictus dicitur, quia maledictus omnis qui pendet in ligno. Maledictum quippe hominis in ſe ſuſcipiendo, ideſt eã, quę ex ſententia Dei venerat mortem, vt maledictum ſuſpendit in ligno, & inde eſt quod pro nobis factus eſt maledictum. *Galat. 6.*
De his latius diſputauimus, cum de nominibus quæ in bonam, aut malam, aut in vtramque partem accipiuntur.

REGVLA XXI.

SOlent imagines, (authore Auguſt. lib. 2. ad Simplicianum quęſt. 3.) rerum earum nominibus appellari, quarum ſunt imagines. ſicut omnia quę fingũtur, aut pinguntur ex aliqua parte materiæ, metalli aut ligni, vel cuiuſcunq; rei aptæ ad opera huiuſmodi, quę etiã videntur in ſomnis, & omnes ferè imagines earum rerũ quarũ imagines ſunt, appellari nominibus ſolent. Sic cũ intuemur tabulã depictam aut parietem, dicimus ille Cicero eſt. il-

le Hector, illa Roma. & vidi in ſomnis Auguſtinum, ideſt, imaginem Auguſtini cum nihil aliud ſint quàm pictæ imagines. Vnde intelligimus in libris Regum, non verè Samuel à Phitoniſſa eſſe excitatum, ſed phâtaſma eius, & Cherubin cum ſint cæleſtes poteſtates, fictæ tamen ex metallo, quod imperauit Deus ſuper arcam teſtamenti, non aliud quàm Cherubin, illæ quoq; effigies vocantur.

Geneſ. 41.

Et Pharao dixit ſe vidiſſe in ſomnis ſpicas & boues, non ſpicarum aut boum imagines. Hæc eadem repetit in.q. Ad Dulcitium.q.6.& li.12.in Gen. c.4.& li.2.de mirabilibus ſcripturæ.c.11. Deniq; li.3.contra duas epiſto. Pelagianorum.c.6.hac regula poſita, addit. Vt ipſam ſimilitudinem carnis peccati voluit apoſtolus ad Roma.7.appellare peccatum, cum dixit In ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum. De peccato, ideſt, de ſimilitudine peccati.

Moyſes & Paulus an Deum viderint.

Ex hac regula colligo, nec Moyſen nec Paulum Deum vidiſſe dum vixerunt, ſed eius tantum ſimilitudinē, vt inquit Eucherius in.q.in Gen.& S.Tho.1.2.q.98.artic.3.ad.2. Quamuis in prima parte.q.12.art.10.contrarium tenuerit. Verum de hac re ſupra lib.2. à nobis ſufficienter diſputatum eſt, & eodem

Iſaia.6.

modo intelligendum eſt quod dicit Iſaias. Vidi dominum ſedētem ſupra ſolium excelſum & eleuatum.

Samuel an ſuſcitatus à Phithoniſſa.

Vltimo ex eadē poſſet colligi regula quod non apparuit Sauli, verus Samuel, ſed eius ſimilitudo aut ſimulacrum. Ita quoque dicit Auguſt.in locis à me citatis, & 2.lib. de doct. Chriſtia.cap.23, & Hierony. Matth.6. verſus finem, inquit. Et in Samuelis Phâtaſmate phythoniſſa loquitur ad Saulem, cras eris mecum

1.Reg. 28.

& Ezech. 13. loquēs de pſeudoprophetiſſis, ait, Has dicunt Hebræi maleficis artibus eruditas, per necromantias & pythicum ſpiritū, qualis fuit illa quæ viſa eſt ſuſcitaſſe animam Samuelis, & in comment. Iſaiæ.cap.7.in expoſitione huius loci, & adiecit dominus loqui ad Achaz.ait. Plerique putant Saulem ſignum accepiſſe de terra, & de profundo inferni, quādo Samuelem per incantationes & artes magicas viſus eſt ſuſcitaſſe. Præterea Auguſti. lib.de cura pro mortuis agenda.cap.15.contrariam videtur tenere ſententiam cum ait. Samuel defunctus, viuo Sauli futura prædixit. Quanuis nonnulli, non ipſum fuiſſe qui potuiſſet magicis artibus euocari, ſed aliquē ſpiritum, tam malis operibus cōgruentem, illius exiſtiment ſimilitudinem figuraſſe. Deinde videtur propriam ſententiam & eccleſiaſtici explicare, inquiens. Cum liber Eccleſiaſticus

Eccleſ.46.

contineat, quod Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed quid de Moyſe dicturi ſumus qui in Deuter. mortuus, & in Euangelio cum Elia, qui mortuus non eſt, legitur apparuiſſe viuentibus? & Eucherius lib.1.Reg.cap.29. A nobis ſtat. Quāuis in.q.in.lib.Regum. ſub dubio relinquat quæſtionem, inquiens. Aut falſam vmbram diabolus oſtendit. Aut ſi fuit vera, tantum ei licuiſſe credendum eſt, quâtum à domino permittente conceſſum eſt. Nec mirum pro arcanis cauſis diabolo iſta permitti, cum & Saluatorem conſtituerit in pinnam templi, & Iob petierit, acceperitq; tentandū. Igitur Auguſt. aliàs conſtanter tenet per illuſionem dæmonis fuiſſe factam illam apparitionē, vt in lib.q. vete.& no.teſta. inquit. Porrò hoc fuit præſtigium Satanæ, quo vt plurimos fallat, etiam bonos in poteſtate ſe habere confingit. Nam iuxta apoſtolum. Ipſe Sata-

2.Cor. 11.

nas transfigurat ſe in angelum lucis. Vt enim errorem faceret in quo & ipſe gloriaretur, in habitu viri iuſti ſe ſubornauit, & S. Thom.1. parte.quæſt.89.articu.8.ad.2.ait. Dici poteſt de Samuele quod ipſe apparuit per reuelationem diuinam, iuxta illud Eccleſia.46.dormiuit & notum fecit regi finem vitæ ſuæ, vel illa apparitio fuit procurata per dæmones, ſi tamen Eccleſiaſtici authoritas recipiatur. &. 2. 2.quæſt.174.arti.5.ait. Si voluntate Dei ipſa anima Samuelis Sauli euentum belli prænunciauit, Deo ſibi in limbo hoc reuelante pertinet ad prophetiam. Aut non fuit anima Samuelis, ſed dæmon ex perſona eius loquens, quoniam ſapiens Samuelem nominat, ſecundum opinionem Saulis & adſtantium qui ita opinabantur. Vide Lyram.1.Reg.ca.28. Qui ſententiam Auguſt.in lib. De cura pro mortuis agenda tenuit, propter ſententiam ſapiētis in Eccleſ. ſed ex Regula facile ſoluitur. Aut ex Regula.2.ſupra explicata à nobis. At vero cum liber eccleſiaſticus ſit canonicus non videtur vera dicta ſententia quæ negat verum Samuelem apparuiſſe Sauli.

REGVLA XXII.

EX ea parte, (Inquit Hieronym. ad Galat. 3.) vnuſquiſque in ſcriptura appellatur quam vel maxime habet, hęc ille, vt.v.g. Iob à patientia laudatur, ſufferentiam, inquit, Iob audiſtis, & finē eius in domino, non quod

reliquis

reliquis careat virtutibus, nam omoes ſunt cõnexæ & cõcatenatę, ſed quod in hac reliquos ſanctos ſuperare viſus ſit, vel quod in vna virtute omnes ſimul iotelligantur, vt regula. 14. diximus. Laudatur quoq; Abraham fides & Petri, & Iohãnis Euãgeliſtæ puritas, propter virginitatem. Imo non ſolum virgo, ſed maritus fuit. quem Dominus à nuptijs ad apoſtolatus perfectiſsimum ſtatum allexit, vt inquit Hiero. lib. 1. contra Iouini. Laudatur quoque in Moyſe manſuetudo, vnde Nume. 12. dicitur. Moyſes erat mitiſsimus omnium hominum qui morabantur io terra. & Eliæ zelus & Simonis Zelotis, qui à zelo quoque oomẽ traxit. In Dauid etiam mãſuetudo erga Saul, Abſolon, Semei. vt Pſalm. 105. Memento domine Dauid & omnis mãſuetudiois eius. & ad eundem modum vniuerſi ſancti, licet omoibus eſſent virtutibus præditi, in vna tamen emlnere viſi ſunt. Ab hac Regula, aut potius à ſeipſo, videtur diſsidere Hiero. in comment. epiſt. ad Epheſ. c. 1. verſus finẽ, inquiẽs. Nunc Deus per partes eſt in ſingulis, io alio iuſtitia, in alio caſtitas, in alio temperaotia, in alio ſapientia, in alio fortitudo, & difficile eſt etiam in ſaoctis viris & perfectis omnes pariter eſſe virtutes. Attamen ipſe Hiero. in lib. Manſiooum. manſi. 38. contrarium affirmat, ioquiens. Non vni virtuti ſemper daoda eſt opera, ſed ſicut ſcriptum eſt. Ibunt de virtute in virtutem, de alia trãſeundum eſt ad aliam, quia hærent ſibi, & inter ſe ita nexæ, vt qui vna caruerit, omnibus careat. & in conſolatione ſuper obitu Paulinę vxoris ad Pammachiũ ait. Quatuor virtutes ſcribunt Stoici, ita ſibi inuicem nexas, & mutuò cohærentes, vt qui voam non habuerit, omnibus careat, prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam. & in comment. Ezechi. ca. 1. Ambr. quoq; eidẽ ſubſcribit ſententiæ. lib. 1. offic. cap. 25. & 27. & li. 2. ca. 9. & lib. 5. comment. in Lucam ca. 6. De ſermone Ieſu. &c. ait. Connexæ igitur ſibi ſunt concatenatæque virtutes, vt qui vnam habeat, plures habere videatur. & ſanctis vna competit virtus, ſed eius quæ fuerit vberior, vberius eſt præmium. Item Grego. lib. 21. mora. capit. 3. & in prooemio. 22. lib. mora. eidem ſuffragatur ſententiæ. Verũ hęc repugnantia quæ ex verbis Hiero. oriri videtur, ſoluitur ab eodem li. 1. contra Pelagi. Nunquid, inquit, qui vnam virtutem habet, omnes habet? Reſpondet qui vnam habet virtutem omnes habet, participatione non, proprietate. neceſſe eſt enim vt ſinguli excellaot in quibuſdam.

Gene. 15. Roma. 4. Matth. 16 Io. è nuptijs ad Apoſtolatum vocatus eſt.

4. Reg. 1. Luca. 6. & Actu. 1.

Pſalm. 83

Stoici.

Virtutes cõnexæ ac concatenatæ.

REGVLA XXIII.

DOminus, vt inquit Theophyla. Matthæ. 2. vnumquenque hominem familiari ſigno, aut re attrahit. Sic Petrum piſcatorem à multitudine piſcium ſtupefactus attractus eſt. & Magos per ſtellam adduxit. quia illi multum aſtris tribuebaot. & quia Iudæi prophetis fidem adhibebant, & prodigijs commouebantur, harum rerum illecebra pellexit eos. Ita quoque dicit Lucæ. 5. capit. Huncin modum alliciebat populum Iſraeliticum, promittendo illis bona terrena. quia de terra erant & de terra loquebaotur, & nil diuioum ſapiebant. & Paulus Iudæis fiebat Iudæus, & Gentilibus gentilis, vt vtroſque lucrifaceret, & in eccleſiæ ſagenam pertraheret. Lege Sanct. Thomã. 3. Parte. quæſ. 36. Arti. 5.

Luca. 5. Matth. 2.

1. Cor. 9.

REGVLA XXIIII.

FVit ſaluatori noſtro cooſuetudo, (vt author eſt Cyrillus. libr. 4. ſuper. Ioh. verſus finem,) parua cauſa data, multa vtiliter audientibus dicere. Hactenus ille. Hoc eſt quod Paulus præcipit, prædica importunè & opportunè. vt apud Athenienſes in Areopago, ſumpta occaſione ex inſcriptione Arę ignotorum deorum, Aſiæ, Africæ, & Europæ multa de Chriſto vtiliter docuit. Sed de hac materia fuſeà nobis diſputatum eſt in. c. de citationibus.

2. Timo. 4. Actu. 17.

REGVLA XXV.

SOlet Chriſtus, (vt ſcriptum inuenimus in ſecundo opere titulo Chryſt. in Matthæ. hom. 33.) plerumque quando de myſterio alicuius rei eſt locuturus, ante introducere corporaliter facientem idipſum. vt ex eo occaſionem inueniens, tam corporalem narrationem myſterijs, quam rei propoſitum exequatur. Vt cum de compeſcenda iactantia Phariſæorum apud Lucam capit. 14. locuturus eſſet, introducit primò hydropicum & eum ſanauit, vt in corporali tumore hydropici, iactantiæ Phariſæorum præpingeretur inflatio. & apud eundem Lucam, ex lotione vrceorum docet im-

Digitized by Google

munditiam Phariſæorũ & ſordes, quæ eluen-
Matth. 15. dæ erant. Sic Matth. cap. 19. & 20. cum, de re
& Mar. 7. futatione Iudæorum & electione gentium,
myſterium pandere voluiſſet, ex eo verbo
quod dicit ad Petrum, omnis qui reliquerit
patrem aut matrem, &c. vſque ad parabolam
ſubſequentem, de mercenarijs conductis in
vineam, hora prima, tertia, ſexta, nona, vnde-
cima, quomodo gentes præponendæ erant
Iudæis volens oſtendere, introduxit adoleſ-
centem quendam ſe efferentem & leuem, &
amantem amplius bona ſua carnalia, quàm
cæleſtia Chriſti promiſſa. Vt paſsione corpo-
ralis adoleſcentis iſtius, Iudaici populi ſpirita-
lis paſsio demonſtraretur, propter quam
Chriſto non credidit. Id eſt propter placen-
tia ſibi, nempe propter iactantiam vanam,
propter quæſtus, quos capiebat ex lege, man
ſit in lege. Propterea quæcunque dicuntur de
adoleſcente iſto, ſic ſunt accipienda, quaſi de
populo Iudaico dicta. Iudaicus ergo populus
erat adoleſcens, non ætate, ſed leuitate, mori-
bus immaturus, non annis. Ambroſ. quoque
lib. 9. epiſt. epiſt. 76. ait. Chriſtus plerumq; ſe
cundum qualitates locorum in quibus doce-
Iohan. 10. bat famulos ſuos, diſputationes dirigere dig-
natus eſt. Vt in porticu Salomonis, hoc eſt ſa
Iohan. 8. pientis, deambulans, loquebatur. Ego & pater
vnum ſumus, & in templo Dei dicebat. Mea
doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui me miſit. Iu
dicium quoq; adulteræ in templo poſitus ex
ercet. Sic enim ait ſcriptura. Hæc verba locu-
tus eſt Ieſus in Gazophylacio docens in tem
plo, & nemo apprehẽdit eum. Annotare obi
ter oportet in verbis ambroſ. quod vtatur te-
ſtimonio ex Iudicio adulteræ apud Iohannẽ
cap. 8. habito deſumpto aduerſus Eraſmum,
qui illam è libris eradere conatur hiſtoriam,
quod ſæpe facit vt lib. 7. epiſ. epiſt. 58. & Hie-
ron. lib. 1. contra Pelagi.

REGVLA XXVI.

CAuſæ quærendæ ſunt, (vt inquit Hie-
ronym. Matth. 18.) ſingulorum domi-
ni dictorum atque factorum. Hoc non
ignorans Orige. Quærit Matth. 14. cur domi
nus ſeceſſerit in eremum, & reſpondet, quia
doctrina eius erat ſingularis, & vltra conſuetu
Matth. 5. dines & opiniones apud gentes receptas. Et
aſcendit in montem, ne putares eius doctrinã
eſſe vulgarem, & tract. 35. in Matt. parũ poſt
principiũ, ait. Dies paſchæ fuit definitus Chri
ſti immolationi, vt paſcha noſtrum immola-
retur Chriſtus, diſſoluens Iudaicum paſcha. 1. Cor. 5.
Eſt optimum exemplum ex Hieronym. de-
ſumptum in loco ſuperius citato. Poſt inuen-
tum, inquit, ſtaterem in ore piſcis, poſt tribu-
ta reddita, quid ſibi vult Apoſtolorum repen
tina interrogatio, in illa hora acceſſerunt diſ-
cipuli ad Ieſum dicẽtes. Quis putas maior eſt
in regno cælorum? Quia viderant pro Petro
& domino idem tributum redditum, ex æqua
litate pretij arbitrati ſunt Petrũ omnibus apo
ſtolis eſſe prælatum, qui in redditione tributi
domino fuerat comparatus. Ideo interrogãt. Petrus apoſtolus omnibus prælatus.
Quis maior eſt in regno cælorum? Quibus do
minus ait. Niſi efficiamini vt paruuli, non in-
trabitis in regnum cœlorum. Præterea Euche
rius lib. 2. in Gene. c. 29. quærit. Quare diebus
Noe peccatum mundi aqua vlciſcitur, pecca-
tum vero Sodomorum, igne punitur. Quia il
lud naturale libidinis cum fœminis peccatũ, Sodomitarũ vltio.
quaſi leuiori elemento damnatur. Cum vidiſ-
ſent, inquit, filij Dei filias hominum, &c. Con
tra naturam vero cum viris libidinis peccatũ,
acrioris elementi vindicatur incendio, & illic
terra aquis abluta, reuireſcit, hic flammis cre-
mata æterna ſterilitate areſcit, & Lucæ. 12. di
citur, Magiſter dic fratri meo vt diuidat me-
cum hæreditatem, & dominus de auaritia diſ-
ſerit, quia forte alter iniuria affecerat alterum,
& per vim detinebat partem hæreditatis.
Adhuc, quæro cur Iohannes nihil de tenta-
tione Chriſti ſcriptis mandauit in Euangelio.
Quia de diuinitate tractat, quæ tentari nõ po Euãg. Ioh. nil de tẽtatione tradit.
teſt, vt inquit Origen. homil. 29. in Lucam, &
quam ob cauſam Chriſtus exordium ſump-
ſit prædicandi à beatitudine. Reſpõdet Theo
phyla. Matthæ. 5. incipit, inquit, à beatitu- Exordium prædicationis Chriſti.
dinibus, ſicut & Dauid à beatitudine incipit.
Aut iuxta Theodoretum Pſalm. 1. vt oſten-
dat ſe eſſe filium Dauid iuxta carnem. Deniq;
cur Chriſtus cum matre venerunt ad nuptias
in Cana Galilææ. Ioan. 2. Ioſeph dimiſſo, &
quare matrem commendauit in cruce Iohã-
ni. Quia nimirum eo tẽpore cum Chriſtus af-
fuit nuptijs mortuꝰ erat Ioſeph. At vero quo Ioſeph mors.
tẽpore Ioſeph mortuus ſit, docet Epiphanius
in hęreſi Antidicomarianorũ. Et cũ dominus
Matt. 12. dixiſſet. Quæ eſt mater mea aut fra
tres mei, dicit Auguſ. de fide, & Symb. cap. 4.
Non negat ſe habere matrem, ſed docet mini
ſterium noſtrum quò verbum Dei fratribus
adminiſtramus cum parentes impediunt, nõ
eos debere cognoſci. Rationẽ huius Regulæ
adduxit

adduxit Origė.hom. 14. in Leuit. his verbis. Nil in verbis domini abſq; profunda ratione conſcriptum eſt.

REGVLA XXVII.

VBicunq;,(vt dicitur ho.26.ſecũdi operis in Mat.titu.Chryſ.) ſeparatio inter bonos& malos facta legitur in ſcripturis,ſemper boni receſſerũt à malis, & nõ mali à bonis.Quia ſemper diabolus deſiderat infideles ſuos cũ fidelibus eſſe,vt infideles cũ fidelibus mixti corrũpant fideles,&Chriſtus ſemper fideles feſtinat ab infidelibus ſeparare, vt ne fideles cõuenientes cũ infidelibus corrũpãtur ab eis.Vnde Iudęi cũ eſſent in captiuitate Deus per prophetã nõ ad Aſsyrios dicit. Exi- *Iſaia.52.* te,exite de medio populi mei. Sed ad populũ ſuum.Exite exite de medio eorum,&immundum ne tetigeritis.Quia malũ coinquinat bonum,bonum aũt non coinquinat malum.Nã iunge lutum farinæ,non farina ſordidat lutũ, ſed lutum farinã.Item iunge acetum vino,nõ vinum corrumpit acetum,ſed acetum vinum. De exemplo illo.Iunge lutum farinæ,&c. lege S.Thom.2.2.q.7.art.2.Multa huiuſce Regulæ exempla paſsim inueniuntur. Ad He- *Actu.2.* bræ.7. Talis decebat vt nobis eſſet pontifex, ſanctus,innocẽs,impollutus,ſegregatus à peccatoribus,&alibi.Segregamini à generatione iſta praua,& apud Zachariã. Fugite de terra *Zacha.2.* Aquilonis,& Ierem.cap.51.ait.Fugite de medio Babylonis,& ſaluate animas veſtras, hoc eſt,ſicut Lot è Sodomis effugerat,ita,& vos è Babylone fugite,qua de re extat ho.2.Orige. ſuper Iere.ſatis elegans & erudita.

REGVLA XXVIII.

SInguli ſermones,(inquit Hiero.ad Ephe. 3.)ſyllabæ,apices,puncta in diuinis ſcripturis plena ſunt ſenſibus.Propterea cum tranſlaturi ſumus eam in aliam linguam,magis de intelligentia, quam de cõpoſitione inſtructuraq; verborum curandum,&Baſil.ho. 10.exac.ait, ἀργὸν ῥῆμα ἐν τῇ γραφῇ λέγειν βλασφημία δεινή,ideſt, ingens blaſphemia eſt dicere verbum aliquod in ſcripturis redundare. Et Chryſoſt.ho.15.in Gene.ait.Diligenter ſcriptura interpretanda eſt,non enim dictionem paruam,neq; ſyllabam in diuinis literis contentam inueniemus eſſe prætereundã. Velu- *Gene.2.* ti in Gene.Adæ vero non eſt inuentus adiutor ſimilis illi.Quare apponit illi? Nõ abſq; ratione.Nã poſtquã dixit. Adæ vero nõ eſt inuentus adiutor,nõ ibi ſubſiſtit,ſed adiecit ſimilis illi,additamẽto illo cauſam nobis declarãs ob quã addiderit.Hoc eſt eiuſdẽ ſubſtantię,dignitateq; illo nihil inferius, monſtrans nobis ibi Moyſes,ꝙ quantumcũq; miniſteriũ nobis exhibent bruta,aliud tamẽ quiddã adiutoriũ eſt multis numeris excellẽtius,quod à muliere Adę præſtatur. *To.1.verſus finem.* Et iterũ hæc ſcribit.hom.2. De eo quod dixit Iſaias. Factum eſt in anno quo mortuus eſt Ozias.Cyril.quoq; lib.2. ſuper Io.c.102.ait.Nihil ita paruum in ſcripturis inuenitur,quod magnam vtilitatem nobis nõ pariat,omnia enim ad noſtrã,à ſanctis viris,ſcripta doctrinam ſunt.Hactenus ille. Vt Mat.5. Ego dico vobis non iurare omnino, omnino ad varios iurãdi modos,videlicet per cælum,terram,thronũ Dei, refertur,per quæ licere iurare docebant Phariſæi.hæc iuramenta amputat, ac cohibet Chriſtus, quod in ijs comprehendatur & nomen Dei. Item Chry. ho.35.ſuper Io.ait.Quemadmodũ in auri metallis,nec minimam quidem venam quiſpiam qui rem intelligat omittere patitur, vt pote quæ ad augendas diuitias plurimum faciat. Ita in diuinis ſcripturis, nec vnum iota aut apex prætermittendum eſt, ſed omnia diligẽter inueſtiganda. Nam ab Spiritu ſancto proueniunt,nec in his quicquam ſuperfluum aut non neceſſarium eſt. Sunt plurima teſtimonia ſcripturarum, quæ hanc Regulam labefactare videntur,quæ tum alibi, tum in cap. de pronominibus, & de repetitione verborum & ſententiarum à nobis explicata ſunt.

REGVLA XXIX.

MOris ſcripturæ ſanctæ eſt, (authore Gregor.in præfa.Moral.cap.2.) vt ipſi qui ſcribunt, ſic de ſe in illa, quaſi de alijs loquantur. Hinc eſt quod Moyſes ait. Erat Moyſes vir mitiſsimus,ſuper omnes ho- *Nume.12.* mines qui morabantur in terra,& Io.Hic eſt diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, & Lucas *Iohan.19.* dicit, quod ambularent duo ex diſcipulis in *Luc.24.* via,Cleophas & alius. Quem profecto alium dũ tã ſtudioſe tacuit, ſeipſũ fuiſſe demõſtrat; &Iob ait. Vir fuit in terra Hus. Pręterea Io.1. *Locus Io. ca.1.* dicitur,ſtabat Iohãnes&ex diſcipulis eiꝰ duo & ſtatim. Erat Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Iohãne. Quęro quis fuerit ille alius diſcipulus cuius nomẽ

ſuppreſſum eſt?Cui quęſtioni Epipha.li.2.ad
uerſus hære.in hære.corū qui negabant euan
gelium Ioha. ſic reſpondet. Comes Andreæ
erat Philippus,quãtum intelligere poſſumus
nam erant ex eodem oppido Bethſaida, &
eiuſdem artis,aut Ioannes aut Iacobus, vnus
ex filijs Zebedæi,& Theophy.Ioh.1.ait.Qui
dam dicũt illum fuiſſe Iohannem qui hęc ſcri
bit.Præterea quis fuit ille paruulus quem ſta-
tuit dominus in medio diſcipulorum Matth.
Locus Mat. 18. 18.dubium eſt. Anſelmus arbitratur fuiſſe
Martialem,qui fuit ex numero.70.diſcipulo-
rum.cuius extant duæ epiſtolę,ſed Nicepho.
li.2.hiſto.ca.36.dicit fuiſſe Ignatium.Deinde
Quis fugerit relicta ſindone. quis fuit ille iuuenis qui tempore paſsionis fu
git relicta ſindone. Dicit Theophyla. Marci.
14.Erat è domo in qua comederant paſcha.
Quidam dicũt fuiſſe Iacobum fratrem domi-
ni qui cognominabatur iuſtus, qui relicta ſin
done fugit,& Ioha.1.ait,quod erat Ioha.ipſe,
aut nnn fuit ex nobilioribus, ideo tacuit no-
men.Epipha.lib.3.in hære. Antidicomariano-
rum,ait, fuiſſe Iacobũ iuſtũ, ſiquidē veſtibus
lineis,nõ laneis vtebatur,& Magiſter in hiſto
ria huic ſubſcribit ſententiæ, & citat Hieron.
Pſal. 37. Præterea Grego. vt ex loco modo à
nobis citato viſum eſt,arbitratur, ſociũ illum
Cleophæ,cũ in caſtellũ Emauntē pergebant,
Socius Cleophæ quis fuiſſe Lucã,cui ſentētiæ ſubſcribit Symõ me-
taphraſtes in vita Lucæ,& Nicepho. lib.1.ca.
34 & Theophyl.Lucæ. 24. ait. Dicunt hunc
eſſe Lucã. atq; ideo abſcondit nomen ſuum,
& in argumento Lucæ,ait.Cum dominus no
ſter ducebat,vt quidã tradunt,vnus ex.70. di
ſcipulis factus eſt,Chriſtoq; cũ reſurrexiſſet à
Lucas an ex.70.diſcipulus fuerit. mortuis,cũ Cleopha occurrit.Nam Euthy.in
prœ.in Luc ex Orig.ſentētia & Theophy. lo
co citato,& in prooe.in Mat. arbitrantur Lu-
cã fuiſſe è num.70.diſcipulorũ, & Anſelmus
in prolo.Mat.Alij ab hac abhorrent opinio-
ne,qui autumant,Lucã,non vidiſſe Chriſtum
in carne. Inter quos eſt Hiero. in li.de viris il-
luſt.qui loquens de Luca ait, qui cum dño in
carne nõ fuerat,ſed à Paulo & cæteris apoſto
lis euãgelium didicit,quod ipſe quoq; in prin
cipio ſui voluminis declarat dicens,ſicuti tra-
diderũt nobis, qui in principio ipſi viderunt.
Cui ſententiæ Beda li.1.in Lucam.c.1.ſuffra-
gatur.At Epipha.li.1.to.2.hære.23.exordine
ait. Lucas affirmat ſaluatorē poſt reſurrectio
nem appar u ſſe in via Nathanaeli & Cleophę
& oſtendiſſe illis ex ſcripturis, quod oporte-
bat Chriſtum pati & tertio die ex mortuis re
ſurgere,& in fine illius libri multa ſcribit de vi
ta & conuerſatione Lucæ.Porro Orige.tom.
1.in Ioha.circa principium ſocium Cleophæ
dicit fuiſſe Symeonem. Deniq; Ambroſ.Lu-
cæ.24.Ammaonem fuiſſe vocatum affirmat,
& lib.7.ca. De vigilantia, vocat eum Amaus,
inquiens. Hunc ignem in ſe etiam Amaus &
Cleophas à domino miſſum eſſe teſtantur,di
centes. Nonne cor noſtrum ardens erat, &c.
Poſtremo qui fuerint illi duo diſcipuli, quos
miſit dominus vt afferrent aſinam,apud Mat *Qui fuerint miſſi vt aſinã domino afferrent.*
thæ.cap.21.& Marc.cap.11.& Luc. cap. 19.
& Ioha.cap.12. non ſatis conſtat inter theo-
logos,ſunt qui putent Petrum & Ioha.fuiſſe,
quibus familiarius vtebatur dominus, vt ex
cœna,paſsione,transfiguratione notum eua-
ſit. Verum quia doctores dimiſſa litera con-
ſcendunt ad allegoriam,non ſatis quid illi ſen
ſerint conſtat.Ambroſ.Lucæ.21. & Anſelm.
Matth.21. & Magiſter in hiſto. Scholaſtica
aiunt,duos illos diſcipulos fuiſſe Petrum apo
ſtolum,& Philippum Diaconũ. Quia Petrus
Cornelium gentilem primum baptizauit, &
Philippus apud Samariam prædicauit, At do
minus cum apoſtolis loquebatur,nam Philip
pus diaconus erat. Theophy.Matth. 21. ali-
ter exponit. Duo,inquit, miſsi ſunt ad ſoluen
dum aſinam, Paulus quidem ad gentes, Pe-
trus vero in circuncisionem, hoc eſt Iudæos.
Atq; ita memini legiſſe apud Hieronym. in-
quodam loco,qui mihi nũc non occurrit.Prę
terea coniux Pilati Procle vocabatur,vt ſcri- *Cõiux Pilati.*
bit Nicepho.lib.1.ca.30.& ca.33.dicit, quod
Magdalena erat filia mulieris Cananęę in euã
gelio celebratæ, & Cleophas de quo Lucæ.
24.quod eſſet frater Ioſeph, docet Nicepho.
lib.2.cap.2. Filia quoq; Pharaonis quæ Moy *Pharaonis filia.*
ſen adoptauit, vocabatur θερμοῦθις thermu-
this,vt ſcribit Suidas in dictione μωυσῆς. Nec
ab eo diſsidet gloſſa ordin. Exod. 2. & Duo
Iudæi qui rixabantur in Exodo, quorum litē
dirimere volebat Moyſes,eadē glo. dicit fuiſ-
ſe Dathan & Abiron.Item Ioha.6. multi di-
ſcipulorum ſcandalum paſsi deſciuerunt à do
mino,nempe Lucas, qui fuit poſtea à Paulo
conuerſus, & Marcus, qui à Petro, vt ſcribit
Epipha.lib.1.tom.1.cap.vlt.& lib.2.to.1.cap.
51.Item Hieron.Danie.13. prodit nomina il
lorum ſenum qui falſo detulerunt Suſannæ *Danie. 13. Suſannæ accuſatores qui fuerint*
nomen,inquiēs,cũ inquit Daniel & conſtitu
ti ſunt duo ſenes de populo iudices in anno il
lo,de quibus locutus eſt dominus, quia egreſ
ſa eſt iniquitas,&c. Referebat mihi Hebræus
iſtos

Digitized by Google

iſtos eſſe Achab & Sedechiam, de quibus ſcribit Iere. Faciat te dominus ſicut Achab & Sedechiam, *Iere. 29.* quos frixit rex Babylonis in igne propter iniquitatem quam fecerant in Iſrael, & adulterarant vxores ciuium ſuorum, & in comment. Iere. cap. 29. cum inquit propheta. Ponat te dominus ſicut Sedechiam & Achab quos frixit rex Babylonis in igne, ait, Hieronym. Aiunt Hebręi hos eſſe presbyteros, qui fecerunt ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt vxores ciuium ſuorum, quorum vni loquitur Daniel, Inueterate dierum malorum, & alteri. Semen Canaan & non Iuda, ſpecies decepit te, ſed illud quod in præſentiarū dicitur, quos frixit rex Babylonis in igne, videtur Danielis hiſtoriæ contraire. Ille enim aſſerit eos ad ſententiam Danielis à populo eſſe lapidatos. Ierem. vero ſcribit, quod frixerit eos res Babylonis. Vnde à plerisque Hebræis ipſa quaſi fabula non recipitur, ſcilicet, hiſtoria Suſannæ. Hactenus Hieronym. At vero longe alia mens mihi eſt, nec arbitror ob hanc diſſonantiam hiſtoriam Suſannæ reijciēdam, cum facile illa elui poſsit, ac diſſolui. Aduerte igitur *Ignis.* quod, vt ait Auguſt. lib. 6. quæſt. in Ioſue. quæſt. 9. ignis nomine ſcriptura pœnam ſignificat. Vnde dominus pręcepit Ioſue, illum, qui fuiſſet oſtēſus ex Anathemate aliquid ſurripuiſſe, comburi. at ipſe iuſsit lapidari. & ſeruitus Ægyptiaca vocatur Deut. 4. fornax ferrea, & Pſal. 16. igne me examinaſti. igitur fuerunt à populo lapidati iuxta legem Moyſis Deutero. 22. ca. Denique quis fuerit ille quorum nuptiæ ſunt celebratæ in Cana Galilęæ, quando dominus primum edidit miraculum, non immerito vertitur in quæſtionem. Beda in cōmēdatione Euāgelij Io. ait. Io. euāgeliſta vnus ex diſcipulis dei, qui virgo à deo electus eſt, quem de nuptijs, volentem nubere, vocauit. & Hiero. li. 1. aduerſus Ioui. ait. Petrus Apoſtolus eſt, & Io. apoſtolus, maritus, & virgo, & in prooemio in Io. titu. Augu. iſte eſt, inquit, Io. quem dominus de nuptiarum tempeſtate vocauit. Nam & Maria fuit in illis nuptijs, non ob aliam cauſam niſi ob cognationem. At dices iam erat Io. apoſtolus Matt. 4. Luc. 5. vnde qui mittit manum ad aratrum & reſpicit retro non eſt aptus regno Dei. Reſpondeo quod hæc acta ſunt antequam Io. baptiſta eſſet in carcerē coniectus. nā. c. 3. narrat euangeliſta quod Io. baptizabat in Enon. Lege Hiero. in vita Ioannis & Euſebium. Porro vt ad Regulam reuertamur à qua digreſsi ſumus, & aliquot authores, qui illam ſcriptis mandarunt, numeremus, ſit.

REGVLA XXX.

SOlet eſſe, (inquit Aug. lib. 2. de Conſenſu euang. capi. 12.) quaſi de alijs locutio. & ipſorum euangeliſtarum. Nam Matthæ. dixit. inuenit hominem ſedentem in Telonæo. *Mat. 9.* *Luc. 5.* nec dixit inuenit me. & Iohan capit. vlt. Hic eſt diſcipulus qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc. & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. & Dominus ſæpiſsimè dicit. Filius hominis non habet vbi reclinet caput ſuum. & non dicit ego, *Luc. 24.* Oportebat inquit, Chriſtum pati, & reſurgere tertio die. & non dixit oportebat me pati. & *2. Cor. 12.* Paulus. Scio hominem in Chriſto. id eſt. Chriſtianum, raptum vſque ad tertium cælum. Potuit & Io. baptiſta cum dixiſſet. Agite pœnitentiam appropinquauit enim regnum cælorum. de ſe ipſo adiungere quæ ſequuntur. Hic eſt qui dictus eſt per Iſaiam prophetam. &c. vt poſt per verba eius, Matth. ita narrationē texat. Ipſe aūt Io. habebat veſtimētū de pilis camelorum. & tract. 61. in Io. ait. Erat ſanctorum conſuetudo qui ſacras literas nobis miniſtrauerunt, vt quando ab aliquo eorum diuina narrabatur hiſtoria, cum ad ſe ipſum veniret, tanquam de alio loqueretur, & ſic ſe infereret ordini narrationis ſuæ tanquā rerum geſtarum ſcriptor. non tanquam ſui ipſius prædicator. Nam hoc & Mat. fecit, qui cum in textu narrationis ſuæ veniſſet ad ſe ipſum. Vidit, inquit, in Telonęo publicanum, nomine Matth. Hoc fecit & Moyſes, ita de ſe ipſo tanquam de alio cuncta narrauit. Dixit, inquit, Dominus, ad Moyſen. Inuſitatius Paulus, non in hiſtoria, vbi rerū geſtarū ſuſcipitur explicāda narratio, ſed in epiſtola hoc fecit. Nā vtiq; de ſe ipſo ait, ſcio hominē. & Iohan. *2. Cor. 1.* ca. 13. ait. Erat recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu. nō dixit. eram ego. &c. Itē li. 17. contra Fauſtū. ca. 4. & Beda. 2. Cor. 12. Lege Chry. ho. 82. in Io. Hac vtuntur conſuetudine modeſtiæ cauſa, vt ad aliam perſonā referri poſſe videatur illa narratio. vt, Viſio Iſai.

REGVLA XXXI.

HOnoris cauſa, aliqui in ſcriptura ſacra loquuntur de ſe tanquam de alijs, vt in Gene. Abſit à pueris tuis, ideſt, à

nobis

nobis facere ſecundum verbum hoc, & iterum. pacati ſumus, non ſunt ſerui tui exploratores. Atq; ita exponit Auguſt. li. 1. Locut. in Gene. Præterea in lib. Locut. in Exodum. exponens hunc locum. Et dixit Moyſes ego exeam à te, & orabo Deum & exibit cynomyia à Pharaone & ſeruis eius, quaſi alteri diceret, exeam à te, & de altero Pharaone ſubſequeretur à quo eſſet exitura cynomyia, & ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum, ideſt, me, & Pſal. 7. deficiat nunc malitia impij, & firmabis iuſtum, ideſt, me, & Dani. 2. Rex dicet ſomnum ſeruis ſuis, ideſt, nobis, & factum eſt verbum domini ad Ezechiel, ideſt ad me. Atque is mos ſeruatur tam in prophanis quam in eccleſiaſticis ſcriptoribus. Vnde Herodot. ſic exorditur hiſtoriam. Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ explicatio hæc eſt.

REGVLA XXXII.

POnitur ſæpe in ſcripturis relatiuum ſine antecedente, præcipue cum res illa excellit in bonitate aut malitia, aut eſt res cuilibet nota, vt Threnorum. 3. Ego vir videns paupertatem in virga indignationis eius, ideſt, Dei, & Ezechi. 5. Aſſume gladium radentem pilos, & duces per caput tuum, & per barbam tuam, & aſſumes tibi ſtateram ponderis, & diuides eos, eos nempe pilos, & in Pſalm. facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius, &, Oſculetur me oſculo oris ſui, & in

Exod. 4.

oratione Iere. principes manu eorum. ſcilicet, hoſtium, ſuſpenſi ſunt. Lege Auguſt. lib. 2. q. in Exod. q. 11. cum dicitur, occurrit ei, & quærebat eum occidere. Vtitur ſæpe ſcriptura antecedente pro relatiuo. Geneſ. 5. Liber generationis Adam, in die qua creauit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum pro ad imaginem eius, & ad Roma. 1. ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri. Dixit Ieſu Chriſti domini noſtri pro eius, & Mat. 1. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria. Ieſu pro eius.

Redundant etiam relatiua. Matthæ. 3. cuius ventilabrum in manu ſua, pro in cuius manu ventilabrum eſt, Iob. 3. Aut cum principibus quibus aurum eſt eis, &. 4. quanto magis habitatores domorum luti, quorum iu puluere fundamentum ipſorum.

REGVLA XXXIII.

SOlenne eſt ſcripturis vniuerſalem propoſitionem quo magis animis inſideat bifariam proferre, nempe per affirmationem & negationem. Iohan. 3. Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit iam iudicatus eſt, & Mar. vlti. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui non crediderit condemnabitur, & Ierem. 23. Vos diſperſiſtis gregem meum, eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos, & Ezechie. 18. Viuendo viuet & non morietur. Et. Diſpone domui tuæ quia eras moriens & non viues. Et, Confeſſus eſt, & non negauit, quod non ſum ego Chriſtus, & in Gene. Erat Sara ſterilis, & non generabat.

4. Reg. 2.
Iohan. 1.

REGVLA XXXIIII.

CAue ſemper (inquit Hieronym. Matt. 10.) in ſcripturis diuinis ſuperſtitioſam intelligentiam, nec tuo ſenſu attemperes ſcripturas, ſed ſcripturis iunge ſenſum tuum.

In expoſitione ſanctarum ſcripturarum (vt docet Hieronym. Iſai. 2. capit.) veritatem debemus ſequi non contentionem. Hortatur Hieronym. ſtudioſos, ne ita ſint addicti alicui ſcriptori, quantumuis probato & celebri, vt in verba magiſtri iuraſſe videantur. Cum enim in multis quotidie offendamus omnes, qua mente præditos eſſe arbitrandum eſt illos, qui ita animum adhibuerunt dictis Scoti, Ocham & aliorum, vt ab illis nulla ratione adhibita depelli poſsint. Nam his honos tantum diuinis libris deferendus eſt, iuxta Auguſt. in decretis. diſt. 9. Ego ſolis eis ſcripturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere.

In rebus obſcuris, (inquit Augu. li. 1. ſuper Gene. ad literam ca. 18). atq; à noſtris oculis remotiſsimis, ſi qua ſcripta, etiam diuina legerimus, quæ poſsint ſalua fide qua imbuimur, alijs atque alijs parere ſententijs, in nullam earum, ita nos præcipiti affirmatione proijciamus, vt ſi forte diligentius diſcuſſa veritas eã rectè labefactauerit, corruamus, non pro ſententia diuinarum ſcripturarum, ſed pro noſtra ita dimicantes, vt eam velimus eſſe ſcripturarum, quæ noſtra eſt, cum potius eam quę ſcripturarũ eſt, noſtram eſſe velle debeamus.

REGV-

Digitized by Google

REGVLA XXXV.

Augu. de ſi. & operibus cap. 4.

VEritas,(vt author eſt Hila.7.de Trinit.) cum per ſe intelligi non poteſt, per ea ipſa,quæ ei aduerſantur eluceſcit,vt in natura ſua immobilis manens, firmitatem naturæ ſuæ,dum atteritur,acquirit. Vnde dum hæretici fidei noſtræ aduerſantur, affirmant. Item Orige.li.3.comment.epiſt.ad Rom.ait. Qui fideliter & integrè ſacrorum voluminũ colligit ſenſum, debet oſtendere, quomodo ea quæ videntur eſſe contraria, non ſunt verè contraria. Non,vt accidere ſolet, his qui diuerſos ſectarum ſenſus,vnum fidei dogma diſrumpunt, & illa tantum de ſcripturis diuinis teſtimunia explorant, quibus proprium dogma conſtituant. Earum vero qui e diuerſo veniunt,nec extremo digito contingunt. Vnde apoſtolus. *Rom. 3.* Scimus quod quæcunque lex loquitur,his qui in lege ſunt,loquitur, vt omne os obſtruatur,& ſubditus fiat omnis mundus Deo. Quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo, per legẽ enim cognitio peccati, *Epiſtola ad Roma.* epiſtola hæc de pluribus tractat legibus,quarum diſcretio & diſtinctio niſi per loca ſingula habeatur,confundere poterit ſenſus legentis, & contraria videntur,niſi diligenti examinatione excuſſa,contraria nõ eſſe manifeſtentur,& Baſi.ſer.2. de baptiſmate in.13.capitibus diuiſo.cap.4.ait. ſi mandatum mandato repugnare videtur,neceſſe eſt, vt hypotheſes ipſorum diſcamus, & totam pericopen legentes,veritatem cognoſcamus, ac quod vnicuique competit ad ſcopum ſupernæ vocationis obſeruemus, ad quem vtraque mandata tendunt, partim morbum noſtrum curantia,partim profectum largientia, quo ad diuini beneplaciti perfectionem ducamur. Vt,nemo lucernam accenſam ponit ſub modio,ſed ſuper candelabrum,vt luceat omnibus qui in domo ſunt. *Matth. 5. Mar. 4.* Sic luceat lux veſtra coram hominibus,&c. & alibi contrarium dicitur. *Matth. 6.* Te eleemoſynam faciente, neſciat ſiniſtra,quod facit dextra. Exemplum optimum eſt apud Eucherium lib.1.in Gene.capit. 10. *Gene. 2.* Dicitur in Gene. Requieuit Deus ab vniuerſo opere. At in euangelio contrarium dici videtur. Pater meus vſq; modo operatur,&ego operor. *Iohan. 5.* Requieuit ſcilicet,quia de inceps nullam nouam condidit creaturam,operatur autem vſque nunc, quia omnia ex eis facit,quæ in illis ſex diebus fecit. Ergo requieuit à condendis generibus creaturæ, non autem ceſſauit ab opere regendi omnia quæ creauit.

REGVLA XXXVI.

NOn aliter,(authore Hila.5. de Trinit.) veritas intelligi poteſt,quam ſi falſa eſſe,quæ veritati obiecta ſunt, detegantur. Nam vt inquit Hierony.Matth.12. Nunquam leges Dei ſibi ſunt cõtrariæ.v.g. inquit *Prouer. 26* Salomon in Prouerbijs. Ne reſpondeas ſtulto,ſecũdum ſtultitiam ſuam,ne ſimilis ei fias. Et rurſum ponitur quod nobis videtur eſſe contrarium. Reſpondet ſtulto ſecundum ſtultitiam,ne ſibi ipſi ſapiẽs videatur. Quam quæſtionem diſſoluens Hieronym. Ezech. 1.ait. Vtrumque pro temporum & perſonarum diuerſitate concordat,dum & ſtultus contemnitur,quia non recipit ſapientiam,& ſtulta ſuperbia alia decutitur ſtultitia. Iuxta quod & apoſtolus ait,factus ſum inſipiens vos me coegiſtis. Præterea Iacobi.1.dicitur. Deus neminem tentat,& in Deuterono.capit.13. *2. Cor. 12.* Tentat vos Deus veſter,vt ſciat, ideſt, ſcire faciat, an diligatis eum an non. Intelligamus ergo, inquit Auguſt. tract.43. in Ioh. &. lib. 2. de conſenſu euangeliſtarum, duas eſſe tentationes. *Tentatio. duplex.* Vnam quæ decipit,alteram quæ probat, ſecundum eam quæ decipit, Deus neminem tentat, ſecundum eam, quæ probat, tentat nos Deus noſter,vt ſciat,&c. Præterea.1. Io. 4. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. At vero alio loco ſcriptum eſt. *Pſal. 18. Timor duplex.* Timor domini caſtus permanens in ſeculum ſeculi. Dicendum quod eſt timor ſeruilis, ſcilicet, ne patiaris pœnam,& eſt timor caſtus,ne amittas iuſtitiam. Primus timor iniquorum. Secũdus iuſtorum eſt. Sic ſecundum alium timorem, timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, ſecundum vero alium timorem,timor domini caſtus permanet in ſeculum. Item Ioha. 8. dicitur. Ego non quæro gloriam meam,eſt qui quærat & iudicet,&.c. 5.contrarium dici videtur. Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Quæ quæſtio facile diluitur. Nam habes in euangelio cõmemoratum pœnale iudicium cum dicitur. Qui non credit iam iudicatus eſt, & in alio loco,veniet hora, quãdo hi qui ſunt *Iudiciũ duplex.* in monumentis audient vocem eius,& procedent qui bene fecerunt in reſurrectionẽ vitæ, qui mala fecerũt in reſurrectionem iudicij. Ecce quomodo iudiciũ pro dãnatione & pœna

poſuit,

Digitized by Google

poſuit,&tamen ſi ſemper iudicium pro damnatione acciperetur,nunquam in Pſalmo audiremus. *Pſal. 42.* Iudica me Deus & diſcerne. Ibi iudicium ſecundum afflictionem,hic iudicium ſecundum diſcretionem poſitum eſt.Quomodo ipſe Dauid exponit cum addit,& diſcerne cauſam,& iuxta hoc dixit Chriſtus. Io. 8. eſt qui quærat & iudicet.

Quæ hora Chriſt⁹ ſuffixus ſit. Quæ hucuſq; dicta ſunt non magnam habent difficultatem,quod vero hoc referam loco doctiſsimorum ingenia torſit.Mat.ca. 27. Luc.23.Io.19.dicunt hora ferè ſexta Chriſtũ fuiſſe crucifixũ.At Mar.15.facinus illud tertia diei hora fuiſſe perpetratũ autumat. Hunc nodum diſſoluit Auguſt.lib.3.deconſ.euang. cap.13.&.4.de Trinit.cap.6.& in lib.q.ve. & no.teſt.q. 65.inquiens. Quod primo Pilatus Chriſtum abſoluit,inquiens,nullam in eo inuenio cauſam,& dicentibus illis crucifige,inquit ille,quid enim mali fecit,&,ſi hunc dimittis non es amicus Cęſaris,& cum ſecundo clamaſſent,crucifige,tum crucifixus fuit linguis Iudæorum,re vero,hora ſexta. Verũ ſi Marci verba ſpectes,lõge hoc abeſt à vero. Nã poſtquam dixit, hora tertia crucifixerunt eum, ſubiungit, hora ſexta tenebræ factæ ſunt in vniuerſa terra,ideo alia hora quam ſexta crucifixus eſt,ab Auguſt.ſtat Euche.in.q.in Marcum.In comment. Pſalmorum titulo Hiero. Pſalm.77.(cui ſubſcribit Theophyl. Io. 19.) dicitur.Quòd eccleſia ex imperitis congregata eſt, & ideo ſcriptorum vitio putauerunt, ſ eſſe 7.hoc eſt putauerunt numerum ſenarium eſſe ternarium. Sed nec hoc quidem placet. Poſtquã enim dixerat hora tertia eſſe crucifixũ,ſubiungit,cum facta eſſet hora ſexta tenebræ,&c. tertia ergo hora præceſſerat. Porro *Ignatij ſententia.* Ignatius in epiſt. ad Trallianos, hæc tradit. Die paraſceues,hora tertia, ſententiam accepit à Pilato,permittente patre,hora ſexta crucifixus eſt,nona emiſit ſpiritum,ante ſolis occaſum. Sepultus eſt, ſabbato ſub terra manet in ſepulchro. Illuceſcente dominica die ſurrexit à mortuis.Parum differt Ignatius ab Auguſt.Nos tamen his expoſitionibus dimiſsis, aliter interpretari cogimur,& primum annotare oportet ex Hierony. in epiſt. ad Cypri. *Noctis diuiſio.* Nox,inquit,in quatuor vigilias diuidebatur, *Mat. 14.* quæ ſingulę trium horarum ſpacio ſupputantur. Vnde dominus quarta vigilia ad nauigãtes venit apoſtolos, hæc diuiſio è militia traxit originem, ac tranſlata eſt illinc ad ſacra. *Hora diei quot.* Deinde diei horas dupliciter numerabant. Nam quo ad negocia ſecularia, in duodecim ſecabant partes. Vnde dominus Io. 11. Nonne duodecim horæ ſunt diei, & apud Matth. de patre familias conducente operarios,dicitur exijſſe primo mane, & circa ſextam, nonam,& vndecimam horam. Quo in loco etiã ſi per compendia, diem tamen in. 12. partes diſtinxit,& Io. 4. hora ſeptima reliquit eum febris,& alibi,hora erat quaſi decima. At vero in ſacris & ad cultum Dei ſpectantibus rebus,in quatuor partes ſeu horas videlicet,primam,tertiam, ſextam, & nonam diem ſecabant,ac vnicuiq; earum,tres horæ noſtræ aſſignabantur. Veſperum & matutinum non ſunt partes diei,ſed principium & finis. *Anni varia ſupputatio.* Annum ſimiliter duobus diuidebant modis,quãdo agebatur de re ſpectante ad cultum diuinum,initium ſumebat à Martio menſe. Hic *Exod. 12.* erit vobis initium in menſibus anni,vt inquit ſcriptura,quo ad res ſæculares à menſe Ianuario initium ſumebat,ſicuti apud nos. Denique dies naturalis à nocte auſpicabatur in veteri lege,vt docet Hieronym. Ionæ.2. refragante Damaſcen.libr.2.capit.7. Ad hunc modum Marcus intelligendus eſt, cum dicit Chriſtũ fuiſſe crucifixum hora tertia, hoc eſt in toto illo ſpacio trium horarum ſæcularium & vnius ſacræ, verſus finem eius, & hoc eſt quod reliqui euangeliſtæ dixerunt, hora fere ſexta.

Quæ in fuerint in arca teſtamenti. Denique Paulus ad Hebræos.9. ait, erat arca teſtamenti ex omni parte auro circuntecta,in qua erat vrna aurea habens Manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.Sed lib.3.Reg.cap.8.dicitur,in arca nõ erat aliud,niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit *Exod. 34.* fœdus dominus cum filijs Iſrael. Aliqui ſic ſoluunt,quod primum, ſolum tabulæ erãt ibi principaliter, nam ob illas fuit facta arca. Aut dicit ſecundo, quod virga & vrna erant extra arcam.Theophyla. ad Hebræos. 9. ait, quæres hic quomodo in libris regum ſcriptum ſit,quod non erat aliud quiddam in arca præter tabulas, nunc vero & vrnam apoſtolus,& virgam Aaronis huc repoſitam aſſerit? Fortaſſe qui optimè inſtructus erat in rebus Iudaicis à Gamaliele, ex traditione hoc habebat,& hodie Phariſæorum ſectæ adhærentes,aſſentiuntur rem ita ſe habere. Veruntamen primum non fuit, cæterum quando occultanda erat arca temporibus Ieremiæ, forſan hæc repoſita ſunt in arcam. Vera ſolutio, ni fal-

Digitized by Google

ni fallor eſt, quod ex tota lege nihil aliud ibi erat repoſitum, quàm tabulæ lapideæ continentes decem præcepta legis. non tamen excludit virgam Aaron & Manna ab arca.

REGVLA XXXVII.

Oportet eos (authore Euthy. Ioan. 7.) qui ſacras legunt ſcripturas, intentionem loquentis habitumque audientis exquirere, tempora quoque ac loca aduertere, inſuper idiomata obſeruare, nec ſimpliciter & vno modo cuncta aggredi, ſi legitimos ſenſus velint comprehendere, & non in nudis manere verbis, & falli circa electiones. Quis enim non turbetur repentè audiens Chriſtum dicentem.
Ioan. 5. Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium
Ioan. 14. meum non eſt verum. Siquidem ipſe dixit. Ego ſum veritas. quod ſi veritas verum non loquitur, quis erit qui vera loquatur? ſi quæ de ſe ipſo teſtificatus eſt, vera non ſunt, nobis omnino perit prædicationis ſumma. Nam vt extera omittamus, vbi ponemus ea quæ paulò antè de ipſo teſtificatus eſt, quòd filius Dei ſit, quod æqualis illi natura, potentia & voluntate, quòd creator, quod viuificator, quòd iudex, aliaque ſimilia.

Non ſimpliciter dictiones (authore Chryſoſto. ſermo. 13. in epiſto. ad Roma.) ſed ſententiam dicentis vbique attendere, & exactam dictorum differentiam cognoſcere neceſſarium eſt. Huius regulæ exempla innumera ſuppeditabit caput illud, in quo varias nominum ambiguorum ſignificationes explicauimus.

Non quid ſcriptum eſt, ſed qua ratione ſit ſcriptum (inquit Hierony. Zacha. 6.) conſiderandum eſt, non enim quadrigas Pharaonis & currus Babylonios, ad ſimilitudinem quatuor quadrigarum Zachariæ exponemus. Et Hilar. libr. 1. de trini. verſus finem. ait, Omne dictum & dicti ratio vt dicatur, ex cauſa eſt intelligenda dicentis. v. g. pater & filius vocantur aliquando ſpiritus. Vnde in euangelijs legimus. Deus ſpiritus eſt, & adorantes eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. Hoc dicit dominus ad Samaritanam, quæ dicebat, quòd Deus in monte adorandus erat, Iudæi in templo à Salomone condito religionis ſedem exiſtimabant. Ergo quia Deus inuiſibilis eſt & immenſus, ait dominus veniſſe tempus quo in monte vel in templo nec ſit adorandus deus: quia ſpiritus eſt, nec circunſcribi poteſt: quia per naturæ ſuæ virtutem vbiq; eſt, nec vſquam abeſt. Hos igitur veros eſſe adoratores qui in ſpiritu & veritate ſint adoraturi, adoraturis autem in ſpiritu Deum ſpiritum. alter (ſcilicet in ſpiritu) in officio, alter (ſcilicet in veritate) in honore eſt: quia diſcretum eſt in quo quis adorandus. Non enim tollit ſancti ſpiritus nomen & donum, quia dictum eſt. Deus ſpiritus eſt. Hæc eadem ſcribit lib. 4. de trini. & habetur in decretalibus, de regulis iuris. Ex regula prima, huius Quinqua. hanc facilè intelliges.

REGVLA XXXVIII.

IN ſcriptura ſacra, iuxta Gregor. Nazian. libr. 5. Theolo. quædam cum ſint dicuntur tamen. Alia cum ſint non dicuntur. Alia neque ſunt neque dicuntur. Alia denique & ſunt & dicuntur. Sic deus cum affectibus non ſit obnoxius, ſacra tamen ſcriptura iraſci illum, dormire, ſedere, ambulare dicit. Ergo hoc totum genus cum non ſit affigitur ei. Nam pro noſtro captu noſtra nomina ad res diuinas traduximus. Quędam cum ſint, non dicuntur, ſed colliguntur. vt deum eſſe vbique. Quædam nec ſunt, nec dicuntur, vt deum eſſe malum. Quędam & ſunt & dicuntur. vt deum eſſe & eſſe miſericordem.

REGVLA XXXIX.

Omne quod dicitur (ſi Grego. libr. 23. moral. cap. 3. credimus) in ſacris literis quadripartita poteſt qualitate diſtingui. Aut enim mala, malè. Aut bona, benè. Aut mala benè. Aut bona malè dicuntur. Mala malè dicuntur, cum res peruerſa ſuadetur. vt Iob. 2. Benedic Deo & morere. Bonum bene dicitur, cum recta rectè prædi-
cantur. vt, Pœnitentiam agite, appropinqua *Matth. 3.*
bit enim regnum cælorum. Malum bene dicitur, quãdo per os docentis, idcirco vitium exprimitur, vt reprobetur. ſicut Paulus ait. Fœminæ eorum mutauerunt naturalem v-
ſum, in eum qui eſt contra naturam. Quo in *Roma. 1.*
loco execranda facinora ſubdit, vt multos ad honeſtatis formam, inhoneſta narrando reuocaret. Malè autem bonum dicitur, cum rectum aliquid recto ſtudio non profertur,

Ioan. 9. vt illuminato cæco Phariſæi dixerunt. Tu di-
Ioan. 11. ſcipulus eius ſis. Vel ſicut Caiphas ait. Expe-
dit vnum mori pro populo, & nō tota gens
pereat. bonum quippe, ſed nō bene locutus
eſt, quia dum crudelitatem necis appetijt, re-
demptionis gratiam prophetauit.

REGVLA XL.

QVæ ſcriptura tacuit (iuxta Theophy. Lucæ. 2.) ea quærere nō oportet, præſertim vbi nulla eſt vtilitas. Vt inutiliter quæritur vbi ſit abſecta illa particula pelliculæ quando Chriſtus circuncisus eſt. *Pellicula Chriſti circuncisi vbi.* Dici autem poſſet, quod quando abſectum terram tetigit, illam quoque ſanctificarit, ſicut etiam ſanguis & aqua quæ ex latere eius fluxerunt. & videtur quod ſeruauerit illam particulam illæſam, eo quo ipſi viſum eſt modo, & in ſurrectione iterum reſumpſerit, vt hæc particula nō inueniatur deeſſe. Quippe & nos in reſurrectione perfectum corpus reſumpturi ſumus. Similiter quærere an Herodes acceperit vxorem fratris Philippi viui, *Herodes an viuente fratre rapuit vxorem.* an defuncti vita, qua de re Auguſti. in lib. de Fide & operibus cap. 19. hæc ſcribit. etiam illud ambiguum eſt, vtrum Herodes mortui duxerit, an viui fratris vxorem, & ideo non ita claret, quid Ioannes ei non licere dicebat. *Matth. 14* Et Theophy. Matth. 14. nihil certum de hac re ſtatuit, ait enim. Arguit Ioan. Herodem, vt fratris vxorem non legitimè habentem. *Deut. 25.* Lex enim iubebat fratris vxorem accipere poſt mortem fratris, ſi ille abſq; liberis mortuus eſſet. Hic autem Philippus non abſque liberis defunctus erat: erat enim ei puella quæ ſaltabat. ſunt autem quidam, qui dicūt, quod etiam adhuc viuente Philippo, Herodes ei abſtulerit vxorem & tetrarchiam; ſiue hoc ſiue illud erat, illicitum erat facinus. At vero Hiero. Mat. 14. affirmat viuente fratre, illi abſtuliſſe vxorem, inquiens. Vetus narrat hiſtoria Philippū Herodis maioris filiū, ſub quo dominus fugit in Ægyptum, fratrē huius Herodis, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, duxiſſe vxorem Herodiādē filiam regis Aretæ, poſtea vero, ſocerum eius exortis quibuſdam cōtra generū ſimultatibus, tuliſſe filiam ſuam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptijs copulaſſe. Ergo Ioan. arguit Herodem & Herodiadem quod illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre viuente germano, vxorem illius ducere. Euſebius quoque Cæſarienſis libr. 1. eccleſia. hiſtor. capit. 10. huic ſubſcribit ſententiæ. Deinde vbi ſit Enoch fruſtra quæritur, cum ex ſcripturis ſolum ſciri poſſit fuiſſe à deo translatum. *Vbi Enoch.* & Chriſtus vbi fuerit per illos quadraginta dies, & quid egerit antequam in cælum conſcenderit. num in paradiſo terreſtri, ſimul cum ſanctis illis qui cum illo ſurrexerunt, commoratus fuerit, an alibi, neſcimus. Quanuis Hierony. in epiſto. ad Marcellam, quæ incipit. Magnis nos prouocas quæſtionibus. latè de hac re diſputet, ac ſudet multum, multumque laboret. Præterea an Iudas laqueo vitam finierit ante paſsionem domini, vel poſt: & ratio dubitandi eſt, quia ſacerdotes conuenerant in domum Caiphæ, & in domum Præſidis, vt morte Domini patrata paſcha celebrarent. At Iudas retulit triginta argenteos in templo. fuit *Iudas mors quando.* igitur poſt reſurrectionem. Hoc dubium inſolutum reliquit Auguſtinus libr. quæſt. veteris & noui teſtamenti. quæſt. 94. quia ſæpè ſcriptura narrandi ordinem ſolet negligere. Nam non quia Matth. dixit in principio capit. 27. (Vinctum tradiderunt Pilato, tunc videns Iudas, quod damnatus eſſet Dominus, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos) ideo tunc traditus eſt. Porrò Theophylact. Matth. 27. & Occume. Actu. 1. diu poſt Chriſti paſsionem vixiſſe autumant. Sed tota illorum narratio mihi conficta videtur. Sed vt ad id de pellicula vnde egreſſa eſt ſe vertat oratio, Hierony. in epiſto. ad Vitalem colligit ex annorum ſupputatione Salomonem generaſſe Roboam, & Achaz Ezechiam vndecimo ætatis anno. Ac ſubdit. Cæterùm apoſtolus interminabiles genealogias & Iudaicas fabulas prohibens, de huiuſmodi mihi videtur interdicere ſermonibus. Quid enim prodeſt hærere in litera, cum ſcribatur. litera occidit, ſpiritus autem viuificat. *2. Cor. 3.* Quapropter optime dicit Damaſce. libr. 4. capit. 1. Quod cognoſci ab hominibus oportebat, à deo reuelatum eſt. & iterum libr. 1. cap. 1. ait. Cuncta quæ tradita ſunt per legem & prophetas & apoſtolos & euangeliſtas, ſuſcipimus, cognoſcim⁹, veneramur, nil vltra requirentes. Hæc ille. Quare in tractandis ſcripturis non in quæſtionibus curioſis & inutilibus immorari oportet, ſed mores noſtros & mentem iuxta illarum præſcriptum componere & conformare, & ἄνϑρωποι δομι ... ἐξ ... ἀγαθῶν τε τάτυκται exquirere. *Id eſt, quid domi, quid foris.*

rere. Vnde optimè monet Epictetus. Primus ac maximè neceſſarius locus eſt in philoſophia, vt ſpeculationibus vtamur, vt non mentiri. Secundus qui ad demonſtrationem ſpectat, vt vnde quod mentiri non oporteat. Tertius qui ad eas confirmandas & proſpiciendas ſpectat, hoc eſt quo pacto & vnde id demonſtrare poſsimus, verum id eſſe aut falſum. Igitur tertius locus neceſſarius eſt ob ſecundum. Secundus vero ob primũ, hic diſpungendum maximè omnium neceſſarius, & in quo quieſcere oporteat, primus eſt. Nos vero contra fecimus, tertio enim loco immoramur, in eoque omne ſtudium noſtrum conuertimus. Hoc eò dixi vt ſtudioſos à curioſis quæſtionibus indagandis, ad eas quæ ad mores ſpectant, auocem. Lege Hierony. ad Epheſ. 3. & capit. 6. & Baſilium homil. 1. Exaeme. verſus finem.

REGVLA XLI.

SAcra ſcriptura (authore Chryſoſto. homil. 28. in Gene.) vt attentiorem reddat vocatum, appellationem nominis eius in medium affert. Solemus enim diligentius auſcultare quando noſtris nominibus vocamur. & iterum ho. 7. ad populum Antiochenũ de Adæ peccato loquens, ait. Deus à prima voce ipſum ſtatim erexit, & trementem confidere fecit, prior eũ vocãs ipſe, quinimo non tantum prior vocans, ſed etiam ex ſuo nomine appellans, dicens. Adam vbi es? multum circa eum amorem oſtendit. Cõtra qui inimicè contra quoſpiam affecti ſunt, nec nomina eorum qui læſere, ferunt commemorare. Sic Saul qui Dauid oderat, non dixit vbi eſt Dauid. Sed vbi eſt filius Iſai. & Iudæi Io. 5. qui Chriſtum oderant non dixerunt, vbi eſt Ieſus. ſed vbi eſt ille. Huius regulæ exempla paſsim obuia ſunt. vt Ioſeph fili Dauid noli timere accipere coniugem. & lib. 1. Regum. ait dominus. Samuel Samuel. & in Gene. Abraham. Abraham. & Ruth. 4. Declina paulisper & ſede hic, vocans eum nomine ſuo. & in Actibus. Saule Saule, quid me perſequeris. & Iſa. 43. Redemi te & vocaui te nomine tuo. & in libr. 1. Iliados Thetis loquens ad Achillem. Verbum dixit & nominauit. & apud Virgi. 4. Georgi. Et te crudelem nomine dicit. Porrò de hac verborum repetitione quid nobis viſum ſit, ſcripſimus in ca. de repetitionibus verborum & ſententiarum.

REGVLA XLII.

CVM aliquis ab infimo ordine ad excelſiorem prouehebatur, mos erat Iudæis conuiuium celebrare. Hinc Lucæ. 5. dicitur. Poſt hæc exijt, & vidit publicanum nomine Leui ſedentem ad Telonium, & ait illi. Sequere me, & relictis omnibus ſurgens ſecutus eſt eum, & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua. & Luc. 19. Chriſtus manſit in domo Zachæi publicani, & ipſum ſuſcepit gaudens poſtquam prædicationem eius ſuſcepit. Eodem modo in Academia noſtra, qui prærogatiuam aut inſignia doctoratus aſſecuti ſunt, ſolent ad lautiſsimum coouiuium, tam patres quam equites inuitare. & qui ducunt vxores aut ad presbyteratus culmen aſciſcuntur, eodem modo ſolent populare conuiuium parare.

REGVLA XLIII.

NEmo ex omnibus ſanctis (autore Hierony. Matth. 14.) inuenitur diem feſtum vel conuiuium magnum egiſſe in die natalis filij ſui, præter Pharaonem & Herodem, vt quorum erat par impietas, eſſet vna ſolennitas. Nemo inuenitur habuiſſe lætitiam in die natalis filij ſui, vel filiæ ſuæ. Soli peccatores ſuper huiuſmodi natiuitate lætantur. Sancti vero non agunt feſtiuitatem in die natalis ſui, ſed Spiritu ſancto repleti execrantur hunc diem. Et Orige. homil. vnica, in libr. Regum, ait. Abraham conuiuium magnum fecit, ea die qua à lacte depulſus eſt Iſaac filius ſuus. Apud homines quidem ſeculi huius parentes ſolent natalis diem celebrare filiorum. Abraham vero non celebrat natalem diem Iſaac filij ſui, ſed illum diem feſtum agit, & conuiuia celebrat, cum eum à lacte depellit, & ad cibos ſolidos applicat. Quaſi per hæc diceret Iſaac. Cum factus ſum vir, depoſui quæ erant paruuli. Hæc eadem, totidem verbis repetit. homil. 7. in Gene. & in comment. Matth. capit. 14. Eucherius quoq; lib. 2. commen. in Gene. ca. 33. ait. Cur Abraham nec die quo natus eſt filius, nec die quo circunciſus eſt, ſed die quo ablactatus eſt, epulum fecit? quod niſi ad aliquã ſignificationem ſpiritualem referatur, nulla ſolutio quæſtionis eſt. tunc ſcilicet eſſe debere magnum gaudium ſpiritalis ætatis, quãdo fuerit factus homo nouus ſpiritalis, id eſt,

Gene. 40.

Gene. 21.

Digitized by Google

1.Cor.3. non talis,qualis dixit apoſtolus. Lac vobis potum dedi,non eſcam,nondum enim poteratis,ſed nec adhuc poteſtis, adhuc enim eſtis carnales.& iterũ Orige.ho.8.ſuper Leui. ait.Nemo ex omnibus ſanctis inuenitur diẽ feſtum vel conuiuium magnum egiſſe in die natalis ſui,nemo inuenitur habuiſſe lætitiam in die natalis filij vel filię ſuę,ſoli peccatores ſuper huiuſmodi natiuitate lætãtur. Inuenimus enim in veteri teſtamento Pharaonem regem Ægypti diem natalis ſui eum feſtiuitate celebrantem.In nouo vero teſtamẽto Herodem. Vterque tamen eorum ipſam feſtiuitatem natalis ſui profuſione ſanguinis cruentauit.Ille enim præpoſitum piſtorũ. hic ſanctum prophetam obtruncauit in carcere. Sãcti non ſolum non agunt feſtiuitatem in die natalis ſui,ſed ſpiritu ſancto repleti execrãtur

Iere.20.& 13. hunc diẽ.Vnde Iere. Maledictus dies in quo natus ſum,& nox in qua dixerunt, ecce maſculus,maledictus qui annũciauit patri meo dicens,natus eſt tibi maſculus.Denique Cyrillus li.8.in Leui.hæc eadem tranſcripſit ex Orige. ſicut Eucherius ex Aug. ex li.1.q.in Gene.q.5.Quin & Thracibus mos erat in lucẽ editos filios lachrimis proſequi, mortuos conuiuijs & tripudijs efferre. & Herodotus in Terpſichore Trauſos Thraciæ populos hoc factitaſſe tradit.Iuxta Zenobiũ καυσιαι, & iuxta Nicolaum, Cauſiani natos fletu excipiunt, defunctos beatos ducunt. Qua de re extat Epigramma apud Græcos huiuſcemodi.

θρήικας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους.
ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας
ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
ἐς κακά, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

Laudantur Thraces,natos quod viſcera matrum
Egreſſos,gemitu potius excipiunt.
Quodq́ relinquentes vitam,fine fine beatos
Credunt, incautos dum fera parca rapit.
Illos vita malis quia deſtinat omnibus,hinc hos,
Pharmaca quod mortem tot reperere malis.

Iob an peccauerit. Ex hac regula colliges ſolutionem quæſtionis, an Iob peccauerit quando execrabatur ac diris deuouit diem natiuitatis ſuæ. Nam viri ſancti ſolent perſonam hominum peccatorum aſſumere,& ſub illorum perſona ſeculi calamitates deplorare,ac ſcelera hominum reprehendere. vt Paulus ad Rom.7. cum inquit. Ego carnalis ſum venundatus ſub peccato.& Daniel cum ſocijs. Peccauimus,iniquè egimus, & receſsimus à mãdatis tuis. vt latius in libro decimo explicabimus. *Dani.9.* & ſic Iob. Pereat dies,id eſt,perijſſet dies,hoc eſt nunquam fuiſſet dies ille calamitatis & miſeriæ meæ prænuncius, in quo ego natus ſum. Nam Iob Domini voce laudatur. cap. 42.loquitur quippe Dominus ad Eliphaz inquiens.Iratus eſt furor meus in te & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti corã me rectum ſicut ſeruus meus Iob. & Iere. ſanctus fuit ex vtero matris,& tamen conqueritur dicens.Maledictus dies in quo natus ſum,& nox,in qua dixerunt, ecce maſculus.At vero vt ex indefinita quæſtione ad Hypotheſin deſcendamus, quæro an Iob *Iob.* peccauerit.Hæc quæſtio poteſt intelligi duobus modis, primo an tanta fuerit præditus ſanctitate, vt nunquam peccauerit, nec à virtute deſciuerit. Et in hoc ſenſu nec ipſe nec ſancti omnes ſunt à peccato immunes. Quia in multis offendimus omnes.& alibi.Si diximus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.&,ſepties in die cadit iuſtus.&,nemo mundus à ſorde.Nam cum iuſtitia duobus modis dicatur,in vtraque ſignificatione non caret in hac vita aliqua imperfectione. primo Iuſtitia pro omnibus ſimul virtutibus ponitur,ſicut iniquitas pro omnibus ſimul vitijs,vt exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. & in Pſal. qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam. *Iuſtitia duplex.* ſic Noë, Iob, Abraham, Eliſabeth & Zacharias vocantur iuſti, non tamen decrant illis peccata nonnulla leuiora. Alio modo iuſti appellantur in ſcriptura, non qui omni vitio careãt,ſed quod maiori parti virtutum commẽdentur.Nam Zacharias ſilentio condemnatur. Iob ſuo ſermone reprehenditur. Ioſaphat & Ioſias qui iuſti dicti ſunt domino diſplicuerunt.quorum alter impio auxiliũ tulit,alter cõtra præceptũ Domini occurrit Nechao regi Ægyptio,& interfectus eſt, & tamẽ vterq; iuſtus appellatur.& iuxta Hiero.in.q.in Gen.& Orige.Noë fuit iuſtus in generatione ſua,id eſt,ſi cõparetur ad homines ſui ſeculi.ſi tamẽ ad ſanctos cõferatur patres, iniuſtus fuit. Sic forte de Iob dicere poterimus,ſin minus ſit iuſtus primo modo, nã parum refert.Secũdus quęſtionis,ſenſus eſt, an

Iob

Iob peccauerit maledicendo diei ſuo. & in
hoc ſenſu ſupra à nobis quęſtio diſſoluta eſt.
Nihilominus lege Aug.lib.2.de peccatorum
meritis,& remiſsione capi.12. & Philippum
presby. circa principium comment.in Iob.

REGVLA XLIIII.

PLerunque ſcriptura (vt inquit Auguſti.
libr. 83.q.q.69.) ſic loquitur, vt quod
ſemper eſt, tunc fieri dicatur ab aliquo,
cum in eo cognoſci cœperit. Ita dicimus in
oratione Dominica. Sanctificetur nomen
tuum. quaſi aliquando ſanctum non ſit. Er-
go ſicut ſanctificetur, eſt ſanctum eſſe inno-
1.Cor.15. teſcat,ita quoque quod ait Paulus.cum red-
diderit regnum Deo & patri, id eſt patrem
regnare demonſtrauerit,vt per ſpeciem ma-
nifeſtationemq́ue clareſcat,quod nunc à fi-
delibus creditur,& ab infidelibus non puta-
tur.euacuabit omnem principatum & po-
teſtatem, manifeſtando vtiq́ue regnum pa-
tris, vt omnibus notum ſit nullum princi-
pum aut poteſtatum,ſiue cæleſtium,ſiue ter
reſtrium per ſe habuiſſe aliquid principatus
& poteſtatis, ſed ab illo ex quo ſunt omnia.
Et libr.3.Locut. in Leui.cum dicitur ſancti-
ficabor in medio filiorum Iſrael: id eſt ſan-
ctus habebor. neque enim dominus præter
filios Iſrael, non eſt ſanctus. Lege Cyrillum
lib.9.Theſauri.ca.3.& lib.10.ca.7.& Baſil.4.
contra Euno. Ad hunc modum intelligi de-
bet,id quod dicitur ad Philip.2.Propter qđ
& deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen,
quod eſt ſupra omne nomen. Vtiq; ante re-
ſurrectionem, & ante conceptionem Chri-
ſtus habebat nomen ſupra omne nomen, cũ
deus eſſet.Sed in reſurrectione palam in ocu
lis omnium poſitum eſt, id quod ante erat
ignotum.&apud Ioan.dicitur. Clarifica me
pater.&,Clarifica nomen tuum.& dominus
poſt reſurrectionẽ inquit. Data eſt mihi om
nis poteſtas in cælo & in terra.nam quanuis
ante reſurrectionem innotuerit angelis,poſt
eam innotuit hominibus. Atq; ideo res fieri
dicuntur cum innoteſcunt.& Adam dicitur.
In die quo comederis ex ligno morte morie
ris. At non ſtatim mortuus eſt. Dictus eſt er
go mori, cum aduerſus illum prolata ſenten
tia fuit.& ad Rom.3.ſit deus.i. manifeſtetur,
verax.& omnis homo mendax. & ad Hebr.
1: Tanto melior angelis effectus.i. demõſtra
tus.& ad hunc modum multa quæ de Chri-
ſto dicuntur iuxta humanitatem interpre-
tanda ſunt non infrequenter.

Fieri aut factum eſſe dicitur, cum aliquis
prompto animo eſt, ad aggrediendum rem
aliquam, vt 1.Cor.15. Quotidie morior ob
gloriam veſtram,dicit ſe mori quotidie mo-
riendi propoſito. & filijs Zebedæi dixit do-
minus.Calicem quidem meũ bibetis. at Ioã-
nes non bibit Chriſti calicem,cum morte na
turali vitam finierit. Nam vt narrat Tertulli.
lib.de præſcri.hære. Romæ poſtquam in do *Mors Ioan.*
lium feruentis olei demerſus.nihil paſſus eſt, *euãgeliſtæ.*
in inſulam relegatur. & denique ſenio con-
fectus obijt.Sed aduerte ſecundum Abdiam
in lib.de vitis apoſtolorum. Ioan. non fuiſſe
miſſum in cratere olei feruentis Romæ ſed
Epheſi.quod verius videtur. cum totam ferè
vitam in Aſia tranſegerit. Aut ſecũdo poteſt
dici calicem accipi pro quacunque afflictio-
ne. & ſic calicem domini filij Zebedæi bibe-
runt. Lege Hierony. ſuper Matth. Item in
Exod.fecerunt magi ſimiliter & non potue-
runt,id eſt efficere conati ſunt.

REGVLA XLV.

PEr incarnationem (inquit Ambro. ver-
ſus finem lib. 2. de fide ad Gratianũ Au
guſtum) Chriſtus officia noſtra ſuſcepit
& nomina, vt quod mortuus eſt & ſepultus.
& poſt parum. Propter me Chriſtus ſuſcepit
meas infirmitates, mei corporis ſubijt paſsio
nes, pro me peccatum, hoc eſt pro omni ho-
mine, pro me maledictum factus eſt. pro me
atque in me ſubditus atq; ſubiectus. pro me
agnus. pro me vitis. pro me lapis. pro me ſer-
uus. pro me filius ancillæ. pro me diem iudi-
cij ignorans. Præterea Orige.lib.2.Periar.ca.
6.ait. Propter Incarnationis ſacramentũ per
omnem ſcripturam, tam diuina natura hu-
manis vocabulis appellatur, quam humana,
naturæ diuinæ nuncupationis inſignibus de
coratur. Magis enim de hoc quam de vllo
alio dici poteſt, erunt ambo in carne vna, &
iam non ſunt duo ſed vna caro. magis enim
verbum Dei cum anima in carne vna eſſe,
quam virum cum vxore putandum eſt. Et
Theophyl.Ioan.3.capit.ait. Dicit euangeli-
ſta filium hominis deſcendiſſe de cælo, quã-
uis caro non deſcenderit de cælo. Sed pro-
pter vnam perſonam & hypoſtaſin, ea quæ
Dei ſunt attribuit homini,& ea quæ ſunt ho
minis attribuit Deo. Dedit, inquit, Deus fi-
lium ſuum in mortem, quanuis impaſsibilis

Digitized by Google

permiſerit deus. Vide Cyrillum lib. 10. Theſauri.cap.3.& Theophy.Ioan.6.& 8.

Theologi ſcholaſtici his verbis hanc regulam efferunt. Per Chriſti incarnationem facta eſt communicatio idiomatum, hoc eſt proprietatum vtriuſque naturæ. Qua de re lege S.Thom.3. par.q.16.art.4. & 5.

REGVLA XLVI.

PEr contraria diſerta (vt ſcribit Hierony. in comment.epiſt.ad Titum ca.1. & 2.) contraria facile intelliguntur.vt cum cognouero, quòd quotieſcunque vincimur à vitijs atq; peccatis Deum nego, ſciam quòd cum vitia ſupero,& Deo adhæreo, ipſum ſequor.Et in comment.in Eccleſi.cap.1.verſus finem ait.Ex contrarijs contraria intelliguntur. *Prouer. 1.* Vnde Salomon. Dedi cor meum vt cognoſcerem ſapientiam & ſcientiam, errores & ſtultitiam.Nam ſapientia prima eſt, ſtultitia caruiſſe. Stultitia autem carere non poteſt,niſi qui intellexerit eam. Vnde plura in rebus noxia ſunt creata, vt dum vitamus ea, ad ſapientiam erudiamur. Æqualis ergo ſtudij fuit Salomoni ſcire ſapientiam & ſcientiam, & è regione errores & ſtultitiam, vt in alijs appetendis, & in alijs declinandis, vera eius ſapientia probaretur. Hierony.quoque in comment. Ezech.ca.44.aliud addit exemplum,inquiens. Si legis præuaricatio inhonorat Deum, conſequenter qui legis præcepta ſeruat, honorat eum.vt impleatur quod *Ioan. 5.* ſcriptum eſt. Vt omnes honorificent filium, *Fœlicitas vete. teſta.* ſicut honorificant patrem.& in epiſt.ad Euſtochium ait. Fœlicitas veteris legis. Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Ieruſalem.&, Maledicta ſterilis quæ non paris, *Pſal. 127.* &, filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Hanc ob cauſam Abrahã ſenex Cethuræ copulatur. & Iacob mandragoris redimitur, & concluſam vuluam,in eccleſiæ figuram, Rachel conqueritur. Denique Orige.hom.4.In Ezechielem cum hanc regulam poſuiſſet,addit. Vnde de iuſto dicitur. Non erit ſine prole, nec ſterilis in vobis.peccatores ſine liberis & poſteritate ſui, æterna infœlicitate damnantur.vt in domo Abimelech factum eſt.& earum quarũ concluſit Dominus vuluam propter peccatum quod in Iſaac commiſſum eſt.& Ioan.3.Qui crediderit in filium non iudicatur, qui non credit iam iudicatus eſt.

REGVLA XLVII.

PRiuilegia ſingulorum (vt inquit Hierony.Ionæ cap.1.) non poſſunt legem facere communem. Non enim debemus ſub exemplo Ionæ qui ſortibus electus eſt, vt præcipitaretur in mare, ſortibus credere. Neque illud ex actibus quod Matthias ſorte in Apoſtolatum eligitur. Sicut enim in condemnationem Balaam aſina loquitur,& Pharao & Nabuchodonoſor in iudiciũ ſui, ſomnijs futura cognoſcunt,& tamen Deum non intelligunt reuelantem, Caiphas quoque prophetat ignorans. Ita Ionas fugitiuus ſorte deprehenditur, non viribus ſortium, ſed voluntate eius qui ſortes regebat incertas. Nec quia filij Iſrael acceperunt vaſa ab Ægyptijs,nos idem facere debemus.

Exemplis quibus vtitur Hierony. nempe de Mathia & Iona, qui ſorte fuerunt electi,alter vt eſſet apoſtolus,alter vt maris fluctibus committeretur, recipiuntur communiter à doctoribus,quos citat Gratian.26.q.2.& à S. Thom.2.2.quæſt.95.artic.8.& exponuntur de ſorte quadam ſenſibili & oculis omnium expoſita. A quorum iudicio longè ego abſum.Nam quomodo illi intelligendi ſint ſancti, ipſimet alijs in locis explanauerunt. ait nanque Auguſti.Pſalm.30.conci.2. Sortis nomine appellatur gratia Dei. *Sor.* Vnde dicitur cecidit ſors ſuper Mathiam, quia in ſorte non eſt electio, ſed volũtas dei. vt in Pſalm.In manibus tuis ſunt ſortes meę. & Dionyſius in libr. de eccleſiaſtica Hierar. *Diony.* capit. 5. parte.3. ait. Porrò de ſorte illa diuina quæ Mathiæ diuinitus obtigit, alij quidem alia ſenſere,meo iudicio non rectè, aperiam autem & ipſe quid ſentiam. Videtur mihi ſcriptura ſortem appellaſſe,diuini quiddam & præcipui muneris, per quod illi choro ſacratiſsimo inſinuaretur, qui eſſet diuina electione declaratus. Vides quod apoſtoli nullam miſerunt ſortem, ſed Deus de cælo aut alias quomodo illi fuit viſum, miſit ſignum, declarans & oſtendens, quis eſſet aſſumendus ad munus apoſtolicum, & quis dimittendus: vt fecit cum Cain & Habel obtulerunt ſacrificia. ſuſcepit, inquit, Dominus, ſacrificium Habel. Quomodo? quia miſſo de cælo igne illud combuſsit. & 3.Regum 18. cum ſacerdotes Baal orarent vt deſcenderet ignis è cælo, non deſcendit quidem. At cum orauit Elias, Domine deus Abra-

Abraham & Iſaac, oſtende hodie, quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & eo orante ignis è cœlo deſcendit & deuorauit holocauſtum: quo ſigno aut ſorte oſtendit ſibi ſacrificium illud placere: & in primordijs eccleſiæ, vt author eſt Chryſoſto. homil. 29. in priorem ad Corinth. epiſt. quando aliquis baptizabatur, aut deſcendebat Spiritus ſanctus ſuper illum, aut donum prophetiæ & linguarum illi dabatur, quod ſibi perſuaderet fidem Chriſti eſſe certiſsimam. & Numer. 17. legimus tribus Iſrael virgas ſuas in ſortes dediſſe, vt qui electus à Deo eſſet ſacerdos, declararetur. Sors autem ſuper Aaron cecidit, quia ſola eius virga effloruit. & Iudic. 6. Sortem petijt Gedeon: an ſaluum facis, ô Deus per manum meam populum Iſrael ſicut locutus es? ponam hoc vellus lanæ in area, ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quod per manum meam ſicut locutus es, liberabis Iſrael, factumque eſt ita. Ad hunc modum intellige de ſorte Acham. Ioſue 7. & ſorte Ionathan. 1. Regum 14. De hac re lege Orige. homil. 23. in Ioſue. & homil. 9. Leui.

REGVLA XLVIII.

VBi difficile aut impoſsibile ponitur (inquit Hiero. Matth. 19.) non impoſsibilitas prætenditur, ſed raritas demonſtratur. vt apud Matth. Amen, Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum. & exẽplo oſtendit eſſe impoſsibile. Facilius, inquit, eſt, camelum per foramen acus tranſire. Nihilominus Abraham, Iſaac, & Iacob diuites intrauerunt in regnũ cælorum. & in euangelio Matthæus & Zachæus *Luca. 19.* diuitijs relictis, Domini teſtimonio prædicantur. De exemplo quo vſus eſt Hierony. quod diues haud facile aſſequetur regnum cælorum, lege Auguſti. epiſto. 89. quæſt. 4. Sed vt exemplis notior fiat regula, aliqua breuiter adducam. Ad Hebræos 6. Impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, guſtaueruntque donum cæleſte & participes facti ſunt Spiritus ſancti, &c. & Lucæ 17. Impoſsibile eſt vt non veniant ſcandala. & Pſal. 4. Quis oſtendet nobis bona. & 54. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ. & apud Iſaiam. Generationem eius quis enarrabit. nam, Quis, rem impoſsibilem aut difficilem ſignificat, vt alibi à nobis dictum eſt.

REGVLA XLIX.

AIeruſalem (authore Hierony. Hoſeæ 2.) in Ægyptum dicitur in ſcriptura deſcendere. ab Ægypto in Ieruſalem aſcẽdere. Vnde in Hoſea dicitur. Iuxta diem aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti. Quando eximus de Ægypto, & ad meliora trãſimus, dicit aſcendere, quia Ieruſalem in montibus ſita eſt, de qua qui Iericho deſcendere voluerat, vulneratus eſt: *Luca. 10.* ad eos autem qui Ægypti, id eſt ſeculi huius quærũt auxilia, dicitur. *Iſai. 31.* Væ qui deſcendunt in Ægyptum propter auxiliũ m. & Euche. libr. 3 in Gene. capit. 26. ait. Nunquam ferè in ſanctum quis locum dicitur deſcendiſſe, vel ad vituperabilem conſcendiſſe memoratur. quæ obſeruationes oſtendunt diuinam ſcripturam, non vt pluri- *Scriptura diuina.* mis videtur, inerudito atque agreſti ſermone compoſitam, ſed ſecundum diſciplinam diuinæ eruditionis aptatam, neque tantum hiſtoricis narrationibus, quantum rebus & ſenſibus myſticis ſeruientem inuenies. Vnde cum detentus fuiſſet Simeon in Ægypto, & nouem fratres eius dimiſsi reuerterentur ad patrẽ, non eſt ſcriptũ, quia aſcenderũt ex *Gene. 42.* Ægypto, ſed imponentes, inquit, frumẽtum ſuper aſinos ſuos, abierunt. Cum autem recepto fratre & agnito Ioſeph reuerterẽtur, dicitur. Quia aſcenderũt ex Ægypto, & venerũt in terra Canaan ad Iacob patrẽ ſuum. & Orige. ho. 15. in Gene. late de hac re diſputat, ex quo Euche. omnia illa quæ ſub eius nomine retulimus, ad verbum tranſtulit.

Hæc regula ad pertractandos myſticos ſenſus plurimũ valet, vt docebimus in libro ſequenti. Nam quia Ieruſalem editior & altior eſt cunctis vrbibus, ſignificare videtur illius habitatores, & qui ad illam conſcendũt, ad culmen virtutis aut conſcendere aut iam perueniſſe; & cum Chriſto in monte eſſe cũ apoſtolis. & è contra qui ab ea deſcendunt, ad infima & terrena fuiſſe delapſos. At vero ne violenta allegoria videatur, & conficta, ex hiſtoria confirmanda eſt. Inquit enim Ezechiel. capit. 38. de Ieruſalem. Qui poſsidere cœpit & eſſe habitator vmbilici terræ. & Rabbi Dauid in comment. Hoſeæ capit. 2. ait. Iſraelitica regio cunctis alijs altior eſt, ideo ad eam ſemper dicimus conſcendere. Hinc forte Pſalmis Dauidicis, qui graduum inſcribuntur, illis hoc inditum eſt nomen, quia Iudæi è Babylone in Ieruſalem con-

ſcendentes, per certas manſiones & diuerticula, illos. 15. Pſalmos domino cecinerunt. & in Pſalm. 121. illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini teſtimonium Iſrael, &c.

REGVLA L.

QVando nouum fit aliquid atque præcipuum (teſte Chryſoſto. homil. 14. in Matth.) ſigna Deus facere conſueuit, præſtans quædam pignora ſuæ potentiæ, his qui legem eius accipiunt. Sic cum hominem facturus eſſet, prius mũdum creauit, & tunc demum facto homine legem in paradiſo dedit. Et cum ſancto etiam Noe legem poſiturus eſſet, magna rurſus mirabilia monſtrauit, per quæ deſtruxit omnem creaturam, ac terribile illud pelagus per annum integrum toto fecit orbe diffundi, iuſtumque illum in tanta totius mundi tempeſtate ſeruauit. Abrahæ quoque multa ſigna legitur præſtitiſſe, vt claràm illam de Regum bello victoriam, vt inſignem quoque aduerſus Pharaonem plagam, vt cum de varijs eum periculis liberauit. Sed & Iudæis quidem cum legem eſſet daturus, prius mirabilia illa, & prodigia magna oſtendit, ac tunc demum præcepta legis impoſuit. Ita in Euangelio cum ſublimem quandam viuendi introduceret diſciplinam, & quæ nunquam ab illis fuiſſet audita authoritatem mandati, ſuis præſtruxit, claritate ſignorum. Quia enim æternum regnum prædicabat, quod non conſpiciebatur ſenſibus, ex his quæ videntur, etiam illa quæ non ſunt viſa, demonſtrabat. Et Gregorius Nyſſenus in homil. natalis domini. Diuina benignitas hominibus viam præſtruens, ad hoc ne aliqua res incredibilis videatur, incredulorum animos ad aſſentiendum præparat, minoribus miraculis illos exercendo. Huiuſmodi erat fœtura illa, qua ſterili Eliſabeth & decrepito naſcitur filius, quo concilietur fides Mariæ partu. Lege Theophyla. Lucæ. 1. circa principium.

Nec tantum, Deus optimus maximus, miraculis animos hominum præparare, ſed etiam vaticinijs ante adhibitis viam præmunire ſolet, cum aliquid inſolitum facere vult. Vnde Chryſoſto. ſermo. 1. in epiſto. ad Roma. ait. Solet deus quando ſublimia & magnifica facturus eſt, ante multa tempora illa prædicere, exercens hoc pacto ſuorum auditum, quo facilius & certius excipiant eorum aduentum. Et Aretha. in Commenta. Apocaly. capit. 18. loquens de terræmotu illo, qui tempore Chriſti paſsionis accidit, ait. Ex conſuetudine, inquit, ſcripturæ terræmotus mutationem rerum ſignificat. *Terræmotus.* Quemadmodum vbi dicitur. Adhuc ſemel, ego *Agg. 2.* mouebo cælum & terram: ſignificat enim tranſlationem eorum quæ commouentur, vt declarat Paulus ad Hebræos capit. 12. Et in veteri teſtamento egreſſus Iſraelitarum ex Ægypto, dictus eſt terræmotus, vt cum ait Dauid. Terra mota eſt, etenim cæli diſtillauerunt. *Psalm. 67.* & in Apocaly. capit. 6. cum aperuiſſet ſigillum ſextum, terræmotus factus eſt magnus. Siquidem tantas afflictiones Antichriſti tempore fore inuaſuras homines dicunt, quantas nunquam antea fuiſſe cognouimus. Denique Theophyla. Matth. ait. Scriptura terræmotum, in rerum alteratione ponit. Ex hac regula facilè ſectatorum Lutheri leuitas & inconſtantia, & ipſius inſania & impietas refellitur, *Lutheri hæreſis.* qui cum à Deo miſſus non fuerit per hanc miſsionem exteriorem efficiendorum miraculorũ (miracula quippe ſigna ſunt interioris miſsionis Spiritus ſancti) nihilominus non ſolum poſtulat, ſed obtinuit, vt dogmatis eius ex orco extractis fides adhibeatur, atque illis, nec diſcuſsis, nec probatis an ex Deo ſint necne, ſubſcribatur. Atqui ego perlibenter ab illis transfugis, qui à Deo vero ad Deum huius ſeculi defecerunt, quærerem, quo conſilio ducti à Dei eccleſia, quæ eſt firmamentum veritatis, deſciuerint. Num miraculum aliquod adhibuerit, vt doctrinæ ſuæ viam præmuniret, atque ipſi fidem faceret? Nihil minus. At eximia quadam ſanctitate & morum probitate claruit, cuius lenocinio allecti, ei acquieuiſtis? tantundem. quando quidem tot ſcelera teterrima ab ipſo patrata fuiſſe comperio, vt potius dehortari quàm hortari homines ad ſe ſequendum viderentur. Cum iuxta Agaſiclem Lacedæmoniorum regem, illorum exoptare oportet eſſe diſcipulum, quorum & filios eſſe volumus. Fefellit ergo vos ac in errorem pertraxit, nomen illud euangelij, quod identidem apud vos oſtentare, & frequenti ſolet inculcare ſermone, cum longè latèque ab re ipſa diſsideat. Nam iuxta prophetam. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Euangelium quippe non tam eſt in verbis

Digitized by Google

verbis quam in ſenſu, nõ tam in folijs quàm *Eudoxus.* in fructu. Eudoxum ferunt, bonum ipſum, hoc eſt felicitatem in voluptate ſitam eſſe exiſtimaſſe, cuius rationes ob morum eius probitatẽ, magis quàm propter ſeipſas probabantur. nam maxime temperans eſſe videbatur, nec vt amicus voluptatis, putabatur hæc dicere, ſed quia ita re vera exiſtimabat. Hinc etiam Orator à M. Catone finitur, vir bonus dicendi peritus. Sed bene habet, hac ex parte Martinus non poterit nobis imponere, nec errores ſuos obtrudere, cum illius ſcelera ſint orbi notiora, quam vt à nobis hoc loco recenſenda ſint. Porrò doctrinam qua ratione inſinuare & propagare curauerit Martinus, excutiamus. Cum videret nec à probitate morum nec à potentia miraculorum ſuffragium habere poſſe, ad decipiendum Dei populum & diſſeminandum errores, ſtatuit illas hæreſes ſuſcitare, ad quarum ſatus hominum animos cernebat eſſe propenſos. Nam quemadmodum facile erat Athenis Athenienſes laudare, ſed non apud Lacedæmonios, ſic facile erat cibum & potum & quę ex illis ſequuntur apud illos Germanos, quorum Deus venter erat, laudare. Vnde vniuerſa ieiunia & ciborum delectus ſtatim apud illos exoleuerunt, conniuentibus magnatibus, ad quos ſicut poſtremo prædicatio Ionæ peruenire ſolet, ita vitia, quæ in pręcipitia ducunt homines, primum ab illis amplectuntur & fouentur. Deinde cum ſibi ſubiratum Pontif. max. hac de cauſa cerneret, totum eccleſiaſticum ordinem labefactare, & pontificem ipſum à ſede Petri deturbare decreuit, affirmans, nec Epiſcopos, nec Papam eſſe dignitate ſuperiores ſartoribus & ſutoribus, ac talem denique eccleſiæ formam conſtituit, vt merito de ea dicere poſsis cum propheta. facies meretricis facta eſt tibi: neſciſti erubeſcere.

¶ Finis Libri noni Hypotypoſeon.

MARTINVS MARTINI CANTAPETRENSIS, SACRÆ THEOLOGIÆ magiſter, ac diuinarum ſcripturarum, in tribus linguis, Salmanticæ, primarius profeſſor, Illuſtriſsi. ac Reuerendiſsi. D. D. Petro Pontio Legionenſi, Epiſcopo Placcentino, Salutem. P. D.

IAM AD POSTREmum huius ſecundæ partis volumen ventum eſt, in quo elementa ſcripturarum à nobis abſoluenda ſunt. Et in primis ab ſtudioſis, cura ac diligentia adhibēda eſt, vt ſcripturæ cum geſtu pronuncientur, qui nimirum non rarò interpretationis loco eſſe ſolet. vt Eccleſiaſtes 11. ca. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum. & Threnorum 4. Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque nudaberis. Quibus in locis tota periodus per irriſionem proferenda eſt. nam imperatiuus, lætare, comminationis eſt, & in libris Regum. Clamate voce maiore, Deus eſt enim Baal, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut dormit vt excitetur. & in threnis. vocaui amicos meos, id eſt, inimicos, ipſi autem ſpreuerunt me. & in Geneſ. capit. 3. Ecce Adam factus es quaſi vnus ex nobis. nam cum dixiſſet ſerpens. eritis ſicut dij. Dicit dominus Ironicῶs. ecce Adam factus es ſicut vnus ex nobis. atque ita exponit Chryſoſt. homil. 31. in Matthæum: vel iuxta Theophyla. Ioan. 13. ſunt verba angeli. Ecce Adam factus es ſicut vnus ex nobis, id eſt, factus es ſicut vnus qui ex angelorum numero cecidit. & cum dicit dominus Ioan. 13. vnus ex vobis proditurus eſt me, id eſt, is qui à veſtro choro excidit, me tradet. Item Matth. 9. Non eſt opus valentibus medico. & Pſalm. 49. Si eſuriero non dicam tibi. Atque ita dicit Chryſoſto. loco citato. & Habac. 1. Hæc eſt fortitudo dei ſui. i. Bel idoli. Deinde prouidendum eſt ne malè diſtinguamus. Nam in illo Pſalmi. Ieruſalem quæ ædificatur. hic diſpungendum, ac deinde ſequitur. vt ciuitas, cuius participatio eius in id ipſum, id eſt, in illa Ieruſalem quam dominus conditurus eſt, id eſt, in populo Chriſtiano ſummus erit animorum conſenſus ciuium inter ſe. & Pſal. 10. Dixit in corde ſuo non requiret. & reſpōdens propheta ait. Vides. & ſubiungit cauſam. Quoniam tu dolorem & laborem conſideras. & Pſal. 23. Hæc eſt generatio quærentium eum, quęrentium faciem Dei. & deinde ſubditur. Iacob, id eſt, populus Iſraeliticus. Nam peculiare eſt Hebræis, vti hominis vocabulo pro loco aut gēte. vt Zabulon, Nephtalim. Porrò hac in re in veteri inſtrumento ad Hebræos codices confugere oportet. Cum vero adhibita intentio incertum eſſe prouiderit, quomodo diſtinguendum, aut quomodo pronuntiandum ſit, conſulamus regulam fidei, ex ſcripturarum planioribus locis & eccleſiæ authoritate. Illa hæretica diſtinctio. In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat. Verbum hoc erat in principio apud Deum. non vult verbum Deum confiteri. Sed hoc regula fidei refellendum eſt, qua nobis de trinitatis æqualitate præſcribitur, vt dicamus, & Deus erat verbum. Deinde ſubiūgamus. Hoc erat in principio apud Deum. & apud Ioan. eodem loco. Latini ſic diſtinguunt. omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: quod factum eſt,

Digitized by Google

in ipſo vita erat. Græci ſic.omnia per ipſum
facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil quod
factũ eſt.In ipſo vita erat.At vero Theophy.
arbitratur diſpũctionem Latinorum eſſe hæ
reticam,ſi dijs placet. Illa vero diſtinctionis
ambiguitas neutra parte reſiſtit fidei,& ideo
ex textu ipſo ſermonis dijudicãda eſt,vbi ait
Apoſtolus ad Philippẽ.1.Et quid eligã igno
ro,coarctor autem è duobus,deſyderium ha
bens diſſolui & eſſe cũ Chriſto. multo enim
magis optimum,manere in carne neceſſariũ
propter vos. Incertum enim eſt, vtrum ex
duobus,deſyderiũ habens, an coactorè duo-
bus,vt illud adiungatur, deſyderium habens
diſſolui & eſſe cum Chriſto. Sed quoniam
ita ſequitur.multo enim magis optimum,ap
paret eum,eius optimi dicere ſe habere con-
cupiſcentiam,vt cum ex duobus compella-
tur,alterius tamen habeat concupiſcentiam,
alterius neceſsitatem.Concupiſcentiam ſcili
cet eſſe cum Chriſto,neceſsitatem manere in
carne.Quæ ambiguitas ex vno conſequenti
verbo dijudicatur,quod poſitum eſt,nempe
enim.Quam particulam qui abſtulerunt in-
terpretes,illa potius ſententia ducti ſunt, vt
non ſolum compelli ex duobus, ſed etiam ꝙ
duorum habere concupiſcentiam videretur.
Sic ergo diſtinguendum eſt.& quid eligam,
ignoro. compelior autem ex duobus, quam
diſtinctionem ſequitur.Concupiſcẽtiam ha-
bens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et tanquã
quæreretur,quare potiùs huius rei habeat cõ
cupiſcentiam.Multo enim magis optimum.
inquit. Cum ergo è duobus compellitur,
quia eſt manendi neceſsitas,quam ita ſubie-
cit.Manere in carne neceſſariũ propter vos.
Item Matth.28.dicit.Veſpere ſabbathi quæ
luceſcit in prima ſabbathi venit Maria Mag
dalene.& Mar.capi.16.ait.ſurgens Ieſus ma-
ne prima ſabbathi, apparuit primo Mariæ
Magdalenæ.In quorum locorum expoſitio
ne ait Hierony. quæſt. 3.ad Hedibiam, Re-
ſpondendo quod vterque euangeliſta ve-
rum dixit. Matthæus quando Dominus re-
ſurrexerit veſpere ſabbathi, Marcus autem,
quando eum viderit Maria,ideſt,mane pri-
ma ſabbathi. Ita enim diſtinguendum eſt.
Cum autem reſurrexiſſet,& parumper ſpiri
tu coarctato inferendum.prima ſabbathi ma
ne apparuit Mariæ Magdalenæ, vt qui ve-
ſpere ſabbathi,iuxta Matth.reſurrexerat,ip-
ſe mane prima ſabbathi, iuxta Marc. appa-
ruerit Mariç.quod & Io.ſignificat, mane cũ

alterius diei viſum eſſe demonſtrans. Aut di
cendum iudicio meo, quod veſpera pro no-
cte capitur, apud Matthæum.Sed Mar. tem
pus illud explicauit, nempe quod nocte illi
apparuerit, mane iam appropinquante. Vbi
autem nec præſcripto fidei, nec ipſius ſer-
monis contextu ambiguitas explicari po-
teſt,nihil obeſt ſecundum quamlibet earum
quæ oſtenduntur, ſententiam diſtinguere. *2.Cor.7.*
Veluti eſt illa ad Corinthios. Has ergo pro-
miſſiones habentes chariſsimi, mundemus
nos ab omni inquinatione carnis & ſpiritus,
perficientes ſanctificationem in timore do-
mini. capite nos, nemini nocuimus. Du-
bium eſt quippe vtrum mundemus nos ab
omni inquinatione carnis & ſpiritus, ſecun-
dum illam ſententiam, vt ſit ſancta in cor-
pore & ſpiritu,an mundemus nos ab omni
coinquinatione carnis,vt alius ſit ſenſus. &
ſpiritus perficientes ſanctificationem in ti-
more domini, capite nos. Tales diſtinctio-
num ambiguitates, in poteſtate legentium
ſunt.& ad Rom. 2.ſic oportet legere.qui red
det vnicuique ſecundum opera eius.ijs qui-
dem qui ſecundum patientiam boni operis
(ideſt, qui perſeuerant in bono opere) quæ-
runt vitam æternam. Subaudi reddet glo-
riam & honorem. ijs autem qui ſunt ex con
tentione &c, ira & indignatio, ſcilicet red-
detur. eſt optimum etiam exemplum apud
Matthæ. occidit omnes pueros qui erant in
Bethleem & in omnibus finibus eius, à bima
tu & infra, ideſt, intra, ſecundum tempus
quod exquiſierat à Magis. Lege Euthy. Mat
thæ.2.circa principium, & Ambro.Pſalm.
36.& Auguſt, libr. 5. ſuper Gene. ad lite.
capit.13.&.14.Poſtremo ambiguitates, quę
non ad diſtinctionem, vel ad pronuntiatio
nem pertinent, ſed ad caſum nominis ſpe-
ctant,ſimiliter conſiderandæ ſunt. Nam ſæ-
pe occurrit nomen quod neſcias quo caſu
collocatum ſit, niſi ad fontem Græci aut He
braici ſermonis te conferas. vt Pſalm.9.Ini-
mici defecerunt frameæ in finem & ciui-
tates eorum deſtruxiſti. nomen inimici iux
ta aliquos eſt nominatiuus pluralis.Sed me
lius eſt vt ſit genitiuus. ad hunc ſenſum ini-
micorũ noſtrorũ vires debilitatæ, fractæque *Vulgata di*
ſunt. At vero iuxta Hebræos vocatiuus eſt, *cit. Inimi-*
inimiceq; legendum.atq; is error irrepſit ex *ci defecerũt*
affinitate literarũ.loquitur aduerſus Goliath *framea in*
Philiſtæũ,atque irridens vires eius,miratur *finem.*
quomodo tã celeriter ſint ſuperatæ. & Pſal-
mo.

mo 126. Ecce hereditas domini filij, merces, fructus ventris. Nomen filij poteſt eſſe genitiuus aut nominatiu' numeri pluralis, quod rectius videtur quaſi dic. Hæreditas domini ſunt filij. nam hæc erat fœlicitas legis veteris, & ſubdit. qui filij ſunt merces ac fructus ventris materni. & Pſalm. 44. Propterea vnxit te Deus, deus tuus oleo lætitiæ. primum nomen iuxta Hierony. in epiſto. ad Principiam. eſt in vocatiuo, ad hunc ſenſum. propterea ô Deus, vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Damaſce. lib. 4. cap. 6. vtrunque nomen ponit in nominatiuo. & Paulus ad Hebræos cap. primo. Item in cantico Mariæ, Lucæ. 2. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ, nomen Iſrael apud Latinos ambigitur in quo ſit caſu. Sed non eſt dubium quin ſit in accuſatiuo. & In Euangelio Matthæi. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Abrahæ eſt in datiuo. Sicut & illud Actuum apoſtolicorum. Si, id eſt, nunquid, in hoc tempore reſtitues regnũ Iſrael. pro ipſi Iſrael. & Matt. 13. zizania autẽ filij ſunt nequam. nequã eſt genitiuus, hoc eſt ſatanæ. & ca. 12. ſpiritus autẽ blaſphemia. blaſphemia eſt nominatiuus, & ſpiritus genitiuus. & 2. ad Tim. 4. Coaceruabũt ſibi magiſtros pruriẽtes auribus. hoc nomẽ, prurientes, eſt in nominatiuo. Sic 1. Theſſ. 3. Propterea conſolati ſumus fratres in vobis. Dubium eſt enim vtrum ô fratres, an hos fratres. Neutrum autẽ horum eſt contra fidem, ſed Græca lingua hos caſus pares nõ habet, & ideo illa inſpecta renũtiatur vocatiuus. i. ô fratres. Quod ſi voluiſſet interpres dicere, ꝓpterea conſolationẽ habuimus fratres in vobis. minus ſeruitum eſſet verbis, ſed minus de ſententia dubitaretur. noſtri nemo ferè ambigeret vocatiuũ eſſe caſum, cum audiret. propterea cõſolati ſumus fratres noſtri in vobis. Sed iam hoc periculoſius permittitur. Ita factũ eſt in illa ad Corin. epiſtola, cum ait Apo-
1. Cor. 15.
ſtolus. Quotidie morior per veſtrã gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu. ait enim quidam interpres. Quotidie morior per veſtrã iuro gloriã, quia in Græco vox iurantis Νὴ manifeſta eſt ſine ambiguo ſono. Verũ rariſsimè inuenietur ambiguitas in proprijs verbis, quantũ ad libros diuinarum ſcripturarũ ſpectat, quã non, aut circunſtantia ipſa ſermonis, qua cognoſcitur ſcripturarũ intentio, aut interpretum collatio, aut præcedẽtis linguæ ſoluat inſpectio. his præmiſsis ſit.

REGVLA PRIMA.

Ex antecedentibus & cõſequentibus percipitur ſcripturæ ſenſus.

PRudens admonendus lector (vt author eſt Hierony. Matth. 25.) ne ſuperſtitioſis acquieſcat interpretationibus, & quæ commaticè pro fingentium dicũtur arbitrio, ſed conſideret priora, media, & ſequentia, & ſic nectat ſibi vniuerſa, quæ ſcripta ſunt. vt quia Matthæus capit 25. ait. Vigilate itaque quia neſcitis diem neq; horam. Intelligimus omnia quæ ante dixerat partim capi. 24. partim 25. hoc eſt de duobus qui in agro ſunt, de duobus molentibus, & de patrefamilias qui ſeruo ſuo dedit omnem ſubſtantiam, & de decem virginibus, ideo parabolas eſſe præmiſſas, vt quia ignoramus omnes iudicij diẽ, ſolicitè nobis lumen bonorum operum præparemus, ne dum ignoramus, iudex veniat. Et Auguſti. libr. 83. q. q. 69. ait. Solet circunſtantia ſcripturæ illuminare ſentẽtiam, cum ea quæ circa ſcripturam ſunt, præſentẽ quæſtionem contingentia diligenti diſcuſsione tractantur. vt illud quod dicit Paulus. 1. Corinth. 15. Tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui illi ſubiecit omnia. Inuenimus nanq; ita eſſe ventum ad illum locum, vt ſupra diceret. Nunc autem Chriſtus ſurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Agebat enim de reſurrectione mortuorum, quæ in domino ſecundum ſuſceptionẽ hominis facta eſt. quã quam apertiſsimè ſequatur & dicat. Quoniã quidem per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. ſicut enim in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificabuntur. Vnuſquiſque autem in ſuo ordine, initium Chriſtus, deinde hi qui ſunt Chriſti in præſentia eius. Deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & omnem poteſtatẽ & virtutem. Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. nouiſsimè inimica deſtruetur mors. omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autem diceret quod omnia ſubiecta ſunt manifeſtum eſt quod præter eum qui ſubiecit illi omnia. Cum autem ſubiecta fuerint omnia, tunc & ipſe filius ſubiect' erit ei, qui illi ſubiecit omnia, vt ſit deus omnia in omnibus. Manifeſtum eſt hoc ſecundum ſuſceptionem hominis dictum. Præterea Hierony. in epiſto. ad Dardanum. eandem regulam exemplo illuſtrat, dicens. Vbicunque habitator terræ legitur,

S. Thom. 3. part. q. 20. arti. 1.

Habitator terræ.

gitur,& priora & media & extrema tracte-
mus,& liquido ſcripturarum regula poterit
comprobari,ſemper habitatores terræ pecca
tores cognoſces appellari. De quibus in Apo
calypſi dicitur. Væ habitatoribus terræ. &
Apoca. 8. Dani. 4. omnes habitatores terræ apud illũ
in nihilum reputati ſunt. & alibi. Vt inferas
Ezech. 38. manum ſuper populum qui eſt congregatus
ex gentibus,qui poſsidere cœpit,& eſſe habi
tatorvm bilici terræ,id eſt Iudę. Item Hilarius
lib. 9. de Trin. parum poſt principium,inquit
Dictorum intelligentia, aut ex præpoſitis,
aut ex conſequentibus expectanda eſt. nam
cum de humana natura loquitur, dicit Domi
nus. Solus Deus eſt bonus. & nemo bonus ni
ſi ſolus Deus. & non poteſt filius ab ſe facere
quicquam, niſi quod viderit patrem facientẽ,
& pater maior me eſt. &, de die illa vel hora
nemo ſcit, neque angeli in cælis, nec filius ni-
ſi pater ſolus. At quando de Christo iuxta di
uinitatem loquitur, inquit. Ego & pater vnũ
ſumus. & Hiero. Matt. 5. cum exponit ſermo
nem Domini in monte habitum ait. Ex præ-
cedentibus & ſequentibus in Galilæa mon-
ſtratur locus, quem putamus eſſe vel Tha-
bor, vel quemlibet alium excelſum montem.
Denique poſtquam finiuit ſermones ſuos ſta
tim ſequitur. Cum autem introiſſet Caphar-
naum. & iterum in eodem cap. cum exponit
hunc locum. eſto conſentiens aduerſario tuo.
&c. ait. ex præcedentibus & conſequentibus
manifeſtus eſt ſenſus, quod nos Dominus dũ
in iſtius ſeculi via currimus, ad cõcordiam co
hortetur, iuxta apoſtolum dicentem. Si fieri
Rom. 12. poteſt quantum ex vobis eſt, cum omnibus
hominibus pacem habentes. Nam dixerat. Si
offers munus tuum ad altare, & ibi recorda-
tus fueris, quia frater tuus habet aliquid ad-
uerſum te. & hoc finito ſtatim infert. eſto cõ-
ſentiens aut benignus aduerſario tuo. & in cõ
ſequentibus iubet. Diligite inimicos veſtros.
Cum hęc manifeſta ſit intelligentia, plerique
arbitrantur de carne dictum & anima, vel de
anima & ſpiritu, quod penitus non ſtat. Quo-
modo enim aut caro mittenda erit in carce-
rem, ſi anima non conſenſerit, cum anima &
caro pariter recludenda ſint. nec quicquã poſ
Locus Pſal- ſit caro facere, niſi quod anima imperarit. Le
mi. 2. ge quæſt. 11. ad Hedibiam. Ex hac regula li-
quido colligitur hunc locum Pſalm. 2. Ego
hodie genui te, fore intelligendum de gene-
ratione temporali filij Dei, vt multi illuſtres
viri interpretantur, precipuè Hiero. ad Ga-
lat. 4. & Iſaiæ. 45. & Ambro. libr. 5. de fide. ca.
2. & Theodo. ad Hebræos. 1. & Auguſt. libr.
2. de Trinita. ca. 18. Atque iterum Theodor.
Pſalm. 2. cum dicit Pſalmographus. Domi-
nus dixit ad me filius, &c. inquit. Ταύτην τὴν φω-
νὴν οὐκ ἄρτισ τῇ τοῦ θείου πνεύματος διδασκαλίᾳ
πειθόμενος τῇ θεότητι προσάψομεν τοῦ δεσπότου χρισ
τοῦ. περὶ γὰρ ἐκείνης ἀκούομεν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων
διὰ τοῦ δαβὶδ λέγοντος. ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου
ἐγέννησά σε. ὡς ἄνθρωπος τοίνυν καὶ ταύτην δέχεται
τὴν φωνήν. ὡς ἄνθρωπος καὶ τῶν ἐπαγομένων ἀκούει.
αἴτησαι παρ' ἐμοῦ. Hoc eſt. Hanc vocem hodie
nullus tribuet filio Dei, ſi modo à vero ſenſu
ſcripturarum aberrare non vult. Nam de diui
na natura intelligitur quod alibi Dauid ceci-
nit. Ex vtero ante luciferũ genui te, Sed qua-
tenus homo illi deferenda eſt hæc vox. quin
& vt homo eſt accipienda ſunt quæ ſequun-
tur. poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hæredita
tẽ tuam. His refragãtur Aug. Pſal. 2. & Caſsio
dorus eodẽ in loco. & Beda ad Hebręos. 1. qui
de generatione æterna intelligi autumãt, qui
bus ſcholaſtici omnes fere ſubſcribunt. Deni
que alij intelligũt de reditu Chriſti ad vitam,
quando à mortuis reſurrexit. nam reſurre-
ctio generatio quædam eſt. Atque ita in-
telligit Paulus Actuum. 13. Dixit Hiero-
nymus Matthæi. 25. in regula noſtra, quæ
commaticè pro fingentium dicuntur arbi-
trio. Comma eſt pars periodi, quod ſi eum,
in authore quopiam inuento, interprete-
ris, nullo habito reſpectu ad ſuperiora, aut
inferiora à quibus conuulſum eſt, ſed illo nu
dè ſumpto, à vero ſenſu aberrabis frequen-
ter. vt ſi intelligam locum illum Iſaiæ. ca- *Locus Iſaiæ*
pit. 1. à planta pedis vſque ad verticem ca- *cap. 1.*
pitis non eſt in eo ſanitas, de flagris quæ
Chriſtus pertulit in paſsione pro nobis, ma-
le interpretabor. Nam intelligitur de popu-
lo Iſraelitico, qui nullis ærumnis nec flagel-
lis eruditus ad ſanam mentem redibat, &
propterea vocatur populus Sodomæ & Go-
morræ. & ſimiliter eadem ratione male com-
muniter interpretantur hunc locum. Cum
ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruer- *Pſalm. 18.*
teris. ſenſus eſt. cum homine pietatem colen
ti, benignè agẽs. & illum hominem qui à re-
cta via auertitur, acerbè punies. dicit peruerte
ris ad eum ſenſum. non eſt malum in ciuitate
quod Dominus non fecerit. quaſi. d. cum
prauo homine peruerſus eris. hoc eſt extre-
mo ſupplicio eum afficies.

REGVLA II.

QVod moris ſit in ſcripturis diuinis(inquit Orige.lib. 6.comment. epiſt. ad Rom.cap.7. verſus finem,)ſanctos perſonas aſſumere peccantium, & magiſtros ſuſcipere in ſemetipſos infirmitates diſcipulorum, ex libro Pſalmorum pleniſsime perdocemur, vt cum dicit. *Pſalm.37.* Nō eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum, quia iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt capiti meo, &c. vſque, ſuper me computruerunt & exarſerunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ, miſerijs afflictus & humiliatus ſum vſq; in finem, &c.quibus penè integer hic ſcribitur Pſalm⁹. *Danie.9.* Quod ſi forte alicui videbitur Dauid magis de ſemetipſo pro his quæ acciderant ei, dicere potuiſſe quam de alijs. Quid etiam de Daniele dicimus, cuius quidem peccatum nullū refertur, ſed vir deſideriorum dicitur, tamen in ieiunijs,cilicio & cinere deſcribitur, & oratio huiuſmodi in qua inter cætera hæc dicit. Peccauimus,iniquitatem fecimus, iniuſtè egimus,& impietatem commiſimus, & diſceſsimus & declinauimus à mandatis & iudicijs, & non audiuimus ſeruos tuos prophetas. Vnde conueniens eſt nos legentes dicta ſanctorum, cum ab eis tale aliquid dici videmus intelligere & ſentire,quia noſtras in ſemetipſis paſsiones atquepeccata deſcribunt.Et propterea illi deflent, vt illorum fletibus nos inuitemur ad lachrymas. Conſiderant enim neminem ita durum & ignarum poſſe inueniri, qui cum ab alijs viderit vulnera ſua ligari,ipſe nullum de ſuis vulneribus ſenſum doloris accipiat,& Oecumen.ad Rom.7.ait.Apoſtolus per ſeipſum deſignat naturam humanam, vt, occaſione accepta,peccatum per præceptum operatum eſt in me,ideſt,in omnes homines, omnem concupiſcentiam,& Olympiodorus in præfati.in eccleſi.ait,ſciendum ſapientē eccleſiaſtē,modo è ſua ipſius loqui perſona,modo eius perſonam gerere,qui ea quæ in mundo ſunt, attonitus admiratur. Item Hierony. libr.2.aduerſus Pelagianos, prope finem,ait, *Danie.9.* omnes prophetæ,vt Daniel,Dauid, non per ſe qui ſancti erant, ſed ex perſona populi dicunt,peccauimus,iniquè egimus, iniuſtè egimus,& receſsimus à mandatis & iuſtitijs tuis. Exponens quoque hunc locum Habacuc. *Haba.1.* Quare non reſpicis domine ſuper iniqua agētes,& taces deuorante impio iuſtiorem ſe, & facis homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem, &c. inquit Hieronym. Hoc dicit non quod ipſe propheta ſic ſentiat,ſed quod impatientiam humanam in ſua perſona exprimat. Sicut frequēter prophetas & Paulum vidimus, vanas hominum in ſe recipere ſententias, & nūc dicere. Video aliam legem in membris meis repugnantem *Rom.7.* legi mentis meę,&c.& quaſi incipiens ſit.Fra *Philip.3.* tres ego me non arbitror comprehendiſſe. Et *1.Cor.13.* ex parte cognoſcimus,& ex parte propheta- *Philip.3.* mus.Et rurſus quaſi perfectus ſit. Quotquot ergo perfecti ſumus hoc ſapiamus. Cum igitur non ſit vnius,atque eiuſdem dicere, ſe ex parte cognoſcere, & eſſe perfectum. Ac ne forſitan putes, non eſſe Apoſtolicæ conſuetudinis,ſed noſtræ,hoc eſt argumētum quod ipſe loquitur ad Corinthios. *1.Cor.4.* Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis diſcatis. Alioqui quomodo poteſt Deus,ſic habere homines quaſi piſces maris, & velut reptilia quæ non habent principem. Cum angeli ſingulorum quotidie videant faciem patris qui in cælis eſt. *Matt.18.* Et circundet Angelus domini in circuitu timentium eum. Sicut igitur in hominibus etiam per ſingulos Dei currit prouidentia, ſic in cæteris animalibus generalem diſpoſitionem & ordinem curſumque rerum intelligere poſſumus; lege Theophy.in præfat.in Habacuc, & Auguſt.epiſt.120.capit.6. ſunt innumera huiuſce rei exempla, vt ad Roma.7. ſcimus quod lex ſpiritualis eſt, & ipſe infirmorum perſonam ſuſcipiens ſubdit. Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato,nam quod operor non cognoſco,& Ierem.20. ſeduxiſti me domine & ſeductus ſum fortior me fuiſti, & ad Titum.3.ſub perſona illorum qui in Chriſtum crediderant,ait,fuimus aliquādo & nos ſtulti,inobedientes, errantes, ſeruientes deſiderijs & voluptatibus varijs in malitia & in inuidia agentes,odioſi & odientes alterum.Et Chriſtus ſub perſona omnium peccatorum ait. Longe à ſalute mea verba delictorum meorum, & in Actibus. Saule Saule, quid me perſequeris? me, ideſt eccleſiam meam cuius ego caput ſum.

REGVLA III.

MOris eſt diuinarum ſcripturarum(autore Auguſti. Pſalm.30) perſonæ Dei tribuere, id quod in nobis facit. Non quidem vbique, ſed vbi congruenter

ter dici poteſt. vt Pſalm. 3. Exurge domine ſaluum me fac Deus meus. & veluti cum ipſe loqui dicitur, quando eius dono loquuntur Prophetæ, vel Apoſtoli, vel quique nuncij vę

1. Cor. 15. ritatis. Vnde illud eſt. An vultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Chriſtus? Non enim ait, cius quo illuminante aut iubente loquor, ſed prorſus ipſam locutionẽ illi tribuit, cuius munere loquebatur. Et cum dicitur Gene. 22. Non pepercisti filio tuo propter me. Ait Auguſt. quæſt. 59. in Gene. Angeli nomine dominus Chriſtus ſignificatus eſt, qui ſine dubio Deus eſt. Aut Deus erat in angelo, & ex perſona Dei angelus loquebatur, ſicut in prophetis etiam ſolet, & in conſequentibus in Gene. dicitur. Et vocauit angelus domini Abraham iterum de cælo. permemetipſum iuraui, dicit Dominus. Deinde annotandum eſt ex Grego. libro. 9. mora. capit. 29. quod ſæpe verba in ſcriptura exponuntur per facio, facis. vt Iob. 9. abominabuntur me veſtimenta mea, id eſt, abominabilem me facient. Sic per Petrum quoque

Act. 1. de Iuda dicitur. Hic poſſedit agrum de merce de iniquitatis. neque enim emptum pretio ſanguinis, agrum figuli Iudas poſsidere potuit, qui relatis triginta argenteis, traditionis crimen criminoſiori in ſe protinus multauit, ſed poſſedit dictum eſt, pro poſsidere fecit. & libro. 19. capit. 7. ait. Vſitata locutione ſacri

Deut. 13. eloquij videre Dei dicitur, videre nos facere. Sic Dominus iuſto viro dicit. Nunc cognoui quod timeas Deum. & Iſraelitæ præmonentur. Tętat vos Dominus Deus veſter, vt ſciat an diligatis eum, an non, id eſt, vt ſcire faciat. & Augu. lib. 2. de bono perſeueruantiæ. ca. 23. cum dicitur ad Galat. 4. miſit Deus ſpiritum filij ſui clamantem in corda noſtra, id eſt, clamare facientem. & lib. 2. de ſermo. domini in monte cum hæc dixiſſet. addit. ſic diem lætũ dicimus, quod lætos faciat. frigus pigrũ quod pigros faciat. Hoc non intelligentes hæretici, veteri teſtamento aduerſantur, veluti ignorãtiæ vitio ve dandum putantes, de eo quod dictum eſt. Tentat vos dominus Deus veſter. Quaſi de domino in euangelio ſcriptum non ſit. Hoc dicebat tentans eum, nam ipſe ſciebat

Iohã. 9. quid eſſet facturus. Lege ipſum lib. 1. q. in Gene. q. 68. & tracta. 43. in Iohan. & concione. 1 Pſalm. 36. Præterea Pſalm. 6. ait. Hac loquendi forma crebro vtitur ſcriptura. exurge do-

Matth. 24 mine, id eſt, fac nos exurgere, & in euangelio. De die vero & hora illa nemo ſcit, neque angelus, neque virtus, neque filius niſi ſolus pater. Quod ideo vtique dictum eſt, quia per filium homines hoc non diſcunt, non quod apud ſe, ipſe non nouerit. Sed de hoc Matth. loco, lege Auguſt. lib. 1. de Trinitat. cap. 12. & S. Thom. 3. parte. quæſt. 10. articul. 2. Item Auguſt. lib. 4. ſuper Gene. ad literam. cap. 9. ad hunc modum exponit hunc locum Gene. Requieuit Deus ab omni opere, id eſt, requieſcere nos fecit. Ad hunc quoque modum exponendus eſt ille locus Pauli ad Roma. 8. Spiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt, poſtulare facit. Atque ita exponit Auguſt. in libr. de orando Deum ad Probam. epiſtol. 121. capit. 15. & in epiſt. ad Probam de videndo Deo, & in lib. de Trinitat. & vnitate Dei, cap. 6. & contra ſermonem Arrianorum. capit. 25. & de anima & eius origine lib. 4. capit. 9. & Gregor. & ſanct. Thom. 3. parte, quæſt. 26. articul. 1. ad. 2. Porrò Ambroſ. epiſtol. 23. exponit de gemitu ineffabili, iuxta illud Iere. 4 Ventrem meum doleo. Hanc regulam, his obſcuriſsimis verbis Auguſti. libr. 5. ſuper Geneſ. capit. 19. protulit. Modus ille locutionis cum per efficientem id quod efficitur ſignificatur crebro eſt in ſcripturis ſanctis, maximè cum de Deo aliquid dicitur, quod eſt ad proprietatem locutionis non conuenire veritas clamat. Quod de Deo diximus in principio regulæ, poteris vice verſa de dæmone dicere iuxta regulam Tychonij, de qua poſtea diſſeremus.

Locus Pauli ad Rom. 8.

REGVLA IIII.

VBI decora ſunt, (inquit Hieronym. Ezech. 5.) & honeſta ac pro merito eorũ qui ea ſuſtinent, per ſeipſum Deus ſacere profitetur. Vbi autem triſtia & non digna Deo, dicit quidem fieri, ſed non à ſe, vt in Ezechiele cap. 5. Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres ſuos. Non dixit, ego faciam vt patres comedant filios ſuns in medio tui, & filij comedant patres ſuos. Quod autem decorum eſt, nec Dei maieſtate indignum videtur, ipſum ſe dicit facere. Vt, Ipſe ego faciã in medio tui iudicia in oculis gentium, & ſequitur, & faciam in te iudicia & ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnẽ ventum. Tale quid in maledictis Deute. inuenire poterimus, & præcipuè in illo loco. Glorificantes me glorificabo, qui autem me de- Deute. 28.

dd 2 ſpiciunt

ſpiciunt, ad nihilum deducẽtur. Eos enim qui ſe glorificant, ipſe glorificat, qui autem eum deſpiciunt, non à domino deſpicientur vel deducentur in nihilum, hoc enim ſequebatur vt diceret. Sed abſolute deducentur ad nihilum, non à Deo, ſed pro meritis ſuis & peccatis. Ex his poteris colligere quomodo intelligatur dictum Auguſt. lib. 4. ſuper Geneſ. cap. 9. Rectè dicimus Deum facere, quicquid ipſo in nobis operante fecerimus. Huius regulæ hæc ſint exempla. Pſalm. 1. Quia nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit, pro & viam iniuſtorum non nouit, & Iſaiæ. 50. in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & parum infra. Ambulate in lumine ignis veſtri & in flammis quas ſuccendiſtis, & in euangelio. Amen dico vobis neſcio vos. De bonis Iſaiæ. 26. Domine dabis pacem nobis, omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. Vt tamen

Duplex malum.

Regulam exactius intelligas, annotare oportet, quod eſt duplex malum, primum virtuti contrarium, & huius Deus cauſa non eſt, & hoc eſt quod dixit Regula, vbi decora ſunt &c. eſt aliud malum quod non eſt cõtrarium virtuti, ſcilicet, afflictio & cruciatus, de quo

Mala an à Deo ſint.

dicitur Matth. 6. Sufficit diei malitia ſua, & non eſt malum in ciuitate quod Deus non fecerit, & huius Deus cauſa eſt, nam hoc, malum non eſt, ſed quod his malum eſſe videatur qui illud ſuſtinent. Aut aliter iuxta Didymum in commẽ. epiſt. Iacobi. cap. 1. Quomodo, inquit, aliqui dicunt, quantum ad iſtam vocem, ſola quæ meliora ſint, à Deo eſſe, non etiam, quæ moleſta iudicantur & triſtia, ponendum eſt illud vbi ait ſcriptura. Ipſe deduxit ſuper eos mala, & illud. Deſcenderunt mala à domino ſuper portas Ieruſalem. Ex quibus exemplis agnoſcitur ſententia & iudicio Dei, ſuauia atq; triſtia hominibus prouenire. Cum ergo cuncta Dei prouidentia deferantur, attamen conſequens erat, vt qui inuitabat ad patientiam perfectionemque virtutis non malorum illationem, ſed memoriam deberet habere meliorũ, dum omnis qui ſtudet ſecundum virtutem viuere, non triſtia ſed optima data potius & dona perfecta meretur. Alter vero quidam ſcripturas ſubtilius animaduertens, & ea quæ pie de prouidentia ſunt, exponens. dicit, meliorem miniſtrationem fieri præcedente voluntate Dei, aduerſa vero propter quandam vtilitatem per accidentiam deſtinari. Hactenus ille. Vide Damaſcenum lib. 4. cap. 20.

Baruc. 2. Mich. 1.

REGVLA V.

QVanquam non Deus, (vt author eſt Chryſoſt. ho. 36. in Matth.) ſed hominum improbitas malorum cauſa ſit, talis eſt ſcripturæ conſuetudo, vt Deum dicat illa feciſſe. Vnde Io. 9. dicitur. Dedit ipſis Deus oculos ne videant, & alibi. Veni ſegregare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam. Et Euthy. Ioã. 15. ait. Hoc ſcripturæ Idioma eſt, Dei permiſsionem quaſi eius opus appellare. Siquidem excæcauit, & indurauit, ſignificat excæcari ac indurari permiſit, tanquam incurabiles, neminem enim vi attrahit, propter liberum cuiuſq; arbitrium. Simile eſt, quod dicitur. Indurans indurabo cor Pharaonis, & errare feciſti nos à via tua, frequentiaq; ſunt in veteri teſtamento idiomata. Tale quoque eſt illud Pauli. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, &, tradidit illos Deus in affectiones ignominiæ. Nam Deus non ſolum nemini hoc facit, ſed nec relinquit, niſi eum relinquamus, ait namque, peccata veſtra diuiſionem faciunt inter me & vos. Rurſumq; dicitur. Ignoraſti legem Dei tui, ignorabo & ego te, & Dauid. Ecce qui elongant ſe à te peribunt. Et ſaluator in euangelijs loquitur ad Ieruſ. Quoties volui congregare filios tuos & noluiſti. Præterea idem Pſalm. 68. ait. Eſt linguæ Hebraicæ proprietas, vt ei qui permiſit, factum adſcribat, eo quod prohibere potuit, & non prohibuit, vt Pſal. 68. Quem tu percuſsiſti, ipſi perſecuti ſunt, & in Zacharia. Percute paſtorem & diſpergentur oues gregis, & Iſaias. Dominus tradidit eum pro peccatis noſtris. Item Matth. 5. ait. Hoc ſcripturæ idioma eſt, vt dicat. Ne nos inducas in tentationem, ac ſi diceret, ne permittas nos induci. In eo enim quod permittit ipſe inducere videtur. Hæc regula Auguſt. non placet, videlicet vt exponamus excæcauit, id eſt excæcari permiſit. Nam ita interpretabatur Iulianus, quem reprehendit ipſe Auguſt. lib. 5. contra Iulianum. cap. 3. & libro de Gratia & libero arbitrio. cap. 20. &. 21. tom. 7. Ipſe vero ſic exponit, excæcauit, primo non illuminando, deinde occaſiones & cauſas ſubminiſtrando, quibus mens peccatoris magis ac magis excæcatur iuſto Dei iudicio, ſuo tamen vicio & malitia. Lege Irenæum lib. 4. cap. 48. & Chryſoſtom. homil. 67. in Ioan. & ſermo. 3. capit. 1. epiſtol. ad Roman. & homil. 8. in poſterio-

Exod. 4. & 7. Pſalm. 43. & 106.

Iſaie. 59. Pſalm. 72.

Zacha. 13.

rem

rem epiſt.ad Corint. & Origen.ho. 2. in lib. iudicum.& Damaſc.lib.4.capit.20.& Sanct. Thom. 1.2.quæſt.79. qui de tota hac re pleniſsimè diſputant. Deinde cum aliquis ex alterius præſcripto rem aggreditur, aut efficit, præcipienti tribuitur opus illud. Vnde cum *Iohan. 2.* Iohannes dicat quod Chriſtus non baptizabat, ſed diſcipuli eius, & deinde capit. 3. eiuſdem euangelij dicitur. Poſt hęc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam & baptizabat. non *Matth. 20.* quidem per ſe, vt inquit Theoph. Ioan. 3. ſed per diſcipulos. & mater filiorum Zebedæi petit vt alter filiorum ſedeat ad dexteram, alter ad ſiniſtram, dixitque illis dominus, non matri. Neſcitis quid petatis. & Gene. 2. dicitur. Nũc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. quo in loco verba hæc tribuuntur Adæ. At vero Matthæ. 19. verba ſunt Dei. & Iob inquit. Dominus dedit, Dominus abſtulit. cum vtique Satan abſtulerit. & in veteri inſtrumẽto angelus loqui ſolet ad prophetas, & dicit. Ego ſum qui feci hoc & hoc. nam iuxta Regulam iuris. quod per alios facimus, per nos ipſos facere videmur. &. 2. Reg. 12. dicitur de Dauid. Vriam percuſsiſti gladio. cum id miniſtri fecerint. Lege Dionyſ. in cæleſti Hierar. capi. 13. circa finem de ſacerdote purgante. & Sanct. Thom. 1.2. quæſt. 98. Art. 3. Poteſt nunc in dubium ac diſceptationem *An deus ſit cauſa mali.* trahi, an Deus ſit cauſa peccati. Qua de re ſcholaſtici in ſecundo ſententiarum latiſsimè diſputant. & Sanct. Thom. 1.2. quæſt. 79. & doctores illi ſancti qui à nobis modo citati ſunt in ſuperioribus regulis. Interim tamen ne prorſus ſub ſilentio rem tantam omiſiſſe videamur, dicendum, deum non eſſe cauſam peccati. Nam iuxta Mercurium Triſmegiſtum in Pimandro. Dialogo. 14. A Deo perfecto nihil malum, nihil turpe. Hæc ſiquidem paſsiones ſunt creata ſequentes opera, quemadmodum æs rubigo, animata corpora limus. At neque faber ferrarius induxit rubiginem, neque animati corporis genitor cænũ ac ſordes. Eodemque modo neque Deus etiam malum. Verum nonnunquam, vt ait Hiero. in epiſtola ad Philemonem. malum occaſio fit bonorũ, & hominum praua cõſilia Deus vertit in rectum, vt Ioſeph fratres, ſui zeli ſtimulis incitati, Iſmaelitis vendiderunt viginti aureis. Hoc initium & patri & fratribus & omni Ægypto bonorum omnium fuit. Deniq; ipſe poſtea ad fratres inquit. Vos cogitaſtis de me mala, Deus cogitauit de me bona. Similequid & de Oneſimo poſſumus intelligere, quod mala principia occaſiones fuerint rei bonę. Si enim dominum non fugiſſet, nunquam veniſſet Romam, vbi Paulus erat vinctus in carcere, vbi euangelio credidit, & Petri negatio magni profectus illi cauſa fuit. & Plato. lib. 2. de Republica ait. Malorum autem alicui cauſam eſſe ipſum Deum cum bonus ſit, refellendum eſt omnino, nec permittendum hoc quẽquam dicere in ſua ciuitate, ſi bonis inſtitui legibus ciuitas debet, nec inſuper quẽquam audire, ſiue ſit ille iunior, ſiue ſenior, ſiue carminibus hæc inferantur, ſiue ſoluta oratione narrentur. Hæc igitur ſit lex, in qua cogatur vnuſquiſque dicere, Deum non omnium cauſa, ſed bonorum. malorum autem quemlibet aliam præter Deum, quærere decet. Sed de hac re latiſsimè diſputant omnes qui aduerſus Manichæum ſcripſerunt. & Orige. lib. 3. Periarchõ. cap. a. & Baſilius in ho. an Deus ſit cauſa mali.

REGVLA. VI.

DIuina ſcriptura (authore Gregor. homil. 12. in Ezechi.) aliquando ex tempore, aliquando ex loco, cauſas deſignat, quas aperto ſermone non indicat. Ex tẽpore etenim, ſicut prædicãte Iudęis domino, *Ioan. 20.* per euangeliſtam dicitur. Hyems erat. Inter illa enim myſteria quę veritas loquebatur, quę cauſa fuit vt nomen hyemis adderetur, niſi vt per qualitatem temporis frigus oſtenderet cordis? quia & cum verba veritatis acciperẽt, frigida Iudæorum corda remanebant. Ali- *Exod. 19.* quando vero ex loco, ſicut carnali Iſraelitico populo deſcendente de monte, Moyſi lex, in campeſtribus data eſt. Et ſanctis apoſtolis *Matth. 5.* Dominus in monte ſedens, ſumma & ſpiritalia præcepta locutus eſt; vt ex locis videlicet monſtraretur, quia & illis tanquã carnalibus mandata minima dabantur in valle terrarũ, & iſti tanquam ſpiritales & ſancti in monte mãdata cæleſtia audirent. Quatenus aperte monſtraretur, quod aſcendentes corde ad cæleſtia, infirma mundi relinquerent, & in montis culmine ſtarent. ſic per Ezechiel. dicit dominus. Surge egredere in campum, quia prophetiæ ſuæ gratiam, poſtmodum dignatus eſt in latitudine gentium demõſtrare. & Ambro. li. 10. ſuper Lucam loquens de Petri proditione, de exẽplo illo ex Io. deſumpto quo vſus eſt Grego. hæc ſcribit. Frigus eſſe nõ po-

terat,ſi tempus conſideremus.Sed frigus erat, vbi Ieſus non agnoſcebatur, vbi non erat qui lucem videret, vbi negabatur ignis conſumens,frigus ergo erat mentis, non corporis, & iterum Gregor.libr. 1.Moral.cap.5. ait. In ſcriptura ſacra plerumque de virtutibus & vitijs ſic agitur, vt dum loquendo aliud inſinuat, aliud tacendo innoteſcat. Nam veluti hi, qui chordarum harmoniam temperant, tanta hanc arte diſpenſant, vt plerumque cum vna tangitur,longe alia ac multis interiacentibus poſita chorda quatiatur, cumque iſta ſonitum reddit, illa quæ in eodem cantu temperata eſt, alijs imperculſis tremit. Sic Iob. 1. peractis diebus conuiuij quo ſe inuicem filij Iob inuitabant, purgabat pater ſingulos per holocauſta. Vir quippe ſanctus nouerat, quia celebrari conuiuia ſine culpa vix poſſunt,nouerat quia magna purgatione ſacrificiorum, diluendæ ſunt epulæ conuiuiorum,& quicquid in ſemetipſis filij conuiuantes inquinauerant, pater, ſacrificium immolando,tergebat. Non nulla quippe ſunt vitia quæ à conuiuijs, aut ſeparari vix poſſunt,aut certe nequaquam poſſunt. Pene enim ſemper epulas comitatur voluptas. Nam cum corpus in refectionis delectatione reſoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde ſcriptum eſt. Sedit populus manducare & bibere,& ſurrexerunt ludere. *Exod.32.* Penè ſemper epulas loquacitas ſequitur.Cũq; venter reficitur, lingua defrænatur. Vnde rectè diues apud inferos,aquam appetere deſcribitur,dicens. *Lucæ.16.* Pater Abraham miſerere mei,& mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam,& refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.Prius epulatus quotidie dicitur ſplendide, & poſt aquam petere in lingua memoratur. Quia enim inter epulas valde defluere loquacitas ſolet,ex pœna indicat culpam, cũ eum quem epulatum quotidie ſplendide veritas dixerat, in lingua plus ardere perhibeat.& lib.2.Mora.cap. 2. ait. Sacra eloquia ex exordijs narrationum, aut ex circumſtantijs quibuſdam qualitates exprimunt terminoſque cauſarum. Aliquando namque à poſitione loci, Aliquando à poſitione corporis. Aliquando à qualitate aeris. Aliquando à qualitate temporis, deſignant, quid de ventura actione ſubijciant. A poſitione quippe locorum diuina ſcriptura exprimit ſubſequentium merita fineſque cauſarum. Sicut de Iſrael dicit, *Deut.1.* Quia verba Dei audire non potuit, ſed præcepta in campeſtribus accepit, ſubſequentem nimirum infirmitatem populi indicans, qui aſcendere ad ſumma non valuit, ſed ſemetipſum in infimis neglectè viuendo relaxauit. A poſitione corporis futura denunciat, ſicut in Actibus Apoſtolorum Stephanus, *Actu.7.* Ieſum, qui à dextris virtutis Dei ſedet, ſtantem ſe vidiſſe manifeſtat. Stare quippe adiuuantis eſt,& rectè ſtare cernitur, qui in bello certantibus opitulatur. A qualitate aeris res ſubſequens demonſtratur,ſicut euangeliſta, cum prædicante domino,nullos tunc ex Iudæis credituros diceret, præmitti dicens,hyems erat, *Iohã. 10.* ſcriptum namq; eſt.Quoniam abundauit iniquitas,refrigeſcet charitas multorum. *Matth. 24* Idcirco curauit hyemis tempus exprimere,vt ineſſe auditorum cordibus malitiæ frigus indicaret.Hinc eſt quod de negaturo Petro præmittitur,quia frigus erat, & ſtans ad prunas calefaciebat ſe. *Iohã. 18.* Iam enim intus à charitatis calore torpuerat,& ad amorem præſentis vitæ,quaſi ad perſecutorũ prunas infirmitate æſtuante,recalebat.A qualitate quoq; temporis finis exprimitur actionis, ſicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exijſſe perhibetur, cũ egrediente illo ab Euangeliſta dicitur. *Iudas nocte prodit dñm & quare.* *Iohã. 13.* Erat autem nox. Hinc enim & iniquo diuiti dicitur. *Luc. 12.* Hac nocte repetẽt animam tuam à te. Anima quippe quę ad tenebras ducitur,non in die repeti,ſed in nocte memoratur. Hinc eſt quod Salomon, qui ſapientiam non perſeueraturã accepit,in ſomnis hanc & nocte accepiſſe deſcribitur, *3.Regũ. 3.* *Salomonis ſapientia.* & viſiones prophetarum quia ænigmaticæ ſunt,in ſomnis fieri ſolent. Hinc eſt quod angeli ad Abraham meridie veniunt,puniturí autem Sodomã ad eam veſperi veniſſe memoratur, *Sodomam veſpere veniunt. Angeli.* & Iob tentatio quia ad victoriã deducebat,à die cœpta perhibetur, cum dicitur.Quadam die cum veniſſent filij Dei, & aſſiſterent coram domino, *Iob quo tẽpore tentatus.* cum dicit die,oſtendit fœliciter omnia Iob ſucceſſura,& Nicodemus nocte venit ad Chriſtum, qui longe aberat à vera Chriſti cognitione.Item Ambroſ. in comment. 22.c.In Lucam,& habetur in Decretis. 6. quæſt. 1.Imitare. Imitare Petrum tertio dicentem.Domine tu ſcis quia amo te. *Iohã. 21.* Etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur.Sed negauit in nocte, confitetur in die. Et Origen.homil. 4. in Geneſ. ait. Tres viri veniunt ad Abraham, & ſtant ſuper eum, ad Lot duo veniunt & ſedent in platea, etenim Lot inferior longe erat ab Abraham. Niſi enim

enim fuiſſet inferior, non eſſet ſeparatus ab Abraham, nec dixiſſet ei. Si tu ad dextram, ego ad ſiniſtram, nec ei Sodomorom terra & habitatio placuiſſet. Veniunt ergo ad Abraham tres viri meridie, ad Lot duo veſpere veniunt. Non enim capiebat Lot meridianæ lucis magnitudinem. Abraham vero capax fuit plenum fulgorem lucis excipere, & poſt multa ſubdit. Cum loquitur dominus de ædificatione turris Babylonicæ, inquit. Deſcendi vt videam. Quando ad Abraham angeli veniunt, non dicitur Deus deſcendere, ſed ſupra ipſum ſtare. Aſtiterunt, inquit, tres viri ſuper eum, & cum de peccatorum cauſa agitur, deſcendere dicitur Deus. Vnde ne aſcenſionem & deſcenſionem localem ſentias. Frequenter hoc in diuinis literis inuenies. Sicut
Micha. 1. in Michæa. Ecce dominus exijt de loco ſancto ſuo, & deſcendit, & incedit ſuper excelſa terræ. Deſcendere ergo dicitur Deus, quando curam humanæ fragilitatis habere dignatus; ſemetipſum inaniens formam ſerui accipiens, ad portandum quæ noſtra ſunt. Sed & cum deſcendit, alijs deorſum eſt, alijs vero aſcendit & ſurſum eſt, nam apoſtolis aſcendit in montem excelſum & ibi transformatus eſt coram ipſis. Illis ergo, quos de myſterijs regni cælorum docet, ſurſum eſt. Turbis autem ac Phariſæis, quorũ exprobrat peccata, deorſum eſt, & ibi eſt cum ipſis vbi fœnũ eſt. Trãſformari deorſum non poterat, ſed ſurſum aſcendit cum ijs, qui ſequi ſe poterant, & ibi trãſformatur. Lege eum hom. 1. in Iſai. quomodo Deus ſurſum & deorſum videtur iuxta negociorum qualitatem. Hæc regula pauris exemplis explicari nõ poteſt, ob immẽſam eius amplitudinem & vaſtitatem, nos paucula profeſſamusquo res elarior fiat. Hieron. Ezechie. 2.
Stare. ait. Nullum peccatorem ſtantem in ſcriptura legimus. Sed ad ſanctos dicitur, ſtate ſuccincti lumbos veſtros, & Ezechiel. ſtatuit me ſupra pedes meos, peccator autem meretur audire illud Deutero. Nõ erit ſtabile veſtigium pedis tui, & Gregor. homil. 6. Ezechielis, ait. ſtare ad vitam conuenit bene operantis. Vnde per Paulum dicitur. Qui ſtat videat ne cadat. Quin & diſcipulis dicit. Sic ſtate in domino chariſſimi, & propheta qui ſe vita & mo-
3. *Reg.* 17. ribus ante dominum ſtare videbat. Viuit dominus in cuius conſpectu ſto. & Ambro. Pſal-
Pſal. 134. mo. 1. ait. Miles in procinctu ſtat, non ſedet, ideo Chriſti militibus dicitur. Ecce nunc benedicite dominum omnes ſerui domini qui ſtatis in domo eius, & Pſalm. ſtantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalem. At contra iniquitas in talento plumbeo ſedet, eo quod fixa in peccato, ſe ab eo ſeparare non poſsit. *Zacha.* 5.
Etenim inueterati in errore, & ſtudioſe flagitijs inhærentes, ſedere dicuntur, qui nolunt aſſurgere nec audire dicentem illud Pſal. 126.
Surgite poſtquam ſederitis, & iterum. Sederunt principes & aduerſum me detrahebant: *Pſal.* 118.
Ecce verbum ſtare ſignificat rectè agere, cadere vero iniquè; hinc Pſalm. 1. non reſurgent impij in iudicio, hoc eſt non ſtabunt, id eſt, non probabunt ſe eſſe iuſtos. Nam, In *Lo[...] pſal.*
particula ex abundanti poſita eſt; & hæc eſt *1. expoſitus*
vna expoſitio. Altera vero Euthy. & Auguſt. & Scholaſtici ſcriptores in quarto ſententiarum, de reſurrectione mortuorum explicant. Porro apud Lucam cap. 18. Illi duo homines qui aſcendebant in templum Phariſæus & Publicanus, de vtroque dicitur quod ſtans orabat. Sed per ſtationem ſuperbiam intelligit Phariſæi. Nam hic habitu & geſtu ſuperbus agnoſcitur. At de publicano dictum eſt quod ſteterit, ſed vide quæ ſequuntur, quod nec oculos in cælum voluerit extollere; vnde ſtatio eius incuruata erat.
Præterea in ſcripturis ſanctis, iuxta Hiero. Iere. 14. ſemper peccatorum mouentur pedes. Vnde ait Ierem. Hæc dicit dominus populo huic, quia dilexit mouere pedes ſuos, & de ſanctis dicitur, cum Moyſe. Tu vero ſta *Deut.* 5.
hic mecum; & alibi. Laudate ſerui dominum; qui ſtatis in domo domini, & in atrijs domus Dei noſtri, & in comment. Iere. ca. 1 ait. Recedimus à Deo, non loco, ſed volũtate. Vnde Iere. eijce illos à facie mea, & Adam & Cain eijciuntur à facie domini. Præterea Hierony. Ezechi. 2. ait. Aliud eſt in faciem cadere, aliud retrorſum. In faciem cadit Abraham, poſtquam audiuit ſermones Dei. Sed quia humilitate corruerat, ſubleuatur. Et poſt quam audiuit de natiuitate Iſaac, cecidit etiam in faciem, & riſit, & apud Paulum. 1. Corinth. 14. Ita cadens in faciem adorabit Deum. Eli autẽ qui peccauerat retrorſum recidit, & de Dan Geneſ. 49. ſcriptum eſt, fiat Dan coluber in ſemita mordens plantam equi, & cadet equus retrorſum ſalutẽ ſpectans Dei. Quia enim admorſum colubri ceciderat ex equo, propterea ſaluatoris ſpectat aduentum, & Iohan. 18. qui ad comprehendendum venerant dominum, poſtquam ille reſpondit, ego ſum, ceciderunt retrorſum in terram. Adhuc etiam in

comment. Daniel. cap. 3. ait. omnem ſcripturam mente percurrens nequaquam reperio quod ſanctorum quiſquam Deum cadẽs adorauerit, ſed quicunque idola & dæmones adorauerit, cadens dicitur adorare. Sic dæmon in Euangelio. Si cadens adoraueris me. Et de ſtatua quam fecit Nabuchodon. dicitur. In qua hora audieritis ſonitum vniuerſi generis muſicorum, cadentes, adorate ſtatuam. Denique Gregor. homil. 9. in Ezechie. ait. Quid eſt hoc quod electi in faciem, & reprobi retrorſum cadunt. Niſi quod omnis qui poſt ſe cadit, ibi proculdubio cadit, vbi non videt, qui vero ante ſe ceciderit, ibi cadit vbi videt. Iniqui ergo quia in inuiſibilibus cadunt poſt ſe cadere dicuntur, quia ibi corruunt vbi quid eos tunc ſequatur modo videre non poſſunt. Iuſti vero quia in iſtis viſibilibus ſemetipſos ſponte deijciunt, vt in inuiſibilibus erigantur, quaſi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur. Deinde vertere terga eſt contemnere quod præcipitur. Vnde Hieron. Zacha. 7. ait. Solemus quando rugata fronte, & nare contracta contemnimus adinonentes dorſum vertere. Iuxta illud Iere. cap. 2. Vertẽrunt ad me dorſa, & non facies ſuas, & Zacharias ait. Verterunt ad me ſcapulam recedentem, & in cõment. Iere. c. 2. dicit. Quando magiſter præcipit, obedientis indicium eſt, ſi demiſſo cõtra audiat capite. Si autem vertat tergum, contẽmnentis, & cap. 32. Iere. ait. Vertere terga, eſt ipſo geſtu corporis aliquem negligere, vt apud Iere. Verterunt ad me terga, non facies. Qui precatur inclinata ceruice in terram pronus funditur.

Vertere terga.

Præterea iuxta Hiero. Iſaiæ. 38. Sancti implent dies ſuos, qualis eſt Abraham qui mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona, peccatores vero & impij in dimidio dierum ſuorum moriuntur, de quibus & Pſalmiſta loquitur. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Non enim implent opera virtutum, nec ſtudent pœnitentia emendare delicta. Vnde in medio vitæ curſu, & in errorum tenebris ducentur ad tartarum. Atq; ita dicit Hieronym. cap. 24. Iſaiæ. Et Gregor. lib. 35. mora. capit. 24. ait. In ſacra ſcriptura non facile plenus dierum ponitur, niſi is cuius per eandem ſcripturã vita laudatur. Vacuus quippe dierum eſt, qui & quamlibet multum vixerit, ætatis ſuæ tempora in vanitate conſumit. At contra plenus dierum dicitur, cui nequaquam dies ſui pereundo tranſeunt. Sed

Geneſ. 25. Implere dies.

Pſalm. 54.

ex quotidiana mercede boni operis apud iuſtum iudicem, & poſtquam tranſacti fuerint, reſeruantur.

Adhuc aduerte ex Ambro. libr. 1. de Cain & Habel. cap. 2. Quod quando dicitur in ſcriptura, veluti in libris Regum, & appoſitus eſt ad patres ſuos, intelligi datur, quod patrum ſimilis fuerit fide. Vnde claret non ad ſepulturam corporis, ſed ad conſortium vitæ relatum. Denique de Iſaac non perfunctoriè ſcribitur. Appoſitus eſt ad genus ſuum, eo quod patris ſui moribus adhæſerit. Pulchrè autem ad genus ait, & non ad populum; nam legimus alijs in locis appoſitos fuiſſe ad populũ ſuum, ſed iſti non tam præſtantes, præſtantior autem qui paucorum ſimilis fuerit, & nõ plurimorum vt Iſaac. Origen. quoque hom. 9. in Lucam, aliud affert exemplum, inquiens. Qui ſcripturas diligentiſsimè contemplatur, obſeruans, tàm in veteri, quam in nouo teſtamento, ſicuti in ortu peccatoris ſcriptum inueniat. Completum eſt tempus vt pareret, nunquam omnino reperiet. Sed vbicunque iuſtus naſcitur, ibi complentur dies; ortus iuſti plenitudinem habet, peccatoris natiuitas (vt ita dicam) vacuitatem atque inanitatem. Ideo à Luca dictum eſt. Completum eſt tempus vt pareret. Credentes, iuxta Hieronym. ad Epheſ. 2. ſecundum merita diuerſa montes dicuntur, valles & colles atq; campeſtria. De his cum de homine agemus diſſeretur. Conuertere ſignificat placare, metaphora deſumpta ab illis qui pergunt ad percutiendum aliquem & retrò reuertuntur. Vnde Hiero. threnorum. 3. ait. Conuertere in ſcripturis ſępe accipitur pro placare, iuxta illud Pſalm. Conuertere domine aliquantulum; & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos, & in threnis. Tantum in me vertit & conuertit manum ſuam. Vertit dominus manum ſuã quando iuſtè in reos debitam vltionem immittit, & conuertit manum ſuam, quando miſericorditer à vindicta ſententiam ſuſpendit. Scriptum eſt enim de illo. Dominus viuificat & mortificat, humiliat & ſubleuat, & in Deut. Ego occidam & viuere faciam. Et manus expanſæ, iuxta Hieronym. Iſaię. 65. ſignificant parentis clementiã, ſuos in ſinu recipere geſtientis. Vnde, expandi manus meas tota die ad populum incredulum.

Pſalm. 89.

Cõuertit. i. iterũ percutiẽdo vexat.

1. Reg 2.

Deute. 32.

Præterea tranſire (iuxta Ambroſ. Pſalm. 118. Ser. 15. parum poſt principium,) in malam partem legimus, de his qui non ſtant vt

con-

conſtantes,ſed tranſeunt quaſi mobiles.Iuſti
autem pedes ſtant in atrijs Ieruſal.in quibus
perfidi ſtare non poterant, ideo prætereunt,
& alibi. Vindemiant eam omnes tranſeuntes
per viam. Quis niſi perfidus ſpoliat vineam
Pſalm. 79. Chriſti?ſed & alibi ſcribitur.. Non dixerunt
Pſal. 128. tranſeuntes per viam, benedictio domini ſu-
& 133. per vos.Stantibus enim dicitur.. Ecce nunc
benedicite domino. Tamen in bono legimus
tranſire,vt in Exodo. Tranſiens videbo hunc
viſum magnum,&. Vidi impium exaltatum
Exod. 3. ſuper Cedros Libani, tranſiui & ecce non
Pſalm. 37. erat, & apud Lucam capit. 17. Nemo dicit
ſeruo, tranſi, & recumbe. Ergo cum in bono
dicitur abſolute dictum eſt, non dixit hoc
aut illud tranſiens, ſed tantummodo tran-
ſiens. Vbi in malo. Tranſeuntes viam. Moy-
ſes autem non tranſiuit viam,ſed in via ſtetit.

Reuertitur ad regulã. At vero cum dicit Gregor.ſcriptura dum
aliquid loquitur,aliud inſinuat, tam latè hæc
verba patent,vt ad omnia fere quæ ſub typo
allegoriæ dicuntur, adaptari poſsint. V.G.
cum ſub animantium quorundam nomini-
bus, vitia quædam hominum intelliguntur.
Qua de re Clemens Alexandrinus in adhor-
tatoria ad gentes, de Orpheo & Eunomo
cantoribus, qui ſolo cantu feras reddebant
manſuetas, ſubiungit. Solus quidem Ieſus ex
his qui vnquam fuerunt cantoribus, difficil-
limas feras, homines manſuefecit. Volucres
quidem, eos qui ex ipſis ſunt leues. Serpen-
tes vero,eos qui deceptores,& leones,eos qui
ſunt animoſi & ad iram concitati. Sues au-
tem, qui ſunt voluptati dediti, lupos autem,
eos qui ſunt rapaces. Lapides autem & ligna,
ſunt, inſipientes. Præterea lapidibus quoque
Math. 3. eſt inſenſilior homo qui eſt tinctus ignoran-
tia. Teſtis nobis accedat vox prophetica. Po-
tens eſt enim Deus ex his lapidibus ſuſcita-
re filios Abrahæ,qui miſeratus multam inſci-
tiam & cordis duritiam,eorum qui lapidaue-
runt aduerſus veritatem, excitauit ſemen pie
tatis in Deum,ex gentibus quæ crediderunt
lapidibus. Rurſum quoſdam virulentos ac im
poſtores,iuſtitiæ inſidiantes, appellauit geni
mina viperarum. Sed horum quoq; ſerpentiũ
ſi quis pœnitentia ductus fuerit, verbum ſuã
Math. 7. ſponte ſequens,homo Dei efficitur. Alios al-
legoricè dicit lupos pellibus ouium indutos,
eos innuens qui in forma hominum ſunt ra-
paces. Has ergo omnes inhumaniſsimas feras&
tales lapides,ipſe cæleſtis cantor in mãſuetos
homines transformauit Hactenus Alexandri.

REGVLA VII.

MOs eſt ſcripturæ(vt author eſt Chry
ſoſtom. homili. 25. ſuper Iohann.)
ita de inanimis loqui, ac ſi volun-
tate aliqua ferantur. Vt, ſpiritus vbi vult *Io. 3.*
ſpirat, & vocem eius audies,& neſcis vnde ve
niat,aut quo vadat. Significans liberum à na-
tura impetum venti,& ad Roma.8. Vanitati
creatura ſubiecta eſt,nolens, ſignificat igitur
non poſſe contineri,& quocunq; vult diffun
di,neq; poſſe cohiberi, quin huc & illuc fera-
tur. Et Theophy.in cõment.Haba.ca.2.Con-
ſueuit ſcriptura inanimis,& ſenſu carentibus
& ratione, vocem tribuere,non quod ſonare
verba queant,verum quod veluti per ſe ipſas
res, tantum non clament. Hanc ob rationem
Iſaias ait. Erubeſce Sydon dixit mare, & in *Iſai. 23.*
Pſal. Cæli enarrant gloriam Dei, & dominus
dixit Iudęis cum pueri eum commendarent.
Amen dico vobis,ſi conticuerint illi, lapides *Luc. 19.*
clamabunt. & Habacuc ait. Lapis ex pariete
clamabit, & cantharus ligneus vociferabitur;
ideſt,ſi extruxeris domũ ex alienis opibus,ip
ſa ligna fatebuntur te eſſe furem & Damaſ. li.
2.ca. 6. ait. Nouit ſcriptura Proſopopœiam,
perſonarumque fictionem vſurpare,& de in-
animis, vt de animatis dicere, vt, Mare vidit *Pſal. 113.*
& fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum,&.
Quid eſt tibi mare quod fugiſti?&. Montes&
colles interrogãtur ſermones exultationum.
Quemadmodum & dicere conſueuimus. Cõ-
gregata eſt ciuitas, non ædificia ſignificare
volentes, ſed ciuitatis habitatores, &. Cæli
narrant gloriam Dei, non vocem quæ ſenſi-
bilibus auribus hauriatur emittentes,ſed ex pro
pria magnitudine opificis virtutem nobis in
ſinuantes, quorum pulchritudinem conſpi-
cientes, factorem vt optimum artificem, ad
miramur, glorificamuſque. Nam nullus cæ-
los aut luminaria arbitretur animata, inani-
mia enim ſunt & inſenſilia. Quare ſi ſcriptu-
ra dicit. Lætentur cæli & exultet terra, an-
gelos qui ſunt in cælo, & homines qui in ter-
ra, ad lætitiam vocat. Vult in his poſtremis
verbis dicere Damaſ. quod, μετονυμικῶς, ter-
ra accipitur pro hominibus & feris in ipſa de
gentibus, ſicut cælum pro ipſis angelis illic
Deo miniſtrantibus. Vnde Hiero. Iſaiæ. 1.
cum ait propheta, Audi cælum, auribus per-
cipe terra, quia dominus locutus eſt. Sub-
dit ipſe. In cælo ſupernas ſignificans angeli-
caſq; virtutes, in terra mortalium genus μα-

τοιν

τονυμικῶς, ab his quæ continent ea quæ continentur. Sed de his hactenus, ad inſtitutũ reuertamur. Inquit prȩterea Euthy. Pſal. 95. Solent prophetæ ſæpenumero ipſis etiam inanimatis atq; inſenbilibus rebus gaudium adſcribere, & ſubiũgit rationem cur id fiat. Quoties nimirum ſummam aliquam voluerint lætitiam demonſtrare, quaſi ipſa etiam elementa, anima & ſenſu carentia lætentur. Vt, montes exultauerunt vt arietes, & Theodo. Ioelis 4. cap. ait. loquuntur prophetæ aliquando ad res inanimas, vt cȩlum & terram, non quia ratione vtantur, ſed vt ratione prædites ex inanimis rebus excitet & commoueat. Vnde dicitur, lugeat terra, quoniam afflictum eſt triticum, aruit vinum, lugete poſſeſsiones pro frumento & ordeo. Et Theophy. ad Rom. 8. Prophetis in more eſt, per proſopopœiam, flumina manibus plaudentia introducere, & montes ſaltantes, perſonas, tum animatorum, tum ſenſibilium ipſis tribuentes, vt ait Paulus, omnem creaturam ἀποκαραδοκίαν, id eſt ingentem ſpectationem habere, vt in meliorem permutetur ſtatum, necnon recipiat reuelationẽ filiorum Dei. Tunc enim ipſa glorificabitur incorruptibilitate, quando & nos vita nunquam interitura donabimur. Quæcunque audis dici de creatura, ceu de animato proſopopœiæ more dici arbitror, & addit Chryſoſt. rationem. ſemo. 14. in epiſtol. ad Roma. Vt bonorum ȩternorum excellentiam diſcamus tanquam quæ, vſque ad inſenſata pertingant. Faciunt iſtud ſæpenumero in rebus triſtibus introducentes, & vineam & vinum lamentantes, montes quoque & templi laquearia vlulantia, vt & hoc pacto malorum excellẽtiam cogitemus. Item Gregor. Nazianzen. lib. 4. theo. ait. Nouit ſcriptura mutis rebus loquentium perſonam imponere, ex qua figura eſt illud. Mare dixit hæc & hȩc, & Abyſſus dixit non eſt in me, cò pertinent & cæli gloriam, Dei enarrantes, & illud quod frameȩ dicitur quod deniq; à montibus collibuſque, quare exultauint, quæritur, & Euthy. Pſal. 49. ait, Familiaris eſt apud ſcripturas hic loquendi modus, vt ad res ininamatas ſermo conuertatur, quo ad timorem pariter & pudorem excitandum vti ſolet. Dum facit quod etiam ipſa inanimata confeſſura ſint ipſoſque anima præditos homines iudicatura. Vt, Audite valles & fundamenta terræ, quoniam iudicium eſt Deo erga populum ſuum, & cum populo ſuo diſceptabit, & ſubdit. Huiuſmodi figura

Zacha. 13. percute paſtorem in argument. Pſalmi.

proſopopœia dicitur, quando videlicet inanimatis rebus perſonam imponimus, & Pſal. 102. ait. Solent prophetæ ſæpenumero ad diuinas laudes concinendas ipſam irrationalem atque inanimatam naturam aduocare, denotare volentes, quod rationalis creatura ad dicendas huiuſmodi laudes non ſufficit. Quod ſi ipſa etiam irrationalia ad diuinas laudes excitantur, quanto magis à rationalibus creaturis Deus laudandus eſt, & in expoſitione cantici Deute. ait. Eſt mos prophetis vt in magnis promiſsionibus, aut in horrendis aliquibus minis, ad maiorem ſermonis ſui confirmationem, cælum & terram in teſtes aſſumant, vt in cant. Deut. Attende cælum & loquar, audiat terra verba oris mei. Lege Hieronym. in comment. Haba. cap. 2. Væ qui congregant auaritiam, & Chryſo. hom. 3. de Pœnitentia, & Ariſt. 3. Rheto. ad Theodect. & Quintilianum.

Deut. 32.

Moris eſt ſcripturarum (inquit Oecu. 1. ad Tim. 12.) eminẽtes & inferiores perſonas in teſtes aſſumere, vt in Gene. 31. Iacob Deum & tumulũ ſiue aceruũ lapideum in teſtẽ aſſumit & Paulus, obteſtor in conſpectu Dei ac domini Ieſu Chriſti & electorũ angelorũ, vt hȩc ſerues, & Philip. lib. 3. in Iob. cap. 38. Multis locis laudare Deum elementa dicuntur, pro eo quod in illorum diſpoſitione & pulchritudine Deus vel ab hominibus, vel ab angelis prȩdicetur. Lege Euthy. Pſal. 18.

Deniq; inquit Aug. li. 3. ſuper Gene. ca. 3. & li. 5. ca. 3. Conſuetudo ſcripturarum eſt, aut cæli aut terræ nomine mũdum appellare, aut interdũ addere & mare. Sic in ſcriptura Geneſeos nullum arbitrandũ eſt mundi huius defuiſſe elementũ ex illis quatuor, licet expreſſe nominata non ſint. Hæc ille. Porro cũ ſcriptura maximã tribulationem oſtendere vult, ſolẽ obtenebreſcere, & ſtellas de cælo cadere dicit, qua loquendi forma Chriſtus quoq; vſus eſt cum prædicit excidium vrbis Ieruſalem.

REGVLA. VIII.

COnſuetudinis prophetarũ eſt (inquit Hiero. in cõment. Abdiæ) quando loquuntur contra Babylonem, Ammonitas, Moabitas, Philiſtijm & cæteras nationes, multis ſermonibus linguæ eorũ abuti, & ſeruare idiomata prouinciarũ. Vnde in Abdia dicit. Et trãſmigratio Ieruſ. quæ eſt in Boſphoro, id eſt Sepharad, poſsidebit ciuitates Auſtri. Nam

Regula linguarum peritis annotanda.

Nam lingua Aſyriorum terminus qui Hebraicè Guebul, dicitur Sepharad. Quorum verborum hunc ſenſum eſſe conijcio. Tranſmigratio Ieruſ. quæ in cunctis terminis regionibuſque diuiſa eſt, vrbes Auſtri, ideſt, tribus ſuæ recipiet. Hæc regula peritis tantum linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ vtilis eſt, nam ob hanc quam Hierony. attulit cauſam apud Danielem multa nomina Babylonica, tum inſtrumentorum muſicæ artis, tum etiam magiſtratuum ponuntur, quia de rebus Babylonicis habebatur ſermo, & Camhi in commēt. Pſalm. 2. ait. Cum Scriptura loquitur de rebus Philiſtinorum, vocabulis illius gentis vtitur, vt loco malche. 1. Regū, ponit çarne, & Elias Leuita in præfatione libri compoſitionis, ait. Scias quod dictiones habentes quinque vel ſex literas, non ſunt ex lingua ſancta, ſed vel ex lingua Perſica, vel Ægyptia, nam non inuenies eas, niſi in narratione geſtorum quæ acciderunt in regionibus illis, vt in Exodo çefardeah. i. rana.

REGVLA. IX.

EOrum quæ de Deo in ſacris literis traduntur (vt inquit Damaſcen. libr. 1. capit. 2.) quædam ſunt effabilia, quædam ineffabilia. Et rurſus alia cognoſcibilia, alia incognoſcibilia. Effabilia ſunt, quæ verbis vtcunque explicari poſſunt, vt Deum eſſe vnum & creatorem mundi. Ineffabilia ſunt, quæ nullis verbis ſatis explicari poſſunt. Vt vnitas eſſentiæ cum Trinitate perſonarum. Filij generatio æterna, de qua Iſaias. Generationem eius quis enarrabit? *Iſai. 53.* Cognoſcibilia, vt Deum eſſe æternum & incorporeum. Incognoſcibilia ſunt, Iudiciorum Dei Abyſſus, de quibus Paulus. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia tua. Item Auguſt. lib. 83. q. q. 49. ait. Credibilium tria ſunt genera. Alia ſunt quæ ſemper creduntur, & nunquam intelliguntur, ſicut omnis hiſtoria temporalia & humana geſta percurrens. Alia mox vt creduntur intelliguntur, ſicut ſunt omnes rationes humanæ, vel de numeris, vel de quibuſlibet diſciplinis. Tertium quæ primo creduntur, & poſtea intelliguntur, qualia ſunt ea, quæ de diuinis rebus non poſſunt intelligi, niſi ab his qui mundo ſunt corde, quod fit præceptis ſeruatis, quæ bene viuendo accipiuntur.

REGVLA X.

QVando de ſuperioribus diſputatur (inquit Hieronym. ad Damaſum de viſione ſeraphim) & maſculinum ſeu fœmininum ponitur genus, non tam ſexus ſignificatur, quam idioma linguæ, ſiquidem ipſe Deus inuiſibilis & incorruptibilis, omnibus penè linguis profertur genere maſculino, cū in eum ſexus non cadat, & ſpiritus ſanctus ſecundum proprietatem linguæ Hebraicæ fœminino genere profertur, Ruah, & in plurali, Ruchot, Græce vero τὸ πνεῦμα neutro. Latinè maſculino, ſpiritus. Nec in Dei virtutibus ſexus eſt ponendus Vt Cherubim, Seraphim, Throni. Et Auguſt. tract. 38. ſuper Ioha. ait. Conſuetudo locutionis, ideo per diuerſas linguas variat genera vocabulorum, quia in ipſis rebus non inuenit ſexum. Nā apud Græcos fœminini generis eſt principiū, ἀρχή. Sicut apud nos lex generis fœminini, quæ apud illos eſt maſculini. Sicut ſapientia apud nos & apud illos generis fœminini eſt, σοφία. non enim ſapientia verè fœmina eſt, cum Chriſtus ſit Dei ſapientia, & Chriſtus appelletur genere maſculino, ſapientia fœminino.

REGVLA XI.

PEr id, (inquit Auguſti. in libr. q. ex vet. teſt. quæſt. 9.) quod multimodam rationem, id eſt, multas ſignificationes, verba habent, faciunt quæſtiones, ideo ſi ad cauſam, de qua agitur referantur, nulla erit quæſtio. Quia per ordinem res ipſæ ſe produnt. Nam commune dicitur aliquando quod indiuiſum eſt. *Commune.* Aliquando quod immundum eſt. Duobus enim modis appellatur commune. Denique Petrus Apoſtolus. Commune, inquit, & immundum nunquam intrauit in *Actu. 10.* os meum, & Paulus, omne, inquit, quod *Rom. 14.* non eſt ex fide, peccatum eſt, & ad Galat. 3. *Fides.* Lex non eſt ex fide, & tamen non eſt peccatum. Sed in primo loco fides eſt credere quod placeat Deo id quod facis, id eſt, cum dubitamus an Deo placeant, nec ne quæ facimus, ſi facimus peccamus. At vero in ſecundo loco fides vocatur, quando rei nondum à nobis conſpectæ fidem adhibemus. q. d. lex vetus non tam fidem quàm opera exigebat. Vides ergo quia vnus & idem ſermo non eadem ſemper ſignificat. Ideo cum dicitur im-

mundum,

mundum,conſiderandum ex qua cauſa dica
tur. Aliquando ad comparationem melioris
immundum dicitur. Aliquando ad opera ſor
dida refertur,vt malum intelligatur.Sic canis
immundus dicitur ad ouem comparatus, &
plumbum ad comparationem auri immun-
dum eſt,& coruus ad pauum, & cum vniuſcu
iuſque corporis mẽbra ſint, alia honeſta , alia
inhoneſta vocantur , cum ſciantur mala non
eſſe. Ita omnia bona ſunt in ſua natura quia
vtilia.Item in calce Pſalm.8.ait. Vnicum no-
men pluribus modis poteſt intelligi & expli-
cari,ſed pro locis,namq; aliud alibi ſignificat,
& hęc regula in omni allegoria retinenda eſt,
vt pro præſentia loci conſideretur quod per
ſimilitudinem dicitur.Hæc enim eſt domiul-
ca & Apoſtolica diſciplina. Hanc regulam
ibidem explicat Auguſt.exemplis ſed non ſa
tis commodis ad inſtitutum.Nos accommo-
datioribus exemplis vtamur , ex eodem Au-
Torcular. guſt.de ſumptis in fronte illius Pſalm.8. Mul
tis,inquit,& varijs ſimilitudinibus vna eadem
que res in ſcriptura inſinuatur,vt in hoc Pſal.
torcularia poſſunt eccleſias ſignificare , eadẽ
ratione qua & aream intelligimus eccleſiam.
Quia ſiue in area ſiue in torculari nihil aliud
agitur,niſi vt fructus ab integumentis purgen
tur,quæ neceſſaria erant.& vt naſcerentur &
vt creſcerent,atq; ad maturitatem, vel meſsis
vel vindemiæ peruenirent. His ergo vel inte-
gumentis vel ſuſtentaculis,ideſt,paleis,in area
frumenta , & vinacijs in torcularibus vina
exuuntur. Sicut in eccleſijs à multitudine ſe-
cularium hominum, quæ ſimul cum bonis
congregatur,quibus vt naſcerentur & apti fie
rent verbo diuino neceſſaria erat; illa multitu
do,id agitur , vt ſpiritali amore per operatio-
nem miniſtrorum Dei ſeparentur. Agitur
enim nunc,vt non loco ſed affectu Interim ſe
parentur boni à malis, quanuis ſimul in eccle
ſijs,quantum attinet ad corporalem præſen-
tiam conuerſentur.Aliud autem erit tempus,
quo vel frumenta in horrea, vel vina in cellas
congregentur. Vel alia ſimilitudine. Vina re-
condet in apothecis, vinacia vero pecoribus
proijciet,ventres pecorum ſunt pœnę gehen
næ,affert alium intellectum de torcularibus
quem legere poteris apud ipſum. Deinde ait
Chryſoſt.hom.13.in Iohan. Duplex eſt gra-
tia vetus & noua , quemadmodum duplex
erat Iuſtitia, ſecundum iuſtitiam,inquit, quæ
Philip.3. in lege eſt irreprehenſibilis; & duplex fides,
Rom.1. vt,ex fide in fidem, (ideſt, ex fide incipiente
in proficiẽtem,aut in fidem,ideſt,in fidelium
gratiam,)& duplex adoptio,vt quorum ado-
ptio eſt, & duplex gloria. Vt ſi enim quod *Rom.9.*
euacuatur per gloriam eſt,multo magis quod *2.Cor.3.*
manet in gloria, & lex duplex , vt Lex ſpiri-
tualis vitæ liberauit me,& duplex ſeruitus, vt
quorum ſeruitus , & iterum , ſpiritui Dei ſer-
uientes,& teſtamentum duplex , vt, Diſpo-
nam vobis teſtamentum nouum non ſecun-
dum teſtamentum quod diſpoſui patribus ve *Iere.31.*
ſtris, & duplex ſanctificatio , & duplex bap-
tiſma , & duplex ſacrificium, & templum &
circuncifio duplex.Sed illa veteris legis quaſi
figuræ ſunt, hæc quaſi veritas, æquiuocatio-
nem non rei communionem ſeruantia , quo-
niam in figuris ſunt & vmbra, nam & homo
pictus homo appellatur,& verus homo item,
& hom.3.in epiſt.ad Hebræ.ait,Chriſtus ad- *Exitus.*
uentum ſuum carnalem exitũ vocat, vt exijt
qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & iterum,
ego à patre exiui & veni, & Paulus. Chriſti
aduentum vocat introitum. Cum iterum in- *Hebr.1.*
troducit primo genitum in orbem terrarum.
Item Auguſt.tract.47.ſuper Io.ait. Per ſimi-
litudinem Chriſtus multa eſt , quæ per pro- *Chriſti no-*
prietatem non eſt. Per ſimilitudinem & pe- *mina.*
tra eſt Chriſtus,eſt oſtium & lapis angularis,
& paſtor & agnus & leo. Si autem proprieta
tes diſcutias rerum quas videre conſueſti,nec
petra eſt,quia durus & ſine ſenſu non eſt.nec
oſtium eſt,quia faber eum non fecit.nec lapis
angularis eſt,quia nõ eſt ab ſtructore cõpoſi-
tus nec paſtor eſt,quia cuſtos ouiũ quadrupe
dũ nõ eſt,nec leo eſt,quia fera nõ eſt,nec agnꝰ
eſt,quia pecus non eſt,omnia ergo iſta per ſi-
militudinem. Quid ergo propriè? in princi-
pio erat verbum, quid de homine qui appa-
ruit. Verbum caro factum eſt. Item Hiero. cõ
tra Pelagi.ait. Perſpicuum eſt duas in ſcriptu-
ris ſanctis eſſe perfectiones,duasque Iuſtitias, *Iuſtitia du-*
& duos timores.Primam perfectionem & in *plex.*
comparabilem veritatem,perfectamque Iuſti
tiam Dei virtutibus comparandam. Secundã
autem quæ competit noſtræ fragilitati. Iuxta
illud quod dicitur in Pſal. Non iuſtificabitur
in cõſpectu tuo omnis viuens. Iob, Zacharias
& Eliſabeth,iuſti dicti ſunt ſecundum eam iu
ſtitiam quæ poſsit in iniuſtitiam aliquando
commutari.& non ſecundum illam de qua di
citur. Ego Deus & nõ mutor.& hoc eſt quod
Apoſtolus ſcribit.etenim non eſt glorificatũ,
quod glorificatũ eſt propter excellentẽ glo-
riam.quod videlicet legis iuſtitia ad compara
tionem

tionem Euangelicæ gratiæ non videatur eſſe iuſtitia. Et iterum. ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit quod perfectum eſt, deſtruentur illa quæ ex parte ſunt. &, Videmus nūc in ſpeculo & ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hæc ille. Ex diſtinctione illa duplicis Iuſtitiæ intelliges dictum Pauli ad Roma. 5. Vix pro iuſto aliquis moritur. nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat Apoſtolus Chriſti charitatem erga vniuerſum genus humanum. Nam cum infirmi, id eſt, peccatores, eſſemus, pro nobis ſuffixus eſt. Cum alloqui vix vllus homo inueniatur qui pro homine quātumuis probo & iuſto perpeti velit dolorem, & ſe obijci diſcrimini. & loquitur de illo ſecundo genere Iuſtitiæ quę noſtræ competit fragilitati. Nam pro viro bono, qui iam ad virtutis culmen cōſcendit, aliqui mori audebunt. Præterea perquam familiare eſt ſacris literis conferre iram Dei, igni, gladio, & alijs eiuſmodi. Pſal. 44. Sagittæ tuæ acutæ potētiſsime. & 43. accingere gladio. & pluet ſuper impios laqueos ignis & ſulphuris. Deinde per arcum, gladiū, ſcutum, currum, equū, aurum, argentum, & his quæ armis bellicis & terrenæ prudentiæ conueniunt, ſolet ſcriptura auxilium humanum intelligere. Pſal. 43. Neque enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. &, hi in curribus, hi in equis, nō autem in nomine dei magnificabimur. & Hoſeas ait. Nō ſaluabo eos in arcu & in bello, & in equis & in equitibus. Præterea Aug. concione. 1. Pſal. 34. ait. Non ſunt arma ſpiritualia, ſic eſſe, vt quaſi quod ſcutū eſt, ſemper ſcutum ſit, aut quod galea eſt, ſemper galea ſit, aut quod lorica eſt, ſemper lorica ſit. In iſtis armis corporalibus ita eſt, quanquā & de ferro quo fiūt mutari poſſint, vt ex gladio fiat ſecuris, tamē ipſum Apoſtolū vidimus dixiſſe quodā loco loricā fidei. & alio loco ſcutum fidei. ſic enim ait. 1. Theſſa. 5. induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis, & ad Ephe. 6. induti loricam iuſtitiæ, & galeā ſalutis aſſumite, & ſcutum fidei. Ergo ipſa fides & lorica poteſt eſſe & ſcutum. Scutum ergo eſt, quia tela inimicorum excipit & repellit. lorica eſt, quia interiora tua transfigi non ſinit. Itē lib. 2. de con ſen. euang. ca. 30. ait. Nomen ambiguum aliquando cū expoſitione ponitur. vt eſt illud. Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, vt ſenſibus perfecti ſitis. Hoc emī modo breuiter, clauſa ſententia dici potuit. Nolite eſſe pueri, ſed eſtote pueri. & illud. Si quis putat ſe eſſe ſapientem in vobis in hoc ſeculo ſtultus fiat, vt ſit ſapiēs. Quid em̄ aliud dixit quam, non ſit ſapiens vt ſit ſapiens. Aliquādo clauſe ita dicuntur vt exerceant quærentem, vt eſt illud quod ait ad Gala. Apoſtolus. inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Qui enim putat ſe eſſe aliquid cum nihil ſit, ſeipſum ſeducit. opus autem ſuum probet vnuſquiſq;, & tūc in ſemetipſo habebit gloriam & non in altero. Vnuſquiſque proprium onus portabit. Niſi enim ponderis nomē ſub diuerſis ſignificationibus acceperis, procul dubio putabis eundem ſibi in loquendo eſſe cōtrarium. Et hoc in vna ſententia tam vicinè poſitis verbis. Qui eum paulò antè diceret. Alter alterius onera portate. poſtea dixit. Vnuſquiſque proprium onus portabit. Sed alia ſunt onera participandæ infirmitatis: alia reddendæ rationis deo de actibus noſtris. Illa cum fratribus ſuſtinenda communicantur, quæ propria ab vnoquoq; portantur. Sic in euangelio intelligamus ſub aliam ſignificationē dictam virgam quæ ſecundum Marcum ferēda eſt, & ſub alia illam quæ ſecundū Mat. & Lucam non ferenda eſt. Nam virga intelligitur ſpiritualiter de qua dicebat Apoſtol⁹. In virga veniam ad vos. & corporaliter qua vtimur. ſiue ad equum, ſiue ad aliud aliquod opus. Vtrunque ergo accipiendum à domino dictum. & Orige. ho. 1. in cantica cantic. interprete Hiero. ait. Sermo diuinus vnā eandemque rem pro locorum qualitate diuerſis vocabulis nuncupat. Quando hoſtia offertur in lege, & vult intellectum oſtendere, pectuſculum ſeparationis. Quando vero recūbit aliquis cum Ieſu & ſenſuum eius communione fruitur, non pectuſculum vt ſuprà, ſed pectus alloquitur. Porro eum ſponſa loquitur ad ſponſum, quia nuptiale carmen inducitur, non pectuſculum, vt in ſacrificio. non pectus vt in Ioanne diſcipulo, ſed vbera nominat dicens. Quia bona vbera tua ſuper vinum Deniq; Iſichius lib. 1. Leui. ca. 4. & li. 5. ca. 16. ait. Eandē rem explicat ſcriptura multis nominibus, nec eſt ταυτολογία, ſed operationibus rerum quæ ſignificantur, apta imponit & diſtribuit nomina. Sic carnem vocat velamen, quia eſt tegumentum diuinitatis. Aliquando templum. Soluite templum hoc. Aliquando nubem. Iſaiæ 19. Ecce dominus

Locus Pauli ad Ro. 5. — *Locus Aug. annotādus.* — *1. Cor. 14.* — *Gala. 6.* — *Onus.* — *1. Cor. 4.*

minus aſcendit ſuper nubem leuem. Aliquando propitiatorium vocatur. Et afflictio vocatur à Dauid. Portæ inferni. portæ mortis. dolores partus. vmbra mortis. Hæc exempla, vt res fieret clarior, nunc adduxiſſe ſatis ſit. nam in alia huius operis parte, in qua explanaturi ſumus myſticorum nominum, quæ in ſcripturis inueniuntur, ſignificationes, fuſius de hac re diſputabimus.

REGVLA XII.

QVando rectus (inquit. Auguſt. li. 14. de ciui. Dei. capit. 8.) ſcripturæ ſacræ ſenſus alium exitum non poteſt inuenire, niſi aliquid addatur, addendum aliquid eſt vt intelligatur. Item Euthy. Pſalm. 72. & 74. ait. Sæpenumero quoſdam inuenimus ſermones ob Hebraicæ linguæ anguſtiam, à qua vetus teſtamentum in Græcam linguam tranſlatum eſt, impoſsibile fuit paribus dictionibus amplam æquè ac claram ſignificationem reddere. vt in Pſalm. Quid eſt mihi in cælo, & à te quid volui ſuper terram, ideſt, à te quid aliud volui quam vtilitatem & commodum tuum. & iterum. Quoniam nec ab egreſſu, nec ab occidente, nec à deſertis montibus. ſubintelligendum verbi gratia. aliquid Deo latet. Item Pſalm. 51. ait. Solent hi qui vlciſcuntur iniurias, defectiua quædam verba proferre, veluti præ gaudio reliqua in eis verba præcidantur. vt eſt illud Viderunt oculi noſtri. ſubintelligitur. vindictam, vel aliquid ſimile. & confitebor tibi in ſeculum, quia feciſti. ſubintellige vindictam. & Pſalm. 125. ait. Eſt proprium idioma Hebraicæ linguæ dicere. Dominus fecit cum illo. & ſubintelligere miſericordiam. & In Pſalm. magnificauit Dominus facere nobiſcum. Scilicet miſericordiam. Hiero. quoque Eccleſi. 12. ait. Scriptura diuina breui circulo verborum coarctata eſt, & quantum dilatatur in ſenſibus, tantum ſermone conſtringitur. Quia cōſummatum abbreuiatumque verbum fecit Dominus ſuper terram. & verbum eius iuxta eſt in ore noſtro & in corde noſtro. Philoſophi vero & ſeculi huius doctores, qui ſuorum dogmatum facultates conantur aſſerere, varietate ac multitudine ſermonum vtuntur. Hactenus ille. Exempla vbique obuia ſunt. Ionæ. 1. Et dixerunt ad eum. indica nobis cuius cauſa malum iſtud ſit nobis? quod eſt opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Rabbi Dauid Pſalm. 21. his verbis hanc regulam expreſsit. Solet ſcriptura in loco apto nimia breuitate vti. vt in Pſal. in funibus tuis firmabis, ſcilicet ſagittas tuas, ante facies eorum. Præterea Auguſt. lib. Quæſtionum veteris & noui teſtamenti Quæſtione. 16. ait. Aliquando ſub compendio loquitur ſcriptura, & quædam intelligenda vult ex propoſita ratione. Sic Sephora vxor Moyſi, non ignorans qua cauſa viro ſuo infeſtus angelus videbatur, accipiens petram, circuncidit filium ſuum, & receſsit angelus. Nam ad hūc modum in Exo. legitur, Cum eſſet in itinere in diuerſorio occurrit ei Dominus & volebat occidere eum. tulit illico Sephora acutiſsimam petram, & circuncidit præputium filij ſui. tetigitque pedes eius, ideſt, proiecit præputiū ad pedes Moyſis. & ait ſponſus ſanguinum tu mihi es. id eſt, das arrabonem nuptiarum mihi filij tui occiſionem. Hoc dicebat quia ignorabat Sacramentum circunciſionis, cum eſſet Madianitis. Et in euangelio Dominus ad Iudæos. Quare vos præteritis mandatum Dei vt traditionem veſtram ſtatuatis? nam dixit Dominus. Honora patrem tuū, & matrem tuam, & qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicunque dixerit patri aut matri, omne munus quodcunq; fuerit ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem aut matre ſuam. ſine dubio per compendium dixit Saluator, vt ſubintelligatur Sacerdotes Iudæorum dum auaritiæ ſtuderent Dei legē ſpreuiſſe. Impia enim cōſpiratione conſilium dederunt filijs vt maledicentes patrem aut matrem quodcunq; offerrent quaſi donum Deo, per quod data ſententia in maledictos, ſolueretur. Vnde ſecuri facti filij, contra Dei præceptum, contemnebant parentes. Et in li. de fide & operibus. ca. 9. dat aliud exemplum. Actuum, inquit. 8. ſcriptura tacuit, atq; intelligenda dimiſit cætera quæ in ſpadone baptizando Philippus egit, atque eo quod ait baptizauit eum Philippus intelligi voluit impleta omnia, quæ licet taceantur in ſcripturis cauſa breuitatis tamen ſerie traditionis ſcimus impleta. nam non dubitādum eſt in catechiſmo dicta eſſe, quæ ad mores vitamq; pertinent eius qui credit in Chriſtum. Hęc ille. & ad hunc modum intelligendum eſt quando dicitur in actibus apoſto-

Exod. 4.

Matt 15. Mar. 7.

apoſtolorum baptizaſſe apoſtolos in nomi
ne Chriſti quod breuitatis gratia duæ perſo
næ omiſſæ ſunt. Nam nunquam legimus in
Actibus neq; in Paulo baptiſma in nomine
patris & filij & ſpiritus ſancti. Sed de hoc à
nobis ſupra diſputatum eſt. . .

De huius loci Matth. 15. expoſitione le-
ge Hiero. in illum locum. Sed aduerte quod
apud Marc. capi. 7. cum dicitur. Qui dixerit
patri. capitur pro maledixerit.

REGVLA XIII.

SIc vnuſquiſque Euangeliſtarum (inquit
Auguſti. lib. 2. de conſen. euang. ca. 15.)
cōtexit narrationem ſuam, vt tanquam
nihil prætermittentis ſeries digeſta videatur.
Tacitis enim quę non vult dicere, ſic ea quæ
vult dicere, illis quæ dicebat ſubiungit, vt ip-
ſa continuo ſequi videātur. Sed cum alter ea
dicit quæ alter tacuit, diligenter ordo conſi-
deratus indicat locum, vbi ea potuerit, à quo
prætermiſſa ſunt, tranſilire, vt ea quæ dicere
intenderat, ita ſuperioribus copularet, tan-
quam ipſa nullis interpoſitis ſequerentur.
Ac per hoc intelligitur Matthæus vbi ait.
ſomnio admonitos Magos ne redirent ad
Herodem, per aliam viam regreſſos in regio
nem ſuam, illic prætermiſiſſe, quæ Lucas nar
rauit geſta circa dominum in templo, & di-
cta à Simone & Anna. Vbi rurſus Lucas præ
termittens profectionē in Ægyptum quam
narrat Matthæus, tanquam continuum con
texit regreſsionem in ciuitatem Nazareth.
De hoc exemplo quod attulit Augu. Theo
phy. Matth. 2. in expoſitione huius loci. Ha
bitauit in. ciuitate Nazareth. hæc ait. Quo-
modo Lucas dicit, quod poſt quā natus fuit,
impleuit quadraginta dies, & à Simeone ge-
ſtatus eſt, deſcēderit dominus in Nazareth.
Hoc autē in loco Matthæus dicit, quod poſt
reditum ex Ægypto venerit in Nazareth? di
ſce igitur quod quę ſiluit Matth. dicit Lucas.
verbi gratia. Poſt quam natus eſt, impleuit
quadraginta dies, deinde deſcendit in Naza
reth, hæc dicit Lucas. Matthæus dicit poſt
hæc, quod fugerit in Ægyptum. deinde vene
rit ab Ægypto in Nazareth. Non diſsident
ergo inter ſe. Nam Lucas dicit deſcenſum à
Bethlehem in Nazareth. Matthæus poſtea
reditum ab Ægypto in Nazareth. Hæc ille.
Deinde cum Matth. in fine. capi. 2. dixiſſet.
Habitauit in ciuitate Nazareth. ſubiungit
capit. 3. In diebus illis acceſsit Ioan. Baptiſta
prædicans in deſerto Iudææ. In quibus die-
bus hæc Ioan. prędicauit? num quando è Be
thlehem aſcendit in Nazareth cum Ieſus e-
rat puer. an cum venit ex Ægypto in Naza-
reth, minimè. Sed cum iam Ieſus 30. eſſet an
norum, vt narrat Lucas ca. 3. Verum ſcriptu
ræ mos eſt, in diebus illis dicere pro ſequenti
bus, quolibet tempore, manifeſtando ſolum
tēpus illud, quo facta ſunt, quæ narrare vult.
quemadmodum nunc fecit euangeliſta quæ
in medio ſunt prætermittens. De hoc latius
locuti ſumus ſupra cum agebamus de parti-
culis indeclinabilibus. in dictione, Tunc, &
In diebus illis. Lege Aug. tract. 112. in Ioan.

In diebus illis quid ſignificet.

At vero cum dixit Augu. in Regula. Sed
cum alter, &c. hunc habet ſenſum. Quando
vnus euangeliſta ea narrat quæ ab alijs præ-
termiſſa ſunt euangeliſtis, ex aliorum cum il
lo collatione, & ordine geſtorum conſtabit
quo in loco illi euangeliſtæ narrationē præ-
ciderint, & ibidem oportet id collocari. vt in
ſequēti regula clarius manifeſtabimus. Dein
de quod nihil officiat hiſtoriæ veritati, quod
diuerſis verbis ab euangeliſtis vna res narre-
tur, docet Augu. lib. quæſt. 1. in Gene. q. 64.

REGVLA XIIII.

SOlent euangeliſtæ. (Iuxta Aug. lib. 2. de
conſenſu euangeliſtarum ca. 19.) pręter
miſſa recordari, vel poſterius facta præ-
occupare, ſicuti diuinitus ſuggerebātur, quæ
antea cognita, poſtea recordando conſcribe
rent. Exempla ex ipſo Aug. facile colligi ne-
queunt, Exemplum primi ſit illud Matth. ca
pi. 14. vbi occiſionem Ioannis, quam ſuo in
loco omiſerat, commemorat euangeliſta. In
illo, inquit, tempore audiuit Herodes tetrar-
cha famam Ieſu, & ait pueris ſuis. Hic eſt Ioā
nes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo
virtutes operantur in illo. Herodes enim te-
nuit Ioannem & alligauit eum. Exemplū ſe-
cundi Marci. 3. dicitur. & Iudas Eſcharioth,
qui & tradidit eum. cum ab eo traditus ſit. c.
14. ſed de hac re li. 5. harum Hypotypoſeon
ca. 1. diligenter à nobis diſputatum eſt, cum
inquam de ordine narratiōis ſcripturæ diſſe
rebamus. & Ioan. 11. Maria erat quæ vnxit
dñm vnguento. cum id factum ſit cap. 12. &
Ioā. 1. Erat Andræas frater Simonis Petri. cū
Petri nomē poſtea ſit illi inditū. & Exod. 15.
Aquæ Mara vocantur per Anticipationem

antequam hoc nomen illis Inditum eſſet.& in Dani.epiſt.Nabucho.quę ponitur in fine. 3.ca.collocanda erat in fine.4.

REGVLA XV.

IN vnius euangeliſtæ expoſitione, (inquit Auguſt. in lib. de Adulterinis coniugijs capit.11.&.12.) videndum eſt, quod alij euangeliſtæ dicant, cum ille locus exponitur. Cum enim legimus in Matth. quicunque dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationē. vel vt in Græco habetur, per cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Non debemus continuo putare illum non mœchari, qui propter cauſam fornicationis dimiſerit, & aliam duxerit, ſed adhuc ambigere, donec alios euangeliſtas cōſulamus. Non enim à Matthæo dictum eſt totum, ſed ita pars dicta eſt, vt intelligatur à parte totum. Quod tanquam explanantes Marcus ca.10.& Lucas capit.16.vt clareret plenè ſententia, totū dicere maluerunt. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit. adulterium committit. & Lucas. omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, & adducit alteram mœchatur. Nam qui dimiſerit vxorem non ſolum ob fornicationem, ſed ob quamcunque aliam cauſam, & aliam duxerit, mœchatur. Ideo euangeliſtæ inter ſe non diſſentiunt. Sed reſtat vt Matthæum intelligamus à parte totum ſignificare voluiſſe, eandem tamen tenuiſſe ſententiam. vt dimittens vxorem & alteram ducens, non quidam mœchetur, quidam vero non mœchetur, id eſt, qui propter fornicationem dimiſerit, ſed omnis qui dimiſerit vxorem ſuam & ducit alteram, mœchari minimè dubitetur. Hactenus ille. Sed quæres quare non ſubiungit idem præceptum, de muliere ſicut de viro, Dominus in euangelijs. Reſpondet Ambro.1.ad Corin. 7. Vxor, inquit, à viro non diſcedat niſi cauſa fornicationis. Quod ſi diſceſſerit, aut maneat innupta, aut viro ſuo recōcilietur. & vir ſimiliter non dimittat vxorem. Ideo non ſubdit de viro, quod de vxore pręmiſit, quia viro licet ducere aliam.& deſumpſit hunc errorem ex Lactantio.li.6.cap.23. Nos ex Regula.5. Quinqua.1. reſpondere poſſumus, quod per perſonam quæ inſignior eſt, quæ ignobilior eſt ſubintelligitur. vt ibidem multis exemplis à me probatū fuit. vt habetur in decretis.32.q.6. Non mœchaberis.&.q.5.c. præcepit. quidquid viris præcipitur, hoc conſequenter redundat ad fœminas. Neq; enim adultera vxor dimittenda eſt, vir mœchus retinendus. At vero illa verba Ambro. ſcilicet ideo non ſubdit de viro quod de vxore præmiſit, quia viro licet ducere aliam. hunc ſenſum poſſunt habere, quem Grego. 32.q. 7.capit. hi vero. protulit. Qui vxores ſuas in adulterio deprehenderunt, non licebit, nec eum nec eam aliam vxorem accipere, aut virum, quandiu viuunt. At ſi adultera mortua fuerit, vir eius poteſt ducere vxorem, adultera minimè. nam etiam ſi mortuus fuerit vir eius carebit viro perpetuò.

Mat.5. — *An vxor poſſit virū ob fornicationem dimittere.* — *Locus Ambro. difficilis.*

Addamus adhuc nonnulla exempla. eſt optimum exemplum apud Matthæ. capit. 26. Antequam gallus cantet, ter me negabis. Hoc intelligere non poteris niſi Marcum cō ſulas, cuius ſunt verba. Antequam gallus cantet bis, ter me negabis. intelligendus eſt ergo Matth. antequam gallus cantet, ideſt, antequam deſignat canere, vel abſoluat cantum ſuum, ter me negabis. ſolet enim gallus circa mediam noctem, & manè cantare. & ad hunc ſenſum facile trahitur Lucas cap. 22.& Io.13. Præterea apud Matth. ca. 9. dicitur. In greſſus nauem, traiecit & venit in ciuitatem ſuam. in cuius loci expoſitione inquit Theophy. Ciuitatem ſuam Capharnaum dicit. illic enim habitabat. Bethlehē enim peperit. Nazareth educauit. Capharnaum aſsiduè præbuit domiciliū. Vides quomodo ciuitas domini vocatur Capharnaū. Hiero. tamē. Mat. 9. dicēs ciuitatem dñi eſſe Nazareth, videtur euangelio repugnare. Nam Marcus ca.2. eandem rem enarrans. inquit eius ciuitatem eſſe Capharnaum, his verbis. Iterum intrauit Capharnaum poſt dies aliquot, & auditum eſt quod in domo eſſet. & confeſtim conuenerunt multi, ita vt non caperet, neq; ad ianuā. Porro Chriſtianus Druthmari Mat. 21. diſſonantiam Hiero. cum Marco ſic dirimit. Alius euangeliſta dicit, hoc geſtum in Capharnaū. Mat. in Nazareth, iuxta Hiero. expoſitionē. Nihil tamen obſtat ita intelligi, quia cum dominus deſcendit de freto, tranſijt per Nazareth, & venit in Capharnaum.

Mat. locus interpretatus. — *Mat. 14.* — *Locus Mat. elucidatus.* — *Vrbs Ieſus* — *Hier. locus difficilis.*

REGVLA XVI.

VBi apertius (inquit Auguſt. lib.3. de doct. Chriſt. capit.26.) aliquid exponitur, ibi diſcendum eſt, quomodo

do in locis intelligatur obſcuris. Neq; enim melius intelligi poteſt quod dictũ eſt à deo. *Pſal. 34.* Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi, quàm ex illo loco vbi legi- *Pſalm. 5.* tur. Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Non tamen intelligas vbicunque ſcutum ponatur, pro munimento poni & bona voluntate dei. & libr. 83. q. q. 53. ait. Quibuſdam ſcripturarum locis apertius aliquid exprimitur, quod diligens lector etiam in alijs in quibus minus aperitur, intelligat. Deus enim noſter ſic ad ſalutem animarum diuinos libros, ſpiritu ſancto moderatus eſt, vt non ſolum manifeſtis paſcere, ſed etiã ob- *Oportet ſcripturam exordiri à nouo inſtrumento.* ſcuris exercere nos velit. Hactenus ille. Ex hac regula facile colligitur ſtudioſos ad intelligendum vetus inſtrumentum, prius oportere in nouo laborare, vt à manifeſtioribus ad obſcuriora procedat: & in vniuerſum in tota ſcriptura oportet locos conferre inter ſe & cõponere, vbi eadem vel ſimilis res tractatur, vt verum ſenſum eliciamus. Vnde Hiero. Euagrio ſcribens. exponens hæc verba Gene. 14. Melchiſedec rex Salem profe- *De oblatione quæ fuit facta Melchiſedec.* rens panẽ & vinum (erat enim Sacerdos Dei altiſsimi) bñdixit ei & ait, Benedictus Abraham deo excelſo, ait, Quod Melchiſedec dedit victori Abraham panem in refectionem ipſius & pugnatorum eius, & decimas prædæ acceperit ab eo, aut quod Abraham ipſi dederit decimas ſpoliorum, & acceperit decimas ſubſtãtiæ Melchiſedec. Nam tam iuxta Hebraicum quam 70. ad vtrunq; referri po- *Hebr. 7.* teſt. Quanquam Paulus ad Hebræos apertè definiat, non Abraham ſuſcepiſſe à Melchiſedec decimas diuitiarum eius, ſed de ſpolijs hoſtium partem cepiſſe pontificem. Hæc ille. Prior expoſitio, nempe quod Melchiſedec protulit omnia neceſſaria exercitui Abrahæ, & laudauit deum qui profligauit hoſtes Abrahæ, & quod Abraham illi protulit decimas prædæ, eſt ex Ioſepho libr. 1. antiq. cap. 21. deſumpta.

Contemplare (inquit Chryſoſt. in homil. Pſal. Cantate domino canticum nouum) vt prophetiam verbis adaptãs euangelicis eundem reddat ſententiarum dogmatumq; concentum. & Hiero. ad Damaſum de viſione ſe- *Conſonantia vete. & noui inſtrumenti.* raphim, ait. Quicquid in veteri legimus teſtamento, hoc idem in euangelio inuenimus, & quod in euangelio fuerit lectitatum, hoc ex veteris teſtamenti authoritate deducitur, nihil in eis diſſonum, nihil diuerſum eſt. & Origē. lib. 2. epiſto. ad Roma. cap. 1. ait, Moyſes & Elias apparuerunt in gloria cum Ieſu colloquentes in monte. In quo oſtendit legem & prophetas cum euangelijs conſonare, & in ea, gloria ſpiritalis aſpectus atque intelligentiæ refulgere. Hæc ille. Hoc oſtendit modus loquendi euangeliſtarum. Cum enim afferunt ex veteri inſtrumento aliquod teſtimonium, aiunt. Hoc totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam. Nam ſolent apoſtoli & euangeliſtæ verba referre loquentis, ad hunc modum: ſicut ſcriptum eſt per prophetam, vel in ſermonibus Iſaiæ. pro quo Latini dicunt. ſicut inquit propheta.

REGVLA XVII.

CHriſtus (inquit Chryſoſto. homil. 36. in Ioan.) ab his qui ſuam viderant poteſtatem fidem requirit, ab his vero qui ignorabant minimè, niſi prius admoneãtur. Propterea circa euangelij principiũ Matthæus multos dominum curaſſe narrat, & nemini ſuam poteſtatem prænuntiaſſe. Vnde cum dixiſſet dominus Ioan. 5. illi paralytico. Surge, tolle grabbatum tuum & ambula, ait Theophyla. Dominus exigere fidem non ſolebat ab ægris, antequam in conſpẽctu ipſorum faceret miracula. Sed poſtquã vidiſſent miracula exigebat fidẽ. Ideo Chriſtus ab hoc paralytico non exigit fidem antequam ſanaſſet: quia æger ille nondum viderat eum ſigna facientem. Præterea Ioan. 4. ait, Dominus cum nullum ſpecimen de ſe exhibuiſſet, nihil magnum de ſe dicit. Vnde quando dixit Samaritana. Ioan. 4. Nunquid maior es patre noſtro Abraham? non dicit, *Ioan. 4.* profecto maior ſum, ſed ait. Qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum, qui autem ex mea biberit, non ſitiet in æternum. Hactenus ille. Hanc ob cauſam peccatum in ſpiritum ſanctum eſt irremiſsibile, quia tot editis miraculis in priſtina infidelitate permanebant: & peccatum in Chriſti humanitatem expiabile erat.

REGVLA XVIII.

SErbat hunc morem (inquit Chryſoſt. homil. 36. in Ioan.) ſæpenumero Chriſtus, vt maiorem in modum impudentibus ſilentium imponat, vt non tantum miracu-

lum faciat, ſed ab alijs approbari verum eſſe contendat. Siquidem in quinque panum miraculo, ne quid ſuſpicionis oriretur, non tantum miraculum fecit, ſed voluit vt multæ fragmentorum reliquiæ ſupereſſent. Et in mundato leproſo. Lucæ 5. & Matth. 8. Vade, inquit, oſtende te Sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis, ſimul vt miraculo certam fidem faceret, & calumniantium ipſum, legem Dei præuaricare, impudentia ora comprimeret. Idem in nuptijs fecit. Non enim vinum ſimpliciter oſtendit, ſed ferri Architriclino imperauit, vt qui id neſciret, confitendo, indubitatum perhiberet teſtimonium. Hac miraculi gratia inſcium Architriclinum, vnde id eſſet vinum demonſtrauit, vt iudicium incorruptum oſtenderet. Et cum mortuum ſuſcitauit Marci 5. Date ei, inquit, manducare: vt certius ei reſurrectionis ſignum præberet. Deniq; Paralytico dixit. Tolle grabbatum tuum & ambula. Et Theophyla. Ioan. 6. ait. Tot ſuperſunt fragmēta non propter oſtentationem, ſed ne credatur per phantaſma ſatiatos eſſe homines.

Matth. 14
Matth. 6. & 8.
Ioan. 2.
Ioan. 5.

REGVLA XIX.

VBi accuſatur aliquis (inquit Hierony. Iſaiæ 44. & 46.) V. g. populus Iudæorum ob incredulitatē atq; ob blaſphemiam, abſq; vlla nominis dignitate puris appellantur nominibus. vt apud Iſaiam ca. 43. Non me inuocaſti Iacob, nec me (i. in cultu meo) laboraſti Iſrael. & iterum. Dedi ad internecionem Iacob, & Iſrael in blaſphemiā. Et adhuc violētiori nomine. Domus Iacob, reliquiæ Iſrael: ob propinquitatem carnis & ſanguinis, & quaſi fæces reliquiarum Iſrael. Vbi autē ad apoſtolorū chorum qui ex Iudæis eſt ſermonē facit, iunguntur & nominū priuilegia. Audi Iacob ſerue meus, & Iſrael quem elegi. Vt prima ſit ſeruitus: ſecūda electio. & in cōmen. Ezechi. ca. 2. cum hunc locum exponit. Mitto ego te ad filios Iſrael ad gentes apoſtatrices, ait. Nequaquā populū dei, Iſrael, ſed gentes apoſtatrices vocat eos, qui à domino receſſerunt. Exempla innumera ſunt ſiue laudis ſiue vituperij. Iſaiæ. 1. Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei noſtri populus Gomorræ: & ad Moyſen ait. Abi, peccauit populus tuus, id eſt, iam non meus.

REGVLA XX.

VNus ſcopus diuinæ ſcripturæ eſt (inquit Chryſoſto. homil. 29. in Gene.) ne quid factorum intermittat, ſed veritatem nos doceat. Neq; propter inuidiam, iuſtorum virtutes præterijt, neque propter gratiam peccata adumbrat. Sed omnia nobis proponit, vt monimenta & doctrinas quaſdam habeamus, & vt quādo nos etiam per ſocordiam in id vitij inciderimus, cautiores ſimus poſtea, & denuo non incidamus. Et Theophy. Ioan. 7. ait, Dignum eſt veritatem euangeliorum admirari, quomodo non erubeſcant dicere illa quæ videbantur afferre ignominiam magiſtro. Imo euangeliſtæ multa miracula tranſcurrentes, incredulitatem fratrum, & illa quæ illi opprobrant, narrant. Et Augu. libr. 2. contra Fauſtum ca. 65. ait, Sacra ſcriptura laudanda vel vituperanda hominum facta, vel ipſa indicat, vel legentibus indicanda proponit. Nec ſolum homines ipſos, vel laudabiles vel vituperabiles intimans, verum etiam quædam in vituperabilibus laudanda, & in laudabilibus vituperanda, notaret. Neque quia vituperabilis homo erat Saul, ideo non eſt laudabile factū eius, quod guſtatum de Anathemate tam diligenter ſcrutatus, tam ſeuere vindicare conatus eſt, obediens deo qui hoc fieri prohibuerat. Vel quod Phitones de regno ſuo deleuit. Aut quia laudabilis erat Dauid, ideo peccata eius, quæ deus quoque arguit per prophetam, vel approbanda, vel imitanda ſunt. Sicut nec in Pontio Pilato, vituperandum eſt, quod aduerſus accuſationes Iudæorum innocentem dominū iudicauit. Nec in Petro laudandum eſt quod eundem dominum ter negauit. Vel vnde Satanas ab ipſo dño appellatus eſt, quod non ſapiēdo quæ dei ſunt, eum voluit à paſsione, hoc eſt à nr̄a ſalute, reuocare. Paulò antè dictus eſt beatus, paulò pòſt dictus eſt Satanas. Sed quid in eo obtinuerit, apoſtolatus eius & martyrij corona teſtantur. Sacra enim ſcriptura tanquam ſpeculi fidelis nitor admotarum ſibi perſonarū, non ſolum quæ pulchra atque integra, verū etiam quæ deformia vitioſaq; ſint, indicant. Vnde rectè monet Augu. lib. cōtra Mendacium ad Conſentiū ca. 9. Non omnia, inquit, quæ à ſanctis vel iuſtis viris legim᷒ facta, trāſferre debem᷒ ad mores, ſed hinc diſcere quā latè pateat quod apoſtolus ait. Fratres ſi præocupa-

1. Reg. 28.
Matth. 28
Matth. 16
Matth. 16

occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, intendens teipſum ne tu tenteris. An vero quia iurauit Dauid ſe occiſurum Nabal, & clementi conſideratione non fecit, propterea imitandum eſſe illum dicemus, vt temere iuremus nos eſſe facturos, quod non eſſe faciendum poſtea videamus? Nec quia Lot filias ſuas Sodomitis proſtituit, ne hoſpitibus vim inferrent, idem nos facere debemus. Horum omnium rationem attulit Eucherius lib. 2. in Gene. ca. 30. Deus, inquit, prodidit multa in ſcripturis quæ vt caueantur admonuit, & non imitanda propoſuit. Veluti concubitus filiarum Lot. Deinde quinque ciuitates quæ imbribus igneis conflagratæ ſunt, illud ni fallor ſignificant, quod omnes qui quinque ſenſus corporis ſui libidinoſe tractauerint, in illo futuro incendio, cōburendi ſint. Multa exempla quæ adduci ſolent de mendacijs patriarcharum, ab Scholaſticis in materia de mendacio exponūtur, in fine lib. 3. Sententiarum. vt quod Iacob dixerit ſe eſſe Eſau. & Ioſeph ſe eſſe augurē, & fratres exploratores eſſe.

REGVLA XXI.

Diuinæ literæ, (inquit Ambr. Lucæ. 1.) non ſolum mores in his qui prædicabiles ſunt, ſed eorum parentes plerunque ſolent laudare. vt veluti tranſmiſſa immaculatæ puritatis hæreditas in ijs quos volumus laudare præcellat. Sic ſancti Samuel mater laudatur ob Samuelis laudē. Sic Iſaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam poſteris dereliquit. Quę enim alia intētio euangeliſtæ Lucæ, niſi vt ſanctus Iohannes nobilitaretur parētibus, miraculis, moribus, munere, paſsione: nō ſolū igit parētibus ſed etiā à maioribus ſancti Iohannis nobilitas propagatur, non ſeculari poteſtate ſublimis, ſed religionis ſucceſsione venerabilis. Tales enim maiores habere debuit prænuntius Chriſti, vt nō repente conceptā, ſed à maioribus acceptam, & in ipſo infuſam iure naturæ prædicare fidem dominici videretur aduentus. Erant, inquit, ambo iuſti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus ſine querela. Hæc illr. Innumera exempla ſunt, nam Iſaac, Iacob à ſanctiſsimis viris & clariſsimis ducunt originem. & Iſaias è proſapia regia erat, & Salomon patrē habuit Dauid. & 2. Timo. 1. quæ habitauit rurum auia tua Loide, & matre tua Eunice. At vero è diuerſo ſcelus ingens eſt & acerbo dignum ſupplicio, ab iniquis parentibus eſſe genitum, & in paterno aut auito ſcelere permanſiſſe. Vnde Ezechi. 2. Ipſi receſſerunt à me & patres eorum. &. 20. Abominationes patrum ſuorum oſtende eis. &, Pater tuus Amorræus & mater tua Cethæa. & Matth. 23. Phariſæis dicitur. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum qui prophetas occiderunt. & Iſaię. 1. Semen peſsimorum, vocantur Hebræi. & in euangelio. Genimina viperarum. De his dicitur in Exodo. Vindicans iniurias patrum in filios vſque ad tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me. Porro ſi quis ab ſceleratiſsimis & contaminatiſsimis trahat originem, dummodo ipſe ſanctis præditus ſit moribus, & in Deo noua ſit creatura, nihil ei nocebit parentum iniquitas aut ignobilitas generis. apud Deum quippe, nec præputium, nec circunciſio aliquid valet, ſed noua creatura. Atque ideo Chriſti generatio ab illaudatis aliquot tam mulieribus quam viris deducitur: nimirum quia cum Chriſtus ſuſceperit omnia propter nos, hoc quoque ſuſcepit, vt obſcuros & illaudatos haberet progenitores. vt omnes ſanctificaret ille, qui non venit ad vocandum iuſtos ſed peccatores. & ideo Iob maximis effertur laudibus, quod inter iniquos Idumæos ſanctus & inculpatus inuentus ſit. & Noë quod fuerit iuſtus in generatione ſua. quando omnis caro corruperat viam ſuam. & forte hac laude non caruit Abrahā, qui cum à ſcelerato Thare genitus ſit, relicta patria & cognatione & domo patris ſui, Domino adhæſerit. Ne verò hęc à me ficta videatur oratio, adducam teſtes omni exceptione maiores. Epipha. lib. 1. aduerſus hære. to. 1. ait. ætate Thare nepote Serug cœperunt effiri ſimulacra è luto, opera & induſtria ipſius Thare. & Cantacuzenus Apologia. 3. circa principium, licet obſcure. & Theophy. Matth. 1. ibi, Iudas autem &c. Sed his refragatur Augu. lib. 16. de ciui. Dei. ca. 13. nam loquens de Nachor, ait. Forte quod à paterna & fraterna ſcilicet. Thare & Abrahā, pietate deſciuerat, & ſuperſtitioni adhæſerat Chaldæorum. Hoc eſt quod inquit Aug. li. de bono cōiugali ca. 16. Vndecūq; homines naſcātur, ſi parentum vitia non ſectantur, honeſti & ſalui erunt. ſemen enim hominis ex qualicun-

Abrahā pater an pius fuerit.
Gene. 12.

licunq; homine, Dei creatura eſt,& eo malè vtentibus,malè erit,nō ipſum aliquando malum erit. Sicut autem boni filij adulterorū, nulla eſt defenſio adulterij, ſic mali filij coniugatorum, nullum eſt crimen nuptiarum. & Chryſ.ho.3.in Matt.ait. Nunquam de vitijs erubeſcamus parentum, ſed illud vnum quæramus & ſemper amplectamur, virtutē videlicet:huiuſmodi etiam ſi alienigenā quis habeat matrem, etiam ſi fornicatione pollutam, vel quolibet huiuſmodi dedecore ſordidatam, nihil tamen de eius, aut vilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quod ſi fornicatorem ipſum ad meliora conuerſum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus & adultera, ſi propria virtute decoretur, parentum ſuorū non dedecoratur opprobrijs. & Hiero.in epiſt. ad Pammachium contra errores Ioannis Ieroſo. fol. 4.ait. Naſci de adulterio nō eſt eius culpa qui naſcitur, ſed illius qui generat. Quomodo in ſeminibus non peccat terra quæ cōfouet, nō ſemen quod in ſulcis iacitur, nō humor & calor quibus tēperata frumenta in germen pullulant: ſed v.g. fur & latro qui fraude & vi eripuit ſemina. Sic in generatione hominū recipit terra, i. vulua quod ſuum eſt, & receptum confouet, & confotum corporat, corporatū in membra diſtinguit, & inter illas ſecretas ventris anguſtias dei manus ſemper operatur: idemque corporis creator & animæ eſt. Noli deſpicere bonitatem figuli, id eſt Dei, qui te plaſmauit, & fecit vt voluit. Iephte inter viros ſanctos Apoſtoli voce numeratus, meretricis eſt filius. Eſau de Rebeca & Iſaac, hiſpidus tam mēte quā corpore, quaſi bonū triticum inter lolium auenaſque degenerat, quia non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt atq; virtutū. Lege Chryſ.ho.9.in Mat. & Ambro, de Paradiſo. ca 4. & Gratianum in Decretis. diſt. 56.

Ibi. Iudas autem genuit Phares.

Hebre. 11.

Gene. 25.

REGVLA XXII.

Solet ſaluator (vt inquit Cyrillus libr. 3. Theſauri. capi. 1.) bona quæ naturaliter inſunt ſibi proponere, & ad ſimilitudinem adhortari nos, vt ad diuinam ſic imaginem ad quā facti ſumus nos reformet. Quando nos igitur mites eſſe hortatur, inquit. Diſcite à me quoniam humilis ſum & mitis corde. Neq; tamen ſi eum imitati mites erimus, ideo natura quoq; ipſi ſimiles erimus, ſed in ſola manſuetudine, inquantum fieri poteſt, aſsimilabimur. Sic quando de nobis dicit. Vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ad exemplar nos hortatur, neque quia vnum natura cum deo fieri poſsimus, id dicit, ſed vt quemadmodum naturaliter ipſe vnum cum patre eſt, ſic nos & concordia & conſenſu vnum ſumus, naturalemque identitatem patris & filij quaſi exemplar ſequuti, voluntatis coniunctione ipſam imitemur, quę nos quaſi corpus vnum & animam vnam efficiat. Hactenus ille. Sic Paulus quoq; ait. Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. &, Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum. Porrò nomina quæ Deo & nobis ſunt communia, quid ſignificent, libr. 2. expoſuimus. vt ſint vnum mecum, ſicut ego & tu vnum ſumus. Sunt quoq; aliæ ſimilitudines quæ à noſtris rebus ad deū nos ſubducunt. De his Chryſ. ho. 14. in Io. inquit. Scripturæ de deo ſermonem facientes humanis & corporeis verbis vtūtur. vt, Vnigenitus qui eſt in ſinu patris, indignis ſe verbis nuncupari patitur, vt oculos erigamus, & aliquid magnum de ſe concipiamus. Nunquid deum corpus habere ſuſpicamur? Abſit. Sed profectò nihil aliud hoc nomen niſi ſummam vnigeniti dilectionem & patri coæternitatem ſignificat.

Caue tamen ne fallaris arbitrando vbicunque eſt verbum. aſsimilo. as. eſſe ſimilitudinem. Nam frequenter opus ipſum rei alicui ſcriptura aſsimilare conſueuit. vt in Pſalm. Aſsimilabor deſcendentibus in lacum, id eſt deſcendam. & alibi. homo vanitati aſsimilatus eſt. hoc eſt vanus eſt. Inuenitur etiam ſimilis loquendi forma in alijs verbis. Pſalm. 118. Fiat manus tua vt ſaluum me facias. ac ſi diceret. Saluum me fac. Et, Fiant aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui, id eſt, attende ad orationem ſerui tui. *Pſal. 129.*

Deinde ſæpè id quod deus poteſt pro ipſo opere ſcriptura accipit. vt Pſal. 103. Qui reſpicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigabunt. & Naum. 1. Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina ad deſertum perducēs. & Iob 9. Qui dicit, Soli ne oriatur, & nou oritur. Ac ſi diceret dei poteſtate omnia ſubiacent, poteſt nanque præcipere ne ſol oriatur, & immenſum aquarū pelagus exiccare. Poſtremo ſciendū ex Oecume. in cōment. poſterioris epiſt. Petri. ca. 3. quod ſacra ſcriptura quādo aliquid reprehendit ea, quæ naturaliter contingunt homini-

hominibus, hoc eſt quæ ipſis tanquam animalibus accidunt, brutis ipſis aſsimilat, dicens. Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus.
Pſal. 48 & 31. *Ierem.* 5. *Matth.* 10
&, Ne ſitis tanquam equus & mulus. &, Equi inſanientes in fœminas facti ſunt. & in Euangelio. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Non quod hæc dicens immutet naturas, nam id impoſsibile eſt, ſed inuitat vt has quidem naturales ipſorum inclinationes deuitent, illas vero naturaliter amplectantur. Quando vero ſalutare aliquid præcipit, ſimilitudo ad meliora tráſiuit tit, ſicut cum dicit. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis. Nec hic quidem naturam tranſmutás, ſed quantum virtus ſuggerit hoc facere præcipiens. De hoc libro 7. harum Hypotypoſeon, multas ſanctorum ſententias adduximus, nempe de varijs ſimilitudinibus quæ trahuntur ex animantibus, ad ſignificandum virtutes & vitia quæ hominibus inſunt.

REGVLA XXIII.

Talis loquendi modus (inquit author ſecundi operis in Matth. titul. Chryſo. homil. 10.) in ſcripturis eſt, vt quę poſtmodum dicturæ ſunt, quaſi iam dicta demõſtrentur. Vt in euangelio. Si quis ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, nempe quę modo dicturus ſum, minimus vocabitur in regno cælorum. & alibi. Audite hæc omnes gentes. Quæ hæc niſi quæ in ſequentibus verſiculis erat dicturus. & in actibus. Non ebrij ſunt vt vos putatis, ſed hoc eſt, quod dictum eſt per prophetam Iocl. Et erit in nouiſsimis diebus, dicit Dominus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Hactenus ille.
Matth. 5. *Pſal.* 49. *Act.* 2. *Ioel.* 2.

Aliquando non ad inferiora, ſed ad ſuperiora referendum eſt. vt ad Roma. 2. Nomen dei blaſphematur propter vos inter gentes, ſicut ſcriptum eſt. Circuncisio quidem prodeſt, &c. Cum dicit ſcriptum eſt, intelligit teſtimoniũ hoc, Nomen dei propter vos blaſphematur. quod deſumptum eſt ex Ezechiele ca. 36. & Iſaia ca. 52. & non de illo. Circuncisio quidem prodeſt. Pręterea Io. 1. Propheta es tu? Dixerunt ergo ei. Quis es vt reſponſum demus his qui miſerunt nos, ait. Ego vox clamantis in deſerto, dirigite vias domini ſicut dixit Iſaias propheta, ſcilicet in loco iam citaro. & 1. Theſſa. 4. ait Paulus. Hæc exercete, & in his eſto. quænam? illa quæ ſuperius dixerat. eſto forma fidelium in ſermone, & in conuerſatione, in fide & ſanctimonia. Denique Matth. 1. dicitur. Chriſti generatio ſic erat. ſubaudi ſicut dictum eſt ſupra. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, &c. Atq; ita exponit Chriſtian' Druthmari. Hæc magnum adiumentum afferunt ad intelligendum caput, de citationibus.
Iſaia. 40.

Præterea annotandum eſt diligenter ex Augu. lib. 4. Locut. in Nume. Quod facit ſæpè ſcriptura cum aliquid aliud vult dicere, iterum inducit loquentem, qui iam loquebatur. vt Num. 14. & ait Dominus ad Moyſen & Aaron dicens, &c. & Iſichius libr. 2. in Leui. ca. vlti. verſus finem, ait. Dominum loqui facit Moyſes, vbi ardua quædam ſancit. & Paulus. Non ego, ſed dominus. Innumera exempla inuenies in prophetis, præcipue in Aggæo & Zacharia. nam identidem inculcant. Dicit dominus exercituum. Cuius rei Hiero. dat rationem Zacha. 1. cap. inquiens. In paucis verbis breuibuſque ſententijs ſemper in Aggæo & Zacharia additur dicit dominus exercituum. vt ſciant templi ædificatores dominũ eſſe, qui præcipit, aduerſus regis imperium, & hoſtes circunfrementes, & hac fiducia ad templi ædificationem concitentur. Item Ezechi. 10. dicitur. & dixit viro induto lineis veſtibus, & dixit intra. Deniq; inuenitur (vt author eſt Aug. lib. 1. Locut. in Gene.) licet raro talis locutio in ſcriptura, vt non in dicta perſona loquentiũ, ſcriptor verba eorum interponat. vt Gen. 34. Filij Iacob venerunt de campo, & cum audiſſent, compuncti ſunt viri, & triſte erat illis valde quod turpe fecerat in Iſrael, quod dormiſſet cũ filia Iacob. Non ſic erit, non ſic erit. Non ait & dixerunt, non ſic erit, ſed hoc tacito verba dixit eorũ. Nam qui alij dicere potuerunt: non ſic erit, niſi qui grauiter indignati, vindictam moliebantur. Eſt optimũ exemplum in Abdia. Hæc dicit dominus ad Edom. Auditum audiuimus à domino, & legatum ad gentes miſit. Surgite & cõſurgamus. Hæc verba, ſurgite & conſurgamus, dicunt gentes illæ ad quas legatus miſſus eſt Abdias, cum ſe inuicem ad bellum capeſſendum adhortantur.

Eſt quoq; mos Hebræorum, vt cum de aliqua re mentionem faciunt, præcipua quædã tantum, reliquis prætermiſsis, cõmemorent. Vnde de Ioãne Baptiſta tantum dicunt euãgeliſtæ quod prædicauerit. Genimina viperarum,

rum, quis oſtendet vobis vt fugiatis à ventura ira. & ad Herodem. non licet tibi vxorem fratris tui habere. relinquentes omnia quæ alias prædicauit. & in Acti. Apoſtolorũ paucisſima dicuntur de Petro & cæteris apoſtolis. & de ſeptẽ diaconis: & de infantia Chriſti paucisſima referunt euãgeliſtæ: & de educatione Mariæ matris Dñi & reliqua eius vita paucisſima quoque literis commiſſa ſunt.

REGVLA XXIIII.

MOS ſacræ ſcripturæ eſt (authore Damaſce. lib. 4. ca. 20.) quædam quæ ſecundum euentum debent intelligi, cauſaliter dicere. vt, Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Non enim peccans vt vinceret deus peccauit, neq; indigebat deus noſtro peccato, vt ex illo victor appareret. Non equidem ad hoc nos peccamus, ſed ita euenit res. Quẽ admodum ſi ſedeat quis operãs, ſuperueniat autem quilpiam amicus, ait: Ne hodie operarer venit amicus. attamen amicus, non vt nõ operaretur aduentauit, ſed ſic euenit. Nã occupatus circa amici ſuſceptionem, non operatur. De hoc idiomate locuti ſumus, cum loquebamur de coniunctione, Vt. Sed huius regulæ ſint hæc exẽpla: oportet, inquit Paulus, hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis. & Ioan. 9. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant. & qui vident cæci fiant. & ca. 11. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eam. & Matthæi 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes & Scribas, & ex illis occiditis & crucifigitis, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt.

REGVLA XXV.

ALiquando (inquit Ambro. libr. 3. de Virginibus) ſcriptura effectum rei nõ prodit, tunc cum illius refugit mentio-

Iudi. 11. nem, vtens his aut ſimilibus verbis. Votum ille, ſcilicet Iephte, compleuit, cum fugeret

Queſt. de Salomone. parricidij mentionem. Fortè hãc ob cauſam nihil perſpicuè de Salomonis animæ ſalute, in ſcripturis, memoriæ proditũ eſt. Si tamen locus eſt coniecturis in re incerta & recondita, credimus illum fuiſſe damnatum, & à cœtu piorum relegatum, tum ex Ambro. Regu-

3. Reg. 11. la. tum etiam quia in libris Regum tota eius vita his verbis abſoluitur. Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo Ieroboam decem tribus. Porrò vna tribus remanebit Salomoni propter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatẽ quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael, eo quod dereliquerit me & adorauerit Aſtarthem deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab. Nec poſt hæc verba aliqua excuſatio ſubiungitur, nec idolorum quæ erexerat demolitio, cum ad tempora vſque Ioſiæ permanſerint. Atque huic *4. Reg. 23.*

ſententiæ ſubſcribit Beda in lib. 30. quæſt. in lib. Regum quæſt. 29. inquit. Excelſa nominare ſolet ſcriptura loca collibus poſita frondentibus in quibus dæmonibus immolabãt, locorũ amœnitate allecti, relicto altari. hæc cum non abſtulerit Salomon, palam oſtenditur, ꝙ de admiſſo idololatriæ ſcelere nunquam perfectè pœnituit. Nam ſi fructus pœnitentiæ dignos faceret, ſatageret ante omnia, vt idola quę ædificauerat, de ciuitate ſancta tollerentur, & non in ſcandalum ſtultorum, quæ ipſe cum fuiſſet ſapientisſimus, erronea fecerat, quaſi rectè facta relinqueret. & Grego. lib. 2. Moral. cap. 2. cuius verba in hoc lib. à me citata ſunt. Regul. 6. & Cyrill. lib. 7. contra Iulianum, pagi. 220. Ab hac diſſidet ſententia Hiero. in comment. in Eccleſiaſten ca. 1. qui ait. Eccleſiaſten eſſe librum in quo Salomon egit pœnitentiam ſuorum peccatorum. & in comment. Ezechi. ca. 43. ait. Salomon peccauit, licet poſtea egit pœnitentiam ſcribẽs prouerbia in quibus dicit.

Nouisſimè ego egi pœnitentiam, & reſpexi *Prouer. 14*

vt eligerem diſciplinam. Quod ex Ambroſ. quoq; authoritate confirmari poſſe videtur, qui in lib. 1. de Cain & Habel ca. 2. ait. Quando dicitur in ſcriptura, appoſitus eſt ad patres ſuos, intelligi datur quod patrum ſimilis fuerit fide. Vnde claret non ad ſepulturam corporis, ſed ad conſortium vitæ relatũ. Hactenus ille. Vnde cum de Salomone. 3. Reg. 11. ſimilia propè verba dicantur, ac de reliquis ſanctis, nempe. Dormiuit cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui, pie credendum à ſanctitate patris nõ degeneraſſe. Hæc ſub dubio dicta ſint. quandoquidẽ vtraq; opinio hos tantum habet patronos, qui à me modo citati ſunt. Nã reliqui authores qui citari ſolent, nihil de hac re ſtatuunt certò. Sed totam Salomonis vitam in duas diſtribuũt partes. illi qui eum laudant, de eo loquuntur tempore quo deũ legitimè

& ſan-

& ſanctè colebat. Ac reliqui qui eum incuſant, ſermonem ſuum dirigunt ad tempus illud quando à deo receſſerat. Verum de fine nil certi ſtatuunt. A Hieronymo ſtare videtur id quod dicitur. 2.Reg.7. quo in loco loquens dominus de Salomone ait. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. miſericordiam meam non auferam ab eo ſicut abſtuli à Saul. Attamen is locus ſub conditione intelligendus eſt, vt conſtat ex 1. libr. Paralip. ca. 28. Firmabo, inquit, regnum eius in æternũ, ſi perſeuerauerit facere præcepta mea & iudicia. Aut poteſt diei quod promiſſio illa Salomoni facta in Chriſto ſit adimpleta, vt in cap. de citationibus expoſuimus. Similis quæſtio orta fuit ætate Hiero. de Orige. quam late euentilat Picus Mirandulanus in Apologia. Adhuc vt noſtra regula clarius intelligatur.

De obſcænis verbis ſcripturarum. Solet etiam ſcriptura res dictu fœdas verborum tegumentis contexere. vt cognouit Adam Euam vxorem ſuam, id eſt, rem habuit. & in titulo Pſal. 50. Ingreſſus eſt Dauid ad Bethſabee. ingreſſus pro coitu accipitur.

Locus Pauli expoſit. Ad Philip. quoq; cap. 3. dicitur. Quorum deus venter eſt & gloria in confuſione ipſorum. Ambr. hunc enarrans locum ſic exponit. De illis loquitur qui ſaluti credẽtium obſiſtebant, de cibis edendis, vel non edendis quæſtiones mouẽtes: quaſi ſalus eſca ſit, aut venter deus, quem, iuxta legem mundis eſcis delectari putabant, gloriantes in pudendis circumciſis. hoc eſt terrena ſapere. & in comment. epiſt. ad Roma. ca. 2. ait. Iudæorũ laus ex hominibus eſt. gloriãtur enim in carnis circũciſione, quod ex patribus ſit. Vnde. gloria in pudendis eorum, id eſt, circunciſionem carnis gloriam putãt. Nec ab eo diſſentit Theophy. At vero Chryſo. ho. 13. in epiſto. ad Philip. ait. De circunciſione quidã intelligunt. Ego vero hoc nõ dico. Sed hoc eſt quod dicit Apoſtolus. In quibus debebant pudefieri gloriantur. Malum quidem eſt turpia patrare, patrãtem vero pudefieri, mediocriter malum eſt. Quod ſi vero quiſquã malè agens gloriatur, etiam excellens eſt ſtupiditas. At niſi fallor longè aliter ſe veritas habet. & primum annotare oportet ex Orige. homil. 2. in lib. Iudicum. Vnuſquiſq; inquit, quod præ cæteris colit, quod ſuper omnia veneratur & diligit, hoc ei Deus eſt. Vnde dominus ait. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo Hæc ille. & Chryſoſt. 2. Cor. 4. ſolet ſæpè ſcriptura vocare deum, non à dignitate eius, qui ſic vocatur, ſed ab infirmitate ſubditorum, vt quando mammona deum dicit & vẽtrem. Ad hunc modum qui nimia auiditate cibos ſectãt, ac ventri dediti ſunt, & dicũt, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, in deum ſibi ventrem cooptant. Poſtquam vero ventrem cibo potuque impleueris, quid ſequitur? quod Hiero. ait. Venter mero æſtuans diſpumat in libidinem. & alibi, Diſtento ventre, diſtendũtur quæ ſunt circa ventrem. & Comicus ait. ſine Cerere & Baccho friget Venus. Sic certè Noe accidit, poſt cuius ebrietatem pudendorum ſecuta eſt nuditas. & Loth poſtquàm ſe mero ingurgitauerat, filiarum patrauit concubitum. Sic Paulus cum diceret quorum deus venter eſt. addit, gloria in confuſione ipſorum. Confuſio enim capitur pro pudendis. & gloria pro impetu libidinis. Præterea. 1. Corint. 10. ſiue mãducaueritis, ſiue biberitis, ſiue quid aliud facitis. In cuius loci expoſitione inquit Orige. ho. 5. in Gene. cum inquit Paulus, ſiue qd aliud facitis, inuerecũda coniugij negotia verecundo ſermone ſignauit. Item 1. Theſſ. 4. Hæc eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in libidine deſiderij, ſicut gentes quæ non nouerũt Deum. vt ne quis ſupregrediatur & circunſcribat in negotio fratrem ſuum. Hunc locum Hiero. ad Ephe. 4. ſic exponit. Ne quis ſupergrediatur aut circunſcribat in negotio fratrẽ, id eſt ne ſuam coniugẽ derelinquens, alterius polluere quærat vxorem. Denique ad hunc ſenſum exponere oportet illud. 1. Petr. 3. Impartientes honorem infirmiori vaſculo. Honorem vocat abſtinentiã à coitu. q.d. abſtinete à coitu. & ſubdit cauſam. vt nõ impediantur orationes veſtræ. Hoc eſt quod inquit Paulus. 1. Corin. 7. Vxori vir debitũ reddat (vel vt in Græco eſt. debitã beneuolentiam. coitum hoc ſermone ſignificãs) ſimiliter autem & vxor viro. Nolite fraudare inuicem niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi.

REGVLA XXVI.

Scriptura (inquit Auguſti. libr. 4. ſuper Gene. capit. 9.) tribuit ea quæ non accidunt Deo, tanquam ea, quæ accidant: hoc

hoc duntaxat in laudabilibus, & quantum ſcripturarum vſus admittit. Neque enim nos temerè aliquid tale de deo dicere debemus, quod in ſcriptura eius non legimus. *Epheſ. 4.* Hoc locutionis modo arbitror dictum illud ab Apoſtolo, Nolite cõtriſtare ſpiritum ſanctum dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Neque enim ſpiritus ſanctus contriſtari poteſt, cum habeat æternam & incommutabilem beatitudinem, aut potius ſit beatitudo ipſa. Sed quia ita in ſanctis habitat, vt eos impleat charitate, qua neceſſe eſt, vt homines ex tempore gaudeant profectu fideliũ, ideo etiam neceſſe eſt contriſtentur lapſu eorum, de quorum fide ac pietate gaudebant, quæ triſtitia laudabilis eſt, quia venit ex dilectione quam ſpiritus ſanctus infundit. Propterea ipſe ſpiritus dicitur contriſtari ab eis qui ſic agunt, vt eorum factis contriſtentur ſancti, non ob aliud niſi quia ſpiritum ſanctum habent, quo dono tam boni ſunt, vt eos mali mœſtificent, hi maximè quos bonos fuiſſe crediderunt. Quæ triſtitia profecto laudanda eſt. Item alibi hoc genere locutionis Apoſtolus vſus eſt, vbi ait. *Gala. 4.* Nunc autem cognoſcentes Deum, imo cogniti ab eo. Neq; enim tunc eos cognouerat Deus, præcognitos videlicet ante conſtitutionem mũdi. Sed quia tunc ipſi eum illius munere, non ſuo merito cognouerant, maluit tropicè loqui, vt tunc ab illo cognitos diceret, cum eis cognoſcendum ſe præſtitit, & verbum corrigere, quaſi hoc minus rectè dixerit, quod propriè dixerat, quam ſinere vt hoc ſibi arrogarent, ſe potuiſſe quod eis poſſe ille donauerat. De his libr. 2. harum Hypotypoſeon latius tractauimus.

Solet ſcriptura (vt inquit Cyrillus libr. 11. ſuper Ioan. cap. 21.) quando de deo loquitur melioribus vti verbis, vt in Pſalm. 38. Poſui ori meo cuſtodiam, obſurdui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Quod autem à bonis dicit pro à malis intelligẽdum eſt. Regula optima eſt, ſed exemplo vſus eſt non ſatis commodo. Nam ſenſus carminis Dauidici hic eſt. Adeo alacri animo & ſedato Semæi iniurias pertuli, vt excuſationem aut defenſionem, qua vti poſſem, adhibere neglexerim, vt videns Deus laborem quem ſponte ſubiui, mei miſereretur. Ambro. 1. offici. capi. 48. ait. Dauid primo quidem cum malediceret ei filius Semæi, & crimina obijceret, tacebat & humiliabatur, & ſilebat à bonis ſuis, hoc eſt, bonorum operum conſcientia. Deinde expectabat maledici ſibi, quia maledicto illo diuinam exquirebat miſericordiam. Euthy. Silui ex bonis. hoc eſt ex bonitate. Aptiora ſunt hæc exempla. 4. Reg. 2. Nabuth benedixit, id eſt, maledixit, Deo & regi. & Iob 2. Benedic Deo & morere.

Denique vt dicit Cyrillus libr. 5. Theſauri. cap. 6. Aliquando ſcriptura verbis abutitur, vt verbum diuinum dicitur genitum, dicitur etiam de creaturis. vt apud Iſaiam ca. 1. Filios genui & exaltaui. & alibi. Quis eſt qui *Iob. 38.* genuit glebas roris. Hæc ille. vt in Pſalm. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, pro oppugnauerunt. Lege quæ ſcripſimus in capit. de regulis Paulo peculiaribus.

REGVLA XXVII.

MOS diuinæ ſcripturæ eſt, vt per id quod plurimum vſu euenire ſolet, id quod raro contingit, intelligat. Exodi. 22. omnem viduam & pupillum non affligetis. per quos intelligit & alios, quos nõ eſt fas vt opprimamus. & Deute. 23. Vir qui nõ fuerit mũdus ab accidente noctis: id eſt à nocturna immunditia, per quam & diurnam intelligit, quanquam raro vſu venire ſolet. & iterum. Non arabis in boue & aſino pariter. per hæc duo animalia intelligit nõ eſſe arandum cum animalibus diuerſarum ſpecierũ.

Vtitur ſcriptura indefinitis ſententijs pro vniuerſalibus. vt. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. pro omnis qui crediderit in me, &c. & in Leuitico. Vir qui obtulerit munus, &c. &, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. & Pſal. 14. Qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.

REGVLA XXVIII.

HIc Dei mos eſt (authore Chryſoſto. homilia 30. in Gene.) vt puniturus, prius indicet quàm magna ſint peccata, ac ingratitudinem illorum exprobrans, tunc tandẽ corripere ac punire incipit. Nam cum terrible illud diluuium interminaretur, *Gene. 6.* inquit ſcriptura. Vt autem vidit Deus quod multiplicatæ ſunt malitiæ hominũ, & vnuſquiſque cogitat in corde ſuo diligenter mala à iuuentute. Vidiſti quomodo demonſtrauit

uit prius malitiæ eorum excellentiam,& po-
ſtea dicit. Delebo hominem,. Et parum infra
cum de confuſione linguarum ſcriptura lo-
Gene. 11. quitur, Ecce genus vnum & labium vnum,&
hæc cœperunt facere,& nunc non ceſſabunt
ab ijs quæ decreuerunt facere. Et poſt parũ.
Venite & confundamus linguam ipſorum.
Et in oratione. 5. de Prouidentia,ait. Nos cum
aliquem punimus, vix dignamur cauſam di-
cere,Deus niſi prius te docuerit;niſi tuum ip-
ſius acceperit ſuffragium,ipſum,te iudice, iu-
ſtè iudicium inferre, non punit eos qui iam
diu animaduerſione digni erant. & rationem
ſæpe reddere paratus eſt, vt cũ accuſatur abs
te,in iudicium etiam venire non grauatur. Sic
non confeſtim iniecit ignem Sodomis,nec ci
uitates illas diripuit. Sed quid? Clamor Sodo
morum & Gomorrҿorum,&c.& neq;adhuc.
Sed deſcendens videbo.& neque hic conſti-
tit,ſed miſit angelos,vt monſtrarent incola-
rum vrbis improbitatẽ.vt ne impudens quiſ-
quam vllis poſsit verborum contumelijs ve-
xare Deum, quod crudeles, quod nepharios
iam deleturus eſſet. Vnde ipſos iniurioſos ſæ
pe vt cauſam iudicent,aduocat, ſæpe creatu-
ram ad ſuffragium ferendum conuocat.iu-
diciorum ſuorum ſplendorem demonſtrans.
neque aduerſarium ſuum.neque res ſenſus ex
pertes repudiat Deus,quin cauſam iudicent.
Quod nobis quoque in conſuetudine eſt po-
ſitum,quando cauſa iuſta freti ſumus. Vnde
apud Michæam. Audite valles fundamenta
terræ,quoniam cauſa quædam domino eſt.
& rurſum. Audi cҿlum,auribus percipe terra.
Sæpe vero illos ipſos. Vt, Popule mi quid fe-
ci tibi,aut qua in re iniuriam tibi feci. & Iere.
17. Quodnam inuenerunt in me delictum pa
tres veſtri. Neque vero in ciuitatibus ac na-
tionibus hoc ſolum facit, ſed etiam in certo
2.Reg. 12. quouis homine, vt cum Nathan quæſiuit à
Dauid. Duo viri erant in ciuitate vna, vnus
diues, alter pauper. Diues habebat oues &
boues plurimos valde, pauper nihil, præter
vnam ouem. Cum autem peregrinus quidam
veniſſet ad diuitem,parcens ille ſumere de oui
bus & bobus ſuis,vt exhiberet conuiuium pe
regrino illi,tulit ouem viri pauperis. Iratus au
tem Dauid aduerſus hominem illum dixit ad
Nathan. Viuit Dominus quoniã filius mor-
tis eſt vir qui fecit hoc. Dixit Nathan tu es
qui feciſti hanc rem. & Iona repudiante Ni-
niuitas prædicare,reſpondit Deus per cucur-
bitam, inquiens. Siquidem tu parcere vole-
bas cucurbitæ,& ego non parcam Niniue. &
multorum talium inuenies ſcripturas plenas.
Hactenus ille. apud Iſaiam ca. 5. & apud Mat
thæum, capit. 21. cum parabola vineæ tra-
ctatur, inuenies huius rei aptiſsimum exem
plum. Nam enumerans beneficia populo il-
li collata exprobrat illorum ingratitudi-
nem. Denique quando in exilium vult mit-
tere Iſraeliticum populum, aut punire pec-
cata, hac forma loquendi vtitur. vt apud Eze
chi. 8. & 9.

REGVLA. XXIX.

SCripturæ mos eſt (authore Chry. hom.
quadam lib. Paralip. circa finem primi
tomi.) ſi quando parat accuſare quem-
piam, non modo peccatum illius narrare, ve
rum etiam docere nos quæ fuerit peccati cau
ſa. Id autem eo facit, vt eos qui ſani ſunt, red-
dat tutiores, cautioreſque, ne in eadem inci-
dant mala. Similiter medici ad ægrotantes in
greſsi, antequam curent morbum, inquirunt
inueſtigantq; vnde morbus ſit inflictus, vt ab
origine coerceant malũ. propterea quod qui
manente radice ramos tantum execat, nihil
aliud quam inanem ſumit operam. Vbi igi-
tur ſcriptura peccatũ & peccati cauſã eloqui
tur? Reprehẽdit eos qui præceſſerunt diluuiũ
ob incoœceſſas mixturas. atq; audi quomo-
do cauſam exprimat. Quum vidiſſent filij
Dei filias hominum eſſe formoſas, acceperũt
illas ſibi in vxores. Quid igitur, nunquid pul-
chritudo eſt cauſa peccati? Abſit. Sed videre
fuit cauſa peccati? nec id quidem. Nam hoc
naturæ opus eſt. Sed quid tandem? male vi-
dere. nam hoc eſt deprauatæ voluntatis. &
de Ozia dicitur in Paralipomeno. Quod
cum potens eſſet, elatum eſt cor eius, non
ferebat principatus magnitudinem. ſed quẽ-
admodum ex edacitate naſcitur ignea in-
flatio, & ex inflatione gignitur febris, deinde
ex febri plerumque mors. Itidem & in Ozia
ex actionum eminentia nata eſt ſuperbia.
Nam quod in corporibus eſt inflatio, hoc in
animis eſt ſuperbia. mox ex ſuperbia nata
eſt appetentia rerum ipſi non cõgruentium.
Hactenus ille. Ob eandem cauſam Moyſes
capit. 32. Deut. ob nimiam bonorum af-
fluentiam teſtatus eſt, Iſrael à Domino receſ
ſiſſe. Incraſſatus eſt, inquit, dilectus & recal-
citrauit, metaphora à ſaginatis & obeſis equis
& ob id ferocientibus deſumpta. Lege ca. 14.

Digitized by Google

Iſaiæ.de Babylonis rege,&.3 2. Ezechielis de Pharaone rege Ægypti.

Poſtremo inquit Chryſoſt. hom.3.ad populum Antiochenum. Deus hoc facere conſueuit,vt cum peccauerimus, nō ſtatim flagellom admonuet,ſed remittit, dans nobis pœnitentiæ tempus præfinitum, vt corrigamur & mutemur. Si vero, propterea quod nondum pœna à nobis exigitur, peccatum deletum eſſe exiſtimantes contempſerimus agere pœnitentiam, vbi nos non putamus, ibi poſt hæc capiemur omnino.

REGVLA XXX.

Sacra ſcriptura (inquit Origen. libr. 4. contra Celſum) pro auditorum auribus & vtilitate demetitur quæ denunciat. Nam quemadmodum ipſi, vbi cum pueris minutioribus oborta eſt diſceptatio, non noſtras dicendi vires attendimus. Sed illorum imbecillitati nos ipſos accommodantes, non ſolum his conſentanea fabulamur, ſed ea etiam facimus, quæ puerorum videntur emendationibus ſatisfacere, & illis non parum conducere, ſic item & Dei verbum videtur, quæ ſuprà ſunt diſpenſaſſe. Quēadmodum vero quæ ad Deum ſpectant denuncientur, in Deuter. ſic proferuntur. Portauit te dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum. Humanos igitor mores Deo ſcriptura imponit, vt hominibus vtilitatem afferat.

Deute. 2.

REGVLA XXXI.

CHriſtus (authore Chryſoſt. hom. 24. in Matth. ex varijs locis) quicquid in ſeculo geſsit, quicquid docuit, vel quaſcunq; parabolas intulit, in ipſis hominem deſignauit, cuius cauſa ſalutis deſcendit, quem aut inſtruxit, aut monuit, aut armauit. Inſtruxit dum dixit. Nolite timere eos, qui occidūt corpus, animam autem occidere nō poſſunt. Sic Chriſtus ad arborem fici venit eſuriens, ſed cur ad arborem acceſsit, quia fructum nō habere certo ſciuit. Poſt cur eam arborem maledixit, quæ non ſua voluntate, ſed temporis neceſsitate fructum non habuit. Niſi enim arborem figuratam in homine acceperis, rationem iſtam inuenire non poteris. Nouerat enim dominus exhibendi fructus tempus nō eſſe, nouerat enim arborem ob hoc maledici non debere, quæ tunc forſitan maledicenda fuiſſet, ſi ſuo tempore debita denegaret. Eſt igitur in arbore ſimilitudo hominis ad quem dominus eſuriens venit. Quid eſurit in homine dominus, niſi quod ipſe patri exhibuit. Meus cibus & meus potus eſt, vt faciam voluntatē eius qui miſit me. Non es arbor à Deo plantata, ſi bonos fructus non exhibes. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Non es plantatus iuxta tractus aquarum, ſi fructum tempore ſuo non reddis.

REGVLA XXXII.

QVæcunque res (inquit Auguſt. lib. 2. de ſermone domini in monte) propter aliud aliquid quæritur, inferior eſt, quàm id propter quod quæritur, & ideo, illud primum eſt propter quod iſtam rem quæris, non iſta res quam propter aliud quæris. Quapropter ſi Euangelium & regnū Dei propter cibum quærimus, priorem facimus cibum, & poſteriorem Euangelium, id eſt regnum Dei, ita vt ſi non deſit cibus non quæramus regnum Dei. Hoc eſt, quod dicitur, primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. Item D. Maximus. Centu. 1. de Charitate. Cano. 5. ait. Quod ſi omnia quæcunque per Deum & propter Deum facta ſont, Deus rebus per ipſum factis longe exiſtit præſtātior, qui reliquerit Deum & deterioribus vacauerit, ſatis declarat ſeipſum Deo anteponere ea quæ per ipſum facta ſunt.

REGVLA XXXIII.

IN rebus difficilibus (inquit Origen. lib. 1. Periarchon. capit. 5.) quid magis veritati ſit proximum, vel quid ſecundum pietatis regulam opinandom ſit, ſequamur. Hæc ille. Vt verbi gratia, quod Maria non fuit concepta in originali peccato iuxta pietatem verius videtur.

Vbi res naturaliter obſcura noſtrum modulum vincit, & aperte ſcriptura diuina non ſubuenit temere hinc aliquid definire humana coniectura præſumit, ex Augu. epiſt. 157.

Si ratio contra diuinarum ſcripturarum authoritatem redditur, quamlibet acuta ſit, fallit veri ſimilitudine, nam vera eſſe non poteſt, ex Augu. ad Marcellinum de quæſtione quadam Exodi.

Vbi.

Vbl ſenſus eruitur talis, cuius veritas certis ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs non poſsit aperiri, reſtat vt ratione reddita manifeſtus appareat. ex Auguſt. lib. 3. de doct. Chriſti. capitul. 28. Superuacaneum eſt. (inquit Theodore capit. 2. Ioelis.) quod quidam faciunt, qui conantur prophetiæ veritatem demonſtrare. & Cyrillus lib. 2. ſuper Ioh. capit. 62. ait. Non rationibus inanibus atq; friuolis ſenſum ſcripturæ inueſtigemus, ſed ſacras ſequentes literas altius vniuerſa ſcrutemur.

Scriptura ſacra per ænigmata & parabolas rerum, mores hominumq & virtutes animorum deſcribit. ex comment. titulo Hieronym. in Iob. capit. 28. & in comment. in Marcum eiuſdem tituli capi. 4. dicitur. Nouimus ſcripturas diuinas per ſimilitudines terrenas plerunque cæleſtia ſacramenta demonſtrare, ſicut ex toto corpore euangeliorum conſtat. & Chromatius in lib. de. 8. beatitudinibus. Solent, inquit, ſecularia eſſe ſpiritualibus exempla, & terreſtria imaginem præbere cæleſtibus. Vt, ſimile eſt regnum cælorum homini negotianti quærenti bonas margaritas.

REGVLA. XXXIIII.

QVI præſentia concedit, futura prohibet. Sic Chriſtus prohibens, ne ſimus de craſtino ſoliciti, de præſentibus concedit, vt panem quotidianum petamus. ex Hiero, Matth. 6.

Qui priora negat, concedit ſequentia. Vt,
Iſaie. 23. Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit. Non dixit quod talis populus vltra non erit. potius quippe & durius eſt, regnum Romanorum, ſed ante non fuit. ex Hierony. Iſaiæ. 23.

Præſens negat, qui præteritum confitetur. vt apud Malachiam, Dilexi vos, inquit Dominus. hoc eſt aliquando vos amaui, nunc autem odio habeo. Ex Hierony. Malachiæ. 1.

Dum præterita recolit ſcriptura, etiam tēpus præſens ſignificat. vt, Tradidit eos Deus
Rom. 1. in reprobum ſenſum & nunc tradit. & Pſalmo. 1. Beatus vir qui non abijt in conſilium, nec nunc etiam abit. & Threnorum. 1. Quomodo ſedit ſola ciuitas plena populo. & none etiam ſedet, hoc eſt deſtructa eſt. ex Ambro. in comment. epiſto. ad Roma. capit. 1.

REGVLA XXXV.

HAnc habent Hebræi conſuetudinem (inquit Hiero. in quæſt. in Gene.) vt ex voluminum principijs illis nomina imponant. vt Bereſith vocant Geneſin, ideſt, in principio. Veelleſemoth, vocant Exodum, ideſt hæc ſunt nomina. Vaiera, Leuiticum, hoc eſt & vocauit. Vaidabber, Numeros. id eſt locutus eſt. Elledebarim, Deuteronomium, id eſt hæc ſunt verba. Et Chriſtianus Druthmari in proœmio in Matth. ait. Matthæus libro ſuo titulum, Liber generationis, impoſuit, iuxta conſuetudinem Iudæorū ad quos ſcribebat, qui ſoliti ſunt libris ſuis ex principijs nomina imponere. Nam de Chriſti generatione Matthæus tractat. Hæc ille. In paucis alijs libris regula ſeruatur, aut forte in nullis, ſi demas Parabolas Salomonis, quas Miſle vocant, & Lamētationes Ieremię quas vocant Echa. Diuidunt tamen Pentateuchū in quinquaginta ſectiones, quas Hebræi vocant, Paraſa hoc eſt diuiſionem, & vnaquæq; ipſarum à principio nomen aſſumpſit. Reliqui libri ab authoribus habent nomina ſibi indita.

REGVLA XXXVI.

VT author eſt Greg. homi. 7. in Ezechie. In vna eademque ſcripturæ ſententia, alius ſola hiſtoria paſcitur, alius Typica, alius vero intelligentiam per Typum contemplatiuam quærit. Et fit plerunque, vt in vna eademque ſententia cuncta ſimul tria valeant inueniri. Moyſes enim cum de ardenti
rubo vocatus fuiſſet, acceſsit propius vt videret viſum, & ecce rubus ardebat, & non Exod. 3.
conſumebatur. Magnum eſt hoc miraculum. Si ſolam in eo hiſtoriam requiras, eſt vnde legentis nutriatur animus, vt videns quod in ligno ignis ardeat, & non conſumat. At vero ſi typicam intelligentiā quęras quod
flamma, niſi lex de qua ſcriptum eſt. In dextera eius ignea lex? & quid rubus ille niſi Iudaicum populum deſignauit, peccatorū ſuorum ſpinis obſitum? ſed rubus ardens conſumi nō potuit, quia Iudaicus populus, & ignē quidem legis accepit, & tamen peccatorū ſuorum ſpinas nō deſeruit, nec eius vitia, diuini ſermonis flamma cōcremauit. Hactenus ille. Deut. 33.
Iuxta triplicem ſenſum totum fere librū Iob Gregorius expoſuit, aut omiſſo ſenſu literali,

(quia aliquando humilior eſſe ſolet,) iuxta allegoricum & moralem, & iuxta duplicem ſenſum, ſcilicet literalem & allegoricum, Hieron. interpretatus eſt vniuerſos prophetas, tã maiores, quam minores. Ideo ſtudioſi eorum libros diligenter euoluant, & diligentiam ęmulentur, ſi nolunt ſtupidas & frigidas allegorias effingere. Quanuis hac in re Gregorius violentior eſt. Sed Hiero. adeo doctus & diligens eſt, vt Origenis diſcipulum & ſectatorem poſsis agnoſcere, qui vniuerſos, in tractãdis allegorijs, mortales longo interuallo ſuperauit. Sed aduerte tunc diuinam ſcripturam vnicum tantum ſenſum admittere, quando res de qua agitur, non poteſt iuxta literalem ſenſum conſiſtere, & tunc ſenſus literalis illius loci, erit allegoricus, vt Iſaiæ. 43. cum loquitur de Euangelij prædicatione ait. Ponam in deſerto viam, & in inuio flumina, glorificabunt me beſtiæ agri, dracones & ſtruthiones, quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. Populum iſtum formaui mihi, laudem meã narrabit. Vocat deſertum, gentes quæ legem nõ habebant, & Dei cognitione carebant, flumina vocat doctrinam euangelij, de qua dicitur. Omnes ſitientes venite ad aquas. Et qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Dracones & beſtias vocat gentes propter feritatem ipſarum, ad ſenſum quem expoſuimus in illa Reg. mutata re priſtinum nomen permanet. Sic dicitur, ſpinæ naſcuntur in manu ebrioſi, &, Libanus vertetur in Carmelum, & Carmelus in ſaltum reputabitur. Nam hæc duo teſtimonia allegoricè ſunt intelligenda, cum iuxta literam non poſsint ſtare. Hoc eſt quod dixit Orige. hom. 2. in Gen. Non ſemper in ſcripturis diuinis hiſtorialis conſequentia ſtare poteſt, ſed nonnunquam deficit, vt verbi cauſa cum dicitur. Spinæ naſcentur in manus ebrioſi, & cum in templo à Salomone conſtructo, dicitur. Vox mallei & ſecuris non eſt audita in domo Dei, & iterum in Leuitico, cum lepra parietis & pelliculæ & ſtaminis inſpici iubetur à ſacerdotibus & purgari. De his iam ſupra late à nobis diſputatum eſt.

Quãdo ſenſus literalis ſit allegoricus.

Prouer. 26.
3. Reg. 6.
Leuit. 13.

REGVLA XXXVII.

MVtationes perſonarum repentinæ (inquit Auguſt. Pſalm. 44) & omnino ex improuiſo, inueniuntur in ſanctis ſcripturarum libris, vt in Pſalmo. Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa, & ſtatim ſubiungit. Quid detur tibi aut quid adijciatur tibi aduerſus linguam doloſam? Alia illic perſona erat, alia hic, illi petentis, illic ſubuenientis. Hæc ille. Nos aptioribus vtamur exemplis. Canticorum. 1. oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, & Geneſ. 49. A (id eſt, propter) præda fili mi aſcendiſti, incuruauit ſe & accubuit vt leo, & Iſaiæ. 52. Peccauimus ei, & noluerunt in vijs eius ambulare, & Pſalm. 80. & comedere fecit eum de adipe frumenti, & de petra melle ſaturabo te, & Iſaiæ. 1. Confundantur ab idolis quos elegiſtis, & Michææ. 1. Vxorem adoleſcentiæ tuę ne deſpiciat.

Pſal. 113.

Vulgata. Ad prædam fili mi aſcẽdiſti, requieſcẽs accubuiſti vt leo & quaſi leæna quis ſuſcitabit eum.

REGVLA XXXVIII.

SEcundum regulam ſcripturarum (inquit Hierony. in commen. Abdię,) qui pereũt non eſſe dicuntur. Vnde Abdias inquit, bibent omnes gentes iugiter, & erunt quaſi non ſint. Qui enim perit ei qui eſt, & qui dicit ad moyſen, qui eſt miſit me ad vos, merito nõ eſſe dicitur, & in volumine Heſter legimus. Ne trãdas domine regnum tuum his qui non ſunt, & in Deuter. Loquens de vocatione gentium dicitur. Ipſi me irritauerunt in his qui non ſunt dij, & ego eos irritabo ſuper gente quæ non eſt, & Ezechie. 26. ca. ait. Non eſſe dicũtur impij in inferno incluſi, nõ quod eſſe deſiſtant qui in pœnis ſunt ſempiternis, ſed quod qui Deo non viuunt in ſcripturis ſanctis dicantur non ſubſiſtere. Vnde Heſter contra idola loquens. Ne tradas ſceptrum tuum, inquit, his qui non ſunt, & alibi, qui vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt. Vtique erant quibus obſecrat ne tradatur ſceptrum, ſed Deo non erant, qui virtutibus & viuenti Deo eſſe ceſſarant, & in Pſalm. Dimitte me vt refrigerer, prius quam abeam & amplius non ero. Lege eundem Hieronym. in comment. Iſaiæ. cap. 65. & Hoſeæ. cap. 7. Deniq; Baſilius cum hæc eadem totidem verbis ſcripſiſſet. lib. 2. contra Eunomium, addit. Cum ad Epheſios. 1. ſcribit apoſtolus, vt illos vere coniunctos ei, qui eſt, per cognitionem oſtenderet, exiſtentes eos per excellentiam nominauit, dicens. Sanctis qui ſunt, & fidelibus in Chriſto Ieſu, ſic enim & qui ante nos fuerunt tradiderunt, & nos in antiquis codicibus

Sunt, & nõ ſunt quid in ſcripturis ſignificent.
Exod. 4.
Heſter. 14.
Deut. 32.
Pſalm. 38.
Locus Pauli annotandus.

bus inuenimus abſque nomine Epheſi. Hæc ille. & iuxta hanc lectionem videtur Hiero. huoc locum expoſuiſſe, quanuis nihil de lectionis varietate prodiderit. Præterea Chryſoſ.hom.1.in priorem ad Corint.epiſt.ait.nō
1.Cor.1. eſſe dicuntur, qui nihil æſtimantur propter vilitatem. Vnde paulus elegit ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret, & Athanaſius in oratione cōtra Idololatras ait. Quę ſunt ideo vocantur booa, quoniam à Deo qui eſt eſſentia ipſa, exemplar trahūt. quæ non ſunt. mala nuncupamus, eo quod cum nulla eſſentia ſubſiſtaot, hominum commentis efficta ſint. Hactenus ille. Quaſi dicāt. res nullius momenti & contemptibilis non eſſe dicitur. ad Rom.4. Qui vocat ea quę non ſunt tanquam ea quæ ſunt. &, ſi charitatem non habuero nihil ſum. & ita intelligo quod ait Paulus. Idolum nihil eſt in mūdo. Quanuis Sanct. Tho. 2.2. dicat idolum vocari nihil, quia caret anima ſenſitiua.

Solet in ſcripturis (inquit Aug.li.3.q.In Le
ui.q.57.) res quæ ſignificat, eius rei nomine
Geneſ.41. quam ſignificat nūcupari. vt in Geneſi. ſeptē ſpicæ, ſeptem anni ſunt. non dixit ſeptem annos ſignificant. & ſeptem boues, ſeptem anni
1.Cor.10. ſunt. Hinc eſt quod dictum eſt. Petra autem erat Chriſtus. Vult dicere Aug. quod verbū ſubſtantiuum non raro exponitur per verbum, ſignifico, as. Gene.40. Tres propagines, tres dies ſunt, id eſt, tres dies ſignificant. & de Iohanne dicitur Matth.11. Hic eſt Elias. & Coloſſ.2. Nemo vos iudicet in cibo vel potu, aut in parte diei feſti quæ ſunt vmbra futurorum. Præterea in tract. 63. in Iohan. idem Auguſt. ait. Solet ſcriptura res ſignificantes, tanquam illas quæ ſignificātur appellare. Sic diſcedente Iuda, tanquam zizanijs ſeparatis, remanentibus tanquam tritico Apoſtolis ait
Ioan.13. Chriſtus. Nūc clarificatus eſt filius hominis. Ac ſi diceret. ecce in illa clarificatione mea quod erit, vbi malorum nullus erit, ibi malorum nullus perit. Non eſt dictum nunc ſignificata eſt clarificatio filij hominis, ſed dictum eſt. Nunc clarificatus eſt filius hominis. Quēadmodum non dictum eſt. bonum ſemem ſignificat filios regni. aut zizania ſignificabat filios maligni. Sed dictum eſt bonum ſemen hi ſunt filij regni. Zizania autem ſunt filij maligni. ſic clarificatus eſt filius hominis, poſteaquam ſeparato inde nequiſsimo & ſecum remanētibus ſanctis ſignificata eſt glorificatio eius, quando ſeparatis iniquis remanebit cum ſanctis. Sum, ideſt, viuo. Pſalm. 38. Remitte mihi vt refrigerer priuſquam abeam & amplius non ero. & in euangelio. Noluit conſolari quia non ſunt.

Sum ſignificat idem quod voco. Iudi. 13. Nazareus erit à iuuentute ſua. & Iohan.1. Tu es Symon filius Iona, tu vocaberis Cephas.

Sum, inquit Auguſt. lib.1. Locut. in Gene. verſus finem. idem ſignificat quod habito, as. Vnde cum fratres Ioſeph in Ægypto eſſent, dicunt. Duodecim ſumus pueri tui fratres io terra Canaam. & ad Rom. 1. omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſanctis.

Denique ſum accipitur in propria ſignificatione. Iſaiæ.43. ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. &. 1. Corint. 1. non ſint in vobis ſchiſmata. & ſi alij poteſtatis. (id eſt opum) veſtræ participes ſunt, non ne potius nos. & in hac ſignificatione accipere oportet in verbis conſecrationis, ſcilicet. Accipite & comedite hoc eſt corpus meum, Matth.26
etiam ſi rumpantur omnes hæretici, eum noſtræ ſententiæ ſuffragentur, & ſubſcribant vniuerſi antiqui patres, ſanctitate & eruditione illuſtres, quotquot aliquid ſcriptis mandauerunt à tempore Apoſtolorum vſque ad noſtram hanc ætatem, quando exortus eſt filius perditionis, qui extollitur ſupra omne quod dicitur Deus. Sed vtinam vt imitantur illius aſſeclæ, diſcipulos domini, in offenſione illa quam paſsi ſunt (nam nonnulli ex illis abierunt retro & à domino receſſerunt, audientes Dominum dicentem. Ego ſum pa- Iohan.6.
nis viuus qui de cælo deſcendi,) ita quoque illorum æmularentur pœnitentiam. tradit quippe Epiphanius, Marcum & Lucam ex illorum fuiſſe numero qui in petra ſcandali Chriſto impingentes ab eius doctrina deſciuerunt. Quorum alter à Petro, alter à Paulo ad eccleſiæ ſagenam eſt pertractus. Sed qui fieri id poſsit in noſtri ſeculi hæreticis nō video, cum patres illos, quibus ſe Dominus familiarius inſinuauit, ac arcana ſua detexit, qui eos à via perditionis poterant reuocare, tam impiè quam ſtultè, explodant, contemnant, & exibilent, atque illorum loco hæreticorum quorundam obſcurorum peſtes, ſubrogent & ſubſtituant. Audi igitur quid Græcorum omniū præſtantiſsimus de hac re dicat homil. 83. in Matthæ. Credamus vbique Deo, nec repugnemus ei etiam ſi ſenſui noſtro & cogitationi abſurdum eſſe videa-

videatur quod dicit, in omnibus & præcipuè in myſterijs ita faciamus, non illa quæ ante nos iacent ſolummodo aſpicientes, ſed verba quoque eius teneamus. Nam verbis eius defraudari non poſſumus,ſenſus vero noſter deceptu facilis eſt. Illa falſa eſſe non poſſunt, hic ſæpe fallitur. Quoniam ergo ille dixit,hoc eſt corpus meum,nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus & oculis intellectus id aſpiciamus,& homil.60. Ad populum Antioch.ait. Quoniam igitur verbum dicit, hoc eſt corpus meum, & pareamus & credamus, & oculis intellectualibus ipſum intueamur, & iterum homil.51.in Matth. Corpus Chriſti nobis propoſitum eſt,non vt tangamus ſolummodo, ſed vt comedamus & ſaturemur, & Tertul.de reſur.carnis,Caro,corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima Deo ſaginetur. Sed de hoc ſatis. Porrò Lutherani,ſum, pro ſignifico,poſitum autumant in verbis illis conſecrationis.

REGVLA XXXIX.

Viſum eſt regulas illas ſeptem Ticonij cuiuſdam hæretici Donatiſtæ, quas conſcripſit ad intelligendum, vt ipſe dicebat, vniuerſas ſcripturas, vt autem mihi videtur ad intelligendum perexiguam partem ipſarum, in hunc poſtremum locum relegare. Nam prorſus expellere à libro noſtro conſilium non fuit, ne viderer illas regulas contemnere, & vt ieiunas & ſteriles è finibus noſtris depellere, quas Auguſtinus & poſt ipſum Iſidorus dignas fuiſſe cenſuerunt, quæ literis committerentur, in Theologorum gratiam & vtilitatem. Sexta regula à me omiſſa fuit, non quia negligenda videbatur, ſed quia ipſam latiſsimè explicaui in ſuperioribus libris,quando agebam de ordine narrationis ſcripturæ. Eſto igitur prima regula, de domino & eius corpore, in qua ſcire oportet aliquando capitis & corporis, ideſt, Chriſti & eccleſiæ vnam perſonam nobis intimari. Neque enim fruſtra dictum eſt à fidelibus. Ergo Abrahę ſemen eſtis,cum ſit vnum ſemen Abrahæ,quod eſt Chriſtus, non hæſitemus quando à capite ad corpus,vel à corpore tranſitur ad caput, & tamen non receditur ab vna eademque perſona. Vna enim perſona loquitur dicens, ſicut ſponſo poſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornauit me ornamento, & tamen quid horum duorum

Aug.lib. 3. de doct.Chriſti.c.31.& ſequētibus.

1. Regula.

Galat.3.

Iſa.61.

capiti, quid corpori id eſt Chriſto, quid eccleſiæ conueniat, vtique intelligendum eſt. & Iſidorus lib.1.de ſummo bono.c.25.inquit Prima regula eſt de domino & eius corpore, quæ de vno ad vnum loquitur, atque in vna perſona,modo caput,modo corpus oſtendit. Sic Iſaias ait. Induit me veſtimentis ſalutis, & indumento iuſtitię circundedit me,quaſi ſpōſum decoratum corona,& quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. In vna enim perſona duplici vocabulo nominata,& caput.i. ſponſum,& eccleſiam, id eſt, ſponſam manifeſtauit. Proinde notandum in ſcripturis quod quandoque ſpecialiter caput deſcribitur, quādoque & caput & corpus, & quandoque ex vtroque tranſeat ad vtrumque, & ab altero ad alterum. Sicque quid capiti, quid corpori conueniat prudens lector intelligat. Nec ab his diſsidet Eucherius in.q.in Iſaiam. Hæc regula & quæ ſequitur aut nihil aut parum inter ſe differre videntur. Poſſent ni fallor clarioribus ac magis familiaribus verbis explicare. Deus,inquam,aliquādo loquitur ſub propria perſona,vt,ego à patre proceſſi,& à Deo exiui,aliquando ſub totius eccleſiæ perſona, quę tam ex perfectis, quam ex illis qui nondum perfectionem adepti ſunt,conſtat,& vice verſa,vt Actu.9. Saule Saule,quid me perſequeris id eſt,eccleſiam meam,nam præceſsit, acceſſerat Paulus ad principem ſacerdotum,& petijt ab eo epiſtolas, vt quos inueniſſet huius viæ viros,vinctos duceret in Ieruſalem, & ſubdit. Ego ſum Ieſus Nazaræus quem tu perſequeris,& Pſal.de quolibet homine dicitur,omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Cum in epiſt.ad Ephe.cap.1. Paulus tribuat Chriſto, omnia, inquit,ſubieciſti ſub pedibus eius,& ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus eius. Imo vniuerſa fere quæ in nouo inſtrumento ex veteri aſſumuntur, ſub aliquorum ſanctorum perſona, de Chriſto intelliguntur,& Mar.9. Qui vos ſuſcipit me ſuſcipit,&, ego ſto adoſtium & pulſo, & alicubi dicit. Ego & pater vnum ſumus, & alibi, fac vt ſint vnum,ſicut ego & tu vnum ſumus, & ad Epheſ.2. conreſuſcitauit & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu. Denique Pſalmi fere omnes dicuntur ſub perſona Dauid & intelliguntur de Chriſto & eccleſia, quæ diſtinctio à diligenti lectore animaduertenda eſt. Hoc eſt quod inquit Auguſt. Pſal. 37. Cum Chriſtus,inquit loquitur,aliquando ex perſona ſolius capitis loquitur, quod eſt ipſe

ipſe ſaluator, aliquando ex perſona corporis ſui, quod eſt eccleſia diffuſa in toto orbe. Vt, Deus meus Deus meus vt quid dereliquiſti me. Hæc Chriſtus. Verum quod ſubiungit, Longe à ſalute mea verba delictorum meorum. Chriſtus ſub perſona eccleſiæ inquit, & alibi. Eſuriui & dediſtis mihi manducare, ex membris ſuis loquitur non ex ſe, & quando dixit. Saule Saule cur me perſequeris, caput pro membris clamabat, & Hieronym. ad Galat. 2. ca. Nihil intereſt de corpore quid dicatur, an membris, cum & corpus diuidatur in membra, & membra ſint corporis, & in comment. in Iob. titulo Hieron. c. 29. Quando, Inquit, aliquid ad ſaluatorem referri non conuenit ad membrorum illius compagem ſenſum expoſitionis conemur inflectere, & recte id fieri poterit, vt quod ipſe dominus caput eccleſiæ ſuæ in ſe recipere non poteſt, de eius corpore, quod eſt eccleſia, ſentiatur, & Auguſt. concione. 2. Pſalmo. 90. ait. Aliquando non ſolum Pſalmus, ſed omnis prophetia ſic loquitur de Chriſto, vt caput ſolum commendet, & aliquando à capite it ad corpus, ideſt, ad eccleſiam, & non videtur mutaſſe perſonam, quia non ſeparatur caput à corpore, ſed tanquam de vno loquitur, vt In Pſalm. 21. qui de paſsione domini loquitur, dicitur. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Delicta tamen nõ habebat Chriſtus, & tamen dicitur in capite illius Pſalm. Deus meus vt quid me dereliquiſti, longe à ſalute mea, verba delictorum meorum, delicta ad nos pertinent, paſsio ad Chriſtum. Hactenus ille. Sic apud Zachariam, Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, qui typum gerebat ſaluatoris, introducitur veſtibus ſordidis veſtitus. Lege Regulam illam. Moris eſt ſcripturę diuinę ſanctos aſſumere perſonam peccantium. Porrò audi aliam ſimilem huic.

Mat. 25.

REGVLA XL.

Regula ſecunda eſt, inquit Auguſt. de domini corpore vero atq; permixto, hæc regula vigilãtem lectorem requirit, quando ſcriptura eum ad alios iam loquatur, tanquam ad eos ipſos ad quos loquebatur videtur loqui, vel de ipſis cum de alijs iam loquatur, tanquam vnum ſint vtrorumque corpus, propter temporalem commixtionẽ & cõmunionem ſacramentorum, adhoc pertinet in canticis canticorum. Fuſca ſum & ſpecioſa, vt tabernacula Cedar, ſpecioſa ſum vt pelles Salomonis. Non enim ait. Fuſca fui vt tabernacula Cedar, & ſpecioſa fui, vt pelles Salomonis, ſed vtrumq; ſe eſſe dixit propter temporalem vnitatem intra vna retia piſcium bonorum & malorum. Tabernacula enim Cedar ad Iſmaelem pertinent, qui non erit hęres cum filio liberæ. Itaque cum de bona parte Deus dicat. Ducam cæcos in viam quam non nouerunt, & ſemitas quas non calcauerunt calcabunt, & faciam illis tenebras in lucem, & praua in directum, hæc verba faciam & non derelinquam eos. Mox de alia parte, quæ male permixta eſt dicit. Ipſi autem conuerſi ſunt retrorſum, quanuis alij iam eſſe ſignificentur verbis. Sed quoniam nunc in vno ſunt, tanquam de ipſis loquitur de quibus loquebatur, non tamen ſemper in vno erunt. Ipſe eſt quippe ille ſeruus commemoratus in euangelio, cuius dominus cum venerit diuidet eum, & partem eius cum hypocritis ponet. Iſidorus ſic habet. Secunda eſt de corpore vero & permixto, nam videntur quædam vni conuenire perſonæ, quod tamen non eſt vnius, vt eſt illud, puer meus es tu Iſrael, ecce deleui vt nubem iniquitates tuas, & ſicut nebulam peccata tua, conuertere ad me & redimam te. Hoc ad vnum non congruit. Nam altera pars eſt cui peccata deleuit, cui dicit, puer meus es tu, & altera cui dicit. Conuertere ad me & redimam te, qui ſi conuertantur eorum peccata delentur. Per hanc regulam ſic ad omnes loquitur ſcriptura, vt boni redarguantur cum malis, & mali laudentur cum bonis. Lege vt hanc regulam intelligas, quæ ſcripſimus in regulis Paulo peculiaribus, vbi diximus, quod cum ſcribat ad vnicum populum, eoſdem laudat & vituperat, ita vt vnuſquiſq; intelligat quid ad ſe pertineat, ac mores ſuos cognoſcat an ſint digni laude vel vituperio, & ſimiliter fit in prophetis, loquitur Deus ad Iſrael ſecundum carnem, & vertit ſermonem ad Iſrael in ſpiritu, vt Iſaię. 43. loquitur de populo electo. Dedi in deſerto aquas vt darem potum populo meo, populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit, & ſubdit de populo infideli. Non me inuocaſti Iacob nec laboraſti in me Iſrael, vſque ad finem capitis, & ſubdit cap. 44. de populo electo. Et nunc audi Iacob ſerue meus, & Iſrael quem elegi.

Can. 1.

Iſaia. 42.

Hoſea. 12.

REGV-

REGVLA XLI.

Tertia regula eſt de promiſsis & lege, vel de ſpiritu & litera. Sed vt inquit Augu. magis eſt quæſtio ingens quam regula quæ ſoluendis quæſtionibus eſt adhibenda. Vult ſignificare id quod nos ante dixeramus in expoſitione regulæ Grego. ex homi. 7. in Ezech. quod narratio illa quæ iuxta hiſtoriam admittitur, quæ eſt veluti fundamentum ſenſus ſpiritualis iuxta allegoriam quoque ipſam exponere oportet, vt circuncíſio Abrahæ verè facta eſt, & vere intelligitur per illam circuncíſio ſpiritualis populi Chriſtiani.

REGVLA XLII.

Qvarta regula eſt, inquit Auguſt. de ſpecie & genere. Speciem voco partem, Genus autem totum cuius ea pars eſt, quam voco ſpeciem. Sicut vnaquæq; ciuitas pars eſt vniuerſitatis gentium, hanc voco ſpeciem, genus autem omnes gentes. Eadem ratio eſt ſi non de vnaquaque ciuitate, ſed de vnaquaq; prouincia vel gente vel regno, tale aliquid in diuinis reperiatur eloquijs. Non ſolum enim, verbi gratia de Ieruſalem vel de aliqua gentium ciuitate, ſiue Tyro ſiue Babylone dicitur aliquid in ſcripturis quod modū eius excedat, & conueniat potius omnibus gentibus, verum etiam de Iudęa, Ægypto, de Aſſyria, & quacūq; alia gente in qua ſunt plurimæ ciuitates, non tamen totus orbis, ſed pars eius eſt, dicitur quod tranſeat eius modū & congruat potius vniuerſo cuius hæc eſt pars, vel generi cuius hæc ſpecies eſt. Fit hoc etiam de hominibus, ſicut ea quæ de Salomone dicuntur excedunt eius modum, & potius ad Chriſtum vel eccleſiam, cuius ille pars eſt, relata clareſcunt. Neque ſpecies ſemper exceditur, ſæpe enim talia dicuntur, quæ vel ei quoq;, vel ei fortaſsis tantummodo apertiſsimè congruant. Sed cum à ſpecie tranſitur ad genus, quaſi adhuc de ſpecie loquente ſcriptura, ibi vigilare debet lectoris intentio, ne quærat in ſpecie quod in genere poteſt melius & certius inuenire. Facile quippe eſt illud quod ait propheta. Domus Iſrael habitauit in terra, & polluerunt eam in via ſua & in idolis ſuis, & peccatis ſuis, ſecundum immunditiam menſtruatæ facta eſt via eorum ante faciem meam, & effudi iram meam ſuper eos, & diſperſi illos inter nationes, & ventilaui eos in regiones, ſecundum vias eorum iudicaui eos. Facile eſt, inquam, hoc intelligere de Iſrael ſecundum carnem. Alia etiam quæ ſequuntur eidem intelliguntur populo conuenire. Sed cum dicit. Sanctificabo nomen meum ſanctum, illud magnum quod pollutum eſt inter vos, quod polluiſtis in medio earum. Iam intentus debet eſſe qui legit quemadmodum ſpecies exceedatur, & adiungatur genus. Sequitur enim & dū ſanctificeabor in vobis ante oculos eorū & accipiam vos de gētibus, &c. Hoc de nouo teſtamento eſſe prophetatum de gentibus & Iudæis conflato, cōſtat, ad quod pertinet non ſolum vna gens illa in reliquijs ſuis, de quibus dicitur. Si fuerit numerus filiorum Iſrael, ſicut arena maris reliquiæ ſaluæ fient, verum etiam cæteræ gentes, non ambigit quiſquis intuetur conuerſionē omniū gentiū, ſic fit Iſrael ſpiritalis, nō vnius gentis, ſed omnium quæ promiſſæ ſunt patribus in eorum ſemine quod eſt Chriſtus. Hic ergo Iſrael ſpiritalis ab illo Iſrael carnali, qui eſt vnius gentis nouitate gratiæ, non nobilitate patriæ, & mente non gente diſtinguitur. Sed altitudo prophetica dum de illo vel ad illum loquitur, latenter tranſit ad hunc, & cum iam de iſto vel ad iſtum loquatur, adhuc de illo vel ad illū loqui videtur, non intellectū ſcripturarum nobis quaſi hoſtiliter inuidens, ſed excernens medicinaliter cor noſtrum. Vnde & illud quod ait. Indueam vos in terram veſtram, & paulò poſt tanquā id ipſum repetēs, & habitabitis, inquit, in terra quā dedi patribus veſtris, non carnaliter ſicut carnalis Iſrael, ſed ſpiritaliter, ſicut ſpiritalis Iſrael. Eccleſia, quippe ſine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata, atq; in ęternū regnatura cū Chriſto, ipſa eſt terra beatorū, terra viuentiū. Ipſa eſt intelligenda patribus data, quādo eis immutabili Dei voluntate promiſſa eſt, quoniā ipſa prædeſtinationis firmitate iam data eſt, ſicut de ipſa gratia quæ ſanctis datur, ſcribēs ad Timot. apoſtolus ait. Nō ſecundū opera noſtra, ſed ſecundum ſuū propoſitū & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante ſecula æterna, manifeſtata autē nunc. Datam dixit gratiam, quādo nec erant adhuc quibus daretur, quoniam in prædeſtinatione Dei iā factū erat, quod ſuo tēpore futurū erat. Hanc regulam clarioribus verbis explicauit Iſidor. Quarta, inquit, eſt regula de ſpecie & genere, per quam pars pro toto, & totum pro parte

Pſalm. 71.

Ezech. 36.

Ezech. 36.

parte accipitur. Veluti ſi vni populo vel ciui-
tati loquatur Deus, & tamen intelligatur om
nem contingere mundum. Nam licet aduer-
ſus vnam ciuitatem Babylonicam per Iſaiam
Iſaie. 13. Dominus comminetur, tamen dum contra
eccleſiam loquitur, tranſit ad genus de ſpecie,
& conuertit contra totum mundum ſermo-
nem. Certe ſi non loqueretur aduerſus vniuer
ſum orbem, non adderet infra generaliter. Et
perdam omnem terram, & viſitabo ſuper or-
bis mala, & cætera quæ ſequuntur ad interne
cionem orbis pertinentia. Vnde & adiecit.
Hoc eſt conſilium quod cogitaui ſuper om-
nem terram, & hæc eſt manus eius extenſa
ſuper omnes gentes. Item poſtquam ſub per
ſona Babyloniæ arguit vniuerſum mundum,
rurſus ad eandem quaſi de genere ad ſpeciem
reuertitur, dicens quæ ei ciuitati ſpecialiter cõ
tigerũt. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos.
Nam regnante Balthaſar à Medis eſt obten-
ta Babylonia. Sic & conus Ægypti ex perſona
eiuſdem, ſcilicet Dei, totum vult intelligere
mundum, dicẽdo. Et concurrere faciam Ægy-
ptios aduerſus Ægyptios, regnũ aduerſus reg
num. Cum Ægyptus non multa regna, ſed
vnum habuiſſe deſcribatur regnum.

Huius regulæ eſt perfectior explicatio ſi
modo à fundamentis eius expoſitionem ex-
ordiamur. Scripturæ mos eſt, vt nunquã ita
de re aliqua certa & definita & ante oculos
propoſita ſermonem habeat, quin eius ſignifi
catio ad omnes ſimiles dimanet. Nam aut lo-
quitur de viris iuſtis, vt de Dauid, Moyſe, Eze
chia, aut Iſaia, aut de ſceleratis, vt de Nabucho
donoſor, Antiocho, Balaam, & tunc dico de
vtriſq; verum eſſe vnum virum iuſtũ, vniuer-
ſos iuſtos, & vnum ſceleratum, vniuerſos ne-
farios homines cõplecti. Ac ſimiliter dilatã
dꝰ eſt hic ſermo ad vniuerſas alias res, ſiue ſint
regiones, ſiue vrbes, ſiue flumina, nã ſi res illæ
ſuſtinent typũ rei dignæ laude, vt Ieruſalem,
Iuda, omnem piorum cœtum ſignificant. Si
vero tenent figuram rei illaudatæ, vt Babylõ,
Moab, Damaſcus, Aegyptus, Tyrus, Arabia,
vniuerſam congregationem hoſtium eccleſię
Iſaie. 19. ſignificant. Vides quomodo ſpecies pro ge-
nere accipiatur, vt apud Iſaiã. Et erit altare do
mini in terra Aegypti; & Aegyptus dominũ
cognoſcet. Aegyptus ponitur ꝑ vniuerſis ido
lorũ cultoribus, qui relictis idolis doctrinam
euangelij receperunt, & Iſaiæ. 25. loquens de
populi Dei potentia, inquit. Et triturabitur
Moab ſub eo, ſicut teritur paleæ in plauſtro.
Moab vocat vniuerſos infideles. Sub eo, id eſt
à populo fideli. Et vice verſa genus pro ſpecie
ponitur, vt factæ ſunt tenebræ in vniuerſa ter
ra, id eſt, in Iudæa, & in Actibus apoſt. Agab⁹
prædicebat famẽ futuram ſub Claudio in vni
uerſo orbe terrarum, id eſt, in Iudæa quæ pars
orbis eſt, & omnes declinauerunt, ſimul & in-
utiles facti ſunt, id eſt, bona pars hominũ per
Synecdochen, & Iſaiæ. 13. de Medis Babylo
nem deuaſtantibus dicitur, vt diſperdat omne
terram, & ſtatim. Viſitabo ſuper orbis mala,
&c. 14. hoc cõſilium cogitaui ſuper omnem
terram, & hæc eſt manus ſuper vniuerſas gen
tes, & loquitur aduerſus Babylonem. Lege de
hac re ea. de numeris quando diximus nume
rum pluralem vnum tantum ſignificare, &
Reg. quæ incipit. In his quæ ad mores atti-
nent ex his quę confinia ſunt, ſimilia licet col
ligere, lege quoq; aliam Reg. quæ incipit. Ge
nus capitur pro ſpecie & è contra, & ſic plana
& expedita erit huius regulæ materia, lege
quoque Ambroſ. lib. 1. de voca. gentium
capit. 3.

REGVLA XLIII.

QVartam regulam ponit Ticonius,
quam de temporibus appellat, quia re
gula plerumque inueniri vel conij
ci poſsit latens in ſcripturis quantitas tempo
rum. Duobus autem modis vigere dicit hanc
regulam, aut tropo ſynecdoches, aut legiti-
mis numeris. Tropus ſynecdoche, aut à par- Luc. 9.
te totum, aut à toto partem facit intelligi; ſi-
cut vnus euangeliſta poſt dies octo factum Mat. 17.
dicit, quod alius poſt dies ſex, quando in mõ
te diſcipulis tantum tribus præſentibus, fa-
cies domini vt ſol reſplenduit, & veſtimenta
eius ſicut nix. Vtrumque enim verum eſſe
non poſſet, quod de numero dierum dictum
eſt, niſi ille qui dixit, poſt dies octo, intel-
ligatur partem nouiſsimam diei ex quo
id Chriſtus prædixit futurum, & partem
primam diei quo id oſtendit impletum, pro
totis diebus duobus atque integris poſuiſ-
ſe: is vero qui dixit, poſt dies ſex, integros
omnes & totos, ſed ſolos medios computaſſe.
Hoc modo locutionis quo ſignificatur à par
te totum, etiam illa de reſurrectione Chriſti
ſoluitur quæſtio. Pars enim nouiſsima diei,
quo paſſus eſt; niſi pro toto die accipiatur,
id eſt, adiuncta etiam nocte præterita, &
nox in cuius parte vltima reſurrexit, niſi to-
tus

ſus dies accipiatur, adiuncto ſcilicet, die illuceſcente dominico, non poſſunt eſſe tres dies & noctes, quibus ſe in corde terræ prædixit futurum. Legitimos autem numeros dicit, quos eminentius ſcriptura commendat, ſicut ſeptenarium, vel denarium, vel duodenariũ, & quicunq; alij ſunt quos legendo ſtudioſi libenter agnoſcunt. Plerumq; enim huiuſmodi numeri pro vniuerſo tempore ponuntur, ſicut, ſepties in die laudẽ tibi dixi, nihil eſt aliud quam, ſemper laus eius in ore meo. Tantũdẽ valent, & cum multiplicantur ſiue per denarium, ſicut ſeptuaginta & ſeptingenti. Vnde poſſunt ſeptuaginta anni Ieremiæ pro vniuerſo tẽpore ſpiritaliter accipi, quo eſt apud alienos (ſcilicet Babylonios) eccleſia (ſcilicet Iſrael) ſiue per ſeipſos, ſicut decem per decem, cẽtum ſunt, & duodecim per duodecim. 144. quo numero ſignificatur vniuerſitas ſanctorum in Apocalypſi. Vnde apparet non ſolas temporum quæſtiones iſtis numeris eſſe ſoluendas, ſed latius patere ſignificationes eorũ & in multa ſerpere. Neq; enim numerus iſte in Apocalypſi ad tempora pertinet, ſed ad homines. Iſidorus ſic habet: Quinta regula eſt de temporibus, per quam, aut pars maior temporis per partem minorem, aut pars minor temporis per partem maiorem inducitur, ſicut eſt de triduo dominicæ ſepulturæ, dum nec tribus plenis diebus ac noctibus iacuerit in ſepulchro, ſed tamen à parte totum triduũ accipitur. Vel ſicut illud quod quadringentis
Gen. 15. annis prædixerat Deus filios Iſrael in Ægypto ſeruituros, & ſic inde egreſſuros, qui tamen dominante Ioſeph dominati ſunt, nec ſtatim poſt quadringẽtos annos egreſſi ſunt vt fuerat repromiſſum, ſed quadringentis tri-
Exod. 12. ginta peractis ab Ægypto receſſerunt. Eſt & illa de temporibus figura per quam quædam quæ futura ſunt quaſi iam geſta narrantur, vt eſt illud. Foderũt manus meas & pedes meos dinumerauerunt omnia oſſa mea, &, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & his ſimilia, in quibus futura tanquam ſi iam facta ſint, ita dicuntur. Sed cur quæ adhuc facienda erant, iam facta narrantur. Quia quæ nobis adhuc futura ſunt, apud Dei æternitatem iam facta ſunt. Quapropter quando aliquid faciendum eſſe pronunciatur, ſecundum nos dicitur. Quando vero quæ futura ſunt iam facta dicuntur, ſecundum Dei æternitatem accipienda ſunt, apud quem iam omnia facta ſunt, quæ futura ſunt.

Omnia præcepta ſub hac regula cõplexa, latiſsime à nobis varijs in locis harũ hypotypoſeon ſunt explicata. Nam in ſuperioribus quinquagenis, totam ſynecdoches materiam multis exẽplis illuſtrauimus. Porrò de exemplo illo deſumpto ex Gen. 15. Peregrinum, inquit, erit ſemen tuum in terra nõ ſua quadringentis annis & affligent eos, cum tamen in Exo. cap. 12. numerẽtur quadringenti triginta anni. In ca. de numeris à nobis explicatum fuit. Sed ne prorſus ſiluiſſe videar, aduerte quod computatio maioris numeri, ſcilicet. 400. exordium ſumit à tempore quo dictum fuit Abrahæ, Gene. 12. egredere de terra tua, &c. Supputatio vero minoris incipit à natiuitate Iſaac, quæ fuit triginta annis poſtquã egreſſus fuerat Abrahã Charã. de qua re vide gloſſam quam ordinariam vocant, Exod. 12. Deinde cũ dicit Iſido. infallibilẽ atq; immutabilem eſſe prophetiam, intelligit de prophetia prædeſtinationis, alioqui illa quę eſt comminationis, mutabilis eſt, vt illa Ionæ. 3. Adhuc. 40. dies, & Niniue ſubuertetur, de vtraq; diſſerui in ca. de prophetia, ſecutus Chryſo. & in his quinquagenis ex ſententia Eucherij, Theodoreti, Hier. ſed vtriuſq; rei vnum proponam exemplum. Gen. 6. dicitur. Erunt dies illorum centũ & viginti annorum. Iuxta expoſitionẽ Hier. in. q. in Gen. hunc ſenſum habet. Habebũt annos centũ viginti ad agendã pœnitentiã. Non igitur vt multi putãt huma- Locus ex Gen. 6. expoſitus.
na vita ad centũ viginti annos cõtracta eſt. Si quidẽ inuenimus quod poſt diluuiũ Abrahã vixit annos centũ. 75. alij plures, Noë trecentos annos. Quia vero pœnitentiã agere cõtempſerunt, noluit Deus tẽpus ſpectare decretũ, ſed viginti annorũ ſpacijs amputatis induxit diluuiũ, anno centeſimo agendæ pœnitentiæ deſtinato. Atq; iterũ hæc repetit Dan. 9. c. & Beda in Gen. & Albinus in. q. in Gene. At dices, dñs fefellit homines illos, quos ante tẽpus à ſe præfinitum, perdidit. Ad hoc reſpondeo quod fuit prophetia comminationis, & hoc eſt quod inquit Hier. Dan. 4. Sentẽtia Dei facile mutatur Ezechiæ regis exẽplo, quẽ Iſaias dixerat eſſe moriturũ & Ionæ. Dei ſententia mutata eſt, non vanitate iudicij, ſed eorũ conuerſione qui meruere indulgentiam; nõ enim Deus hominibus ſed vitijs iraſcitur, quę cũ in homine nõ fuerint, nequaquã punit quod mutatũ eſt, & Greg. lib. 16. mor. c. 6. Deus mutat ſententiã, non conſiliũ. Secunda expoſitio eſt Aug. lib. 15. de Ciuit. Dei. ca. 24. Anno, inquit quingen-

quingenteſimo vitæ Noë genuit Sẽ,Chã, Ia-
pheth,& dictum eſt illi. Non permanebit ſpi-
ritus meus cum homine,ideſt,hominibus , in
æternum,quia caro eſt,erunt dies illius centũ
viginti annorum,vt dicitur Gene. 5.& 6. Po-
ſtea vero cap.7.dicitur. Anno ſexcenteſimo
vitę Noe rupti ſunt omnes fontes abyſsi ma-
gnæ. Tunc inquit Auguſt. intelligo dixiſſe
Deum Noe ; erunt dies illius. 120.annorum;
cum circa finem quingentorum annorum eſ
ſet Noë, ideſt,quadringentos octoginta vitæ
annos ageret,quos more ſuo ſcriptura, quin-
gentos vocat,nomine totius, maximam par-
tem plerumq; ſignificans.Sexcẽteſimo quip
pe anno vitæ Noe ſecundo menſe factum eſt
diluuium.Ac ſic.120.anni prædicti ſunt futu
ri meta vitæ hominum periturorum , quibus
tranſactis diluuio delerentur.Nec Auguſt.re-
fragatur Euch.lib.1.in Gen. cap.37.Ecce iux
ta Hierony.viginti anni amputati ſunt , quia
pœnitentiam agere neglexerunt. Iuxta Au-
guſt.poſt tranſactos.120.annos,diluuio abo
litum eſt genus humanum. Tertiam huius lo
ci expoſitionem deſumpſimus ex Lactantio
lib.2.de origine erroris.c.14.Deus,inquit,ex
ecratus iniuſtitiam prioris ſeculi , ne rurſus lõ
gitudo vitæ,cauſa eſſet excogitandorum ma-
lorum,paulatim per ſingulas progenies dimi
nuit hominis ætatem,atque centum & vigin
ti annis metam collocauit , quam tranſgredi
non liceret,& ſumpſit mutuo ex Ioſepho lib.
1.antiqui.c.4.& c.7.Thare,inquit,vixit ducẽ
tos & quinquaginta annos, ſenſim enim vita
hominum minuebatur , vſq; ad Moyſis nati-
uitatem, poſt cuius obitum terminus vitę ho
minum pręfinitus eſt à Deo cẽtum &.20. an
nos,tot enim ipſe vixit annos. Hanc expoſi-
tionem Hier.nõ placuiſſe arbitror.Nam illos
quod ſuppreſſo arguit nomine,niſi fallor , ſunt
Ioſephus & Lactant.illius patroni.

Eſt denlq; alia.q. de numeris. Quomodo
Sem biennio poſt diluuium cẽtum annorum
eſſe dicatur in Gene.cum ſupra.cap.5.Quin-
Geneſ. 11. gentesimo anno Noe natus aſſeratur, & ſex-
centeſimo eiuſdẽ Noe diluuium veniſſe lega-
tur.c.7.Dicendũ,aut duos pluſquam quingen
tos annos habuiſſe Noe,quando natus eſt Sẽ,
aut duos minus:aut Sẽ habuiſſe centũ & duos
annos quando natus eſt Arphaxad. Solet
enim ſic loqui ſcriptura nonnunquam,vt etſi
modicũ ſuperſit, vel deſit , plenarium tamen
numerũ ponere,vt Gen.42.Duodecim ſum⁹
pueri tui fratres in terra Canaan, cum poſt di
cat Ioſeph occiſum fuiſſe, & Iudi.9. Intrauit
Abimelech filius Gedeõ hoc eſt Ierobaal do
mum patris ſui in Ephratha & interfecit . 70.
viros ſupra lapidem vnum , quãuis defuerint
duo,ipſe qui occidit,& Ionathas iunior qui la
tuit. Videtur autem veriſimile, cum natus eſ-
ſet Sẽ,duos ſuper quingentos annos habuiſſe
Noe.Nec falſum dixit ſcriptura, quia quingẽ
tos annos habuit,etiam ſi quingentos & duos
annos habuerit , quia minor numerus intra
maiorem continetur.

REGVLA XLIIII.

POſtrema regula eſt,de diabolo & ei⁹ cor
pore. Eſt enim & ipſe caput impiorũ qui
ſunt eius quodãmodo corpus,ituri cũ il-
lo ad ſuppliciũ æterni ignis.Sicut Chriſtus ca
put eſt eccleſiæ,quæ eſt corpus eius futurum
cũ illo in regno ſempiterno. Sicut ergo in pri
ma regula,quæ vocatur de dño & eius corpo
re,vigilandũ eſt vt intelligatur,cũ de vna eadẽ
que perſona ſcriptura loquitur , quid conue-
niat capiti,quid corpori.Sic & in iſta nouiſsi-
ma,aliquãdo in diabolũ dicitur, quod non in
ipſo,ſed potius in eius corpore poſsit agnoſ-
ci,quod habet non ſolũ in eis qui manifeſtiſsi
me foris ſunt , ſed in eis etiã qui cũ ad ipſum
pertineant,tamẽ ad tẽpus miſcentur eccleſiæ
donec vnuſquiſq; de hac vita exeat,vel à fru-
mẽto palea vẽtilabro vltimo ſeparetur.Quod Eſa. 14.
enim ſcriptũ eſt apud Iſaiã.Quomodo cecidi
ſti de cælo Lucifer manè oriens,& cætera quę
ſub figura regis Babylonis de eadẽ perſona,
vel ad eandẽ perſonam dicta ſunt in ipſa con
textione ſermonis,de diabolo vtiq; intelligũ
tur,& tamen quod ibi dictum eſt. Contritus
eſt in terra qui mittit ad omnes gẽtes,nõ totũ
ipſi capiti congruit. Nã etſi mittit ad omnes
gentes diabolus angelos ſuos , tamen in terra
corpus eius,non ipſe conteritur,niſi quia ipſe
eſt in corpore ſuo quod contritum ſit vt pul-
uis,quem proijcit ventus à facie terræ. Hæ re
gulæ,excepta illa quæ vocatur de promiſsis
& lege,aliud ex alio faciunt intelligi,quod eſt
proprium tropicæ locutionis . Nam vbicũq;
aliud dicitur,vt aliud intelligatur, etſi nomen
ipſius tropi , in loquendi arte non inuenitur
tropica locutio eſt. Quæ cum fit vbi fieri ſo-
let,ſine labore ſequitur intellectus , cum vero
vbi nõ ſolet,laboratur vt intelligatur. Iſidori
verba ſic habent. 7. Regula de diabolo & eius
corpore , quia ſæpe dicuntur de ipſo capite,
quæ

quæ ſuo magis conueniunt corpori. Sæpe vero eius videntꝰ dicta membrorum & non niſi capiti congruunt. Ex nomine quippe corporis intelligitur caput, vt eſt illud in euangelio de zizanijs tritico admixtis dicente domino. Inimicus homo hoc fecit, hominem ipſum diabolum vocans, & ex nomine corporis caput deſignans. Item ex nomine capitis ſignificatur corpus. Sicut in euãgelio dicitur. Duodecim vos elegi, ſed vnus ex vobis diabolus eſt. Iudam vtiq; indicans, qui diaboli corpus fuit. Apoſtata quippe angelus omniũ caput eſt iniquorum, & huius capitis corpus ſunt omnes iniqui. Sicq; cum membris ſuis vnitus eſt, vt ſæpe quod corpori eius dicitur, ad eum potius referatur, rurſumq; illi, ad membra iterum ipſius deriuetur.

Regula facile percipi poteſt, dummodo intelligas, omnes malos tenere typum diaboli, cuius membra ſunt, & bonos ſimiliter Chriſti. Iuxta illud Pauli. 2. Theſſ. 2. qui de Nerone qui Antichriſti ſuſtinebat figuram, inquit, myſterium iam operatur iniquitatis tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat, vt apud Ezechi. cap. 28. de rege Tyri. Eo, inquit, quod eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris, cum ſis homo & non Deus, & ſubdit. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapiẽtia perfectus decore, in delicijs paradiſi fuiſti, quæ verba diabolo tãtum quadrare poſſunt, & ad eundem modum ſunt exponenda quæ dicuntur de Pharaone rege Ægypti, ca. 29. & Ezech. 17. Nabucho. ideſt, diabolus, venit ad Libanum, ideſt, eccleſiam, & rapuit ſummitates cedri, ideſt, principes eccleſiæ, & transfert in terram maledictam negotiatorum, nam hoc ſignificat Canaã. Deinde quod iuſti ſint ſceleratis permixti, quandiu eccleſia, quæ in hoc mundo peregrinatur, durat, ſæpe apud Auguſt. leget qui eius libros euoluerit. Qua

Mali cũ bonis in eccleſia promixte.

de re Gregor. hom. 38. in euangelia, ait. Hæc vita quæ inter cælum & infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtrarumq; partium ciues communiter recipit, quos tamen ſancta eccleſia & indiſcretè ſuſcipit, & poſt modum in egreſſione diſcernet. Si ergo boni eſtis, in hac vita quandiu ſubſiſtitis æquanimiter tolerate malos. Nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt, quia bonus non eſt. Habel enim eſſe renuit, quem Cain malitia non exercet, & Hieronym. aduerſus Luciferianos ait. Arca Noë eccleſiæ typus fuit, dicente Petro. In arca Noë pauci, ideſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquã. Vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vniuerſarum & gentium & morum homines ſunt. Vt ibi pardus & hœdi, lupus & agni, ita & hic iuſti & peccatores, id eſt vaſa aurea & argentea cum ligneis & fictilibus commorantur, habuit arca nidos ſuos, habet eccleſia plurimas manſiones. Nec ſolum in eccleſia morantur oues; nec mundæ tantum aues volitant, ſed frumentum in agro ſeritur, & inter nitentia culta lappæq; & tribuli & ſteriles dominantur auenæ. Quid faciat agricola? euellat lolium? ſed tota pariter meſſis euertitur. Quotidie induſtria ruſticana aues ſonitu abigit, imaginibus exterret. Attamen veloces capreæ, aut laſciuus onager incurrit. Ita dormiente patrefamilias, inimicus homo zizaniã ſuperſeminauit, ad quam eradicandam cum ſerui ire proponerent, dominus prohibuit, ſibi ſeruans palearum & frumenti diſcretionẽ. Hæc ſunt vaſa iræ & miſericordiæ quæ in domo Dei ab Apoſtolo prædicantur. Venient ergo dies quando theſauro eccleſiæ aperto proferet dominus vaſa iræ ſuæ, quibus exeuntibus ſancti dicent. Ex nobis exierunt, ſed nõ erant ex nobis. Nemo poteſt Chriſti palmam ſibi aſſumere, nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare, ſi iam mundata eſſet eccleſia, quid domino reſeruaremus? & Orige. ho. 1. in Ezech. oportet, in ſagena totius eccleſiæ, eſſe & bona & mala, in ſagena totius eccleſiæ non poſſunt vniuerſa bona eſſe quæ incidũt in eã. Ait quippe ſaluator. Cũ extraxerint, & ſecus littus ſederint, eligẽt, bona quidẽ in vaſa ſua, mala vero foras proijciẽt. Si iam vniuerſa munda ſunt, quid derelinquemus iudicio Dei? & iuxta aliã parabolã, & frumentum & paleę in area continentur, cum frumentum tantũ in Chriſti horrea cõgregandũ ſit, & diſcernãtur paleæ, ab eo, cuius vẽtilabrũ in manu eius, & mundabit areã ſuam, paleas vero cõſumet igne. Neq; aſſero aream totũ eſſe mundum, ſed cœtũ populi Chriſtiani. Quomodo vnaquęq; area, non eſt tota plena frumento, nec paleis, ſic in eccleſijs, alius eſt frumentum; alius palea. Vide plura in decretis. 23. q. 4. & expoſitores Mat. in ca. 13. illius euangelij.

REGVLA XLV.

Vnaquæq; lingua, inquit Hiero. in. q. in Geneſ. ſua habet idiomata & proprietates. Huius regulæ hæc ſint exempla.

Cedri

Cedri dei,id eſt, maximæ. Sagittæ dei,id eſt fortes,quia nomen Elohim,ſæpè non ſignificat ſed auget ſignificationem. Vas.vaſis, quodcunque inſtrumẽtum ſignificat, vt vaſa iræ & mortis, vocantur inſtrumenta quibus homines interimuntur,vt ſagittæ, enſes, & vas electionis, inſtrumentum ſelectiſsimũ cuiuſcunque artis, quo nomine Paulus eſt vocatus, quia maximus verbi Dei prædicator erat: & cognouit Adam vxorem ſuam, id eſt,rem habuit. Scriptura etiam hanc conſueuit habere elocutionem, occidit hædum caprarum,ſicut Pſal. 113. ſicut agni ouium. Quaſi poſſet eſſe hædus niſi caprarum, & agnus niſi ouium.& 1.Reg.21.hœdum caprarum vnum.Quòd dixit caprarum,nõ diſcriminis gratia, ſed vt paruum ſignificet additum eſt:acſi diceret paruum,cui opus erat capra matre. Sic hircus caprarum qui paruus eſt. Nam Danie. 8. dicitur, hircus caprarum magnificauit,id eſt creuit. Deinde à communione actum ſcriptura demõſtrat: vt beatus vir qui non abijt in conſilium: & alibi, cum iniquè agentibus non ingrediar.& Iere. non ſedi cum conſilio ludentium.& Gene.vlt.in conſilio eorum non veniat anima mea. Eſt quoque conſuetudo ſcripturarum maximè in Paulo, res per ſigna appellare; vt præputium pro gentili, & circuncíſionem pro Iudæo. Conſueuit quoque cognationis leges ſcriptura vocare,non eas quæ ſecundum naturam conſiſtunt, ſed quæ deriuantur à virtute vel vitio. Quibus namque ſe quiſq; conformem ſtatuit, horum filius, frater aut pater vocatur. Lucæ.3.Ne cœperitis dicere patrem habemus Abraham.& , Pater tuus Amorræus & mater tua Cethæa.& apud Danie.ſemen Canaan, non Iuda. Cõſueuit quoque ſcriptura tanquam ad vnum loqui, cum ad populum loquitur. Ioſue 8. Ecce dedi in manus tuas regem Hai, ſicut feciſti Iericho, &c. Mos eſt etiam ſcripturæ ſic ad partem loqui,vt reliquos prætermittere non videatur. Pſal.61.ſperate in eum omnes conuẽtus plebis. Sed non prætermittit potentes. Vtuntur quoque Hebræi genitiuis ſubſtantiuis loco adiectiuorum: vt filius perditionis, id eſt homo perditus,& deus pacis,lex mortis, ſpiritus ſanctificatiõis, Mammona iniquitatis, id eſt, diuitiæ iniquæ. Viri miſericordiarum homo Belial, id eſt, ſceleratus & abſq; iugo. & Euthy. Pſal.28.ait. Idioma eſt vete.ſcripturæ dicere deum gloriæ pro glorioſo, deus veritatis, Deus vltionum, potentiarum, miſericordiarum.pro eo quod eſt deus verax, vindex,potens,miſericors. Et genitiui aliquando accipiuntur actiuè,aliquando paſsiuè, vt iuſtitia dei, id eſt quæ eſt in deo, aut quæ eſt in me ex dei munere.& Pſal.5. Dñi eſt ſalus, id eſt, Salus noſtra ex dei munere eſt: & Charitas dei & fides Ieſu Chriſti, de his ait Aug. lib. de vera reli.ca.50.habet omnis lingua ſua propria genera locutionũ,quę cum in aliam linguam transferuntur,videntur abſurda.

REGVLA XLVI.

SIcut Chriſtus (inquit Orige. tracta. 26. Matthæi capi.23.) celatus venit in corpore, vt à carnalibus quidem ſpeciem corporis eius aſpicientibus, & non virtutes conſiderantibus, homo videretur. à ſpiritalibus autem non ſpeciem corporis attendentibus, ſed opera virtutum eius conſiderantibus, Deus intelligitur. Sic eſt omnis ſcriptura diuina incorporata, maximè autem veteris teſtamenti. Spiritalis enim & propheticus ſenſus ſcripturæ celatus eſt in hiſtoria rei poſitę,vt omnis ſcriptura à mediocribus quidem ſecundum hiſtoriam intelligatur, à ſpiritualibus autem & perfectis ſecundum myſterium ſpiritale. Item Cyrillus libr.10.Theſauri. capit. 2. ait. Quemadmodum quando Chriſtus per carnẽ miracula efficiebat (ſputo enim cæcum curauit,& manu extenſa feretroq́ue tacto vnigenitum viduæ filium è mortuis reuocauit,& voce è corpore emiſſa, Lazare,inquit,veni foras) non ipſi vt homini,ſed vt Deo attribuimus. Sic quando humano more de ſe ipſo dicit, quod alienum à deitate ſua videatur, carni idipſum accommodare debemus.& cap.3. Quoniam Chriſtus ita factus eſt verus homo, vt verus eſſe deus non amiſerit: neque enim aliter noſtrũ genus ſaluari poterat. Ne quis audiens ipſum factum eſſe hominem, mutatum eſſe verbũ dei in noſtram naturam putaret, aut aliud factum quam eſſet ſemper, vt tertiũ quid. v.g. ex homine atq; deo compoſitũ, hac de cauſa neceſſario,modo more hominũ, & loquitur & operatur, abſq; peccato, modo vt verus deus, vt vtrunq; ipſe intelligatur eſſe. Et Orig.lib.2,Periarchon ca.6.ait. Per omnem ſcripturam, tam diuina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura diuinæ nuncupationis inſignibus decoratur.

REGVLA XLVII.

PRopter vnius(authore Augu. lib. 11.ſu
per Gene. capit. 31.) verbi tranſlatio-
nem non totus locus figuratè accipien-
Gene. 3. dus eſt. Vt in Gene. cum legimus Adam &
Euæ oculos apertos fuiſſe, poſtquã de ligno
vitæ comederunt. Quod verbum apertos
fuiſſe oculos eorum, tranſlatitium eſt, eum
conſtet Adam & Euam vidiſſe oculis fructũ
ligni pulchrum viſu, & animalia & volatilia
quando adducta ſunt ad eum, vt videret
quod vocaret ea. Vidit præterea Euam quan
do os ex oſsibus ſuis appellauit. Ergo, aperti
ſunt oculi in alia ſignificatione accipiendũ
eſt quàm in propria. Non tamen quod ſequi
tur figuratè accipiendum, ſed hiſtorica narrã
tione. Sic apud Lucam de duobus illis diſci-
Luca 24. pulis qui Emaus petebant, dicitur. Quod a-
perti ſunt oculi eorum, & cognouerunt Do
minum in fractione panis. Non enim per viã
clauſis oculis ambulabant, ſed eum cognoſ-
cere non valentibus illo ſermone expreſsit.

Domini Ieſu facta (authore Auguſt. tract.
49. in Io.) non ſunt tantummodo facta, ſed
ſigna, ſi ergo ſunt ſigna, præter id quod mi-
ra ſunt, aliquid profectò ſignificant. & Da-
maſce. lib. 1. cap. 14. Quæcunque de deo cor
poraliter dicuntur, ſymbolicè ſunt dicta, ha-
bent autem altiorem intelligentiam. Quam
ob cauſam id fieri ſoleat libr. 1. expoſuimus:
nihilominus ſubiũgam Cyrilli verba ex lib.
3. in Ioan. cap. 36. ſolet, inquit, Chriſtus æni-
gmaticè, nec apertè nimium myſteria expo
nere, ne res diuinę ſceleſtis etiam hominibus
in deriſionem paterent: nonnunquam tamẽ
propter audientium imperitiam, cum nihil
eos intelligere videat, omni ambiguitate ſer-
monis remota, dilucidè ac breuiter totã vim
myſterij explicat, vt nulla excuſatio non cre
dentibus relinquatur. At vero quomodo in
telligi valeãt locutiones tropicæ mixtæ, hoc
eſt illæ quæ cum tropo habent vice expoſi-
tionis propriam locutionem admixtam: vt
ſcutum fidei, vexillum crucis, in libr. de alle-
gorijs ex Quintiliano docuimus: atq; ideo
nunc tantum Augu. verba lib. 2. de ciui. dei.
cap. 21. de eadem re adſcribam. Locutiones,
inquit, tropicæ proprijs prophetico more
miſcentur, vt ad intellectũ ſpiritalem inten-
tio ſobria cum quodam vtili ac ſalubri labo
re perueniat. Pigritia vero carnalis, vel ineru
ditæ atque inexercitatæ tarditas mentis, cõ-
tenta literæ ſuperficie, nihil putat interius re
quirendum. Deinde ad locutiones tropicas
quæ carent expoſitione, intelligendas, adiu-
mentum affert quod ſcribit Auguſti. libr. 2.
de doctri. chriſt. cap. 16. Rerum, inquit, igno
rantia facit obſcuras locutiones figuratas: cũ
ignoramus, vel animantium, vel lapidum,
vel herbarum naturas, aliarumve rerum quę
plerunque in ſcripturis ſimilitudinis alicu-
ius gratia ponuntur. Nam & de ſerpente, De ſerpen-
quod notum eſt, totum corpus eum pro ca- te Epipha.
pite obijcere ferientibus, quantum illuſtrat li. 1. to. 3.
ſenſum illum, quo dominus aſtutos nos iu- cõtra Ophi
bet eſſe ſicut ſerpentes, vt ſcilicet pro capite tas. Hære.
noſtro, quod eſt Chriſtus, corpus potius per 37.
ſequentibus offeramus, ne fides Chriſtiana
tanquam caput necetur in nobis, ſi parcen-
tes corpori negemus deum. Vel illud quod
per cauernæ anguſtias coarctatus depoſita
veteri tunica, vires nouas accipere dicitur, Ephe. 4.
quantum concinit ad imitandam ipſius ſer- Matth. 7.
pentis aſtutiam, exuendumque ipſum vete-
rem hominem, vt induamur nouo, dicente
domino, intrate per anguſtam portam. Vt
ergo notitia naturæ ſerpentis illuſtrat mul-
tas ſimilitudines quas de hoc animante ſcri-
ptura dare conſueuit. Sic ignorantia anima-
lium quæ per ſimilitudines commemorat,
impedit lectorem. Sic lapidum, ſic herba-
rum. Nam & carbunculi notitia, quod lucet
in tenebris, multa illuminat obſcura libro-
rum vbicunque propter ſimilitudinem pona
tur: & ignorantia Berilli & Adamantis clau-
dit plerunque intelligentiæ fores. Nec aliam
ob cauſam facile eſt intelligere pacem per-
petuam ſignificari oleæ ramuſculo, quam re
diens ad arcam columba pertulit, niſi quia
nouimus, & olei lenem contactum non faci-
le alieno humore corrumpi, & arborem ip-
ſam frondere perenniter. Multi autem pro-
pter ignorantiã Hyſſopi dum neſciũt quam
vim habeat, vel ad purgandum pulmonem,
vel vt dicitur ad ſaxa radicitus penetranda,
cum ſit herba breuis atque humilis, omnino
inuenire nõ poſſunt, quare dictum ſit. Aſper
gès me Hyſſopo & mũdabor. Numerorum Nume. 19.
etiam imperitia multa facit non intelligi Leui. 14.
tranſlatè & myſticè poſita in ſcripturis. In-
genium quippe (vt ita dixerim) ingenuum,
non poteſt non moueri quid ſibi velit, quod
& Moyſes & Elias & ipſe dominus quadra- De hoc in
ginta diebus ieiunauerũt. Non pauca etiam ca. de Nu
obtegit nonnullarum rerum muſicarũ igno meris.
rantia.

rantia. Nam & de Pſalterij & citharæ differentia, quidam non inconcinnè aliquas rerũ figuras aperuit. De lapidibus lege Hiero.li. 9.cõment.in Ezechi.circa principium. & in epiſt.de Veſte ſacerdotali,prope finem.

Quando agebamus de varijs ſimilitudinibus virtutũ & vitiorũ,& de nominibus,quæ in bonam aut in malam ſignificationem trahuntur,multa quæ huic loco inſerenda erãt, ſcripſimus. Sed illis omiſsis, nunc breuiter paucula exempla ſubijciam. Primum ex Augu. Pſal. 57. in expoſitione huius loci. Sicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, &c. ait. *Aſpis.* Aſpis cum cœperit pati incantatorem Marſum,qui eam quibuſdã carminibus proprijs, euocat:hic enim incantat vt educat aſpidem è tenebroſa cauerna in lucem:illa amando tenebras ſuas exire nõ vult: recuſans tamen audire illas voces quibus ſe cogi ſentit, allidit vnam aurem terræ, & cauda obturat aliam, atque ita voces illas quantum poteſt euitans non exit ad incantantem. Huic ſimiles dixit ſpiritus dei quoſdam non audientes verbum dei, & non ſolum non audientes, ſed omnino vt non valeant audire facientes. Ita etiam dicit Euthy.eodem loco. Item Euthy. Pſalm. *Coruus.* 146.in huius loci expoſitione. Pullis coruorum inuocantibus eum, ait. ſenſus eſt quod coruorum pulli, qui parẽtum crudelitate derelicti (oderunt enim corui proprios fœtus) clamant vehementer, & ſupernè oſcitant, & cibum quærunt. Sed hos coruorum pullos deus admirandum in modum alit, ad ſupremæ ſuæ benignitatis & prouidentiæ demonſtrationem. Auram enim quandam in eorũ ora demittit, per quam nutrimentum neſcio quod ex aëre congregatur, quo ad grandiorem vſque ætatem nutriuntur. & Hiero. Haba. 1. exponens hunc locum. Velociores lupis veſpertinis,ait. Lupi ſæuiores eſſe dicuntur nocte vicina, & tota die fame ad rabiem concitati. Præterea Theophy. Matth. 3. & Luc. 3. in huius loci expoſitione. Genimina *Vipera.* viperarum, ait. Progenies viperarum vocat eos: eo quod ſicut illæ deuorantes matres ſuas naſcantur, ſimiliter & illi, patres, hoc eſt magiſtros & prophetas occiderunt. Tradũt enim de hoc animali, quod matrem ſuam de uoret, & ſic naſcatur. Hactenus ille. Alij hoc negant, præcipuè Ariſt. & ſic Euangeliſta loquitur iuxta opinionem vulgi: aut vocat viperas Iudæos ob natiuam malignitatem Iudæorum, de quibus dici poteſt. Errauerunt ab vtero. Præterea Ezechi. 2. ca. cum dixiſſet prophetæ dominus. Cum ſcorpionibus tu *Scorpio.* habitas,ait Hierony. Qui arcuato percutere vulnere poſsint, & aculeo fiſtulato, vt eadem plaga & cutem aperiat, & venena diffundat. & cum Ierem. 17. inquit propheta: perdix congregauit quæ non peperit, fecit diuitias ſuas non cum iudicio, in dimidio dierum relinquit eas. ait Hierony. Hanc perdicis eſſe *Perdix.* naturam aiunt, vt oua perdicis alterius, id eſt aliena furetur, & eis incubet, cumque fœtus adoleuerit, auolare ab eo, & alienum parentem relinquere. Huiuſmodi diuites ſunt, qui aliena diripiunt, quibus in medio dierum dicitur. Stulte hac nocte repetent animam tuã *Luca. 12.* à te, quæ paraſti cuius erunt? Alij propter ſuperiorem hiſtoriam, & propter alteram: qua dicunt, perdicem eſſe pugnaciſsimum & immundum, ita vt victum polluat, diabolum ſub eius nomine interpretant, quod alienas ſibi diuitias congregarit dicens ad dominũ. Hæc omnia tibi dabo. Quem relinquent di- *Matth. 4.* uitiæ ſuæ quæ malè ab eo fuerant congregatæ, & per Apoſtolos conuertuntur ad dominum. Item Ambro. lib. 6. exaeme. capi. 3. ait. De Pardi ſpecie ſcripturam non ſiluit, quod *Pardus.* varietate coloris, motus varios animæ ſuæ prodat: dicit enim Iere. ſi mutabit Æthiops *Ierem. 13.* pellem ſuam, & pardus varietatem. Non ſolum enim de figura, ſed etiam de mobilitate furoris iſtud accipitur, eo quod tenebroſis & inquietis infidæ mentis mutationibus decoloratus populus Iudæorum, boni propoſiti gratiã iam tenere non poſsit, nec ad emendationẽ vllam remeare, qui ſemel ferinam induerit immunitatẽ. Si plura de hac re noſſe deſideras, lege Baſilium in Exaeme. & hunc ſecutus Ambro. in eiuſdem tituli libro.

REGVLA XLVIII.

Secundum ſcripturas (inquit Orige. Pſal. 36. homil. 3.) dominus nõ omnia cognoſcit, ſed ſola illa quæ bona ſunt: mala autem dicitur ignorare, non quo vere aliquid ſit quod eius ſcientiã lateat, ſed ea quæ indigna ſunt notione eius, dicitur ignorare. & ho. 4. in Gene. ait. Secundum ſcripturas nõ omnia ſcit deus, peccatum neſcit, alienos à ſe ignorat. Audi ſcripturã. Cognouit dominus quæ ſunt eius: ſuos cognoſcit dominus, iniquos & impios neſcit. Audi ſaluatorem dicẽtem. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem, non noui vos. & Paulus. Qui ignorat *1. Cor. 14.*

ignorabitur. Hæc ita intelligimus, quod hi
quorum actus deo indigni ſunt, indigni etiã
notitia dei dicant. Non enim dignatur deus
noſſe eum, qui auerſus eſt ab eo, & ignorat
eum. Tali ergo ſpecie de his qui habitant in
Sodomis dicitur, vt, ſi quidem ſecundum cla
morem, qui aſcendit ad dominum actis eo-
rum indigni conſummētur, notione eius iu-
Ita habet. dicentur indigni, Si vero eſt illis aliqua con-
uerſio, ſi vel decem in illis inuenti fuerint iu-
ſti, ita demum nouerit eos Deus, & ideo di-
xit: ſin autem, vt ſciam quid agunt, ideſt, vt
ipſos ſciam, & ſcientia mea dignos faciam, ſi
quos in ipſis inueniam iuſtos, ſi quos inue-
niam pœnitētes, ſi quos tales quos debeam
ſcire. & homil. 1. in Iere. cum exponit de do
mino. Euge domine Deus neſcio loqui quia
puer ego ſum, ait. Neſciens quædam Deus,
maior eſt, ſi ea ignorauerit, quam ſi ſcierit.
Matth.7. Nam reſpōdit dominus eis qui ſibi dicebãt:
nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, &
virtutes multas fecimus? Diſcedite à me, in-
quit, non noui vos. Putas ne hoc quod ait,
non noui vos, minorem eius virtutem appro
bat, an maiorē quia malos perituros neſciat,
ſcit enim his differentia, ſcit meliora, ſcit dñs
eos qui eius ſunt, & ſi quis ignorat ignorat.
Igitur (vt conſtat) peccator ignoratur à deo.

Hęc regula intelligitur iuxta hominũ opi
nionem & non iuxta veritatem, vt innuere
videtur Hiero. circa principium. libr. 8. com-
ment. in Iſaiam, cum ait, feneſtræ cœli aper-
tæ ſunt, vt deſpiceret dominus hominũ vni-
uerſa peccata, quæ prius quia non puniebat,
videbatur peccatoribus, ignorare. Præterea
in comment. Ierem. capit. 19. cum exponit
hæc verba: ædificauerunt excelſa Baalim,
quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec a-
ſcenderunt in cor meum, ait. Non quod
Deus futura neſcierit, ſed quod indigna ſua
notitia, ignorare ſe dicat, iuxta illud euange-
Luce.13. licum. Diſcedite à me operarij iniquitatis, ne
2.Timo.2. ſcio vos. Nouit enim Dominus eos qui ſui
1.Cor.14. ſunt. &, Qui ignorat, ignorabitur. & Theo-
phyla. Lucæ 13. ait. Paterfamilias cum iuſtè
eos excluſerit, diſsimulat ſcire vnde ſint, &
merito: ſunt enim ex diabolo. Dominus au-
tem cognoſcit ſuos. Hactenus ille. quaſi
dicat. Cognoſcere eſt alicui fauere, aut ali-
quem vehementer amare. vt Ierem. 1. Priuſ-
quam te formarem in vtero cognoui te: &
vocatur huiuſmodi cognitio, cognitio ap-
probationis: & vice verſa non cognoſcere
aut ignorare, eſt aliquem deteſtari & non fa
uere: vt cum dicitur de ſtultis virginibus. Ne
ſcio vos. Hinc intelliges verba illa quæ domi
nus dixit Adę. Adam vbi es? Quia illum quē
ſanctum & omni ſcelere purum ipſe parum
ante creauerat, optime cognoſcebat: illum
vero quem ab optimo & fœlicißimo ſtatu
deſciuiſſe cognouerat, ignorabat. Nam Chri
ſto cum Belial nihil erat commune. Aut iux
ta Dorotheum ſermone. 1. O infælix Adam
à magna gloria, in ingentem ignominiã de-
lapſus es. de hoc in proœ. lib. 10.

REGVLA XLIX.

FAcillus in ſcripturis (inquit Orige. ho-
mil. 24. Nume) quod quæritur, agnoſce
tur, ſi ex pluribus locis, quæ de eadem
re ſcripta ſunt, proferantur. & Baſil. lib. 1. de
baptiſmo cap. 1. Familiare eſt, inquit, domi-
no ea, quæ alicubi ſtrictim præcepta ſunt,
per ea quæ in alijs locis dicta ſunt, manifeſtè
tradere ac declarare. & Augu. lib. 3. de pecca
torum meritis & remiſsione cap. 4. ait. Inhæ
rendum eſt his quæ in ſcripturis ſunt aper-
tiſsima, vt ex his reuelentur obſcura: aut ſi
mens nondum eſt idonea (quæ poſsit ea, vel
demonſtrata cernere, vel abſtruſa inueſtiga-
re) ſine vlla hæſitatione credantur. & Augu.
lib. 2. de doct. chriſt. ca. 9. Conandum eſt, in-
quit, vt ad obſcuriores locutiones illuſtran-
das de manifeſtioribus ſumantur exempla,
& quædam certarum ſententiarum teſtimo
nia dubitationem de incertis afferãt. In qua
re memoria valet plurimum. Hactenus ille.
Nam de circunſtantia contextus, hoc eſt ex
collatione præcedentium cum ſequentibus
ſcripturæ arcanos ſenſus facile poſſe erui &
in lucem proferri, ſupra latè diſſertum à no-
bis eſt. Atq; ita inquit Orige. libr. 2. cōment.
epiſtolæ ad Roma. ca. 2. Qui vult, inquit, in-
telligētiam eorum quæ in ſcripturis prophe
ticis ſcripta ſunt capere, eum oportet diligē-
ter attendere, vel dicentium perſonas, vel ad
quos vel de quibus ſermo ſit perſonis. & Ire-
næus. lib. 2. cap. 10. ait. Omnis quæſtio, non
per aliud quod quæritur habebit reſolutio-
nem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatē
ſoluetur apud eos qui ſenſum habēt, aut æni
gmata per aliud ænigma, ſed ea quæ ſunt ta-
lia, ex manifeſtis & conſonantibus & claris
accipiunt abſolutiones. & Auguſti. ad Oro-
ſium contra Priſcilianiſtas. 9. capi. ait. Sicut
in euan-

Digitized by Google

in euangelio quanuis vera ſint omnia quę di
cta ſunt,non tamen omnia quę dicta ſunt ve
ra eſſe creduntur,quoniam à Iudæis falſa &
impia dicta eſſe verax Euangelij ſcriptura te
ſtatur.Sic & in libro Iob, vbi multæ perſonæ
locutæ eſſe narrantur, non ſolum quid dica-
tur,ſed à quo etiam dicatur conſiderandum
eſt.Hactenus ille. Itaque omnis ambiguitas
è medio ſcripturarum facile amouebitur aut
relegabitur, & quæ erant obſcura erunt pla
niora & expeditiora, monſtratis occaſioni-
bus ex quibus quæſtiones oriuntur, aut ex
cōtextus circū ſtantijs,oſtenſo alio loco, aut
contrario,aut clariore.& ſi omnia hæc nobis
defuerint præſidia, ſequamur Auguſt.dicen
tē epiſt,59.ad quæſtiones Paulini.In ſcriptu-
ris ſanctis interpretādis,& ſi multa dici poſ-
ſint,quę improbāda nō ſunt,tamē in his eligē
dū,ꝙ omnis vel penè omnis frequētat eccleſia

REGVLA L.

MVlta dicuntur in ſcripturis (authore
Au.de præſentia dei ad Dardanum
ca.12.)tanquā facta ſint, cum in ſpe
adhuc eſſe intelligātur. Vnde eſt illud quod
dominus inquit diſcipulis.omnia quæ audiui
à patre meo nota feci vobis. Quod vſq; adeo
ſecundum ſpem dictum eſt futurorum,vt eis
poſtmodum dicat.Multa habeo vobis dice-
re quæ non poteſtis portare modo.

Hæc regula & quę mox à me ſubijcientur
ſunt in ſuis locis à me ſatis accurate explica-
